THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM.

THESAURUS ANTIQUITATUM SACRARUM

COMPLECTENS

SELECTISSIMA CLARISSIMORUM VIRORUM OPUSCULA,

IN QUIBUS

VETERUM HEBRÆORUM MORES

LEGES, INSTITUTA, RITUS SACRI, ET CIVILES ILLUSTRANTUR:

OPUS

Ad illustrationem utriusque Testamenti, & ad Philologiam sacram, & profanam utilissimum, maximeque necessarium.

VOLUMEN UNDECIMUM.

AUTORE

BLASIO UGOLINO.



VENETIIS
MDCCL.

APUD JOANNEM GABRIELEM HERTHZ, ET SEBASTIANUM COLETTI.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.



SYLVIO VALENTI CARDINALI
BENEDICTO XIV. P. O. M.
A SECRETIS
Et S. R. E.
CAMERARIO.

BLASIUS UGOLINUS
FELICITATEM.

M*Aximæ & immortales*, EMINENTISSIME PRINCEPS, *pro tuis maximis & immortalibus promeritis, a me Tibi agendæ habendæque ſunt gratiæ, cujus auſpiciis ea parta ſint præſidia & or-*

& ornamenta ANTIQUITATIBUS SACRIS, *a quibus ſeu temporum ſeu hominum injuria fuerunt adhuc imparatæ. Qua de re Franciſco Benalio, clariſſimo Viro, meique amantiſſimo me plurimum debere profiteor, cujus opera ex tua dignitate & præſidio mihi tantum comparatum eſt præſidii & dignitatis. Nihil enim mihi illuſtrius, atque honorificentius contingere unquam potuit, quam ut Tibi commendarentur mea ſtudia, qui eſſes cum a Majorum gloria, qui per tot ſecula univerſa fere Europa domi bellique præ ceteris claruere, tum ab omni laude, atque omnium gentium prædicatione commendatiſſimus. Floruiſti Adoleſcens doctrinæ & prudentiæ fama, quam ceteri tum ſapientiſſimorum virorum monumentis, atque præceptis, plurimoque ſtudio, tum magno tractandarum rerum uſu, ac temporum varietate aſſequi conſuevere. Claruiſti, florentiſſima adhuc ætate, Belgica, atque Hiſpanienſi Legatione, ubi ex rerum geſtarum vel magnitudine vel varietate ea tibi comparata eſt ſapientiæ fama, ut Cardinalis* BENEDICTO XIV. PONTIFICI *omnium, quos adhuc vidimus, aut meminimus, pietate & doctrina Optimo Maximoque, præ ceteris, qui ætate, & rerum uſu præſtabant, dignus habere, qui ſibi, deſperatiſſimis, quæ conſecuta ſunt, temporibus, a Secretis & Conſiliis adeſſes, quibus in tanta rerum omnium perturbatione orbis terrarum ſaluti atque incolumitati conſuleretur. Etenim ex* CAROLI VI. CÆSARIS *morte exarſit bellum, quo univerſa fere Europa conflagravit, potentiſſimorum Regum diſſidiis, claritate Ducum, militum vel numero vel robore, varietate victoriæ, diuturnitate, omnium gentium ſpe, metu, periculo, atque expectatione poſt hominum memoriam maximum, acerbiſſi-*

mum-

mumque: quod bellum cæptum in Germania, derivatum in Italiam, plurimumque in Aemilia, Piceno, Etruria, & Latio gestum est, ubi stativa communita, castris collata castra, sæpe levibus præliis, aliquando collatis signis fere ad Urbis mœnia pugnatum est, tanto populorum terrore ac trepidatione, ut sibi ab omnibus præsidiis imparatis metuenda patiendaque mala omnia existimarent, quod opportuniores injuriæ viderentur. Tu vero, in tanta rerum perturbatione, tanta polluisti apud Reges gratia, tanta apud Imperatores exercituum autoritate, ut Imperii dignitati, & populorum fortunis caveretur. Cum tantarum rerum cura distinerere, excubaresque diu noctuque tanquam in vigilia, ut in tanto belli terrore populi essent ab omni periculo tutiores, a PONTIFICE MAXIMO, *qui omnia de tua fide & sapientia sibi pollicebatur, honorificentissimum gravissimumque S.R.E.* CAMERARII *munus Tibi demandatum est, quo tanta cum laude perfunctus es, ut Tanti Viri judicio, & omnium exspectationi cumulatissime responderes. Enituit in primis in tanta rerum procuratione admirabilis illa tua animi constantia, quam neque gratia, neque metus, neque præmia ulla a dignitate, rectaque ratione deducere unquam potuere. Celebrantur præcipue tua studia & consilia in procuranda* CONGREGATIONIS *de* PROPAGANDA FIDE PRÆFECTURA, *quo gentes omnes, quibus ex vetusto Abrahami fœdere, & novo Messiæ testamento, Christi hæreditatis obeundæ, adeundæque potestas facta est, ab Idololatriæ tenebris ad Evangelii lucem avocentur. Prædicatur præterea summa omnium commendatione egregia illa tua, & singularis munificentia in literas omnes, atque artes, quæ liberales appellantur, quibus, abs Te nulla*

un-

unquam ſtudia atque ornamenta defuerunt. Patuiſſe perpetuo, & patere adhuc dicuntur ædes tuæ doctrinæ, & probitati, facta iis Tui adeundi conveniendique poteſtate, qui non a Majorum vel gloria vel fortuna, ſed ab una tantum virtute & pietate commendantur. Utinam ANTIQUITATIBUS *quoque* SACRIS *tua adſint ſtudia & præſidia, quæ ceteris omnibus affuere? Sanctæ, divinæ, ſacræ illæ ſunt, ceteris omnibus, antiquitate, præſtantia, utilitate, divina, qua gloriantur origine, omnino præferendæ, dignæ denique, quas tua autoritate, & gratia, ab ea qua jampridem immerito conflagrarunt invidia, tueare. Prætereo conſulto reliqua, quæ Orbis terrarum judicio, & teſtimonio comprobata ſunt. Quis enim, quæ abs Te laudabiliter, ſummaque cum gloria acta ſunt, quæ omnium ſeculorum, omnium hominum memoriæ ſempiternæ commendabuntur, non dicam exornare, ſed recenſere poſſit omnia? Hoc unum* DEUM OPTIMUM MAXIMUM *oro obteſtorque, ut cum tuo, tum univerſæ Eccleſiæ bono Te diu incolumem ſervet, ac tueatur. Vale.*

BLA-



BLASIUS UGOLINUS LECTORI.

QUÆ reliqua erant in *Sancto*, sc. *Altare interius*, & *Candelabrum*, in hoc XI. Volumine, Lector, ex vetustissimis Hebræorum monumentis, Tibi damus illustrata. In ceteris, quæ proxime consequentur, de *Summo Pontifice*, de *Sacerdotibus*, de eorum *vestitu*, & *Ministerio* in Templo, de *Labro* & *Mari æneo* dissseretur.

Non prætereunda mihi videtur in hoc loco nonnullorum querela, qui conquerantur a me pleraque omnia in explananda *Philologia Sacra* ex vetustissimis Hebræorum fontibus derivari; quasi videantur arguendi accusandique, qui *Græca* ex *Græcis*, *Romana* ex *Romanis* illustranda suscepere. Utinam ab istis alia mihi ostendatur via, qua Judæa, quæ omnibus, qui ab his præsidiis fuerunt imparati, impervia adhuc visa est, facilius adiri ac perlustrari possit! Nihil istorum criminationi respondebo; Licuisset hoc meum institutum multorum Patrum, præsertim *S. Hieronymi*, qui in difficillimis S. Scripturæ locis illustrandis quinque doctoribus Hebræis usus est, & summorum virorum autoritate, ac testimonio confirmare; sed una a me describetur Epistola Cl. *Hadriani Relandi*, in hoc literarum genere facile principis, præmissa commentario Philologico *Jo. Conradi Hottingeri* de *Decimis Judæorum*, qua mea hæc studia contra istorum invidiam mirum in modum propugnantur. *Fontes ipsos* (inquit) *adire maluisti, quam hinc inde quædam corradere & male consutas lacinias, pannosve aliorum Autorum in lucem denuo protrahere. Non multum sane præstare is valet in* Antiquitatibus Hebraicis, *qui vetustissimos Gentis Israeliticæ Codices,* Misnam *videlicet, &* Gemaram, *veteresque* Rabboth, *&* Midraschim, Zohar, Siphre, *& qui iis pares sunt, negligit, aut contemnit. Qui autem Judæorum odio, aut sua ductus ignorantia, ab his se abstinet, nec cogi se patitur, ut in istis desudet, a quo cogitur ad scriptionem? Nosti me patrocinium quidem omnium rerum, quæ in Pandectis Judaicis leguntur, suscepisse nunquam, non esse tamen adeo iniquo adversus Judæos animo, ut illis negatum velim, quod Græcis, Romanis, Persis, & quibus non plena manu concedimus; scilicet ita censeo, quum Hebræi de rebus patriis testantur, nec Religionis, aut sensus de Deo interest, testenturne hoc vel illo modo, neque aut sanæ rationi, aut indubitatis aliarum gentium testimoniis ea quæ memoriæ produnt, adversa sunt, fidem ipsis esse habendam; atque ita quemadmodum Romanis scriptoribus adsentior, Capitolii, aut Amphitheatri alicujus formam describentibus, pari jure credenden-*

dendum esse Judæis, qui Templum Hierosolymitanum delinearunt. Quod nisi in auxilium advocemus Judæorum scriptores, quam jejuni sunt libri Christianorum, qui de sacrificiis, verbi gratia, aut sacerdotibus agunt? E contrario si Judæorum traditionibus utimur, quanta lux affunditur plurimis locis Veteris Testamenti? Quam plana redduntur illa, quæ lectorem vel maxime attentum intricant, & impeditum tenent?

INDEX OPUSCULORUM,

Quæ in hoc Volumine continentur.



BLASII UGOLINI ALTARE INTERIUS.

CAPUT PRIMUM.

I. *De materia ; de mensuris ; & de cornibus Altaris interioris*. II. *De adspersione sanguinum in Altari interiori*. III. *De ejus tecto, limbo, vectibus, & annulis*. IV. *De ejus situ in Sancto*.

BEZALEELI inprimis *Exod.* XXXI. a Deo una cum Ara interiori exstruendi tabernaculi cura committitur. ראה קראתי בשם בצלאל ; *Vide, vocavi nomine Bezaleelem* ; Et *Targum* ; חזי דרביתי בשום ; בצלאל ; *Vide, vocavi nomine Bezaleelem*. Et cap. XXXV. 30. ראו קרא יהוה בשם בצלאל . *Videte, vocavit Dominus nomine Bezaleelem*. Et *Targum* חזו דרבי יי בשום בצלאל . *Videte, vocavit Dominus nomine Bezaleelem*. Vocare nomine apud Scriptores sacros hoc designat, sc. Deum ab æterno non solum novisse, sed elegisse, ac designasse, ac nominasse ad hoc opus Bezaleelem. Sic dicitur *Esai.* XLI. 4. קרא הדרות מראש *vocat generationes a principio* : Ibid. XLV. 5. ואקרא לך בשמך אכנך ולא ידעתני. *Vocavi te nomine tuo, assimilavi te, & non cognovisti me*. Et *Jerem.* I. 5. בטרם אצורך בבטן ידעתיך ובטרם תצא מרחם הקרשתיך. *Priusquam te formarem in utero, novi te, antequam exires de vulva, sanctificavi te*. Et *Exod.* XXXVIII. 12. ודעתיך בשם וגם מצאת חן בעיני. *Novi te ex nomine, & invenisti gratiam coram me*. Et vers. 17. כי מצצת חן בעיני והרעך בשם. *Invenisti enim gratiam coram me, & te ipsum novi ex nomine*. *Nachmanides* ad *Exod.* l. c. XXXI. Deum, cum dixit ad Mosen ראה קראתי בשם בצלאל, *vide, vocavi nomine Bezaleelem*, inspiciendum exhibuisse ipsi librum Adami primi, & ei dixisse ראה כל אחר התקנתיו מאותה שעה ואף בצלאל מאותה שעה התקנתי אותו; Unumquemque præordinari ab illa hora [sc. a mundi principio] quin & Bezaleelem ab illa hora præordinavi; sicut dicitur; *Vocavi nomine Bezaleelem*.

Dicitur Bezaleel l. c. *Exodi* בן אורי בן חור *filius Uri, filius Huri*. *Hur Exod.*

xvii. 10. inter principes Israelitas cum Mose & Aharone commemoratur. ומשה אהרן וחור עלו ראש הגבעה : *Moses autem & Aharon & Hur adscenderunt super verticem collis*. Et ibid. vers. 12. ואהרן וחור סמכו בידיו מזה אחד ומזה אחד. *Aharon autem & Hur sustentabant manus ejus ex utraque parte*. Ibid. xxiv. 14. והנה אהרן וחור עמכם מי בעל דברים יגש אלהם *Habetis Aharon & Hur vobiscum, siquid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos*. Uberius 1. *Paral.* II. 18. 19. 20. Bezaleelis genealogia illustratur. וכלב בן חצרון הוליד את עזובה אשה ואת יריעות ואלה בניה ישר ושובב וארדון ותמת עזובה ויקח לו כלב את אפרת ותלד לו את חור וחור הוליד את אורי ואורי הוליד את בצלאל. *Caleb vero filius Hesron accepit uxorem nomine Azuba, de qua genuit Serioth, fueruntque filii ejus Jaser, & Sobab, & Ardon; Cumque mortua fuisset Azuba, accepit uxorem Caleb Ephrat, quæ peperit ei Hur; Porro Hur genuit Uri, & Uri genuit Bezaleel*. Plerique ex Interpretibus Judæis distinguunt hunc Calebum filium Hesron ab altero Calebo filio Jephynneh, de quo fit mentio *Num.* xiii. 7. 71. & xiv. 6. 24. 30. & xxvi. 65. & xxxii. 12. &c. quorum alterum alterius nepotem fuisse putant. *Raschi* ad l. c. *Paral.* וכלב בן חצרון הוליד את עזובה אשה לפי שהיתה לו אשה ששמה עזובה לכך כיכ׳ את שם בתו עזובה אשה כדכתיב ומת׳ עזובה ויקח לו כלב את אפר׳ מכאן שהית׳ לו אשה ששמה עזובה ותלד לו את חור וחור הוליד את אורי ואורי הוליד את בצלאל צא וחשיב שכל אחד מהם היה פחות מן ח׳ שני׳ כשהולידו שהרי כלב היה בן מ׳ שנים במרגלים דכתי׳ בן מ׳ שנה אנכי בשולח וגו׳ ואותה שעה כבר נולדו כולם שהרי הוקם המשכן מעשה בצלאל כלב היה בן ח׳ כשהוליד עזובה אשה ובן ט׳ כשהוליד יריעות ואחר מיתת עזובה אשתו לקח אפרת והוליד לו את חור בשנה האחרת הרי בן י׳ שנים וחור בן ח׳ כשהוליד את אורי ואורי בן ח׳ כשהוליד בצלאל הרי כו׳ שנים וכתיב ואת כל איש חכם לב ואין איש פחות מי״ג שנה הרי בצלאל בשעה שעשה משכן בן י״ג שנה הרי מ׳ שנה חסר אחת נמצא שכל אחת מהם היה פחות מן ח׳ כשהולידו. וכן מפורש בפרק בן שורר. *Caleb vero filius Hesron accepit uxorem nomine Azuba*; quia ei fuit uxor appellata Azuba; ideo eodem nomine appellavit filiam suam, sicuti scriptum est. *Cumque mortua fuisset Azuba, accepit Caleb uxorem Ephrata*. Hinc patet, illum habuisse uxorem Azuba appellatam; quæ peperit ei Chur; & Chur genuit Uri, & Uri genuit Bezaleelem. Si cujusque feceris supputationem, unusquisque genuerit oportet ante annum octavum; quia Caleb fuit quadraginta annorum, cum missus est ad explorandam terram; eo tempore jam omnes nati erant. Quando autem erectum fuit tabernaculum, quod fecit Bezaleel, Caleb fuit octo annorum, cum genuisset Azubam filiam suam, & novem, quando genuit Jerintham; & post mortem uxoris suæ Azubæ, duxit Ephrata, & ea peperit ipsi Chur anno sequenti, quo fuit decem annorum; & Chur fuit 8. annorum, quando genuit Uri, & Uri fuit 8. annorum, quando genuit Bezaleelem; sic habentur sex & viginti anni; Verum scriptum est *Exod.* xxxvi. 2. *Et omnem* איש *virum Sapientem corde*; atqui non dicitur *Vir*, qui sit natu minor tredecim annis. Itaque Bezaleel, cum fecit Tabernaculum, tredecim fuit annorum. Sic habentur quadraginta anni, minus uno, & consequitur quoque singulos genuisse, antequam essent octo annos nati. Sic explicatur *Gemar Babyl.* cap. II. *Sanedrin*. *Kimchi* ad l. c. *Paral.* וכלב בן חצרון יש מרבותינו ז״ל שאמרו כי הוא כלב בן יפונה ולמה נקרא בן יפונה שפנה עצמו מעצת מרגלים ומה שאמר בן עתניאל אחי כלב אמרו כי אחיו היה מן מאמו ולא היה בן קנז אלא חורגו ושהוא בן אשתו ואמרו דוקי׳ דכתב הקנזיי ולא כתב בן קנז ולא יראה כן לפי פשטי הכתובי׳ כי לפי פשטי הכתובי׳ נראה כלב זה היה מבני חצרון הראשונים ואמר כי אחר לקח בת מכיר והו׳ בן ששים שנה ואם כמו שאמרו ר״ל כי היה כלב בן יפונה כשהולי׳ חצרון כלב היה חצרון בן מאה ושבעים שנה כי כלב אמר בן ארבעים שנה אנכי בשלוח אותי משה עבד ה׳ וזה היה בשנה שניה שיצאו ממצרים וחצרון היה מבאי מצרים. *Caleb vero filius Hesron*. Quidam ex nostris sapientibus f. m. dicunt, hunc Calebum esse filium Jephynneh, & vocari יפנה Jephynneh, quia פנה declinaverit a consilio exploratorum. Quod vero dicitur *Jos.* xv. 17. *Othoniel filius Cenez, frater Caleb*; id ita explicant, illum fratrem ejus fuisse a matre, non autem filium Kenas germanum, sed privignum, filium uxoris ejus. Id inde putant colligi, quod vocetur aliquando הקנזי *Cenisseus*, non filius Cenas (ut *Num.* xxxii. 12. *Jos.* xiv. 6. 14.) Verum non videtur, rem ita se habere juxta sensum Scripturæ literalem. Hic enim videtur docere, hunc Calebum fuisse ex filiis Hesron prioribus. Præterea dicitur; quod postea duxerit Hesron

ron filiam Machir, cum esset sexagenarius; vers. 20. Quod si autem ut Sapientes nostri f. m. volunt, hic Caleb sit Caleb filius Jephynneh, tum quando Hesron genuit Calebum, centum septuaginta annorum fuit Hesron; Caleb autem dicit *Jos.* XIV. 7. *Quadraginta annorum eram, quando misit me Moyses famulus Domini*. Hoc vero factum fuit anno secundo exitus ex Ægypto, & Hesron fuit inter eos, qui ingressi sunt in Ægyptum. *Aben Ezra* ad *Exod.* XXXI. על דרך הפשט כלב בן יפונה איננו כלב בן חצרון בריאות גמורות והמשכילים יבינים. Juxta sensum Scripturæ literalem, Caleb filius Jephynneh non est Caleb filius Hezron, ex solidis rationibus, quas intelligentes animadvertent.

Bezaleel præ ceteris XXXI. *Exod.* sapientia, intelligentia, & scientia celebratur ואמלא אתו רוח אלהים בחכמה ובתבונה ובדעת ובכל מלאכה לחשב מחשבת לעשות בזהב ובכסף ובנחשת ובחרשת אבן למלאת ובחרשת עץ לעשות בכל מלאכה. *Et implevi eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diversitate lignorum*. Et *Targum* ואשלמית עמיה רוח נבואה מן קדם יי בחוכמתא ובסוכלתנו ובמדע ובכל עיבידא לאלפא אומנון למיעבד בדהבא ובכ׳ספא ובנחשא ובאומנות אבן טבא לאשלמא ובנגרות אעא למעבד בכל עיבידא. *Et in implevi eum spiritu prophetico coram Deo, sapientia, & intelligentia, & scientia, & in omni opere, ad docendum artifices ad operandum in auro, in argento, & in ære, & in artificiis lapidis pretiosi ad implendum, & in artificio ligni ad operandum in omni opere*. Et ibid. XXXV. 31. וימלא אתו רוח אלהים בחכמה בתבונה ובדעת ובכל מלאכה ולחשב מחשבת לעשת בזהב ובכסף ובנחשת ובחרשת אבן למלאת ובחרשת עץ לעשות בכל מלאכת מחשבת ולהורת נתן בלבו הוא. *Implevitque eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia, & omni doctrina; ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento, & ære, sculpendisque lapidibus, & opere carpentario; quicquid fabre adinveniri potest dedit in corde ejus*. Et *Targum*. ואשלים עמיה רוח נבואה מן קדם יי בחכמתא בסוכלתנו ובמדע ובכל עיבידא ולאלפא אומנון למעבד בדהבא ובכספא ובנחשא ובאומנות אבן טבא לאשלמא ובנגרות אעא למעבד בכל עיבידא אומנון ולאלפא יהב בלביה הוא. *Et implevit illum spiritu prophetico coram Deo in sapientia, in intelligentia, & in scientia, & in omni opere; ad docendum artifices ad operandum in auro, & in argento, & in ære; & in artificiis lapidis pretiosi ad implendum, & in opere ligni, ad operandum in omni opere artificum; & doctrinam posuit in corde ejus*. Aben Ezra ad *Exod.* XXI. ואמלא אותו כמו ויהושע בן נון מלא רוח חכמה וכתיב ונחם עליו רוח יי׳ ופירושו מה היה רוח יי׳ והיה רוח חכמה ובינ׳ חכמה היה הצורות האצורות באחרונית מוח הראש ומלת תבונה גם בינה מגזרת בין והיה הצורה העומדת בין צורת הדעת ובין צורת החכמה כנגד הנקב האמצעי במוח הראש כי החכמה כנגד הנקב האחרון והדעת המתחברת בנקב המוח על המצח מההרגשות וב לשון ישמעאל קורין הדעת אלתב ייל והתבונה אלפכרה והחכמה חכמה והנה בצלאל היה מלא כל חכמה בחשבון ומדו׳ וערכים ומלאכת שמי׳ וחכמת התולדת וסוד הנשמה והיה לו יתרון על כל אנשי דורו שהיה יודע כל מלאכה כי רבים חכמי לב לא ידעו אפילו מלאכה אחת על כן כתוב ובכל מלאכה בוי״ו. *Et implevi eum*; sicuti dictum est Deuter. XXXIV. 9. *Josue vero filius Nun repletus est spiritu sapientiæ*. Pariterque scriptum est *Isai.* II. 2. *Et requiescet super eum spiritus Domini*; Interpretantur; quinam est Spiritus Domini? Est spiritus sapientiæ, & intelligentiæ; sapientia continet formas expressas in cerebri parte posteriori capitis; & vox תבונה & בינה derivatur ex בין, & est forma consistens inter formam scientiæ & formam sapientiæ contra foramen medium in cerebro capitis; etenim sapientia sita est contra foramen posterius, & scientia conjungitur in cerebri foramine supra frontem ex sensibus, & Ismaelitice scientia vocatur אלתביייל, & intelligentia אלפכרה, sapientia vero חכמה; & ecce Bazaleel plenus erat omni sapientia in supputatione, & in mensuris, & in æstimationibus, & in operibus cœlestibus, & in sapientia generationum, & in arcano animæ, & excellebat omnes viros sui seculi, quia noverat omne opus; etenim multi sapientes corde ne unum quidem opus norunt; ideoque scriptum est, *& in omni opere* cum ו. Ex multis Scripturæ locis patet sapientiam non in cerebro cum Platone, sed in corde collocatam esse. Hinc *Exod.* XXVIII. 3. ואתה תדבר אל כל חכמי לב אשר מלאתיו רוח חכמה. *Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos replevi spiritu sapientiæ*. Et *Targum*. ואת תמליל עם כל חכמי לבא דאשלמית רוח חוכמתא. *Et tu loqueris cum omnibus sapientibus corde*,

quos replevi ſpiritu ſapientiæ. Et ibid. xxxi. 6. ובלב כל חכם לב נתתי חכמה. *Et in corde omnis ſapientis corde poſui ſapientiam*. Et *Targum* ובלב כל חכימי לבא יהבית חוכמתא. *Et in corde omnium ſapientium corde poſui ſapientiam*. Et ibid. xxxv. 10. וכל חכם לב בכם יבצו; *Quiſque veſtrum ſapiens eſt corde, veniat*. Et *Targum* וכל חכימי לבא דבכון ייתון; *Et omnes ex vobis ſapientes corde veniant*. Ibid. verſ. 34. מלא אתם חכמת לב; *implevit illos ſapientia cordis*. Et *Targum*. אשלים עמהון חכימות לבא; *implevit eos ſapientia cordis*. Et ibid. xxxvi. 1. וכל איש חכם לב; *& omnis vir ſapiens corde*. Et *Targum*. וכל גבר חכים לבא; *& omnis vir ſapiens corde*. Ibid. verſ. 2. ואל כל איש חכם לב; *Et ad omnem virum ſapientem corde*. Et *Targum* ולכל גבר חכים לבא; *& ad omnem virum ſapientem corde*. Ibid. verſ. 8. ויעשו כל חכם לב. *Feceruntque omnes corde ſapientes*. Et *Targum*. ועבדו כל חכימי לבא. *Et fecerunt omnes ſapientes corde*. *Proverb.* x. 8. חכם לב יקח מצות. *Sapiens corde præcepta ſuſcipit*. Et *Targum*. דחכים לבא יקבל פוקדנא. *Sapiens corde præcepta ſuſcipit*. Job ix. 4. חכם לבב. *Sapiens corde eſt*. Et *Targum*. חכימא ליבא. *Sapiens corde*. Ibid. xxxvii. 24. כל חכמי לב *omnes ſapientes corde*. Mulieres quoque ſapientes corde. *Exod.* xxxv. 25. appellantur. וכל אשה חכמת לב. *Et omnis mulier ſapiens corde*. Et *Targum* וכל אתתא חכימת לבא. *Et omnis mulier ſapiens corde*. Hinc apud Romanos, qui ſapientia excelleret *corculum* appellatus eſt. *Cicero* 1. Tuſcul. *Naſica ille prudens, corculum appellatus. Corculum enim*, teſte *Feſto*, *dicebant antiqui ſolertem & acutum*. *Plinius* lib. vii. cap. 31. *Reliquis* [inquit] *animi bonis, præſtitere ceteros mortales ſapientia, ob id Cati, Corculi apud Romanos cognominati*. Stulti & improbi corde carere dicuntur. *Prov.* vi. 32. ואף אשה חסר לב משחית נפשו; *Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam*. Et ibid. vii. 7. נער חסר לב; *Et juvenem carentem corde*. Et ibid. ix. 4. חסר לב אמרה לו; *& inſipientibus* (ſc. corde carentibus) *locuta eſt*. Et ibid. x. 13. בשפתי נבון תמצא חכמה לב ושבט לגו חסר. *In labiis ſapientis invenitur ſapientia, & virga in dorſo ejus, qui indiget corde*.

I. Ara, quæ pariter מזבח הקטרת *altare ſuffitus*, מזבח הזהב *altare aureum*, מזבח הפנימי *altare interius* appellata eſt, exſtructa erat ex lignis Setim, ſicut dicitur *Exod.* xxx. 1. ועשית מזבח מקטר קטרת עצי שטים תעשה אתו. *Facies quoque altare ad adolendum thymiama de lignis Setim*. Et *Targum* ותעביד מדבחא לאקטרא עלוהי קטורת בוסמין דאעי שטין תעביד יתיה. *Et facies altare ad adolendum ſuper eo ſuffitum aromatum, de lignis Setim facies illud*. Et ibid. xxxvii. 25. ויעש מזבח הקטרת עצי שטים. *Fecit & altare thymiamatis de lignis Setim*. *Targum* iterum ועבדית מדבחא דקטורת בוסמיא דאעי שיטין. *Et fecit altare ſuffitus aromatum de lignis Setim*. De lignis Setim ſatis ſuperque a nobis dictum eſt in Vol. X. *Theſaur.* in diſſertatione de menſa & panibus Propoſitionis; Vide Vol. VIII. *Theſaur.* diſſert. Cl. *Haſæi* de lignis Sittim. Hæc ara auro obducta erat ſicut dicitur *Exod.* xxx. 3. וצפית אתו זהב טהור. *Et veſties illud auro puriſſimo*. Et *Targum*. ותחפי יתיה דהב דכי *Et obduces illud auro puriſſimo*. Et ibid. xxxvii. 26. ויצף אתו זהב טהור *Veſtivitque illud auro puriſſimo*. *Targum* iterum וחפא יתיה דהב דכי; *& obduxit illud auro puriſſimo*. Septem auri genera numerantur ab Judæis Hieroſ. *Joma* 41. 4. שבעה זהבים הן זהב טוב זהב טהור זהב סגור זהב מופז זהב מזוקק זהב שחוט זהב פרויים זהב טוב כמשמעו וזהב הארץ ההיא טוב אמר ר׳ יצחק טובוי די בבייתיה טובוי דו בלווייתיה זהב טהור שמכניסין אותו לאור ואינו חסר כלום ואתייא כר תני מעשה במנורת זהב שעשה משה במדבר והיתה יתירה דינר זהב והכניסוה לכור שמונים פעם ולא חסרה כלום ויאורת עד דלה יקום על ברריה הוא חסר סנין מן דו קיים על ברריה לא חסר כלום זהב סגור שהוא מכסיף כעד כל הזהבים שהיו שם אמר ר׳ שמואל בר ר״ יצחק כתיב ושבעת אלפים ככר כסף מזוקק לטוח קירות הבית ואת כל הבית צפה זהב וארת אמר אבן אלא שהיה מכסיף כעד כל הזהבים שהיו שם זהב מופז ר׳ פטרוקי אחוה דר׳ דרוסא בשם ר׳ בא בר בינה דומה לאש מצהרת כנפרית אמר ר׳ אבין לשם מקומו הוא נקרא וזהב מאופז זהב מזוקק שהיו מחתכין אותו כותים וטחים אותו בצק ומאכילין אותו לנעמיות והן מסננות אותו ויש אומרים שהיו טומנין אותו בזבל שבע שנים זהב שחוט שהיה נמשך כשעוה אדריינוס היה לו משקל ביצה דקלטינוס היה לו משקל דינ׳ גורדינון זהב פרויים ר׳ שמעון בן לקיש אמר אדום דומה לדמו של פר. Septem ſunt auri genera; aurum bonum, aurum purum, aurum סגור, aurum מופז aurum מזוקק, aurum שחוט, aurum פרויים; aurum bonum juxta ſenſum literalem; *Gen.* II. 12. *Et aurum terræ illius optimum eſt*; Dicit R. Iſaach; melius, quod

quod domi habebat, melius, quod habebant ejus ſocii: aurum טהור, quod ſi immittatur in fornacem, nihil ex eo deficit. Et hoc eruitur, ſicut traditur hiſtoria de candelabro aureo quod fecit Moſe in deſerto, ex quo ſuperfuit denarius aureus, ex quo octogies in fornacem immiſſo nihil defecit; & hoc recte ſe habet, quod priuſquam deveniat ad ſuam puritatem, demittit fæces, poſtquam pervenit ad ſuam puritatem, nihil diminuitur. Aurum סגור, quod palleſcere facit quaſi teſtis omnia aura; quæ ibi deprehendantur. Dicit R. Samuel bar R. Iſaach; ſcriptum eſt; *& ſeptem millia talentorum argenti expurgati ad inducendos parietes domus; nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur*; Et tu dicis lapidem; ſed palleſcere faciebat quaſi teſtis cuncta aura, quæ ibi deprehenderentur; Aurum מופז R. Patrochi frater R. Deroſa nomine R. Ba bar Bina aſſimilat igni fulgenti in ſulphure. Dicit R. Abin, e loci nomine appellatur; *& aurum* מאופז. Aurum מזוקק, quod concidunt quaſi oleas, & paſta oblinunt, & voluptatis cauſa comedunt, illudque purificant. Alii dicunt, quod recondant in ſtercore ſeptem annis. Aurum שחוט, quod quaſi cera trahatur. Adrianus habebat pondus hujuſmodi. Diocletianus habebat pondus denarii Gordiani Aurum פרויים, R. Simeon ben Lachiſch dicit, erat rubrum ſimile ſanguini juvenci. *Babyl. Joma* 44. 2. אמר רב חסדא שבעה זהבי׳ הן זהב וזהב טוב וזהב אופיר וזהב מופז וזהב שחוט וזהב סגור וזהב פרוים זהב וזהב טוב דכתיב וזהב הארץ ההיא טוב זהב אופיר דאתי מאופי׳ זהב מופז שדומה לפז זהב שחוט שנטוה בחוט זהב סגור בשעה שנפתח החנויות נסגרות זהב פרוים שדומ׳ לדם הפרים רב אשי אמ׳ חמשה הן. Dicit R. Chaſda; ſeptem ſunt auri genera, aurum, & aurum bonum, & aurum אופיר, & aurum מופז & aurum שחוט, & aurum סגור, & aurum פרוים; aurum & aurum bonum; ſcriptum eſt *Gen.* II. 12. *Et aurum terræ illius optimum eſt*. Aurum אופיר, quod ex Ophir adducitur; aurum מופז, quod auro purgatiſſimo ſimile eſt; aurum שחוט, quod filo netur; aurum סגור, quando aperitur, officinæ clauduntur; aurum פרוים, quod ſanguini juvencorum ſimile eſt; R. Aſe dicit; quinque ſunt. Aurum טהור non ſolum in ara exteriori, ſed etiam in Arca, Menſa, Candelabro, & in veſtibus Sacerdotis uncti memoratur. *Exod.* XXV. 11. de Arca. וצפית זהב טהור. *Et deaurabis eam auro mundiſſimo*. Et *Targum*. ותחפי יתיה דהב דכי; *& obduces eam auro puriſſimo*. Ibid. verſ. 24. de Menſa. וצפית אתו זהב טהור. *Et inaurabis eam auro puriſſimo*. Et *Targum*. ותחפי יתיה דהב דכי. *Et inaurabis eam auro puriſſimo*. Et ibid. de Candelabro verſ. 31. ועשית מנרה זהב טהור. *Facies & candelabrum de auro mundiſſimo*. Et *Targum*. ותעביד מנרתא דהב דכי. *Et facies candelabrum de auro puriſſimo*. Et ibid. XXVIII. ושתי שרשרת זהב טהור; *Et duas catenulas ex auro puriſſimo*. Et *Targum*. ותרתין תיכין דדהב דכי; *Et duas catenulas ex auro puriſſimo*. Ibid. verſ. 22. ועשית על החשן שרשרת גבלת מעשה עבת זהב טהור. *Facies in rationali catenas ſibi invicem cohærentes ex auro puriſſimo*. Et *Targum*. ותעביד על חושנא׳ תיכין מתחמן עובד גדילו דהב דכי. *Et facies in rationali catenas terminatas, opere perplexo ex auro puriſſimo*. Ibid. verſ. 36. ועשית ציץ זהב טהור. *Facies & laminam de auro puriſſimo*. Et *Targum*. ותעביד ציצא דדהב דכי; *Et facies laminam de auro puriſſimo*. Aurum dictum fuiſſe טהור credendum eſt, quod pluribus vicibus in fornace conflatum & expurgatum eſſet. *Pſalm.* XII. 17. fit mentio argenti ſepties expurgati & conflati. אמרות יהוה אמרות טהרות כסף צריף בעליל לארץ מזוקק שבעתים. *Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum*. Et *Targum*. מילין דיי מילייא דכיון סימא סנינא כורא על ארעא זקיק שיבעתי זמנין. *Eloquia Domini, eloquia pura; argentum depuratum in catino ſuper terram, expurgatum ſeptuplum*. Et *Targum* iterum *Cantic.* II. 11. מן הכספא דמזוקק שבע זמנין *quam argentum, quod purgatum eſt ſeptem vicibus*. Aurum Candelabri in fornace millies fuiſſe a Salomone depuratum ſcribunt Judæi Interpretes *Babyl. Menachoth* 29. דאמר ר׳ יהודה אמר רב עשר מנורות עשה שלמה וכל אחת ואחת הביא לה אלף ככר זהב והכניסוהו אלף פעמים לכור והעמידהו על ככר איני והכתי׳ וכל כלי משקה עשה המלך שלמה זהב וכו׳ כלי בית יער הלבנון זהב סגור אין כסף נחשב בימי שלמה למאומה זהב סגור קא אמרינן ומי חסר כולי האי והתניא ר׳ יוסי בר׳ יהודה אומר מעשה והיתה נצורת בית מנורה המקדש יתיר׳ על של משה בדינר זהב קורדיקיני והכניסו׳ שמוני׳ לכור והעמידוה על ככר. Dicit R. Jehuda, dicit Rab; decem candelabra fecit Salomon, & pro ſingulis attulit mille talenta aurea, & millies in fornacem immiſſis, ex his reliquum fuit talentum; Itane? Nonne ſcriptum eſt

1. *Reg.*

1. *Reg.* x. 21. *Sed & omnia vaſa de quibus potabat Rex Salomon, erant aurea, & univerſa ſupellex Domus ſaltus Libani de auro puriſſimo; non erat argentum, nec alicujus pretii putabatur in diebus Salomonis?* Et de auro סגור dicimus; tantumne defecit? At eſt traditio: R. Joſe bar R. Jehuda dicit; exſtat hiſtoria; fuit efformatum candelabrum domus ſanctuarii quod ſuperabat Moſaicum denario aureo Kardiano, & octogies in fornacem immiſſo, ſuperfuit talentum. Et *Hieroſ. Schekalim* 50. 2. ר׳ יהודה בשם
אסי היה שלמה נוטל אלף ככרי זהב
ומכניסן לכור ומוציאן עד שהוא מעמידן
על אחד לקים מה שנאמר ככר זהב
טהור עשה אותה וגומ׳ תני אמר ר׳ יוסי
בי ר׳ יהודה מעשה במנורת זהב שעשה
משה במדבר והיתה יתירה דינר זהב
והכניסוה לכור שמונים פעם ולא חסרה
כלום ויאות עד דלא יקום על ברריה
הוה חסר סגין מן דו קנים על ברריה
לא חסר כלום. R. Jehuda nomine Aſe. Salomon ſumta mille talenta aurea immiſit in fornacem, & eduxit, donec unum tantum ſuperfuit, ad obſervandum quod dictum eſt *Exod.* xxv. 39. *Omne pondus candelabri . . . . habebit talentum auri puriſſimi &c.* Traditio; dicit R. Joſe diſcipulus R. Jehudæ. Hiſtoria de candelabro, quod fecit Moſe in deſerto; ex eo ſuperfuit denarius aureus, quo immiſſo octogies in fornacem, nihil ex eo defecit; & priuſquam venit ad ſuam puritatem, fæces defecerunt, poſtquam venit ad ſuam puritatem, nihil defecit. Vide *Hieroſ. Joma* 41. 4. Argentum in catillo, & aurum in fornace fuiſſe depuratum patet ex *Prov.* xvii. 3. מצרף לכסף וכור לזהב. *Catillus argento, & fornax auro convenit.* *Targum* צרפא נקי לכספא וכורא לדהבא *Catillus mundus argento, & fornax auro.* Et xxvii. 21. מצרף לכסף וכור לזהב; *Catillus argento, & fornax auro.* Et *Targum* צרפא לכספא וכורא לדהבא; *Catillus argento, & fornax auro. Deut.* iv. 20. *Fornax ferrea* memoratur. ויוצא אתכם מכור הברזל ממצרים *Et eduxit vos de fornace ferrea Ægypti.* Et *Targum* אפיק יתכון מכורא דברזלא ממצרים *Et eduxit vos de fornace ferrea ex Ægypto.* Ubi *Raſchi*. כור היא כלי שמזקקים בו את הזהב. Fornax eſt vas, ubi aurum depuratur. Et 1. *Reg.* viii. 51. אשר הוצאת ממצרים מתוך כור הברזל. *Quos eduxiſti de terra Ægypti de medio fornacis ferreæ.* Et *Targum* אינון דאפיקתא ממצרים מגו כורא דברזלא; *quos eduxiſti de Ægypto de medio fornacis ferreæ.*

Ubi iterum *Raſchi*. כור דברזל חרסי׳ שמזקקין בו זהב קרוי כור. Fornax ferrea; Vaſa teſtacea, ubi aurum depuratur, vocantur כור. Et *Jerem.* xi. 4. ביום הוציאי אתם מארץ מצרים מכור הברזל. *In die quo eduxi vos de terra Ægypti de fornace ferrea.* Et *Targum* ביום האפקית דתהון מארעא דמצרים מכורא הברזלא. *In die quo eduxi vos de terra Ægypti de fornace ferrea.* Veruntamen in conflando argento ceteriſque metallis aliquando memoratur fornax. Ezech. xxii. 18. בן אדם היו
לי בית ישראל לסוג כלם נחשת ובדל
וברזל ועופרת בתוך כור סגין כסף היו
וגו׳ קבצת כסף ונחשת וברזל ועופרת
ובדיל אל תוך כור לפחת עליו אש
להנתיך וגו׳ כהתיך כסף בתוך כור. *Fili hominis verſa eſt mihi domus Iſrael in ſcoriam; omnes iſti æs, & ſtannum & ferrum & plumbum in medio fornacis, & ſcoria argenti facti ſunt &c. Congregatione argenti & æris, & ſtanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis ut ſuccendam in ea ignem ad conflandum &c. Ut conflatur argentum in medio fornacis.* Et *Targum*. בר אדם הוו קדמי בית
ישראל לפסולא כולהון כמא דמער בנחש
ובעיץ וברזל ואבר בגו כורא לפסולא
כספא הוו וגו׳ במיכנש כסף ונחש וברזלא
ואבר ובעיץ לגו כורא לאתקפא עלוהי
נורא לאמסיותיה וגו׳ כאיתמסאה כסף
בגו כורא. *Fili hominis, coram me eſt domus Iſrael in ſcoriam, omnes quaſi æs, ſtannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis in ſcoriam argenti ſunt &c. In congregatione argenti, & æris, & ferri, & plumbi, & ſtanni intra fornacem, ad ſuccendendum in iis ignem ad liquefaciendum &c. Ut conflatur argentum in medio fornacis.*

Craſſities auri in ara interiori erat in quantitate denarii aurei. *Hieroſ. Chagiga* 79. 4. אמר ר׳ שמעון בן לקיש בשם
ר׳ הושעיה כעובי דינר גורדיינון חיה בו. Dicit R. Simeon ben Lachiſch nomine R. Jehoſua juxta craſſitiem denarii Gordiani in eo auri obductio erat. Vide *Gem. Eruvin* 19. Quantitas denarii aurei demonſtrari poteſt ex Hieroſ. *Kidduſcim* 58. 4. וכמה היא פרוטה משמונה
באיסר האיטלקי תני האיסר אחד מעשרים
וארבע בדינר כסף דינר כסף אחד מעשרים
וארבע בדינר זהב תני ר׳ חייה סליעא
ארבעה דינרין שש מעה כסף דינר שני
פונדיוניך מעה מעה שני איסרין פונדיון
שני מסומיסין איסר שני קרדיונטס מסומס
שני פרטות. Quanta erat Pruta? Una ex octo partibus aſſarii Italici. Traditio: aſſarium una ex viginti quatuor partibus denarii argentei; denarius argenteus una ex viginti quatuor partibus dena-

denarii aurei. Traditio R. Chija; ſiclus facit quatuor denarios; ſex main argenti faciunt denarium; duo pondiola faciunt maa; maa facit duos aſſarios; Pondion facit duos muſmeſin; aſſarium facit duos kardontas; muſmas facit duas prutas.

Altare aureum in latitudine & in longitudine cubitum patebat, & duos cubitos in altitudinem aſſurgebat. אמה ארכו ואמה רחבו רבוע יהיה ואמתים קמתו. *Habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id eſt quadrangulum, & duos cubitos in altitudine; Exod.* xxx. 2. *Targum.* אמתא אורכיה ואמתא פותיה מרבע יהי ותרתין אמין רומיה. *Longitudo ejus unius cubiti, & cubiti latitudo, quadrangulum erit, & duorum cubitorum ejus altitudo.* Ubi *Aben Ezra* המזבח גבוה על השלחן חצי אמה; *Altare erct menſa altius dimidio cubito. Abarbanel* ad l. c. *Exodi*. ואמנם אמרו ועשית מזבח מקטר וגו' בא במקום הזה לפי שאמ' למעלה וזה אשר תעשה על המזבח וזכר קרבנות התמידין חשש הכתוב' שמא יאמר אדם ולמה לא זכרת בעבודת המזבח ההוא הקטרת שיעשו בכל יום שהוא בחיוב כמו התמידין לכן אמ' שענין הקטרת לא היה נעשה על המזבח החיצון אלא תעשה מזבח אחר להקטיר עליו קטרת סמים נקי כמו שיזכור ושיעשה אותו עצי שטים כמו מזבח העולה ושיהיה רבוע אמה ארכו ואמה רחבו על זויות נצבות ואמתים קומתו שיגיע עד לב המקטיר. Verum dictum eſt; *Facies quoque altare ad adolendum &c.* memoratur hoc loco, quia ſupra dictum eſt; *Et hoc eſt, quod facies ſuper altare*; & memorantur ſacrificia jugia; curam habet Scriptura; ne quis dicat; & cur non commemoratur in miniſterio hujus altaris ſuffitus, quod adolebatur quotidie, qui offerendus erat ex debito, ſicuti ſacrificia jugia? idcirco dicitur, quod ſuffitus non eſſet adolendus ſuper altare exterius, ſed ſuper alterum altare, in quo ſuffitus adoleretur, uti commemoratur; & illud exſtructum eſt ex lignis Setim, ſicut altare holocauſti; eratque quadrangulum; cubiti unius ejus longitudo, & cubiti latitudo ad angulos ſtabilitos, & duorum cubitorum altitudo, ut ad cor adolentis pertingeret. Hoc vero animadvertendum eſt, cubitos altaris aurei quinque, non vero ſex palmorum fuiſſe. *Babyl. Menachoth 97.* ר״מ אומר כל אמות שהיו במקדש בינוניות חוץ ממזבח הזהב והקרן והסובב והיסוד. R. Meir dicit omnes cubitos, qui fuerint in ſanctuario, fuiſſe mediocres, excepto altari aureo, & cornu, & ambitu, & fundamento. *Miſna Celim* xvii. 10. ר' מאיר אומר כל האמות היו בינוניות חוץ ממזבח הזהב והקרן והסובב והיסוד ר' יהודה אומר אמת הבנין ששה טפחים ושל כלים חמשה. R. Meir dicit. Omnes cubiti ſunt mediocres, excepto altari aureo, cornu, ambitu, & fundamento: R. Jehuda dicit; cubitus ædificii erat ſex palmorum, vaſorum autem quinque. *Schilte Haggibborim* cap. 72. לכן דעו כי האמות שדברו בם רבותינו ז״ל לא היו לעולם שוות זו לזו כי הנה האמות של מזבח הזהב והקרן והסובב והיסוד היו של חמשה טפחים כדרבי יהודה במנחות פרק שתי הלחם משנה חמשית ואלה נקראו אמות קטנות אמנם אמות בנין הבית ושאר הדברים הקדשים היו של ששה טפחים כדרבי מאיר דהלכתא כותיה ובאלה מדד משה את המשכן ונקראו של משה או אמות בינוניות מפני שהיו במקדש אמות יותר גדולות מאלה אמרו רבותינו ז״ל במסכת כלים פרק כל כלי בעלי בתים משנה תשעית ששתי אמות היו על שער מזרחית של הר הבית שעליו שושן הבירה אחת על קרן מזרחית צפונית ואחת על מזרחית דרומית ושעל קרן מזרחית צפונית היתה יתירה על של משה חצי אצבע ושעל קרן מזרחית דרומית היתה יתירה גם כן על האמה שעל קרן מזרחית צפונית חצי אצבע נמצא שזאת היתה' יתירה על של משה אצבע אחד והאומנין העוסקין במלאכת הבית הגדול והקדוש הזה היו נוטלין תמיד הדברים העושין במלאכת בשל משה ומחזרין באמה הזאת שהיתה יותר גדולה ממנה אצבע אחד היינו בדברי השייכי' לבנין בדק הבית שלא היו גדולי הערך וזה כדי שיוסיפו דבר מה משלהם ולא יבוא לידי מעילה ליהנות מן ההקדש שלא כדת אף צורפי הכסף והזהב היו נוטלין בשל משה ומחזירין באמה היתיר עליה חצי אצבע בלבד כדי שלא יבואו לידי פסידא גדולה אם יהיו מחזירין באמה היתירה אצבע שלם אמנם במדה האמה שקראו בינונית מודדין מקצת הדברים הקדשים כאומור כמו אורך ורחב הבית ומדת רוב הכלים השיירים לתשמישו. Idcirco ſcitote, cubitos, de quo locuti ſunt ſapientes noſtri f. m. non fuiſſe inter ſe pares; etenim cubiti altaris aurei, & cornu, & ambitus, & fundamenti, erant quinque palmorum juxta ſententiam R. Jehuda in *Gemara Babyl. Menachoth 97.* atque iſti vocabantur cubiti minores; verum cubiti ædificii templi, ceterarumque rerum ſanctarum erant ſex palmorum juxta ſententiam R. Meir, & deciſio eſt juxta ejus mentem; atque his menſus eſt Moſe tabernaculum, & vocantur cubiti Moſaici, aut cubiti mediocres, quia in ſanctuario erant cubiti his majores. Dixerunt ſapientes noſtri f. m. in *Tractatu*

ſtatu Celim xvii. 9. Duo enim cubiti
erant in Suſan palatio, unus ad angu-
lum orientalem aquilonarem, & alter
ad orientalem meridionalem; qui erat
ad angulum orientalem aquilonarem ſu-
perabat Moſaicum dimidio digito & qui
erat ad angulum orientalem aquilona-
rem hunc ſuperabat dimidio digito:
hinc conſtat, quod hic ſuperaret Mo-
ſaicum uno digito; Et artifices, qui
in ſanctuario occupati erant in ope-
re domus hujus magnæ & ſanctæ, ſu-
mebant ſemper ea, quæ ſibi erant
facienda, cubito Moſaico, & reſtitue-
bant hoc cubito, qui illo major erat
digito, ſc. in rebus pertinentibus ad
ædificium inſtaurationis domus, quarum
non augetur æſtimatio, ut aliquid de
ſuo addant, ne prævaricatio ab his
committatur, ſi utilitatem de ſacro per-
cipiant. Argentifices quoque & aurifa-
bri ſumunt cubito Moſaico, & reddunt
cubito dimidio digito redundanti dun-
taxat, ne multum accipiant detrimen-
ti, ſi reſtituant cubito, qui digito in-
tegro Moſaicum ſuperabat. Verum men-
ſura cubiti, qui mediocris appellatur,
partem rerum ſanctarum metiuntur,
ſc. longitudinem, & latitudinem tem-
pli, & menſuram plurimorum vaſorum
pertinentium ad ejus uſum. Hæc cubi-
torum varietas deduci poteſt ex *Eze-
chiele* xl. 5. וביד האיש קנה המדה שש
אמות באמה וטפח. *Et in manu viri
calamus menſuræ ſex cubitorum, in cu-
bito & palmo*. Et *Targum*. וביד גברא
קנה משחתא דחד מנהון שית אמין
באמיא באמתא דהיא אמא ופשך *Et in
manu viri calamus menſuræ, ſex cubito-
rum, in cubito, in cubito, in quo erat
cubitus & palmus*, Ubi *Kimchi*. וקנה
המדה היו בו שש אמות באמה וטפח
באמ׳ היודוע׳ שהיא של חמשה טפחים
וטפח זאת אמה היתה יתירה טפח והית׳
בת ששה טפחים וכן אמרינן במסכת
אמר ר׳ יהודה אמות הבנין ששה טפחים
ושל כלים חמשה ויונתן תרגם שית אמין
באמתא דהיא אמא ופשך. *Et calamus menſu-
ræ, in quo erant ſex cubiti in cubito & pal-
mo*; in cubito cognito, qui erat quinque
palmorum, & palmi; & iſte cubitus au-
ctus eſt palmo, & erat ſex palmorum;
& ſic dicitur in tractatu *Colim*. Dicit
R. Jehuda; cubitus ædificii ſex palmo-
rum, & cubitus vaſorum quinque pal-
morum; & *Jonathan* interpretatur;
ſex cubitorum in cubito, qui conſtabat
cubito & palmo. Ibid. xliii. 13. ואלה
מדות המזבח באמות אמה אמה וטפח.
*Iſtæ autem menſuræ altaris, in cubitis,
cubito, cubito, & palmo*. *Targum* ואילן
משחת מדבחא באמיא באמתא דהיא
אמא ופשך. *Et ipſæ ſunt menſuræ al-
taris in cubitis, in cubito, qui conſtabat
cubito & palmo*. Ubi iterum *Kimchi*
ופירוש באמות באמות הידועות בנבואה
זו שכל אמה מהם אמה וטופח שהם
ששה טפחים כי אמה בסתם בת חמשה
טפחים ואת המדה היתה בת ששה
טפחים וכן אמר בתחילת נבואה זו שש
אמות באמה וטפח כמו שפירשנו. Et ex-
plicatur in cubitis, in cubitis cognitis
in hac prophetia; quorum ſinguli cu-
biti conſtabant cubito & palmo, ſc. ſex
palmis; cubitus vero ſimpliciter eſt
quinque palmorum; at hujus menſura
erat ſex palmorum; & ſic dicitur in
principio hujus prophetiæ; *ſex cubiti,
in cubito, & palmo*: ſicut explicavi-
mus.

ממנו קרנתיו. *Cornua ex ipſo pro-
cedent*; *Exod*. xxx. 2. Et *Targum* מיניה
קרנוהי. *Et ex ipſo erunt cornua*. De
cornibus altaris exterioris pariter dici-
tur ממנו תהיין קרנתיו *Et cornua ex ip-
ſo erunt*. Et *Targum* מיניה יהוין קרנוהי;
Et ex ipſo erunt cornua. Ubi *Raſchi*.
ממנו תהינה קרנותיו שלא יעשם לבדם
ויחברם בו; *Et ex ipſo erunt cornua*; ne
ſeparatim exſtruantur, & cum eo con-
jungantur. Ex omnibus Interpretibus Ju-
dæis ab uno *R. Abrahamo ben David*
aræ interioris cornua cap. xxxiii. *Schil-
the Haggibborim* illuſtrata ſunt. והנה
כבר ידענו כי מן העצי שטים האלה היו
יוצאים גם כן הארבע קרנות הצריכים לו
כדכתיב ממנו קרנותיו וכמו שתרגם העבד
לה׳ יונתן בן עוזיאל מניה יהון קרנוהי
זקיפין כו׳ ומפני שלא נכתבת בתורה או
בנביאים מדת הקרנות האלה בארכן רחבן
וגבהן במשפט וגם לא שמעתי שרבותינו
ז״ל דברו בה דבר כמו שדברו במדת קרנות
מזבח העולה במסכת מדות פרק המזבח
היה שלשים ושתים אמרתי כי לא יהיה
עון אשמה על מי שיאמר שיהיו גם כן
בארכן ורחבן ורומן לפי ערך קרנות מזבח
החצון ולא יותר ואם על מקום המערכה
שלו שהיה בארך וברחב עשרים ושמנה
אמות באמה בינונית של ששה
טפחים ועוד נוספו עליהן ארבעה טפחים
שהן בין הכל מאה ושבעים ושנים טפחים
ובקומתו היה עם הקרנות חמשים ושמנה
טפחים כמו שביאר הרמב״ם ז״ל בפרק שלשי
דמדות משנה א׳ שהם בין הכל
עשר אמות בינוניות פחות שני טפחים
היו הקרנות של מזבח החצון הזה
בארך וברחב ששה טפחים ובגובה אמה
אחת בת חמשה טפחים בלבד נבין הוא
גם כן שנאמר שקרנות מזבח הזהב
שהיה בגנו חמשה על חמשה טפחים
ובגבהו עשרה טפחים כאמור יהיו הקרנות
בארכן ורחבן שלשים חלקים מן שלשת
וארבעים חלקי אצבע שהם שלשה
רביעיות אצבע אחד בקרוב וברומן יהיו
שלשה

שלשה אצבעות וארבעה חלקים מן תשעה חלקי אצבע אחד ולה יעבורו ומפני שהקרנות האלה על פי חשבון צודק כאשר כתבנו עתה היו קטנים מאד בארכן ורחבן התורה או רבותינו ז״ל לא הקפידו לכתוב לנו מדתן בפרטות כי הנה כל עדו שקרנות המזבח הזה יעלו על טהרו או גנו לצד מעלה כאמור יספיקו אל שיקראו קרנות הואיל שאין להן בקטרת הקטרת שום שמוש נגלה ועם כי קטנו׳ הן יספיקו׳ היטב לשמוש הזאת דם פר ושעיר של יום הכפורים ולשמוש פר כהן משיח ופר העלם דבר של צבור ודומיהן בפרט כי ההזאות האלה לא יעשו בתמידות על קרנותיו אלא או פעם אחת בשנה או לעתים רחוקים מאד . Verum jam ſcimus, quod ab his lignis Setim eminebant pariter quatuor cornua, quæ illis erant neceſſaria, uti ſcriptum eſt; *ex ipſo coruua ejus*; atque uti interpretatur ſervus Dei *Jonathan ben Uzielis*; *ex ipſo erunt cornua ejus erecta &c.* Et quoniam non ſcriptum eſt neque in lege neque in Prophetis menſura horum cornuum in longitudine, latitudine, & altitudine, ſicut convenit; neque audivi, quod ſapientes noſtri f. m. de his locuti ſint, uti locuti ſunt de menſura cornuum altaris holocauſti in tractatu *Midoth* cap. III. I. dico non peccari ab eo, qui dixerit, ea pariter fuiſſe in longitudine, & latitudine, & altitudine juxta proportionem cornuum altaris exterioris, & non amplius. Et ſi ſuper loco ſtruis qui patebat in longitudine, & latitudine octo & viginti cubitos in cubito mediocri ſex palmorum, præterea adjuncti erant quatuor palmi, ex quibus omnibus efficiebatur ſumma centum & ſeptuaginta duorum palmorum, & in altitudine una cum cornibus eminebat octo & quinquaginta palmos, uti explicat *Maimonides* f. m. in cap. III. I. *Midoth*, ex quibus omnibus efficiebatur ſumma decem cubitorum, minus duobus palmis, erant cornua altaris exterioris in longitudine, & latitudine ſex palmorum, & in altitudine unius cubiti quinque palmorum duntaxat; conveniens eſt, ut dicamus pariter, quod cornua altaris aurei, cujus tectum undiquaque quinque palmos patebat, & ejus altitudo erat decem palmorum, uti dictum eſt, cornua, inquam, eſſent in eorum longitudine & latitudine triginta partium ex tribus & quadraginta partibus unius digiti, quæ continent circiter tres quartas partes digiti; & in altitudine trium digitorum, & quatuor nonarum partium digiti & non amplius. Et quoniam hæc cornua juxta computum exactum, uti ſcripſimus, erant valde parva in longitudine, & latitudine, lex & ſapientes noſtri f. m. nullam curam habuerunt nobis deſcribendi præciſe eorum menſuram; eo quod quantulumcunque cornua hujus altaris ſuper ejus puritatem aut tectum in altitudinem eminerent, uti dictum eſt, ſatis erat, ut denominarentur cornua, cum nullum uſum, qui ſatis cognoſci poſſit, in ſuffitus adolitione obtinerent; & quamvis parva eſſent, tamen ſufficientia erant pro adſperſione ſanguinis juvenci & hirci diei expiationum, & pro uſu juvenci ſacerdotis uncti, & juvenci propter rei ignorantiam coetus, & his ſimilium; præſertim cum hujuſmodi adſperſiones non jugiter peragerentur ſuper ejus cornibus, ſed ſemel in anno, aut in temporibus, altero ab altero remotis.

III. Horum cornuum uſus xxx. *Exod.* 10. perſpicue indicatur לכפר אהרן על קרנתיו אחת בשנה מדם חטאת הכפרים אחת בשנה יכפר עליו לדרתיכם קדש קדשים הוא ליהוה. *Et deprecabitur Aaron ſuper cornua ejus ſemel per annum in ſanguine quod oblatum eſt pro peccato, & placabit ſuper eo in generationibus veſtris. Sanctum Sanctorum erit Domino.* Et *Targum* ויכפר אהרן על קרנתיה חדא בשתא מדם הטאתא דכפוריא חדא בשתא יכפר עלוהי לדריכון קודש קדשין הוא קדם יי. *Et expiabit Aaron ſuper cornua ejus ſemel in anno in ſanguine ſacrificii pro peccato expiationum, ſemel in anno expiabit ſuper eo in generationibus veſtris; Sanctum Sanctorum erit coram Domino.* Non injucundum fore putamus, ſi celeberrima hæc ſanguinum adſperſio, qua per Chriſti ſanguinem generalis omnium hominum expiatio teſte *Paulo* in Epiſtola ad *Hebræos* imprimis præfigurabatur, ex *Siphra*, atque ex utraque *Gemara Joma Hieroſolymitana, & Babylonica*, intactis adhuc philologiæ ſacræ fontibus uberrime a nobis in hoc loco illuſtretur. *Siphra* 40. 4. ולקח מדם הפר נוטלו ממי שהוא ממרס והזה ולא המטיף והזה ולא הזורק אצבעו נאמר כאן אצבעו ונאמר להלן אצבעו מה אצבעו האמור להלן הימנית המיומנת שבימין אף אצבעו האמור כאן הימנית המיומנת שבימין אל פני הכפורת קדמה זה בניין אב כל מקום שנאמר בפורת זה הפנים למזרח דבר אחר אל פני הכפורת קדמה אינו מתכוין להזו׳ לא למעלן ולא למטן אלא כמצליף לפני הכפורת יזה שבע פעמים לא שבע טיפים שבע פעמים שיהא מונה שבע פעמים הרי אחת ושבע ושחט את שעיר החטאת אשר לעם וגו׳ והביא את דמו אל מבית לפרוכת מלבד שהוא נכנס בו לפני ולפנים

אין לי אלא דם השעיר שהוא נכנס בו לפניי ולפנים מניין לדם הפר שיכנס בו לפניי ולפנים ת״ל ועשה את דמו כאשר עשה לדם הפר מה דם השעיר נכנס בו לפניי ולפנים אף דם הפר יכנס בו לפניי ולפנים והזה אותו אל הכפורת מלמד שהיה נותן אחת למעלה ולפני הכפורת איני יודע כמה הם הריני דן נאמר מתן דמים בפר למטה ונאמר מתן דמים בשעיר למטה מה מתן דמים האמורים בפר למטן שבע אף מתן דמים האמורים בו למטן שבע או כלך לדרך זו נאמר דמים למעלה ונאמר דמים למטה מה למעלה אחת אף למטה אחת נראה למי דומה דנין מלמטן משל מטן ואין דנין למטה משל מעלן או כלך לדרך זו דנים דם השעיר מדם השעיר ואין דנים דם השעיר מדם הפר ת״ל ועשה את דמו כאשר עשה לדם הפר מה דם הפר למטן שבע אף דם השעיר למטן שבע ואינו יודע כמה ליתן מדם הפר למעלה נאמר למעלה מתן דמים בשעיר ואמר מתן דמים בפר למעלה מה מתן דמים האמורים בשעיר למעלה אחת אף מתן דמים האמורים בפר למעלה אחת או כלך לדרך זו נאמרו דמים למטן ונאמרו דמים למעלן מה דמים האמירים בו למטן שבע אף דמים האמורים בו למעלה שבע נראה למי דומה דנים של מעלן משל מעלן ואין דנים של למעלה משל מטה או כלך לדרך זו דנים דם הפר מדם הפר ואין דנים דם הפר מדם השעיר ת״ל ועשה את דמו כאשר עשה לדם הפר שהיו כל מעשיו שוים מה דם הפר למטה שבע אף דם השעיר למטה שבע ומה דם השעיר למעלן אחת אף דם הפר למעלן אחת וגו׳ וכן יעשה לאהל מועד כשם שהוא עושה לפניי ולפנים כך הוא עושה בהיכל מה לפני ולפנים אחת למעלן ושבע למטן מדם הפר אף בהיכל אחת למעלה ושבע למטן מדם הפר ומה לפני׳ ולפנים אחת למעלה ושבע למטה מדם השעיר אף בהיכל אחת למעלה ושבע למטה מדם השעיר השוכן אתם בתוך טומאתם אע״פ שהם טמאים שכינה ביניהם וכל אדם לא יהיה יכול בעזרות ת״ל באהל מועד אין לי אלא באהל מועד מניין לרבות שילה ובית עולמים ת״ל לכפר בקודש אין לי אלא בשעה שנכנס לכפר בקטורת מניין כשכנסם לכפר ברמים ת״ל בביאו לכפר אין לי אלא בביאה מניין אף ביציאה ת״ל בצאתו עד צאתו וכפר בעדו ובעד ביתו ובעד כל קהל ישראל כפרתו קודמת לכפרת ביתו וכפרת ביתו קודמת לכל ישראל ויצא אל המזבח אשר לפני יי׳ מה ת״ל אמור ר׳ נחמיה לפי שמצינו בפרו הבא על כל המצוות שהוא עומד חוץ למזבח ומזה הפרכות בשעה שהוא מזה יכול אף זה כן ת״ל אשר לפני יי׳ והיכן היה לפנים מן המזבח או אינו מדבר אלא במזבח החיצון ת״ל אשר לפני יי׳ הא אינו מדבר אלא במזבח הפנימי וכפר עליו כפרה שהיא בגופו ולקח מדם הפר ומדם השעיר בזמן שהיה מעורבים יכול מזה בפני עצמו ומזה בפני עצמו ת״ל מדם חטאת הכיפורים אחת הא מה אני מקיים לקח הדם הפר ומדם השעיר בזמן שהם מעורבים ונתן על קרנות המזבח מתחיל מקרן מזרחית צפונית צפונית מערבית מערבית דרומית דרומית מזרחית מקום שהוא מתחיל בחטאת על מזבח החיצון שם הוא גומר על מזבח הפנימי ר׳ יהודה אומר משום ר׳ אליעזר במקומו הוא עומד ומחטא ועל כולן הוא נותן מלמטן למעלן חוץ מזו שהיתה לפניו שהיה נותן מלמעלן למטן סביב ר׳ ישמעאל אומר נאמר כאן סביב ונאמר להלן סביב מה סביב האמו׳ כאן הפסיק ארבע מתנות אף סביב האמור להלן הפסיק ארבע מתנות והזה עליו על טהרו של מזבח מן הדם שבענין שבע פעמים לא שבע טיפים שבע שיהא מונה שבע פעמים לא אחת ושבע וטהרו וקדשו מטומאות בני ישראל טהרו לשעבר וקידשו לעתיד לבוא וכלה מכפר אל הקודש אם כיפר כלה דברי ר׳ עקיבא אמר לו ר׳ יהודה מפני מה הוא אומר אם כלה כיפר אלא ללמד שאם חיסר אחת מכל המתנות כאילו לא כיפר מכפר את הקודש זה לפניי ולפנים את אהל מועד זה היכל המזבח זה המזבח מלמד שכל אחד ואחד כפרה בפני עצמו מיכן אמרו נותן מקצת מתנום שבפנים ונשפך דם יביא דם אחר ויתחיל כתחילה במתנות שבפנים ר׳ אלעזר ור׳ שמעון אמרו אינו מתחיל אלא ממקום שפסק גמר את המתנות שבפני׳ ונשפך את הדם יביא דם אחר ויתחיל כתחילה במתנות שבחוץ נתן מקצת מתנות ונשפך הדם יביא דם אחר ויתחיל כתחילה במתנות שבחוץ ר׳ אלעזר ור׳ שמעון אומרי׳ אינו מתחיל אלא ממקום שפסק גמר מתנות שבחוע ונשפך הדם יביא דם אהר ויתחיל במתנות המזבח נתן מקצת מתנות במזבח ונשפך הדם יביא דם אחר כתחילה ויתחיל במהנות המזבח ר׳ אלעזר ור׳ שמעון אומרים אינו מתחיל אלא ממקום שפסק גמר מתנית המזבח ונשפך הדם אין מתן היסוד מעכב . *Tollet quoque de sanguine vituli*. *Levit*. XVI. 14. sumebat ab eo, qui miscebat; & *asperget*; non guttatim fundet; & *asperget*; non fundet; *digito suo*; dictum est hic *digito suo*; & dictum est illic *digito suo*; sicut *digito suo* eo loco dicto, aptissimo manus dexteræ, ita pariter *digito suo* hic commemorato, aptissimo manus dexteræ. *Contra propitiatorium ad orientem*; hæc est principii constitutio; quod ubicumque commemoratur propitiatorium, est latus orientale. Alia explicatio; *contra propitiatorium ad orientem*; non attendit ad spargendum neque supra, neque infra, sed

quasi

dominaberis nostri dominando: Dixerunt illi, dominatus es nostri in Ægypto; Et dominaris nostri in deserto; In Ægypto quomodo? Dictum est enim *Exod.* II. 13. *Dixitque ei qui faciebat injuriam: quis te constituit principem, & judicem super nos?* Pariterque scriptum est Ibid. IV. 19. *Mortui sunt enim omnes, qui quærebant animam tuam.* Isti erant Dathan & Abiron, qui declinarunt a facultatibus suis. *Revera induxisti nos in terram, quæ fluit rivis lactis & mellis* &c. sicut speravimus in Ægypto. Pariterque dictum est; *Educam vos de afflictione Ægypti in terram fluentem lacte, & melle, ad locum Chananæi, & Pherezæi; & dedisti nobis possessionem agrorum, & vinearum; an & oculos nostros vis eruere?* Recte scriptum est, quod non sint locuti nisi contra Moysen & Aaron: altera explicatio; *an & oculos nostros vis eruere?* Quamvis effoderis eorum oculos, non adscendent. *Iratusque Moyses valde; ait ad Dominum: ne respicias sacrificia eorum*; ne in beneplacitum accipias eorum munera. *Tu scis quod ne asellum unquam acceperim ab eis.* Huic simile dixerunt sapientes in *Bava Metzia* VI. 3. Ex cœcus factus fuerit, aut in ministerium regis receptus fuerit; Et sic interpretatur *Targum* שחרית; eo modo, quo legimus in *Avoth* III. 12. Sis facilis præcepto regis. Vel asinum, quo fieri solet angaria, non accepi, multo magis illos ipsos. *Nec afflixerim quenquam eorum.* Quia dixerunt; *Quantum dominaberis nostri dominando! Dixitque Moyses ad Core; tu & omnis congregatio tua state coram Domino*; Hinc litigantes citantur ad domum judicii; *coram Domino*, in domo judicii. *Tu & illi;* hi sunt Dathan & Abiron & Aaron, de quibus dictum est*; die crastino;* quia non fit judicium tempore mercedis. *Tollite singuli thuribula vestra*; ad docendum; quod non timuerint aque se converterint. *Et cum coacervasset adversum eos Core omnem multitudinem*: ut invisi viderentur oculis filiorum Israel; *apparuit cunctis gloria Domini;* ut perderet eos. *Locutusque Dominus ad Moysen & Aaron ait;* ad monendos filios Israel. *Separamini de medio congregationis hujus, ut eos repente disperdam;* Fiant illi quasi excommunicati. *Qui ceciderunt proni in facies, atque dixerunt; Fortissime Deus spirituum universæ carnis;* creasti universum mundum; tamen spiritus non sunt inter se similes, neque hujus voluntas voluntati illius similis; omniaque in manu tua tradita sunt. *Num uno peccante?* Iste est Core; statim; *Et ait Dominus ad Moysen; Præcipe universo populo.* Miserebor vestri, ne perdamini propter operam Core & ejus congregationis. Recedite in gyrum. *Surrexitque Moyses, & abiit ad Dathan & Abiron*; Hinc probatur, quod non firmi sint in dissidiis. *Dixit ad turbam.* Promulgavit illis. *Recedite a tabernaculis hominum impiorum*; Etenim væ impio, væ ejus vicino; *Ne involvamini in omnibus peccatis eorum.* Hinc probatur, quod data sit facultas destructori perdendi. *Cumque recessissent a tentoriis eorum Dathan, & Abiron per circuitum egressi, firmi stabant*; obstupefacti. *Et ait Moyses: In hoc scietis, quod Dominus miserit me;* & lege destruxit. Dictum est enim; *hæc est lex*; *Quod Dominus miserit me, ut facerem universa quæ cernitis*; separationem sacerdotum a Levitis, pariterque omnia dona sacerdotii. *Si consueta hominum morte interierint*; hæc est secunda mors. *Et visitaverit eos plaga, qua & ceteri visitari solent;* hæc est mors violenta; Ne jaceant in lecto, juxta hominum consuetudinem, cum ægrotant; & homines adscendunt ad eos visitandos; Et ille præcipit filiis suis, & domui suæ; & sic dimittuntur ejus delicta; & dignus sit pœnitentia, & meretur vitam æternam; *non misit me Dominus*; uti dixit Michæas filius Jemla I. *Reg.* XXII. 28. *Si reversus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. Sin autem novam rem fecerit Dominus.* Dixit Moyses coram Deo sancto benedicto; Domine mundi; si creata est Gehenna, bonum est; sin minus; creet Deus. Sapientes nostri dicunt; nihil est novum sub sole, nisi accessio ad portam Gehennæ. Alia explicatio; *Sin autem rem novam fecerit Dominus*; etenim dictum est supra &c. Dixit Moyses coram Deo sancto benedicto: si creata est hæc creatio, quam dixisti, & fecisti, quæ non creata sunt, nunc crees Deus; *ut aperiens terra os suum*: sicut aperuit diebus Cain & Abel, in sanguinibus fratris sui Abel; *deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent*; ne illorum sit memoria, & memoriale in mundo; ne dicatur; hic bos est Dathan, hæc vestis est Abiron. *Confestim igitur, ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum.* Statim post verba Moysis, dirupta est terra, ut cognoscerent Israelitæ, quod ipse est veritas, & ejus lex veritas. *Descenderuntque ipsi,* cum

cum omnibus quæ ad illos pertinebant, *vivi in sepulcrum*. Ad docendum, quod terra aperta sit juxta crassitiem hominis; juxta hominis extensionem aperta est, juxta pedes, & crura, venter juxta ventrem, collum juxta collum; & illi paulatim descenderunt, & terra strangulavit eos; & illi clamabant; Moyses est veritas, & lex ejus veritas. Operti humo; quæ rediit ad pristinum statum. *Et perierunt de medio multitudinis*. Factus est locus eorum castrorum glaber. Ibique dictum est; *Et filii Core non mortui sunt*; locus munitus erat illis in Gehenna, & super illo steterunt; ad docendum, quod non fuerunt in consilio sui patris; & hi fuerunt Asir, & Alchana, & Abiasaph. Raba bar bar Chana dicit; aliquando ambulabam in deserto, mihique dixit quidam Arabs; veni & monstrabo tibi voragines Core; mihique ostendit tres foveas, ex quibus fumus egrediebatur; acceptis tribus velleribus lanæ, atque in aqua demersis, & in summitate altitudinis convolutis, quæ in illum locum immissa cum parum deposita essent, egressus est ventus; mihi dixit; audisne quæ illi dicunt? Et audivi dicentes; Moyses est veritas, & ejus lex veritas; & hæc certa sunt; mihi dixit hic Arabs, tricesimo quoque die aperitur Gehenna; subvertuntur in Gehennam, quasi caro in ahenum, & quando hinc audiuntur, dicunt: Moyses est veritas, & lex ejus veritas; & hæc certa sunt; Veni & vide, quid fecerit illis lingua mala. *At vero omnis Israel, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium; dicens: Ne forte & nos terra deglutiat*; ad docendum, quod facta esset terra quasi defluxus, & ab omni loco, ubi stabant facultates Core, Dathan, & Abiron convolvebantur, & descendebant, & absorbebantur in eo spatio, ubi aperta erat terra; dictum est enim; *Ecclesiast.* v. 12. *Divitiæ conservatæ in malum Domini sui*. Dicit Risch Lachisch; hæ sunt opes Core. Dictum est *Deut.* xi. 6. *Et omnis firmitas, quæ erat in eorum pedibus*: sic Hebræus. Dicit R. Elieser; facultates hominis quibus sustentatur in pedibus suis: *Sed & ignis egressus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros*. In Misna docetur; Core fuit ex combustis, & absortis; dictum est enim; *& deglutivit illos, & Core*. Pariterque dictum est; *Et ignis egressus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum*; Et hoc est, quod dicitur; *Et tu & Aaron, unusquisque cum thuribulo suo*. *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti, ut tollat thuribula, quæ jacent in incendio, & ignem illum extraneum &c.* Cur dicitur Eleasaro, & non dicitur Aaron? Quia duo filii Aaron, quod ignem extraneum obtulerint, mortui sunt; dictum est enim *Levit.* x. *Et acceperunt duo filii Aaron, Nadab & Abihu, unusquisque thuribulum suum &c.* Dixit Deus sanctus benedictus, duo ejus filii acerræ causa mortui sunt, veniat hic, & expiet pro acerris. Altera explicatio; *Præcipe Eleazaro filio Aaron*; quia Aaron erat summus sacerdos, & Eleazar Sagan, dixit Deus Sanctus Benedictus, melius est, ut Sagan, quam summus sacerdos ingrediatur inter incendium. *Thuribula peccatorum illorum in animabus suis*. Sapientes nostri dixerunt; eorum animæ combustæ sunt, & eorum corpora fuerunt conservata. R. Simeon ben Lascisch dicit; ad combustionem damnati sunt, propter operam suarum animarum; ad docendum, quod Core eos invitaverit, eisque convivium apparaverit, ut suo consilio sibi conciliaret; Et de illis dixit David *Psalm.* xxxiv. 14. *Subsannaverunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis*. Super jurgiis oris frenduit super eos princeps Gehennæ dentes suos. מעוג, uti dictum est in Sarephta; *Reg.* xvi. 12. *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo placentam*. *Producatque ea in laminas, & affigat altari*. Sicuti dictum est *Exod.* xxxix. 3. *Inciditque bracteas aureas*; At illæ erant aureæ, & hæ æneæ. הרקעה est nomen operis; sicut dictum est *Job.* xxxvii. 18. *expandistine cum eo nubes supremas, vel coelos?* Sic Hebræus. At פחים est nomen fabrorum ferrariorum, quasi sufflatorum, qui sufflant eas in igne, & malleo contundunt, easque extendunt: quibus altare obducatur: *Eo quod oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint*. Hinc dixerunt, quod in sanctuario adscendant, & non descendant. *Ut haberent postea filii Israel, quibus commonerentur*; *ne quis accedat alienigena*. Vel Levitæ appellantur alienigenæ. *Ne patiatur, sicut passus est Core, & omnis congregatio ejus*. Hinc dixerunt; qui firmus est in dissidiis, violat præceptum negativum; neque hoc solum, sed etiam lepra percutitur; Dictum est enim *Exod.* iv. 6. *Dixitque Dominus rursum: Mitte manum tuam in sinum tuum &c. protulit leprosam instar nivis*. Pariterque invenimus in Ozia Rege, de quo scriptum est 2. *Paral.* xxvi. 16.

16. *Sed cum roboratus esset, elevatum est cor ejus &c. Statimque orta est lepra in fronte ejus. Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die*; sc. postero die combustionis. *Moyses & Aaron fugerunt in tabernaculum fœderis. Et apparuit gloria Domini*, ut eos perterrefaceret, & conturbaret. *Et ingressus Moyses & Aaron, accesserunt* coram gloria sc. Domini. *Dixitque Dominus ad Moysen. Recedite de medio hujus multitudinis, & momento delebo eos*. Et ibi dictum est הבדלו; nomine justorum dictum est הבדלו justi; at hoc loco omnes æquiparantur, dictum est; *murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israel*, idcirco dicitur הרומו quasi ablatio ex profanis. *Dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari &c.* Respondit Aaron Moysi. Domine mi, Mose, me ad mortem petis; filii mei, quod ignem vulgarem obtulerint, combusti sunt, & tu mihi dicis; tolle thuribulum, & immitte in illud ignem de altari ad educendum de sanctuario foris? Respondit illi, dum tu loqueris, illi moriuntur; & festinanter abi; Quando hæc audivit Aaron; dixit; quamvis ego moriar pro Israele, non curo. Et accepit Aaron, sicuti dixit illi Moyses, & cucurrit ad mediam multitudinem; ivit in medios armatos, ad observandum verba Moysis. *Et stans inter mortuos, ac viventes*. Dixit enim Mose *Deut.* IX. 20. *Adversum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere*; Futurum erat, ut Aaron sepeliret quatuor suos filios, ac pro eo oravit Moyses, sicut dictum est ibid. *Et pro illo similiter deprecatus sum*. Moyses stetit inter vivos, & mortuos pro filiis Aaron, & Aaron stetit inter mortuos & vivos pro filiis Israel. *Reversusque est Aaron ad Moysen*: ad nuncium suum. *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens; Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, a cunctis principibus &c.* ad docendum, quod Deus sanctus benedictus voluerit bene facere Israeli, & illi imputare cogitationes bonas. *Nomen autem Aaron erit in tribu Levi &c. Ponesqua eas in tabernaculo fœderis coram testimonio*, coram arca; & virgam Aaron inter eorum virgas; ne dicant; ab odore Divinitatis effloruit. *Et turgentibus gemmis eruperant flores*. R. Tanchuma exponit; vel hac de re contremuit cor meum, & exsilivit ex loco suo. Filii Aaron viventes ingressi sunt in sanctum sanctorum, & mortui sunt; & virga Aaron sicca illata est & viridis est egressa; & retulit amygdalas. Sicut dicitur in *Jeremia* I. 11. *Virgam vigilantem ego video &c.* Et exposuerunt; quia vigilavi super verba mea, ab facienda ea; pariterque Deus sanctus benedictus vigilavit super omnia, quæ constituit pro sacerdotio; dictum est enim. *Dixitque Dominus ad Moysen refer virgam Aaron &c. ut servetur ibi in signum rebellionis*. Non decidet flos, neque exsiccabitur. *Fecitque Moyses, sicut præceperat Dominus*; ad docendum, quod Aaron non adduxerit virgam de domo sua; ne dicerent; viridis erat, idcirco effloruit; sed siccam adduxit unam trabem, & divisit duodecim tribus Israel, illisque dederat, singulæque nomen suum scripserunt super virga sua, tanquam scriptum manu sua, ad aggregandum & faciendum unum fasciculum. Et virga Aaron inter eorum virgas; *sequenti die* convenerunt, ad videndas virgas, at cur postridie? Quia solliciti fuerunt tota nocte; cujusuam effloruerit; idcirco dicitur; *Sic fecit*. Dixerunt autem filii Israel; ecce consumti sumus, omnes periimus. Dixerunt de semetipsis; neque intelligebant, quid illi dicerent; mortui sunt pro opere vituli gladio, occisione, combustione, & in facinore Core absorti, & combusti sunt, & ceciderunt quatuordecim millia, & septingenti; in his omnibus non posuerunt in corde suo, ut crederent eorum creatori. *Quicumque accedens accesserit*. Duæ accessiones; sicut Levitæ accedunt propter suas oblationes ad tabernaculum Dei; multo magis reliquæ tribus.

Tandem Ozias qui adolere voluit suffitum in altari aureo, lepra percutitur, ut 2. *Paral.* XXVI. 16. scriptum est. וכחזקתו גבה לבו עד להשחית וימעל ביהוה אל היו ויבא אל היכל יהוה להקטיר על מזבח הקטרת ויבא אחריו עזריהו הכהן ועמו כהנים ליהוה שמונים בני חיל ויעמדו על עזיהו המלך ויאמרו לו לא לך עזיהו להקטיר ליהוה כי לכהנים בני אהרן המקדשים להקטיר צא מן המקדש כי מעלת ולא לך לכבוד מיהוה אלהים ויזעף עזיהו ובידו מקטרת להקטיר ובזעפו עם הכהנים והצרעת זרחה במצחו לפני הכהנים בבית יהוה מעל המזבח הקטרת ויפן אליו עזריהו כהן הראש וכל הכהנים והנה הוא מצרע במצחו ויבהלוהו משם וגם הוא נזחף לצאת כי נגעו יהוה. *Sed cum roboratus esset, elevatum est cor ejus in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum: ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum super altari thymiamatis; statimque ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domi-*

Domini octoginta, viri fortissimi; restiterunt regi, atque dixerunt: Non est tui officii, Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad hujusmodi ministerium; egredere de sanctuario, ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo; Iratusque Ozia, tenens manu thuribulum ut adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte ejus coram sacerdotibus, in domo Domini super altare thymiamatis. Cumque respexisset eum Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes viderunt lepram in fronte ejus, & festinato expulerunt eum. Sed & ipse perterritus, acceleravit egredi, eo quod sensisset illico plagam Domini. Ex his, quæ adhuc commemorata sunt, satis superque demonstratum est, cum præcipuo Dei mandato, tum eorum pœna ac suppliciis, qui cum sacerdotio non essent insigniti thymiama offerre voluerunt, uni Aaroniticæ genti suffitum adolere licuisse.

CAPUT TERTIUM.

I. *De ministeriis quotidianis*. II. *De tempore adolendi suffitus matutini, & vespertini*. III. *De pyra suffitus in altari exteriori*. IV. *De ritu adolendi suffitus quotidiani*. V. *De ritu adolendi suffitus in die expiationum*. *Locus* Levit. XVI. 17. *uberrime illustratur*. VI. *Locus Epist. ad* Hebr. IX. 4. *explicatur*.

I. MAne in conclavi cæsi lapidis, ubi magnum synhedrium cogebatur, sortiebantur sacerdotes ministeria quotidiana; *Babyl. Joma* 25. לשכת הגזית כמין בסילקי גדולה היתה פייס במזרחה וזקן יושב במערבה והכהני׳ מוקפים ועומדים כמין בכוליאר והממונה בא ונוטל מצנפת מראשו של אחד מהם ויודעין שממנו פייס מתחיל ואי סלקא דעתך בבגדי חול מצנפ׳ בבגדי חול מי איכא אין כדתני ר׳ יהודה ואיתימ׳ ר׳ שמואל בר יהוד׳ כהן שעשתה לו אמו כתנת עובד בה עבודת יחידי אמר אביי שמע מינ׳ לשכת׳ הגזית חציה בקדש וחציה בחול ושמע מינה שני פתחי׳ היו לה אחד פתוח בקודש ואחרת פתות בחול דאי סלק׳ דעתך כולה בקודש זקן יושב במערב׳ והא׳ מר אין ישיב׳ בעזרה אלא למלכי בית דוד בלבד ואי סלק׳ דעתך כוליה בחול פייס במזרחה והא בעינ׳ בבית אלהי׳ נהלך ברג׳ וליכא אלא שמע מינה חציה בקודש וחציה בחול ואי סלק׳ דעתך פתח אחד יש לה ופתוח לקודש זקן יושב במערבה והתנן הלשכות הבנויות בחול ופתוחות לקודש תוכן קודש ואי סלקא דעתך פתוח לחול פייס במזרחה והתנן בנויו׳ בקרש ופתוחות לחול תוכן חול אלא לאו שמע מינה שני פתחים היו לה אחד פתוח בקודש ואחר פתוח לחול מתני׳ הפייס השני מי שוחט מי זורק מי מדשן את המנורה ומי מעלה אברים לכבש הראש והרגל ושתי הידים העוקץ והרגל והחזה והגרה ושתי הדפנו׳ והקרבי׳ והסלת והחביתין והיין שלש׳ עשר כהני׳ זכו בו אמר בן עזאי לפני ר׳ עקיבא משום ר׳ יהושע דרך הלוכו היהקרב גמ׳ איבעיא להו כשהן מפייסי׳ לעבודה אחרת מפיסין או דלימא לכל עבודה ועבודה הן מפייסין תא שמע ארבע פייסות היו שם ואי סלקא דעתך לכל עבודה הן מפייסין טובא הוו אמר רב נחמן בר יחצק הכי קאמר ארבעה פעמים נכנסי׳ להפיס ולכל חדא וחדא היו בה טובא פייסות. Conclave cæsi lapidis exstructum erat ad similitudinem Basilicæ magnæ, & in ejus plaga orientali fiebat sortitio, & in occidentali sedebat senex, & sacerdotes per gyrum stabant, quasi in circulo, & præfectus adveniens ex alicujus capite sumebat cidarim, unde constabat, quod ab eo initium sortiendi fieret. Putasne in vestibus profanis fuisse cidarim? Non; sicut docet R. Jehuda; & alii dicunt; R. Samuel bar Jehuda; sacerdos, cui mater fecerit tunicam, potest ea ministrare in ministerio particulari. Dicit Abai; hinc constat; Conclave cæsi lapidis dimidium situm erat in sancto, & dimidium in profano; & hinc eruitur; duæ illi erant portæ, altera aperta in sanctum, & altera in profanum; si putas totum fuisse situm in sancto; senex sedebat in occidente? & dicit Mor; non licuisse sedere in atrio, nisi regibus domus David duntaxat. At si putas totum fuisse situm in profano; sortitio fiebat in oriente? quid? *In domo Dei ambulavimus cum consensu*. *Psalm.* LIV. 15. & hoc non est. At hinc constat, fuisse situm dimidium in sancto, & dimidium in profano; Et si putas, fuisse illi unam tantum portam, & apertam in sanctum; senex sedebat in occidente? At legi-

legimus, conclavia exſtructa in profano, & aperta in ſanctum, eorum pars interior erat ſancta; at ſi putas, portam apertam fuiſſe in profanum; ſortitio fiebat in oriente? at legimus; ſi conclavia exſtructa ſint in ſancto, & aperta in profanum, eorum interior pars erat profana; Non ita erat; ſed hinc conſtat, duas illi fuiſſe portas, alteram apertam in ſanctum, & alteram in profanum. *Miſna:* ſecunda ſortitio; quis mactaret, quis edſpergeret, quis decineraret altare interius, & quis decineraret candelabrum, & quis deferret membra ad collem, caput & pedem, & duas manus, ſpinam dorſi, & pedem, & pectus, & duo latera, & inteſtina, & ſimilam, & ſartagines & vinum; in his tredecim ſacerdotes digni facti ſunt. Dixit ben Azai coram R. Akiba nomine R. Jehoſua; juxta ejus inceſſum offerebatur. *Gemara.* Quæſitum eſt; cum ſortirentur, utrum pro uno miniſterio ſortirentur; an pro omnibus ſortirentur? Veni & audi. Quatuor ibi erant ſortitiones. Si putas pro omni miniſterio fuiſſe factam ſortitionem; plurimæ fuiſſent. Dicit R. Nachman bar Iſaac; ſic dicit; Quater introibant ad ſortiendum, at ſingulis vicibus multæ fiebant ſortitiones. *Toſaphta Joma* I. 10. כיצר מפיסין נכנסין ללשכת הגזית מקיפין ועומדין ככוליר הממונה בא ונוטל מצנפתו של אחר מהן ויודעין שממנו פייס מתחיל לא היו מוציאי' שתי אצבעות אלא אחת היחידים שבהן מוציאין שתים ולא היו מונין את היתירה וגו' אמר להם הממונה מי שוחט מי זורק מי מרשן את המזבח הפנימי מי מרשן את המנורה מי מעלה איברים לכבש הראש והרגל ושתי ידים העוקץ והרגל וחזה והגרה ושתי דפנות הקריבים והסלת והחביתים והיין אלו דברי ר' שמעון איש המצפה ר' יוסי אומר הראש והרגל ישתי ידים החזה והגר' ושתי דפנות העוקץ והרגל אמר בן עזאי לר' עקיבא משם ר' יהושע דרך הלכו היה קרב הראש והרגל החזה והגרה שתי ידים ושתי דפנות העוקץ והרגל שלש עשר זכין בו פעמים ארבעה עשר פעמים חמשה עשר איל קרב באחד עשר כבשי צבור בשמונה שאין עמהן חביתין פר קרב בעשרים וארבעה הראש והרגל שנים אוחזין ברגל ומעלין אותה לגבי מזבח שלשה אוחזין ומקריבין אותה לגבי מזבח בד"א בקרבנות הצבור אבל קרבנות יחיד כל הרוצה להקריב מקריב. Quomodo ſortiebantur? Ingrediebantur in conclave cæſi lapidis, inſtar coronæ in gyro ſtabant, præfectus adveniens ex capite unius eorum ſumebat cidarim, hinc conſtabat, ab eo initium fieri ſortitionis; Atque unum tantum digitum educebant, non vero duos; nonnulli vero privati duos educebant, ſed ille qui ſuperat, non numerabatur &c. Dicebat præfectus, venite, & ſortimini, quis mactet, quis decineret altare interius, quis decineret candelabrum, quis deferat membra ad collem, caput & pedem, & duas manus, ſpinam dorſi, & pedem, & pectus, & guttur, & duo latera, inteſtina, ſimilam, & cruſtula, & vinum; verba R. Simeonis viri ex Miſpa. R. Joſe dicit; caput & pedem, & duas manus; pectus & guttur, & duo latera, ſpinam dorſi, & pedem. Dixit ben Azai R. Akibæ nomine R. Jehoſuæ, juxta inceſſum offerebatur; caput & pedem, pectus & guttur, duas manus, & duo latera, ſpinam dorſi, & pedem. Tredecim in eo digni facti erant, aliquando quatuordecim, aliquando quindecim. Aries ab undecim offerebatur, agni coetus ab octo, cum in his non deprehenderentur cruſtula; Juvencus a quatuor & viginti; caput & pedem, duo accipiebant pedem, & deferebant ſuper altare (legendum לגבי כבש ſuper collem) & tres accipiebant, & offerebant ſuper altare. De quo hæc dicta ſunt? de ſacrificiis coetus; ſacrificia vero privata, quicumque volebat offerre, offerebat. In his quæ adhuc dicta ſunt, legimus factam quoque fuiſſe ſortitionem de decinerando altari interiori, in quo ſuffitus erat adolendus, qui ritus deſcribitur *Tamid* III. 6. מי שזכו בדישון מזבח הפנימי והמנורה היו מקימין וארבעה כלים בידם הטני והכוז ושתי מפתחות הטני דומה לתרקב גדול של זהב מקזיק קבין וחצי והכוס דומה לקיתון גדול של זהב ושתי מפתחות אחד ירד לארת השחי ואחד פותח כיון בא לו לפשפש הצפונו ושני פשפשין לו לשער הגדול אחד בצפון ואחד בדרום שבדרום לא נכנס בו אדם מעולם וגו' נטל את המפתח ופתח את המשפש נכנס לתא ומן התא אל ההיכל עד שהוא מגיע לשער הגדול הגיע לשער הגדול העבי הנגר ואת הפותחות ופתחו לא היה שוחט השוחט עד ששומע קול שער הגדול שנפתח וגו' מי שזכה בדישון מזבח הפנימי נכנס ונטל את הטני והניחו לפניו היה חופן ונותן לתוכו ובאחרונה כיבד את השאר לתוכו והניחו ויצא. Qui deſignabantur ad decinerandum altare interius, & candelabrum, præcedebant quatuor habentes inſtrumenta Teni, Cos, & duas claves; Teni eſt vas ſimile caniſtro magno aureo, continens duos cabos cum dimidio; Cos eſt vas ſimile poculo magno aureo, & duarum clavium una deſcendebat ad cubitum axil-

axillæ, altera vero ſtatim aperiebat. Accedebat ad januam ſeptentrionalem, duæ erant januæ in porta magna, altera ad ſeptentrionem, & altera ad auſtrum, per illam, quæ ad auſtrum, nunquam ingreſſus eſt homo &c. ſumebat clavem, & aperiebat oſtium, veniebat in thalamum, & ex thalamo in templum, donec appropinquaret ad portam magnam, cum appropinquaret ad portam magnam, removebat vectem, & peſſulos, aperuitque eam; qui mactabat, non mactabat, antequam audiret ſonitum portæ magnæ, quando aperiebatur &c. qui deſignatus erat ad decinerandum altare interius, imgrediebatur, ſumtoque vaſe; depoſuit illud coram facie ſua, tum pugillo capiens corbi impoſuit, ſed poſtea everriculo purgavit reliquum cinerem, quo depoſito egrediebatur. Hi cineres ad orientem collis reponebantur; *Hieroſ. Joma* 39. 4. אמר רבי והלא כהן המדשן את המזבח הפנימי יכול הוא לדשן את המנורה אלא לעשות פומפי לדבר תמן תנינן הניח הכוז על מעלה שנייה ויצא ונטל את הכוז ממעלה שנייה ויצא אמר ר׳ יוחנן ולמה הוה נכנס לקטרת שני פעמים אלא כדי לעשות פומפי וגו׳ מניין לדישון המזבח הפנימי ר׳ פדת בשם ר׳ לעזר והשליך אותה אצל המזבח קדמה אל מקום הדשן אינו צריך אם לקבע לו מקום כבר כתיב אצל המזבח אם ללמדך שינתן במזרחו של כבש כבר כתיב קדמה אף הוא דרש אצל המזבח מה כאן מזרחו של כבש אף כאן מזרחו של כבש מניין שהוא אסו׳ בהנייה ר׳ לא בשם ר׳ לעזר אל מקום טהור שיהא מקומו טהור ר׳ זעורה בשם ר׳ לעזר לא אמר כן אלא מניין לדישון מזבח החיצון שהוא אסור בהנייה ת״ל אל מקום הדשן שיהא מקומו לעולם מניין לדישון מזבח הפנימי והזה עליו והקטיר מה הזייה בגופו אף הקטרה בגופו מניין למזבח הפנימי אהוא אסור בהנייה קל וחומר אם מזבח החיצון אסור בהנייה הפנימי לא כל שכן. Dicit Rabi; Et ecce ſacerdos, qui decinerabat altare interius, crederem, quod candelabrum quoque decineraret? ſed rei facienda erat pompa. Eo loco legimus. Deponit poculum ſuper gradu ſecundo; & egreditur; ſumtoque poculo de ſecundo gradu egreditur &c. Dicit R. Jochanan; cur ingreditur bis ad ſuffitum adolendum? non alia de cauſa, niſi ut fieret rei pompa. Unde probatur deciuerandum fuiſſe altare interius? Dicit R. Pedath nomine R. Eleaſaris; dictum eſt *Levit.* I. 16. *Et projiciet prope altare ad orientem plagam*. Quod non erat neceſſe; ſi ad ſtatuendum illi locum; jam ſcriptum eſt; *prope altare*, ſi ad te docendum, quod reponeretur in orientali parte collis; jam ſcriptum eſt; *ad orientalem plagam*. Pariter exponitur; *prope altare*; ſicut ibi in oriente collis, ita pariter hic in oriente collis. Unde probatur ex eo prohitum fuiſſe utilitatem capere? R. La nomine R. Eleaſeris; dictum eſt Ibidem VI. 11. *In loco mundiſſimo*; ut ejus locus ſit mundus. R. Zangora nomine R. Eleaſaris non ita dicit; ſed unde probatur cinerem altaris exterioris fuiſſe uſu interdictum? ex eo quod dictum eſt; *in loco, in quo cineres effundi ſolent*; ut ejus locus ſit in æternum. Unde probatur decinerandum fuiſſe altare interius? Ex eo quod dicitur; & *adſperget ſuper illud, & ſuffitum adolebit*. Sicut adſperſio in ipſius corpore, ita pariter adolitio ſuffitus in ipſius corpore. Unde probatur cinerem altaris interioris fuiſſe uſu interdictum? ex argumento a minori ad majus. Si cinis altaris exerioris uſu eſt interdictus, altaris interioris nonne multo magis? *Siphra* 6. אצל המזבח סמוך למזבח קדמה למזרחו של כבש אל מקום הדשן ששם יהו נותנין את הדשן רבי חנינה בן אנטיגנס אומר שני בתי דשנין היו שם אחד במזרחו של כבש ואחד במזרחו של מזבח זה שמזרחו של כבש שם היו נותנין מוראות העוף ודשין מזבח הפנימי והמנורה וזה שבמזרחו של מזבח שם היו שורפין פסולי קדשי׳ קדשי׳ ואמורי קדשי׳ קלי׳. *Prope altare*; apud altare; *ad orientalem plagam*; ad orientem collis; *in loco, in quo cineres effundi ſolent*; ubi ſolent reponere cinerem. R. Chanina ben Antigoni dicit; duæ ibi erant domus cinerum, altera in oriente collis, & altera in oriente altaris; in ea, quæ erat ad orientem collis, reponebantur ingluvies avis, & cinis altaris interioris, & candelabri; in altera, quæ erat in oriente altaris, comburebantur ſancta ſanctorum, & ſancta levia, quæ profanata eſſent.

Poſt ſecundam ſortitionem, de qua hactenus locuti ſumus, in tertia deſignabatur qui adoleret ſuffitum, in qua hæc ſunt animadvertenda; I. quod nulla facta fuerit ſortitio pro thuribulo; *Babyl. Joma* 25. 2. תא שמע ר׳ יהודה אומר לא היה פייס למחתה אלא כהן שזכה בקטרת אומ׳ לזה שעמו זכה עמי במחתה שאני מחתי וקטרת דחדא עבודה היא איכא דאמרי דוקא מחתה וקטרת דחדא עבודה היא אבל שאר עבודו׳ בעי פייס. Veni & vide. R. Jehuda dicit; non fiebat ſortitio pro thuribulo; ſed ſacerdos, qui deſignatus erat ad adolendum ſuffitum, dicebat illi, qui cum eo erat, mecum dignus habeare in thuribulo; quia thu-

thuribulum & ſuffitus ſunt unum miniſterium; nonnulli dicunt; duntaxat thuribulum, & ſuffitus ſunt unum miſterium; at reliqua miniſteria requirunt ſortitionem. Ubi *Raſchi* לא היה פייס למחתה כשהיו מפיסין לקטורת כדתנן מתני׳ חדשי׳ לקטורת באו והפיסו והקטור׳ צריכה שני כהנים אחד שמוליך הקטור׳ להיכל ומקטירו ואחר שחותה גחלים מעל המזבח החיצון ומכניס להיכל ונותן על המזבח הפנימי להקטיר את הקטורת עליהן כדילפינן לקמן מקראי שגחלי מזבח הפנימי נוטלין ממזבח החיצון בכל יום וקאמ׳ ר׳ יהודה לא היו מפיסין מי שזוכה במחתה אלא מי יזכה בקטורת ומי שזכה בה אומר לזה שבימינו זכה עמי במחתה אלמא לאו לכל עבודה ועבודה מפיסין. Non fiebat ſortitio pro thuribulo, quando ſortiebantur pro ſuffitu, ſicut traditur in Miſna; Novi ad ſuffitum, veniebant, & ſortiebantur; ſuffitus duos requirebat ſacerdotes, alterum, qui afferret ſuffitum in templum ad adolendum, & alterum, qui acciperet prunas ex deſuper altari exteriori, & inferret in templum, & imponeret altari interiori, in quo ſuffitus adoleretur, ut inferius docetur, ex textibus; quod prunæ altaris interioris ſumerentur de altari exteriori ſingulis diebus. Et dicit R. Jehuda; non ſortiebantur, quis deſignaretur ad thuribulum, ſed tantum qui deſignaretur ad ſuffitum; & qui in illo deſignatus erat, dicebat illi qui erat ad ejus dextram; deſigneris tu quoque mecum in thuribulo; Itaque pro omnibus miniſteriis non fiebant ſortitiones. *Hieroſ. Joma* 39. 4. דתני שזכה בקטורת אמר לזה שעל ימינו אוף את למחתה וגו׳. Traditio; qui deſignatus erat ad ſuffitum, dicebat illi, qui erat ad ejus dextram; tu quoque pro thuribulo. *Toſaphta Joma* I. 11. ר׳ יהודה אומר לא היה פייס למחתה אלא מי שזכה בקטרת אומר לזה שעמו אף אתה על המחתה. R. Jehuda dicit; non fiebat ſortitio pro thuribulo; ſed is, qui deſignatus erat ad ſuffitum, dicebat illi, qui cum eo erat; tu quoque ſuper thuribulo. II. Quod ſemper novi deſignarentur ad ſuffitum, excluſis iis, qui aliquando ſuffitum adoleviſſent. *Hieroſ. Joma* 40. 1. אמר ר׳ חנינה מימיו לא הפיס אדם בקטורת ושנה אמר ר׳ יוסה מתניתא אמרה כן חדשים לקטורה בואו והפיסו אמר ר׳ חנינה וכן למחתה אמר ר׳ יוסה מתניתה אמרה כן מי שזכה בקטורת אומר לזה שעל ימינו אף את למחתה נמצאתה אומר שני כהנים היו מתברכין בכל פעם רב אמר ברך ה׳ חילו ופועל ידיו תרצה מעשה באחד שיבשה זרועו ולא הניחה לקיים מה שנ׳ ברך ה׳ חילו ופועל ידיו תרצה. Dicit R. Chanina; nemo ſortietur in ſuffitu ſecunda vice in diebus ſuis. Dicit R. Joſe; Miſna ita dicit; Novi ad ſuffitum veniant, & ſortes projiciant. Dicit R. Chanina, pariter pro thribulo. Reſpondit R. Joſe; Miſna ita dicit; qui deſignatur ad ſuffitum dicit illi, qui eſt ad ejus dextram, tu quoque ad thuribulum. Deprehenditur, quod duo ſacerdotes ſingulis vicibus benedicerentur. Rab dicit. *Benedic Domine fortitudini ejus, & opera manuum illius ſuſcipe*. Hiſtoria de quodam, cui brachium exaruit; nec ceſſavit confirmare, quod dictum eſt. *Benedic Domine fortitudini ejus, & opera manuum illius ſuſcipe*. *Babyl. Joma* 26. פייס השלישי חדשים לקטרת באו והפיסו והרביעי חדשים עם ישנים מעלה אברי׳ מן הכבש ולמזבח תנא מעולם לא שנה אדם מאי טעמא אמר ר׳ חנינה מפני שמעשר׳ אמר ליה ר׳ פפא לאביי מ״ט אילימ׳ משום דכתי׳ ישימו קטור׳ באפך וכתי׳ בתריה ברך ה׳ חילו אי הכי עולה נמי הכתיב וכליל על מזבחך אמר ליה הא שכיחא והא לא שכיחא וגו׳ אמר ר׳ יוחנן אין מפייסין על תמיד של עריבים אלא כהן שזכה בו בשחרית יזכה בו ערבית מתיבי כשם שמפייסין שחרית כך מפייסי׳ בין הערבים כי תני׳ ההיא בקטרת והתניא כשם שמפייסין לו שחרי׳ כך מפיסין לו ערבית אימא לה והתניא כשם שמפייסי׳ לו שחרית כך מפיסי׳ לו ערבית וכשם שמפיסין לה שחרי׳ כך מפיסי׳ לה ערבית אמ׳ רב שמואל בר ר׳ יצחק הכא בשבת עסיקינן הואי ומשמרו׳ מתהדשו׳ ולמאי דסליק דעתין מעיקו׳ נפישי להו פייסו מיהא כולהו׳ מצפרא אותו דזכי ביה שחרית זכי דזכי בערבית זכי הרביעי חדשים עם ישנים וכו׳ מתני׳ דלא כר׳ אליעזר בן יעקב דתנן ר׳ אליעזר בן יעקב אומר המעלה איברים לכבש הוא מעלה אותן למזבח במאי קא מיפלגי מר סבר ברב עם הדרת מלך ומר סבר מקום שכינה לאו אורח ארעא אמ׳ רבא לא ר׳ אליעזר בן יעקב אית ליה דרבי יהודה ולא ר׳ יהודה אית ליה דר׳ אליעזר בן יעקב בצרא להו פייסות ואי משכחת תנא דתני חמש ההוא דלא כרבי אליעזר בן יעקב ודלא כרבי יהודה. Tertia ſortitio. Novi ad ſuffitum veniant, & ſortiantur. Et quarta; Novi cum veteribus; qui deferat membra de colle ad altare. Traditur, quod nemo unquam ſecunda vice adoleverit; qua de cauſa? Dixit R. Chanina; quia diteſcit. Dixit R. Papa ad Abai; qua de cauſa? forte quia ſcriptum eſt *Deuter.* XXXIII. 10. *Ponent thymiama in furore tuo*. Et poſtea ſcriptum eſt; *Benedic Domine fortitudini ejus*. Num holocauſtum?

ſtum? ſcriptum eſt enim ibid. *Et holocauſtum ſuper altare tuum*. Reſpondit illi; hoc invenitur, at illud non invenitur &c. Dicit R. Jochanan; non ſortiuntur de ſacrificio jugi veſpertino, ſed ſacerdos, qui deſignatur ad matutinum, deſignatur quoque ad veſpertinum. Opponitur; Sicut ſortiuntur mane, ita pariter veſperi ſortiuntur. Quia extat traditio de ſuffitu; traditur enim; ſicut de illo mane ſortiuntur, ita pariter veſperi ſortiuntur: dicam nonne extat traditio? Sicut pro hoc ſortiuntur mane, ita pariter veſpera ſortiuntur; & ſicut pro illo ſortiuntur mane, ita pariter veſpera ſortiuntur. Dicit R. Samuel bar R. Iſaac. Hic contendimus in Sabbatho, quandoquidem innovantur cuſtodiæ. Putandumne eſt, quod a principio multæ illis deſignarentur ſortitiones? Hinc omnes congiungebantur & qui in eo deſignatur mane deſignatur, & qui deſignatur veſpera deſignatur. Quarta; Novi cum veteribus. Miſna non eſt juxta mentem R. Elieſeris ben Jacob; traditur; R. Elieſer ben Jacob dicit; qui deferebat membra ad collem, idem offerebat ſuper altare. In quo conſiſtit controverſia? Hic putat; in multitudine populi honor regis; & ille putat; in loco Divinitatis non fit juxta morem terræ. Dicit Raba; R. Elieſer ben Jacob non ſentit idem, quod R. Jehuda; neque R. Jehuda idem quod R. Elieſer ben Jacob; ſi conjungantur ſortitiones; at ſi deprehendatur doctor, qui docet quinque, ſc. ſatitiones; Iſte non ſentit neque juxta mentem R. Elieſeris ben Jacob, neque juxta ſententiam R. Jehuda.

Ut clarius innoteſcat locus ſortitionum, accuratiſſime ſitus conclavis cæſi lapidis ex cap. 30. *Chanucath Abith Moſe Chapetz* illuſtratur. לשכת הגזית שמה סנהדרי גדולה של ע׳א יושבת בחציה שבחול שבקדש אין ישיבה בעזרה והיתה אבני גזית לכבודן של סנהדרין ולפי שחציה לחול עבדי לסהנדרין וחציה אחר לפייסות לכך צריך שתהיה גדולה ורחבה כאשר תוכל שארת כל הכהנים והסהנדרין ויתר העם המתאספים לקרוא את שמע כדתנן בפ׳ ד׳ דתמיד ואמרינן בפ״ק דיומא אמר אביי ש״מ ל׳ והגזית חציה בקדש וחציה בחול וש״מ שני פתחים היו לה א׳ פתוח לקדש וא׳ לחול דאי ס״ד כלה בקדש יושב במערבה והאמר מר אין ישיבה בעזרה וכו׳ ואי ס״ד כלה בחול פייס במזרחה וכו׳ כדהיתא התם והאי זקן יושב במערבה ר״ל לפי שהיו יושבים כחצי גורן היה אותו גורן לצד מערב של ל׳ הגזית ופניהם למזרח ופייס למזרחה עומדים צפופים במזרחה ופניהם למערב וממזרח ומערב

ראותו ל׳ הגזית קאמר כתב הרמב״ם ז״ל במסכת מדות וז״ל וכן נתבאר בגמרת יומא של׳ הגזית חציה קדש וחציה חול ויש לה ב׳ פתחים א׳ פתוח לקדש וא׳ פתוח לחול ושחציה של חול הוא לצד מערב ובאותה מחצה יכולין לשבת עכ״ד משמע שאינו מפרש האי בקדש כדקאמרי בעמרא דיומא דוקא בעזרה אלא שהיה חציה מקודש וכי האי גוונא כתב בחל׳ בית הבחירה חציה היה קדש וחציה היה חול ולא אמר בקדש וקשיא טובא לישנא דגמרא התם וכאשר הארכנו בסימן י״ט בל׳ המוקד ושם טרחתי ליישבו דהתם נמי קאמר קדש ולא בקדש עיין שם אבל בכאן לא ידעתי מאי קאמר ולא ארע לצייר חציה של חול לצד מערב וחציה של קדש לצד מזרח ולומר שהיתה כלה חוץ לעזרה אלא שחציה המזרחי היה פתוח לעזרה וחציה המערבי היה פתוח לחול לא נהיר ולא שכיר שבהדיא אמרינן ביומא אמר אביי ש״מ ל׳ הגזית חציה בקדש וחציה בחול וש״מ שני פתחים היו לה וכו׳ דמשמע שכרי שיהיה חציה בקדש לא סגי דפתוחה לעזרה כשפתוחה גם לחול אמנם לפי דעתו אפשר לומר דל׳ דגזית עצמה לא היתה כלה לשכה אחת אלא כותל בה היה מפסיק בין חציה שבקדש לחציה שבחול ואם כן חציה שפתוח לקדש נמסך אחר פתחו וחציה שבחול נמסך אחר פתחו וטעם עשיית הפייס בל׳ הגזית הואיל ויכולין לעשותו בעזרה עצמה פירשו התוספות ז״ל ביומא דאין דרך לעמוד בעזרה בלא מצנפת והיה צריך ליטול מצנפת של אחד מהם בפייסם ועוד שהיה אחוריהם אל היכל ה׳ שצריכים לעמוד כענול והכי נמי אשכחן התם מעשה שהיו שניהם רצים וכו׳ עמד ר׳ צדוק על מעלות האולם וכו׳ ופירוש רש״י על מעלות האולם בהר הבית מעלות הרבה בנה שם הירודוס והואיל ולא פי׳ דעל מעלות אולם דוקא יתיב ר׳ צדוק דהא אצל מזבח הוא מינה שמעינן דאסור לעמוד ואחוריו אל היכל ה׳ ואת אבתי היכי יתבי בל׳ הגזית בלא מצנפת בחציה שבקדש דהות כעזרה לכל הדברים יש לומר דאין לעמוד בעזרה בלא מצנפת משום דעתחזי בחציפות לפני היכל ה׳ אבל בלשכה דמוקפת מחיצות לא עקרי חציפות דאין רואין משם היכל ה׳. Conclave cæſi lapidis, ubi Syhedrium magnum 71. virorum conſidebat in dimidia parte, quæ ſita erat in profano, quia in ſancto non licebat ſedere in atrio, & exſtructum erat ex lapidibus cæſis ad decus Synhedrorum; & quoniam dimidium profanum inſerviebat Synhedris, & alterum dimidium ſortitionibus, idcirco neceſſe erat, ut eſſet maximum & latiſſimum, quod poſſet capere omnes Sacerdotes, & Synhedros; & præterea etiam illuc ſe recipiebant ad legendum Audi, ſicut traditur cap. IV. *Tamid*. Et dicimus

cap. 11. *Joma*; Dicit Abai; hinc constat, conclave cæsi lapidis, dimidium fuisse situm in sancto, & dimidium in profano; pariterque hinc constat, duas illi fuisse portas, alteram apertam in sanctum, & alteram in profanum; Si putas totum fuisse situm in sancto, senex sedebat in occidente? & dicit Mor; non licebat sedere in atrio &c. Et si putas totum fuisse situm in profano, sortitio fiebat in oriente? &c. ut ibi traditur. Et senex sedebat in occidente; i. e. quod considebant ad similitudinem dimidiæ areæ, & hæc area erat ad latus occidentale conclavis cæsi lapidis, & eorum facies conversæ ad orientem; & sortitio ad orientem; quia consistebant coarctati in oriente, & facies eorum erant conversæ ad occidentem; & dicitur de occidente & oriente ipsius conclavis cæsi lapidis. Scribit *Maimonides* f. m. in tractatu *Middoth* V. pariterque exponit in *Gemara Joma*, conclave cæsi lapidis, dimidium situm fuisse in sancto, & dimidium in profano, illique duas fuisse portas, alteram apertam in sanctam, & alteram in profanum; & dimidium profanum fuisse ad latus occidentale; atque in hoc dimidio sedere licuisse; hactenus ejus verba. Hinc constat, non definiri hoc, quod erat in sancto, sicuti dicitur in *Gemara Joma* l. c. præcise fuisse in atrio, sed fuisse dimidium sanctum. Hoc ne modo scribit in constitutionibus domus electæ sc. dimidium fuisse sanctum, & dimidium profanum? At non dicit in sancto. Plurima controversia ad lectionem *Gemaræ* eo loco, de qua re uberrime egimus cap. 19. in conclavi Mochad; & eo loco in eo statuendo multum laboravi. Etenim ibi quoque dicitur, sanctum, & non in sancto; vide ibi. Verum hic nescio, quid dicat; neque scio, quomodo possit efformari dimidium profanum ad latus occidentale, & dimidium sanctum ad latus orientale; si dicatur quod totum situm fuerit extra atrium; sed dimidium orientale fuerit apertum in atrium, & dimidium occidentale sit apertum in profanum. Non est neque memor, neque intelligens; quia aperte dictum est in *Joma*; Dicit Abai; Hinc constat, conclave cæsi lapidis, dimidium fuisse situm in sancto, & dimidium in profano; pariterque eruitur, duas illi fuisse portas &c. Intelligitur, quod satis sit, ut dimidium esset in sancto. Non est possibile fuisse apertum in atrium, cum esset apertum in profanum. Ceterum juxta ejus sententiam, potest dici, ipsum conclave cæsi lapidis totum non fuisse unum conclave, sed ibi fuisse murum, qui separaret inter dimidium, quod erat in sancto, & dimidium, quod erat in profano: si ita est; dimidium apertum in sanctum, sequebatur ejus portam, & dimidium, quod erat in profano, sequebatur ejus portam. Qua ratione fiebat sortitio in conclavi cæsi lapidis? Quandoquidem poterant fieri in ipso atrio; exponunt *Tosaphot* f. m. in *Joma* l. c. non consuevisse consistere in atrio sine cidari; at necesse erat, ut tolleretur cidaris ex uno illorum in sortitione; Et præterea dorsum convertissent ad templum Dei, cum in circulo constitissent. Sic etiam deprehenditur eo loco historia; cum duo currerent &c. stetit R. Sadoch super gradibus vestibuli &c. Et exponit *Raschi*, super gradibus vestibuli in monte domus; multos gradus ibi exstruxit Herodes. Neque exponit, quod super gradibus vestibuli præcise steterit R. Sadoch; ecce hoc erat prope altare. Hinc nobis constat, interdictum fuisse consistere, & convertere tergum ad templum Dei. Et si dixeris quomodo stare poterat in conclavi cæsi lapidis sine cidari in dimidio, quod situm erat in sancto, quod in omnibus rebus erat idem atrium? Dici potest, quod non consisterent in atrio sine cidari; quod viderentur comparere cum impudentia coram templo Dei; at in conclavi, quod parietibus circumdatum erat, non vocatur impudentia, quia inde non vident templum Dei. Tres tantum sortitiones sc. secundam, tertiam & quartam vidimus factas fuisse in conclavi cæsi lapidis, primam vero in domo incendii peractam fuisse multi Interpretes Judæi contendunt; *Mose Caphetz in Chanucat Abith* cap. 19. והרמבּ״ם לטעמיה דכל הפייסות הוו בל׳ הגזית כנראה בהל׳ בית הבחירה אבל התוספות ז״ל בפסקיהם על תמיד אמרו שפייס הראשון היה בבית המוקד ולפירוש הוה צריך מקצתו גם כן בקדש דבעינן פייס במקום קדש כדאמרינן ביומא וכדבריהם משמע ל׳ המשנה בהדיא בריש ס״א דתמיד שביותם בבית המוקד תנן הממונה בא ודפק עליהם והם פתחו לו אמר להן מי שטבל יבוא ויפיס הפיסו זכה מי שזכה בו ועל כרחין כל זה היה קודם הכנסה לעזרה דאמר כך אמר נטל את המפתח ופתח וכו׳ ונכנס מבית המוקד לעזרה וכו׳ ומכל שכן שלא באו עדיין ללשכת הגזית לעשות הפייס וכן פיר״ש המפרש וכן לשון הרא״ש ז״ל ולזה נטה רש״י ז״ל והושיב בית המוקד חציו בקדש ואת לימא שיכנסו לא מן הלשכות שבקדש לעשות

לעשות פייס מבלי שישימו חצי בית
המוקד בקדש ז"ל דלא סלקא דעתך שיוכלו
ליכנס שמה כל הכהנים המפייסין והן
קיטונות קטנות והאי דלא מני בית
המוקד בהדי לשכות שבעזרה לפי' רש"י
דלאו ל' מקרוא אלא בית כדקתנו ובית
גדול היה מכל מקום יש לדייק דלמאי
איצטריך שיהא חציו בקדש ויהא חציו
מקודש מדקתינן דלשכות הפתחות לקדש
ובנויות בחול תוכן קדש סגיא לן דבית
המוקד פתוח לעזרה ויהיה חציו נמסך אחר
פתחו ואולי שלזה כיון הרמב"ם איברא לאו
מלתא היא דהא ביומא גבי ל' הגזית
הוכחה לומר אף על גב שהיה לה פתח
לעזרה שתהוה חציה גם כן בעזרה כדי
שיהיה חציה מקודש לותבאר לנו מזה
שהלשכות שבנויות בחול ופתחות לקדש
תוכן קדש בנויות בקדש ופתוחות לחול
תוכן חול אבל הלשכות הבנויות בחול
ופתוחות לחול אע"פ שפתוחות גם לקדש
תוכן חול חצייה בקדש וחצייה בחול
ופתוחות לחול ולקדש הצי שבקדש נמכך
אחר פתחו וחצי שבחול נמסך אחר פתחו
וכי האי גוונא נמי במחילות דלא נתקדשו
אי פתוחות להר הבית ובתר פתחא
אזלינן נמי בהו בענין שאם המחילות
פתוחות לעזרה תוכן קדש כקדושת העזרה
ואם פתוחות להר הבית תוכן כקדושת הר
הבית אבל פתוחות חוץ להר הבית תוכן
חול גמור כך נראה מדברי רש"י ז"ל וכן
הדין נותן שיהא קדושת המחילות הולכת
אחר פתחיהם לא שנא בהר הבית או
בעזרה ותורהאחת ומשפט אחר לכלם מיהו
בפ"ק בתמיד פי' המפרש דדוקא בעזרה
אמרינן הכי אלא בהר הבית מחילו' הפתוחו'
לו לא נתקדשו כלל גם כקדושת הר
הבית ובשטתו הולך הרב בעל באר שבע
ועל זה נתקשה קושי גדולה ורם על
רש"י ז"ל בפי' אההיא דפסחים פו' ופ"ז אמר
ר' יוחנן מחילות לא נתקדשו שפירש
רש"י מחילות של תחת העזרה ולא
נתקדשו בקדושת העזרה עכ"ד הקשה עליו
דמשמע בפ' כיצד צולין והפירוש רש"י עצמו
שמחילות שתחת עזרה כשאינם פתוחות
לעזרה לא נתקדשו אפילו כקודשת הר
הבית ובעל קרי מותר ליכנס לשם ואם
כן מאי קאמר שלא נתקדשו בקדושת
העזרה אם אפילו בקדושת הר הבית
לא נתקדשו וכי האי גוונא קשה לו
בלשון התוספות שם עיין עליו אמנם
לפירושו קשה מאד מאד שאם ר' יוחנן
קאמר דוקא בפתוחות להר הבית ושלא
נתקדשו מכל וכל ועליו קאמר רש"י שבעל
קרי משתלח חוץ לב' מחנות ומותר ליכנס
בהן היכי הוה נכנס בהו אם הם מחילות
תחת העזרה והלא לא היה יכול ליכנס
אפילו בהר הבית ואכ"ג היכי הוה נכנס
במחילות דעזרה שהיו לפנים מהר הבית
שהרי במחילות שתחת העזרה ופתוחות
להר הבית עסקינן ולכן נוח לנו לפרש
דברי רש"י ותוספות כאשר אמרנו דלא
תקשי ועוד שלא יהו דברי רש"י סותרים

זה את זה ולכאן הדין נוטה דמה
הפרש יש בין הר הבית לעזרה לשנאמר
דמחילות פתחות לעזרה תוכן כעזרת
דבתר פתחא אזלינן אבל הפתוחות להר
הבית לא יהיו כהר הבית דלא אזלינן
בתר פתחא אלא דלעולם דאי הקאמר
ר' יוחנן מחילות לא נתקדשו בלשון כללי
אמר היננו לא נתקדשו בקדושת גנן
בכל מקום שהן כשאינן פתוחות לשם
כלומר אם הם תחת העזרה לא נתקדשו
בקדושתה כשאינן פתוחות לעזרה ואם
הם תחת הר הבית לא נתקדשו בקדושת
הר הבית אם אינן פתוחות להר הבית
ומייתו להא דר' יוחנן גבי שלוח בעל קרי
שמותר ליכנס במחילות דהר הבית דהיינו
במחילות שתחת הר הבית ופתוחות
לחוץ וכסיננגן זה יש להבין דברי רש"י
שם ובעל קרי משתלח חוץ לשני מחנות
ומותר ליכנס במחילות דהר הבית ע"כ
שר"ל במחילות שתחת הר הבית דאל"כ היה
לו לפרש ומותר ליכנס במחילות הפתוחות
להר הבית נהראוה שסמוך לזה קאמר גבי
לשכות הבנויות בקדש ופתוחות לחול וז"ל
ופתוחות לחול שאין להן פתח לעזרה
אלא להר הבית תוכו חול כקדושת הר
הבית ולא כעזרה דבתר פתיחה אזלינן
ע"כ ועוד שם גבי מחילות כתב וז"ל וכי
תניא ההוא דתוכן קדש בפתוחות לעזרה
להכי נקט פתיחות דבתר פתיחתן אזלינן
ע"כ וכן כתב בעל כסף משנה הא קמן
מבואר דבתר פתיחה אזלינן במחילות
נמי ואם פתחות להר הבית קדושתן כהר
הבית ואם כן לא קשיא מידי לא לרש"י
ולא לתוספות דכותיה סבירא להו ולא
תטעה לדברי הגמרה ובדברי רש"י ז"ל
שאמרי תוכן חול פתוחות לחול דלאו
היינו חול שבהר הבית לחול שחוצה לו
שקדושת הר הבית היא חול לערך העזרה
כאשר משמע בדבריו שהבאנו לעיל תוכו
חול בקדושת הר הבית וכאלה רבים וכן
בשער הניצוץ ופתח היה לחול והיה פתוה
להר הבית ועוד אל תקשה דקאמרי בגמרא
כי קאמר ר' יוחנן בפתוחות להר הבית
דמשמע דוקא במחילות הפתוחות להר
הבית קאמר ולאו בכללא איתמר
כדפרישנא ואכ"ג כי קאמר לה גבי שלוח
בעל קרי בהנהו קאמר דאין זו קשיא דהאי
דנקטו בגמרא הכי משום דהתם בלשכות
שתחת העזרה עסקינן ולפיכך תריץ
התם דבפתוחות להר הבית קאמר ולא
נתקדשו בקדושת העזרה כפירוש רש"י ולא
שר' יוחנן דוקא העזרה קאמר וכן נמי
בתר הכי ומקשנן והתניא ר' יהודה אומר
מחילות שתחת היכל חול ותריץ כי
תניא ההוא בפתוחות לחול וחול קרינן
להר הבית שפתוחות לו כפי' רש"י דהלל
כי תניא ההוא בפתוחות להר הבית ולא
לחול אלא דלישנא קמא נקט דתניא
מחילות שתחת ההיכל חול ואיהו נמי
נקט חול ודוק ואם כן לדברי רש"י בעל
קרי שהיה משתלח חוץ לב' מחנות לא
היה נכנס במחילות הפתוחות להר הבית

וכההוא דבית המוקד הידה הולך במשובה שתחרת הבירה הקילו לפי שנטמא בפנים כדברי הרע״ב סוף פ״ק דמדות ועוד אולי שהמחילה ההוא היתה תחת הר הבית שהוא חול גמור ופתוחה חוץ להר הבית דבכי האי גוונא היא חול אע״פ שפתוחה גם לקדש כמו שהוכחו לעיל אמנם כנגין ועליות דין אחד יש בהם ולאו בתר פתחא אזלינן בהוי אלא אם שיים לקרקע העזרה או לאו כאשר תראה ב״פ כיצד צולין בגמרא וכאשר נביא בסימן כ״ז ולהרר״ש בזה דעת אחרת עיין שם. Et *Maimonides* juxta suam sententiam putat omnes sortitiones factas fuisse in conclavi cæsi lapidis; uti videre est in constitutionibus domus electæ. At *Tosaphot* f. m. in decisionibus in *Middoth* dicunt, primam sortitionem factam fuisse in domo ardoris; & juxta hanc expositionem, oportet ejus dimidiam partem pariter fuisse sitam in sancto; quia oportebat fieri sortitionem in loco sancto, uti dictum est *Joma* cap. II. Et secundum eorum verba eruitur perspicue ex *Misna* in principio cap. I. *Tamid* ubi traditur, quod cum essent in domo ardoris, præfectus veniebat, & pulsabat ad eos, illi autem aperiebant ipsi; Dicebat illis; qui lavit, veniat, & sortiatur; sortiebantur, & dignus habitus est, qui dignus habebatur &c. Necessario hæc omnia perficiebantur, antquam ingrederetur in atrium; Posthæc enim dicitur; accipiens clavem aperiebat & ingrediebatur de domo ardoris in atrium &c. Et multo magis non venerint in conclave cæsi lapidis ad perficiendam sortitionem; & sic interpres exponit; Atque idem sentit Arasc f. m. Ad hoc quoque inclinat Raschi f. m. qui dimidium domus ardoris collocat in sancto; At si dicas; dicendum est, quod ingrederentur in aliquod ex conclavibus, quæ sita erant in sancto, ad perficiendam sortitionem, ita ut nulla sit ratio, quare collocetur dimidium domus ardoris in sancto; dici potest neque enim potes existimare, quod possent illuc ingredi omnes sacerdotes; etenim illa erant cubicula parva. Quod vero domus ardoris non sit numerata cum conclavibus, quæ erant in atrio, secundum expositionem *Raschi*; ratio est, quod non appelletur conclave, sed domus; sicut traditur; & domus magna erat. Omnino perscrutandum est, qua die causa necesse sit, ut dimidia fuerit in sancto, & esset dimidia sancta. Accepimus; quod conclavia si aperta essent in sanctum, & exstructa in profano, spatium eorum interius esset sanctum; satis nobis est, quod domus ardoris fuerit aperta in atrium; & ejus dimidia pars sequatur portam. Tamen res ponderanda est. Quia in *Joma* c. I. de conclavi Gazith probatur, dicendo, quamvis sit illi porta in atrium; ut pariter sit dimidium in atrio, ut ejus dimidium sit sanctum. Et hinc nobis hoc probatur; quod conclavia si constructa sint in profano, & aperta sint in sanctum, eorum spatium interius est sanctum, si exstructa in sancto, & aperta in profanum, eorum spatium interius est profanum. Verum conclavia exstructa in profano, & aperta in profanum, quamvis aperta sint in sanctum, eorum spatium interius est profanum; si dimidium in sancto, & dimidium in profano, & aperta sint in profanum, & in sanctum, dimidium in sancto sequitur ejus portam, pariterque dimidium in profano sequitur ejus portam; Istene quoque modus usurpatur in specubus quæ non sint sanctificatæ, si apertæ sint in montem domus? In his quoque post portam procedimus. Si v. g. specus apertæ sint in atrium, earum spatium interius erit sanctum juxta atrii sanctitatem; si vero apertæ in montem domus, earum spatium interius erit sanctum, juxta sanctitatem montis domus, si vero apertæ extra montem domus, earum spatium interius erit perfecte profanum; Atque ita apparet ex verbis *Raschi* f. m. pariterque ratione demonstratur, quod sanctitas specuum sequatur earum portam. Non est discrimen in monte domus, aut in atrio. Una lex & unum judicium est omnibus. Hinc cap. I. *Tamid* clare exponitur, quod solum de atrio ita dictum sit; verum in monte domus, specus in illum apertæ nunquam omnino sanctificatæ sunt juxta sanctitatem montis domus. At recedit Rab autor operis באר שבע, & in hoc opponit oppositionem magnam, & validam contra *Raschi* f. m. in ejus commentario in cap. 6. & 7. *Pesachim*. Dicit R. Jochanan; specus non sunt sanctificatæ; exponit *Raschi*, quæ sunt infra atrium, non sunt sanctificatæ juxta sanctitatem atrii: hactenus ejus verba. Oppositio contra illum; constat ex cap. 6. Pesachim, & ipse *Raschi* exponit, quod specus infra atrium, quæ non sunt apertæ in atrium, non sunt sanctificatæ vel juxta sanctitatem montis domus, & illuc seminifluo ingredi licet; si ita est, quid dicit, quod non sint sanctificatæ juxta sanctitatem atrii, si vel juxta sanctitatem montis domus non sunt sanctificatæ? Et hoc modo opponitur ex sententia *Tosa-*

aries & aries populi veſtibus aureis; ecce tertia lotio. Et deinde educebat acerram & thuribulum veſtibus albis; ecce quarta lotio. Et poſtremo offerebatur ſacrificium juge veſpertinum, ecce quinque lotiones, & decem ſanctificationes. Et unde probatur, quod duæ conjunctæ eſſent ſanctificationes ſingulis lotionibus? ex eo quod ſcriptum eſt; *& exuet, & lavabit, & induet veſtes lineas; quas induerat, cum ingreſſus erat in ſanctuarium*. Omneſne exuebat? ſed eas tantum, quas induerat. Sed hoc dictum eſt, ad æquiparandum ſpoliationem veſtitioni, ſicuti veſtitio peragebatur ſanctificatione manuum & pedum, ita pariter ſpoliatio peragenda erat ſanctificatione manuum & pedum. *Babyl. Joma* 31. 2. אמרוה רבנן קמיה דר׳ פפא הא דלא כר׳ מאיר דאי ר׳ מאיר כיון דאמר תרי קידושי׳ אלביש׳ עביד להו הכ׳ נמי ליעבי׳ תרי קידושי׳ אלביש׳ אמר להו ר׳ פפא בין לרבנן בין לר׳ מאיר חד פשאיט׳ דבגדי קדש וחד אלבישה והכא בהא קא מיפלגי ופשט ורחץ ולבש ר׳ מאיר סבר מקי׳ פשיט׳ ללבישה מה לבישה לובש ואח׳ כך מקדש אף פשיט׳ פושט ואחר כך מקדש ורבנן סברי מקיש פשיטה ללבישה מה לבישה כשהוה לבוש מקדש אף פשיטה כשהוא לבוש מקדש אמרו לי׳ רבנן לר׳ פפא ומי מצית אמרת הכי והתני׳ פרסו סדין של בוץ בינו לבין העם פשט וירד וטבל עלה ונכתפג הביאו לו בגדי זהב ולבש וקדש ידיז ורגליו ר׳ מאיר אומר פשט וקידש ידיו ורגליו וירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגדי זהב ולבש וקידש ידיו ורגליו אמ׳ להו אי תני׳ תני׳ בשלמ׳ לר׳ מאיר דהיינו דמשכח לה עשרה קידושין אלא לרבנן תשעה הוו אמרי לך רבנן קידושה בתרא כי פשיט בגדי קדש ולביש בגדי חול עביד ליה התם תנו רבנן ובא אהרן אל אהל מועד למה הוא בא אינו בא אלא להוציא את כף ואת המחתה שכל הפרשה כולה נאמרה על הסדר חוץ מפסוק זה מאי טעמא אמר ר׳ חסדא גמירי חמש טבילות ועשרה קידושין טובל כהן גדול בו ביום ואי כסדרן לא משכחת להו אלא שלש טבילות וששה קידושין תניא אמר ר׳ יהודה מנין לחמש טבילות ועשרה הקידושין שטובל כהן גדול ומקדש בו ביום ת״ל ובא אהרן אל אהל מועד ופשט את בגדי הבד ורחץ בשרו במים במקום קדוש ולבש את בגדיו ויצא ועשה הא למדת שכל המשנה מעבודה לעבודה טעז טבילה אמר רבי מניז לחמש טבילות ועשרה קידושין שטובל כהן גדול ומקדש בו ביום שנ׳ כתונת בד קודש ילבש ומכנסי בד יהיו על בשרו ובאבנט בד יחגור ובמצנפת בד יצניף בגדי קודש הם ורחץ במי׳ את בשרו ולבשם הא למד׳ שכל המשנ׳ מעבודה לעבודה טעון טבילה ואומר בגדי קדש הם הוקשו כל הבגדים זה לזה וחמש עבודות הן תמיד של שחר בבגד זהב ועבודת היום בבגדי לבן אילו ואיל העם בבגדי זהב כף ומחתה בבגדי לבן תמיד של בין הערבים בבגדי זהב ומנין שכל טבילה וטבילה צריכה שני קידושין ת״ל ופש׳ ורחץ ולבש ר׳ אלעזר בר׳ שמעון אומר קל וחומר ומה במקום שאין טעון טבילה טעון קדוש מקום שטעון טבילה אינו דין שטעון קידוש אי מה להלן קידוש אחד אף כאן קידוש אחד ת״ל ובא אהרן אל אהל מועד ופשט את בגדי הבד אשר לבש מה ת״ל אשר לבש כלום אדם פושט אלא מה שלובש אלא להקיש פשיטה ללבישה מה לבישה טעון קידוש אף פשיטה טעון קידוש אמר ר׳ יהודה מנין לחמש טבילות ועשרה קידושין שטובל כהן גדול ומקדש בו ביום ת״ל ובא אהרן אל אהל מועד ורחץ בשרו במים במקום קדוש הא למד׳ שכל המשנה מעבודה לעבודה טעון טבילה אשכחן מבגדי לבן לבגדי זהב מבגדי זהב לבגדי לבן מנין תנא דבי ר׳ ישמעאל קל וחומר מה בגדי זהב שאין בהן נכנס לפני לפנים טעון טבילה בגדי לבן שנכנס בהן לפני לפנים אינו דין שטעון טבילה איכ׳ למפרך מה לבגדי זהב שכן כפרתן מרובה אלא נפקא ליה מדר׳ אמר רבי מנין לחמ׳ טבילות ועשרה קידושין שטובל כהן גדול ומקדש בו ביום ת״ל כתנת בד קדש ילבש הא למד׳ שכל המשנה מעבודה לעבודה שטעון טבילה אשכחן מבגדי זהב לבגדי לבן מבגדי לבן לבגדי זהב מנין תנא דבי ר׳ ישמעאל קל וקומר מה בגדי לבן שאין כפרתן מרובה טעונין טבילה בגדי זהב שכפרתן מרובה אינו דין שטעוני׳ טבילה איכ׳ למפר׳ מה לבגדי לבן שכן נכנס בהן לפני לפנים היינו דקתני ואומ׳ בגדי קודש הם ורחץ את בשרו במי׳ ולבש וחמש עבודות הן תמיד של שחר בבגדי זהב עבודת היום בבגדי לבן אילו ואיל העם בבגדי זהב כף ומחתה בבגדי לבן תמיד של בין הערבים בבגדי זאב ומנין שכל טבילה וטבילה צריכ׳ ב׳ קידושין ת״ל ופשט ורחץ ורחץ ולבש האי בטבילה כתיב אם אינו ענין לטבילה דנפקא ליה מבגדי קרש הם תנהו ענין לקידוש וליכתבי׳ רחמנא בלשון קידוש הא קמ׳ לי דטבילה בקידו׳ מה קידוש במקום קדוש אף טבילה במקום קדוש ור׳ יהודה קידוש מנא ליה נפקא לי׳ מו״רבי אלעזר בר׳ שמעון אמר ר׳ חסדא הא דרבי מפקא מדרבי מאיר ומפקא מדרבנן מפקא מדרבנן דאילו רבנן אמרי כשהו׳ לבוש מקד׳ ואיהו אמ׳ כשהוא פושט מקד׳ ומפקא מדר׳ מאיר דאילו ר׳ מאיר אמר הך קידוש בתרא כשהוא לובש מקדש והוא אמר כשהוא פושט מקד׳ אמר ר׳ אחא בר יעק׳ הכל מודין בקידו׳ שני שלובש ואח׳ כך מקדש מ״ט דאמר קרא או בגשתם אל המזבח מי שאינו מחוסר אלא גישה יצא זה שמחוסר לבישה וגישה אמר ליה ר׳ אחא בריה דרבא לרב אשי לא רב דרבא לרב חסדא אית ליה דרב אחא

ולא רב אחא אית ליה דרב חסדא ראם כן לרבי הוו ליה חמיסר קידושין . Dixerunt ſapientes coram R. Papa; hoc non eſt juxta mentem R. Meir; quia R. Meir dicit, quoniam fecit duas ſanctificationes in veſtitione, ſic pariter duæ faciendæ ſunt ſanctificationes in veſtitione. Reſpondit illis R. Papa; hoc diſcrimen eſt inter ſapientes & R. Papa; quod altera in ſpoliatione veſtium fieret ſanctificatio, & altera in veſtitione; & in hoc eſt controverſia; *& exuet, & lavabit, & induet*; R. Meir putat æquiparandam eſſe exutionem veſtitioni, ſicut in veſtitione, induit, & poſtea ſanctificat, ita pariter in ſpoliatione ſpoliabit, & poſtea ſanctificabit. At ſapientes putant æquiparandam eſſe ſpoliationem veſtitioni, ſicut in veſtitione, quando induit, ſanctificat, ita pariter in ſpoliatione, quando induit, ſanctificat; Dixerunt ſapientes ad R. Papa; qui potes ita dicere? Nonne extat traditio? extenderunt linteum byſſinum inter illum & populum, exuebat, & deſcendebat, & lavabat, adſcendebat, & abſtergebat; adducebantur illi veſtes aureæ & induebat, & ſanctificabat manus & pedes. R. Meir dicit; exuebat, & ſanctificabat manus & pedes, & deſcendebat, & lavabat, adſcendebat, & abſtergebat; adducebantur illi veſtes aureæ, & induebat, & ſanctificabat manus & pedes; Dixit illis; Num eſt traditio? Sit traditio; concedatur juxta mentem R. Meir, quod decem ſanctificationes deprehenderentur, at juxta opinionem ſapientum novem duntaxat eſſent: dicunt tibi ſapientes, ultimam ſanctificationem faciebat in exuendis veſtibus ſanctis, & in veſtiendis profanis. Tradiderunt ibi ſapientes. *Et ingredietur Aaron in tabernaculum conventus?* At qua de cauſa ingrediebatur? non ingrediebatur niſi ad educendum acerram cum thuribulo; quia tota Paraſcha ordine dicta eſt, excepto hoc textu; qua de cauſa? Dicit R. Chaſda; traditio exſtat; quod quinquies lavaret & decies ſanctificaret eo die ſummus ſacerdos; ſi ordine hæc dicta ſunt, non deprehendentur niſi tres lotiones, & ſex ſanctificationes; Traditio: Dicit R. Jehuda unde probatur quinquies eo diei laviſſe, & decies ſanctificaſſe ſummus ſacerdos? Ex eo quod dictum eſt, *& ingredietur Aaron in tabernaculum conventus, & exuet veſtes lineas, & lavabit carnem ſuam in aquis in loco ſancto, & induet veſtes ſanctas, & ingredietur, & faciet*. Ecce doceris, quod quævis mutatio a miniſterio ad miniſterium obligaretur ad lotionem. Dicit Rabi; unde probatur eo die quinquies laviſſe, & decies ſanctificaſſe ſummus ſacerdos? Ex eo quod dictum eſt. *Tunica linea ſancta veſtietur, & fœminalia linea erunt ſuper carnem ſuam, & zona linea accinget ſe, & cidari linea circumvolvet ſe; hæc enim veſtimenta ſunt ſancta, & lavabit in aquis carnem ſuam, & induet ea*; ecce doceris, quod omnis mutatio a miniſterio ad miniſterium obligaretur ad lotionem. Et dictum eſt. *Hæc enim veſtimenta ſunt ſancta;* hæ veſtes omnes inter ſe comparabantur. Et quinque erant miniſteria; ſacrificium juge matutinum offerebatur veſtibus aureis, & miniſterium diei peragebatur veſtibus albis, offerebat arietem ſuum, & arietem populi veſtibus aureis, educebat acerram & thuribulum veſtibus albis; offerebatur ſacrificium juge veſpertinum veſtibus aureis. Et unde probatur quod in ſingulis lotionibus duæ ſanctificationes requirerentur? ex eo qnod dictum eſt; *& exuet, & lavabit, & lavabit, & induet*. R. Elieſer bar R. Simeonis dicit; probatur a minori ad majus; ſi ubi non eſt neceſſaria lotio, eſt neceſſaria ſanctificatio, hic ubi eſt neceſſaria lotio, non erit æquum ut ſit neceſſaria ſanctificatio? Aut dicendum, ſicut ibi una ſanctificatio, ita pariter hoc loco una ſanctificatio; idcirco dictum eſt. *& ingredietur Aaron in tabernaculum conventus, & exuet veſtes lineas, quas induerat*; cur dictum eſt; *quas induerat?* Num omnes homo exuit? ſed eas tantum quas induerat; ſed hoc dictum eſt ad comparandum ſpoliationem cum veſtitione, ſicut veſtitio obligabatur ad ſanctificationem, ita pariter ſpoliatio obliganda erat ad ſanctificationem. Dicit R. Jehuda, unde probatur eo die quinquies laviſſe, & decies ſanctificaſſe ſummus ſacerdos? ex eo quod dictum eſt. *Et ingredietur Aaron in tabernaculum conventus, & lavabit carnem ſuam in aquis in loco ſancto*; Ecce doceris, quod omnis mutatio a miniſterio ad miniſterium obligaretur ad lotionem; deprehenditur a veſtibus albis ad veſtes aureas, a veſtibus aureis ad veſtes albas unde probatur? Docet diſcipulus R. Iſmaelis a minori ad majus; ſicut veſtes aureæ, quibuſcum non ingreditur in adytum, tenentur lotione, veſtes albæ quibuſcum ingreditur in adytum, non erit æquum, ut teneantur lotione? Poteſt explicari; ſicut in veſtibus aureis multa erat expiatio. Verum probatur a Rabi; Dicit enim Rabi;

bi; unde probatur eo die sacerdos summus quinquies lavisse & decies sanctificasse? Ex eo quod dictum est; *tunica linea sancta vestietur*; Ecce doceris, quod omnis mutatio a ministerio ad ministerium obbligaretur ad lotionem; deprehenditur factum esse, a vestibus aureis ad vestes albas, a vestibus albis ad vestes aureas unde probatur? Docet discipulus R. Israelis a minori ad majus; si vestes albæ, in quibus multiplex non erat expiatio, tenebantur lotione, vestes aureæ in quibus multiplex erat expiatio, non erit æquum, ut tenerentur lotione? Sed est solutio & explicatio; sicut in vestibus lineis ingrediebatur in adytum, hoc est quod docetur dicendo; *hæc vestimenta sunt sancta, & lavabit carnem suam in aquis, & induet*. Et quinque erant ministeria, sacrificium juge matutinum offerebat vestibus aureis, ministerium diei peragebat vestibus lineis, offerebat arietem suum, & arietem populi vestibus aureis, educebat acerram & thuribulum vestibus albis, offerebat sacrificium juge vespertinum vestibus aureis; & unde probantur singulis lationibus necessariæ fuisse duæ sanctificationes? ex eo quod dictum est; *& exuet, & lavabit, & lavabit, & induet*. Hoc de lotione scriptum est, si minus ratione lotionis probatur illud quod dicitur; *hæc vestimenta sunt sancta*; doceatur respectu sanctificationis; & textus scriptus est sensu sanctificationis; ecce docemur, quod lotio sit eadem ac sanctificatio, sicut sanctificatio peragebatur in loco sancto, ita pariter lotio in loco sancto; At R. Jehuda sanctificationem unde probat? probat ex R. Eleasaro bar Simeonis. Dicit R. Chasda; ecce Rabi probat ex R. Meir, & probat ex sapientibus; probat ex sapientibus; quia sapientes dicunt, quando induit, sanctificat, & ille dicit, quando exuit, sanctificat; & probat ex R. Meir; hæc erat ultima sanctificatio, quando vestiebat, sanctificabat; & ille dicit; quando exuebat, sanctificabat. Dicit R. Acha bar Jacobi; omnes conveniunt, quod in secunda sanctificatione indueret & postea sanctificaret; qua de causa? Quia dictum est *Exod.* xxx. 20. *Et quando accessuri sunt ad altare*. Qui non est deficiens, accedat, excluditur ille, qui deficiens est in vestitione, & accedit. Respondit R. Acha bar Raba ad R. Ase; R. Chasda non idem sentit, ac R. Acha, neque R. Acha idem sentit, ac R. Chasda; si ita est, juxta mentem Rabi erunt quindecim sanctificationes. Ubi *Raschi*.

רבנן תלמודי
דרב פפא אמרו כן לפניו הא מתניתין
דלא תנן בה שני קידושין בטבילה ראשונה
דלא כר׳ מאיר דפליג במתניתין בטבילה
שנייה ארבנן שהיו מקדימין קידוש לפשיט׳
והוא הקדים פשיט׳ לקידוש דתנן ר׳ מאיר
אומר פשט וקדש ושמעינן מיניה דסבירה
ליה דשני קידושין שהוצריך הכתוב בין
בגד לבגד כדיליף לקמן תרוייהו משום
לבישת בגדים המתחלפי׳ תחת הראשוני׳
הוא וקאמר מתניתין לאו דכוותי׳ תנן דאי
ר׳ מאיר בטבילה ראשונה נמי ניבעי תרי
קידושי׳ דהא בגדי קדש הוא בא ללבוש
חד אפשיטה והילכך הכא דפשיטה דבגדי
חול היא לא בעי קידוש והכא גבי
טבילה שנייה שנחלק רבי מאיר להקדים
פשיטה לקדוש לאו משום דסבירה ליה
קידוש ראשון שכל טבילה מחמת לבישה
בא אלא בגזירת הכתוב פליגי ופשט
ורחץ רחץ ולבש ופשט את בגדי הבד
אשר לבש וגו׳ ושמי׳ ליה ורחץ את בשרו
במים במקום קדוש ולבש את בגדיו
והטיל הכתוב רחיצה בין פשיטה ללבישה
והאי ורחץ דרשינן ליה לקמן לעניין קידוש
וילפינן מיניה תרי קידושי דשרינן ורחץ
או פשט או לבש כאילו כתי׳ ורחץ תרי
זימני ר׳ מאיר סבר מקיש קידוש פשיטה
לקידוש לבישה מה לבישה לובש ואחר
כך מקדש קידוש השיני כדאמרי׳ לקמן
הכל מודין בקידוש שיני כשהוא לובש
מקדש ויליף ליה מקראי אף קידוש של
פשיטה פושט ואחר כך מקדש ורבנן סברי
מה לבישה כשהוא לבוש מקדש ולדברי
הכל קדוש בתרא אח׳ לבישה אף פשיטה
כשהוא לובש בגדים שהוא בא לפשוט
מקדש ואחר כך פושט ומי מצירת אמרת
דלא מצריך ר׳ מאיר אטבילה ראשונה
תרי קידושי והתניא כו׳ וגם טבילה
ראשונה תניא מדלא מצריכי ליה רבנן
אלא חד קידושי אלמא טעמה דר׳ מאיר
משום דקסבר תרייהו משום בגדים איכא
שהוא לובש הוא אמר להו אי תניא
בהדיא דמצריך ליה תרי קידושי תניא
ומההיא איכא למשמע דטעמא דר׳ מאיר
משום תרוייהו אלבישה אבל לא אשכחיתו
מתניתא בהדיא לא הוה שמעינן לי׳ מפלוגת׳
דטבילה שנייה דמתניתין איכא לפרושי
כדאמרינן להו עשרה קידושין לחמש טבילות
תשעה הוו דחסרא לי׳ טבילה ראשונה חד
קידוש אמרי לך רבנן קידוש עשרי החסר
כאן קידושא בתרא כשנמר עבודת כל
היום ופושט בגדי קדוש ולובש בגדי חול
עביד לי׳ התם כשבא לפשוט בגדי קדש
דלדידן סבירא לן קידוש חד אפשיטא וחד
ללבישה ולר׳ מאיר לא מקדש מידי שהרי
אינו בא ללבוש בגדי קדש ובא אהרן אל
האל מועד נאמר אחר שנמר הקטרה ומתן
דמים פר ושעיר למה הוא בא אל ההיכל
הרי גמר עבודותיו אף במקרא זה לא
פירש מה יעשה לשם אינו בא אלא
להוציא כף ומחתה שהניח בין הבדים
בדכתיב ונתן את הקטרת על האש וגו׳

שכל הפרשה נאמרו המקראות על סדר
העבודות מתחלפות כסידרן בפרשה כך סדר
עבודתם חוץ ממקרא זה שכתב הוצאת כף
ומחתה עם עבודות הפנימיות ולא הפסיק
עבודות אילו ואיל העם בנתיים והיה לו
ליכתוב תחילה ויצא ועשה את עולתו וגו׳
ואחר כך ובא אהרן להוציא כף ומחתה
ואחר כך ופשט את בגדי הבד והניחם
שם ורחץ את בשרו במים ולבש את
בגדיו שמנה של כל השנה ועשה המוספין
ותמיד של בין הערבים מאי טעמא צרי׳
להפסיק באילו ואיל העם בין עבודת היום
להוצאת כף ומחתה אמר ר׳ חסדא גמירי
הלכא למשה מסיני חמש טבילות בו ביום
ואי כסידרן של עבודות בתיב מקרא זה
לא משכחת כאן אלא שלש טבילות אחד
לתמיד של שחר ואחת בינו ובין עבודת
היום כולה עם הוצאת כף ומחתה ואחת
בין הוצאת כף ומחתה ואילו ואיל העם
ועמהם המוספין ותמיד של בין הערבים
לפיכך צריך להפסיק אילו ואיל העם בין
עבודת היום להוצאת כף ומחתה לבין
עבודת היום והוצאת מפסיק בין אילו
ואיל העם לתמיד של בין הערבים הרי
חמש תמיד של שחר בבגדי זהב עבודת
היום להוצי׳ בבגדי לבן אילו ואיל העם
בבגדי זהב על המזבח החיצון הוצאת כף
ומחתה בבגדי לבן ומוספין ותמידין של
בין הערבים בבגדי לבן והזהב ולבש את
בגדיו שמנה בגדי׳ מה יוחדי׳ לו כל ימות
השנה מעבודה לעבודה מעבוד׳ פנים לעבוד׳
חוץ והוא הדין מחוץ לפנים לקמן משום
מילתיה וקתני חמש עבודות הוו הרי חמש
טבילות כתונת קרש ילבש ורחץ במים
וגו׳ הרי כשהוא משנה מעבודת התמיד
להתחיל בעבודת היום שהוא פנימית כדכתיב
בתריה ולקח את שני השעירים וגו׳ ובוליה
עניינא ואומ׳ בגדי קדש הם בתו׳ מקרא
זה עצמו לדרוש יש לך שלש תיבו׳ הללו
שהן יתירות כו׳ ולקמיה מפרש מאי דרשה
וחמש עבודות הן אתיא בין לרבי בין לר׳
יהודה ת״ל ופשט ורחץ וגו׳ הך מילתא
רבי קאמ׳ לה רגמר טבילות מורחץ במים
דכתיב בבגדי לבן ואייתר ליה האי קרא
דר׳ יהודה לה לקידושין ופשט ורחץ
ורחץ ולבש הטיל הכתו׳ ורחץ בין ופשט
ולבש ליתן רחיצ׳ לפשיטה ורחיצה ללבישה
מה מקום שאין טעון טבילה כל ימות
השנה הבאה לעבוו אין טעון טבילה מן
התורה אלא מדברי סופרי׳ לזכור טומאה
ישנה טעון קידוש דכתיב בבואם אל
אהל מועד ובקרבתם אל המזבח ירחצו
מקום שטעון טבילה ביום הכיפורים לכל
חליפות בגדים מה לבישה טעון קידוש
דנפק׳ לן מקל וחומר מטבילה כדאמרן
ופשט ולבש מופשט ורחץ לא דריש ר׳
אלעזר בר שמעון שטעון קידושין דמעיקרא
דמיבעי ליה טבילה להחליף בבגדי זהב
כר׳ יהודה כפרתן מרובה שמשמש כהן
כל ימות השנה אבל עבוד׳ פנים דיום
הכיפורים אינה מכפרת אלא על טומאת
מקדש וקדשיו כדאמרינן בשבועות נפקא
ליה מדרבי כתונת בד קדש ילבש ורחץ
במים ולבשם אמר רבי כו׳ לפרושי מתניתא
דלעיל קא מהדר היינו דקתני במילתא
דרבי ואומר בגדי קדש הם והכי דרי׳ ליה
תלה הכתו׳ טע׳ הטבילה בשביל שהם
בגדי קדש ללמדך שכל חליפו׳ בגדי קדש
בו ביום טעונין טבילה ובגדי זהב גם
הם קדש האי בטבילה כתיב דהא כתיב
בשרו הכא נרסינן אם אינו ענין לטבילה
דנפק׳ ליה מבגדי קדש הן תניהו לענין
לקידוש הא קמ״ל מדאפקא בלשון טבילה
דילפינן טבילה מיניה מה קדוש במקום
קדוש כדכתיב בה במקום קדוש אף טבילות
הבאות מחמת מחלפות היום במקום קדוש
אבל טבילה ראשונה לא ילפת מיניה דהא
לאו דאורייתא היא ור׳ יהודה דמפקא ליה
להאי קרא לטבילת בגדי זהב לא דריש בגדי
קדש הם קידוש מנא ליה אמר ר׳ חסדא כו׳
קסבר ר׳ חסדא דווק׳ אמר ר׳ ופשט ורחץ
ולבש שני קידושין בין פשיטה ולשיבה
אחד לפני טבולה ואחד לאחריה קודם
לבישה נפקא מדרבי מאיר מוצאת היא
מכלל דבריו של ר׳ מאיר לא סביר ליה
כרבי מאיר דאע״ג דאמרינן במתניתין פשט
וקירש ידיו ורגליו דס״ל קדוש שלפני
הטבילה אחר פשיטה הוא דפליג עליה
מיהא בקרושה שני קאמר אחר לבישה
הוא כדקתני ברייתא דר׳ מאיר לעיל לבש
קדש ידיו ורגליו הכל מודים ואפילו רבי
שהקידוש הסמוך לפני העבודה כשהוא
לבוש מקדשו לא ר׳ חסדא דאמר מילתיה
דרבי דווקא בעי שני קידושין בין פשיטה
ללבישה אית ליה דרב אחא דאמר קידוש
אחר לבישה בעינן לא ר׳ אחא דבעי קידוש
סמוך לעבודה אית ליה דרב חסדא דבעי
לרבי שני קידושין כשהוא ערום דאם
כן דאית להו בהדדי הוו ליה ליה ג׳ קדושין
בכל טבילה ב׳ כשהוא ערום ואחד כשהוא
פשוט. Sapientes discipuli R. Papa ita dixerunt in ejus conspectu. Ecce *Misna*, in qua non traditum est, quod duæ fierent sanctificationes in prima lotione; Quod non est juxta mentem R. Meir, qui in *Misna* contradicit sapientibus in lotione secunda, qui præferunt sanctificationem spoliationi, & ille præfert spoliationem sanctificationi; Etenim legimus; R. Meir dicit; exuet, & sanctificabit; & hinc intelligitur, quod ex ejus opinione duæ sanctificationes ex textu necessariæ essent inter vestes & vestes; uti posterius docetur duas fuisse, propter indutionem vestium, quæ mutabantur loco primarum; & dicitur, quod non sit *Misna* juxta ejus opinionem; quia R. Meir vel in prima lotione duas requirit sanctificationes, quia venit ad induendum vestes sanctas; Altera in spoliatione; hinc hoc loco in spoliatione vestium profanarum non requiritur sanctificatio, & illic in lotione secunda dissentit R. Meir,

Meir, ut antecedat ſpoliatio ſanctificationem, non propterea quod illam exiſtimet ſanctificationem primam; etenim omnis lotio fit propter veſtitionem; ſed in ſententia textus eſt diſſenſus ; *Et exuet*, *& lavabit*, *lavabit*, *& induet*, *& exuet veſtes lineas*, *quas induerat &c.* Et traditio illi exſtat ; *& lavabit carnem ſuam in aquis in loco ſancto*, *& induet veſtes ejus* ; & transfert textus lotionem inter ſpoliationem, & veſtitionem ; illud vero; *& lavabit*; explicatur poſterius pro ſanctificatione ; & hinc addiſcuntur duæ ſanctificationes ; explicabitur ; *& lavabit* aut in ſpoliatione, aut in veſtitione, quaſi ſcriptum eſſet ; *& lavabit* duabus vicibus . R. Meir putat æquiparandam eſſe ſanctificationem ſpoliationis ſanctificationi veſtitionis ; ſicut in veſtitione induebat , & poſtea ſanctificabat ſanctificatione ſecunda, uti poſterius dicetur; omnes conveniunt , quod in ſecunda ſanctificatione ſecunda, uti poſterius dicetur ; omnes conveniunt , quod in ſecunda ſanctificatione , quando veſtiebat , ſanctificaret; quod ex textibus docetur; ita pariter in ſanctificatione ſpoliationis ſpoliabat , & poſtea ſanctificabat . At ſapientes putant; Sicut in veſtitione quando veſtiebat, ſanctificabat & ex omnium conſenſu, ultima ſanctificatio fiebat poſt veſtitionem; ita pariter in ſpoliatione , quando veſtiebat veſtes , & veniebat ad exuendum , ſanctificabat , & poſtea ſpoliabat. Num potes dicere; quod R. Meir non obliget primam lotionem ad duas ſanctificationes ? Nonne eſt traditio ? &c. Et pariter primam lotionem , extat traditio , quod ſapientes non obligarent niſi ad unam ſanctificationem. Itaque ratio R. Meir ea eſt ; propterea quod putat duas fuiſſe propter veſtes, quas induebat. Dixit illis; eſt traditio certa, quæ obliget ad duas ſanctificationes: ſit traditio; ex qua probari poſſit , quod ratio R. Meir ſit duas fuiſſe in veſtitione; at non invenitur *Miſna* certa : non intelligi poteſt diſſenſus lotionis ſecundæ; ſed extat *Miſna* ad ſeparandum , uti dictum eſt . Decem ſanctificationes pro quinque lotionibus ; novem erunt; deerat enim lotioni primæ una ſanctificatio . Tibi dicunt ſapientes ; ſanctificatio decima hic deeſt; erit ultima ſanctificatio, quando perfecerit miniſteria totius diei , & exuebat veſtes, & ſanctificabat, & induebat veſtes profanas : Faciebat ibi , quando veſtiebat ad exuendas veſtes ſanctas ; quod noſtra ſententia nobis conſtat, quod una fieret ſanctificatio in ſpoliatione, & altera in veſtitione ; & & juxta mentem R. Meir; nullo modo ſanctificabat; quia non veniebat ad induendas veſtes ſanctas . *Et ingredietur Aaron in tabernaculum conventus* ; hoc dictum eſt , poſtquam perfecerat ſuffitum , & adſperſerat ſanguines juvenci , & hirci . Qua de cauſa veniebat in templum? Jam enim perfecerat ſua miniſteria; præterea in hoc textu non exponitur , quid ibi faceret ; Non veniebat niſi ad educendum acerram & thuribulum , quæ depoſuerat inter vectes , ſicuti ſcriptum eſt ; *& dabit ſuffitum ſuper ignem* &c. Quia in hac Paraſcha textus dicti ſunt juxta ordinem miniſteriorum, quæ variabant juxta ordinem in Paraſcha ; ita erat ordo miniſteriorum, excepto hoc textu eductionis acerræ & thuribuli cum miniſteriis interioribus ; neque miniſteria interrumpebat ejus aries, neque aries populi inter ea; & ſic a principio erat ſcribendum ; *& ingredietur*, *& faciet ſuum holocauſtum &c.* Et poſthæc ; *& ingredietur Aaron* ad educendum acerram & thuribulum; & poſthæc ; *Et exuet veſtes lineas*, *& ibi eas deponet*; *& lavabit carnem ſuam in aquis*, *& induet* veſtes ſuas octo , quibus toto anno miniſtrabat , & offeret ſacrificia addititia, & ſacrificium juge veſpertinum. Qua de cauſa ? interrumpendum erat in ejus ariete & in ariete populi inter miniſterium diei & inter educendum acerram & thuribulum? Dicit R. Chaſda; extat traditio; conſtitutio Moſis ex Sinai; quod decem eo die fierent lotiones ; ſi vero juxta ordinem miniſteriorum hæc in textu ſcripta ſunt, non deprehendentur in his niſi tres lotiones ; una in ſacrificio jugi matutino , & altera inter illud & inter integrum miniſterium diei una cum eductione acerræ & thuribuli , & tertia inter educendum acerram & thuribulum & ejus arietem & arietem populi, & cum his ſacrificia addititia, & ſacrificium juge veſpertiuum ; idcirco interrumpere debebat ejus aries & aries populi inter miniſterium diei & eductionem acerræ & thuribuli, inter miniſterium diei & horum eductionem interrumpendum erat inter arietem ſuum & arietem populi & ſacrificium juge veſpertinum. Ecce quinque ; ſacrificium juge matutinum in veſtibus aureis, miniſterium diei in veſtibus albis , ejus aries & aries populi in veſtibus aureis ſuper altare exterius , eductio acerræ & thuribuli in veſtibus albis, ſacrificia addititi & ſacrificium juge veſpertinum in veſtibus albis & aureis . Et induet ve-

vestes suas, octo vestes, quæ illi omnibus anni diebus erant peculiares. Ab ministerio ad ministerium, ab ministerio interiori ad ministerium exterius; ex hoc probatur ab loco exteriori ad interiorem; & posterius exponitur, & docetur, quod quinque essent ministeria; ecce quinque lotiones; *Tunica linea sancta vestietur, & lavabit carnem suam in aquis;* ecce quando mutat ab ministerio sacrificii jugis, ut incipiat ministerium diei, quod erat interius, uti postea scriptum est; *& accipiet duos hircos &c.* Et totum argumentum. Et dicit. *Hæc vestimenta sunt sancta*; hoc scriptum est in hoc textu seorsim, ad consulendum; sunt tibi hæc tria vocabula, quæ supervacanea sunt &c. & ulterius explicatur, quæ sit expositio. Et quinque erant ministeria; & opinio est inter Rabi & R. Jehuda. Dictum est enim; *& exuet, & lavabit &c.* Hæc est opinio Rabi, qui dicit, explicandas esse lotiones ex eo quod dictum est; *& lavabit in aquis*; quod scriptum est de vestibus albis; & supervacaneus videtur hic textus R. Jehuda, & exponit pro sanctificationibus; *& exuet, & lavabit, & lavabit, & induet;* transfert textum; & lavabit inter exuendum & vestiendum; ut tribuatur lotio spoliationi, & lotio vestitioni. Ubi non tenetur lotione cunctis anni diebus; quando ingreditur ad ministrandum: non tenetur lotione ex lege, sed ex verbis scribarum, ut recordetur veterem immunditiem; tamen tenetur sanctificatione; scriptum est enim *Exod.* xxx. 20. *Quando ingressuri sunt tabernaculum, & quando accessuri sunt ad altare.* Hoc loco ubi tenetur lotione in die expiationum in singulis vestium mutationibus; quod vestitio teneretur sanctificatione, nobis probatur argumento a minori ad majus, ex lotione, sicuti dictum est; *& exuet, & induet;* ab eo quod dictum est; *& exuet & lavabit*; non exponit R. Eleasar bar R. Simeonis, quod teneatur sanctificationibus; quia a principio requirebatur lotio, in mutatione vestium aurearum juxta sententiam R. Jehuda: Earum expiatio erat major, quibus cunctis anni diebus ministrabat; at ministerium interius diei expiationum non expiabat nisi pro immunditie sanctuarii & rerum sanctarum, uti dictum est in *Schebuoth*. Probatur a Rabi; *Tunica linea sancta vestietur, & lavabit in aquis, & induet.* Dicit Rabi &c. ad exponendam *Misnam* superiorem a posteriori; hoc est, quod docetur de sententia Rabi, & dicit; *hæc vestimenta sunt sancta*; & sic exponit sensum textus, quod tenerentur lotione, eo quod essent vestimenta sancta; ad docendum, quod singulæ mutationes vestium sanctarum eo die tenerentur lotione; pariterque vestes aureæ erant sanctæ. Hoc in lotione scriptum est; quia scriptum est; *carnem suam.* Hic legimus, si minus ratione lotionis, quæ probatur ex eo, quod dictum est; *Hæc vestimenta sunt sancta*, explicabitur respectu sanctificationis. Hoc nobis constat quod eruitur ex significatione lotionis. Hinc lotionem addiscimus. Sicut sanctificatio fiebat in loco sancto, sicut de ea scriptum est; *in loco sancto*; ita pariter lotiones, quæ perficiebantur propter mutationes diei, in loco sancto; at prima lotio inde non probatur, quia non erat ex lege. R. Jehuda explicat hunc textum pro lotione vestium aurearum; non exponit id quod dictum est; *Hæc vestimenta sunt sancta*; sanctificationem vero unde probat? Dicit R. Chasda duntaxat; dicit Rabi; *& exuet, & lavabit, & lavabit, & induet;* duæ erant sanctificationes inter spoliationem & vestitionem, altera ante lotionem, & altera post illam ante vestitionem; Probat ex R. Meir; egreditur ex generali verborum R. Meir; non sentit cum R. Meir, quamvis dictum sit in *Misna*; exuebat, & sanctificabat manus & pedes; putasne sanctificationem factam fuisse ante lotionem? post spoliationem fiebat. Contradicit inde in sanctificatione secunda; dicit enim post vestitionem factam fuisse; sicut supra docetur in Baraitha R. Meir; induebat, sanctificabat manus & pedes. Omnes conveniunt, vel ipse Rabi, quod in sanctificatione proxime ante ministerium, quando vestiebat, sanctificaret. Non ita sentit R. Chasda, qui dicit, quod opinio Rabi sit, quod tantum duæ requirantur sanctificationes inter spoliationem & vestitionem. Hoc sentit R. Acha, qui dicit, sanctificationem post vestitionem necessariam fuisse. Non ita R. Acha, qui requirit sanctificationem prope ministerium. Hoc sentit R. Chasda, qui juxta mentem Rabi, duas requirit sanctificationes, quo tempore nudus est; si ita sit, erant simul tres sanctificationes in singulis lotionibus, duæ, quo tempore est nudus, & altera, quando exuit. *Tosaphoth* ibid. ואי כסדרן לא משכחת להו ה' טבילות ומנלן דהאי קרא שלא על אסדר נאמר טפי משאר קראי דילמא קטרת דיום הכפורים שלא על הסדר נאמר

נאמר ומשכחת לה ה' עבודות תמיד של שחר בבגדי זהב קטרת דיום הכפורים בבגדי לבן אילו ואיל העם בבגדי זהב עבודת היום בבגדי לבן מוספין ותמיד של בין הערבים בבגדי זהב וי"ל אם איתא דלא הוה הפסק בין הוצאת כף ומחתה לעבודת היום שלפנים למה נאמר בה ובא אהרן והא התם קאי אלא ש"מ משום דאפסקה בעבודת חיצונה להכי כתב ובא ואם תאמר אם כן לימא משום דכת' ובא אהרן ש"מ שלא על הסדר נאמר ומאי איצטרי' רב חסדא למימר טעמא משום דגמירי ה' טבילות וי"ל דהא גזירת הכתוב הוא שיוציא כף ומחתה לאח" גמר עבודת פנים ושוב חוזר לפנים ופושט את בגדי הבד והניחם שם ושוב יוצא ועשה אילו ואיל העם ומוספין ותמיד של בין הערבים ואם תאמר ואימא דהאי ובא אהרן לאו להוציא כף ומחתה אלא להפסיק קטרת או להזאות פר ושעיר ואי משום ה' טבילות נימא דמפסיק באילי ואיל העם בין קטרת להזאות אבל הוצאת כף ומחתה מנלן דעבודה היא להצריך לה טבילה בפני עצמה ויש לומר משום דכבר כתב בכולהו עבודות היום ובא והביא אבל הוצאת כף ומחתה לא כתיב להכי איכא למימר דבהוצאת כף ומחתה איירי. Si vero ordinatim hæc ſcripta ſunt, non deprehendentur quinque lotiones. Et unde nobis probatur, quod hic textus non ſit ordine dictus? Probatur ex reliquis textibus, quod fortaſſe ſuffitus diei expiationum non ſit ordine dictus; & deprehenduntur quinque miniſteria; ſacrificium juge matutinum veſtibus aureis, ſuffitus diei expiationum veſtibus albis, ejus aries, & aries populi veſtibus aureis, miniſterium diei veſtibus albis, ſacrificia addititia, & ſacrificium juge veſpertinum veſtibus aureis. Et dici poteſt, ſi ita eſt, quod non interrumperetur inter eductionem acerræ & thuribuli & miniſterium diei interius; Cur ibi ſcriptum eſt; *& ingredietur Aaron*? Et ecce ibi ita eſt; verum hinc eruitur, eo quod interrumperetur in miniſterio exteriori, illic ſcriptum ſit; *& ingredietur*; & ſi dicas, ſi ita eſt, poſſet dici, eo quod ſcriptum eſt; *& ingredietur Aaron*; quod hinc intelligatur, quod ordine non dictum ſit. Et quid cogit R. Chaſda ad dicendum, hanc eſſe rationem, propterea quod ex tradatione quinque ſint lotiones? Et poteſt dici, quod ſententia textus ſit, quod educeret acerram & thuribulum, poſtquam perfecerat miniſterium interius, & præterea reverteretur in adytum, & exueret veſtes albas, & ibi deponeret; & poſtea ingrederetur, & offerret arietem ſuum, & arietem populi, & ſacrificia addititia, & ſacrificium juge veſpertinum; Et ſi dicas; at dicam quod illud quod ſcriptum eſt; *& ingredietur Aaron*, non ſcriptum ſit ad educendum acerram & thuribulum, ſed ad interrumpendum in miniſterio interiori: dicere poſſimus; quod ingrederetur Aaron ad adolendum ſuffitum, aut ad adſpergendum ſanguinem juvenci, & hirci; aut ſi propter quinque lotiones, dicere poſſimus, quod interrumperet in ſuo ariete & in ariete populi inter ſuffitum & aſperſiones ſanguinum; at eductio acerræ & thuribuli unde probatur, quod eſſet miniſterium, cui neceſſaria eſſet lotio ſeorſim? Poteſt dici quod jam ſcriptum ſit in omnibus miniſteriis diei; *& veniet*, *& adducet*; At in eductione acerræ & thuribuli non ſcriptum eſt; Hinc poteſt dici, quod doceatur de eductione acerræ & thuribuli.

VII. In Cap. IX. 4. *Epiſt.* ad *Hebræos* memoratur in ſancto ſanctorum aureum fuiſſe thuribulum; Χρυσοῦν θυμιατήριον. De quo nulla mentio in ſcriptura. Hic locus mirum quantum cruciavit interpretes. Nonnulli per θυμιαθήελον χρυσοῦν intelligunt altare aureum, in quo ſingulis diebus mane & veſperi ſummus ſacerdos ſanctum ſanctorum ingreſſus dicitur obtuliſſe ſuffitum. Quod contrarium eſt ſcripturæ, & perpetuæ Hebræorum Interpretum traditioni; ſatis ſuperque probatum eſt ſupra, altare aureum fuiſſe ſitum contra velum in ſancto inter menſam & candelabrum, & ſummum ſacerdotem ſemel in anno in die expiationum in ſanctum ſanctorum fuiſſe ingreſſum. Alii putant hoc fuiſſe aureum thuribulum, quod ſingulis annis inferebat ſummus ſacerdos, ibique fuiſſe relictum in ſequentem annum, quo cum alio thuribulo in die expiationum volunt ingreſſum, & eo illic repoſito, quod priori anno reliquerat, extuliſſe. Supra ſatis demonſtratum eſt, ſummum ſacerdotem quarto in ſanctum ſanctorum fuiſſe ingreſſum in die expiationum, ut inde depromeret thuribulum. *Ralbag* rationem reddit; I. שאין ראוי שיוציא משם הכף והמחתה טרם השלם העיכול לקטרת ולאש אשר במחתה. Quia ſc. non conveniebat, ut acerram & thuribulum inde efferat, antequam perfecte conſumti fuerint ſuffitus & ignis in thuribulo. 2. לפי שאינו מכוון בעצמו ואינו מצורך הכפרה; quia hoc non de præcipuo ſcopo fuit hujus diei, neque de neceſſitate expiationis 3. בהכרח יתחייב זה לכבוד המקום ההוא שלא ישאר שם האפר

האפר בכל השנה עד בא יום הכפורים אחר שיסירה משם הכהן הגדול; quia hoc pertinebat ad honorem illius loci, ne cinis per totum annum ibi relinquatur usque ad sequentem diem expiationum, quo demum illum removeat summus sacerdos. Probabilius itaque dici fortasse potest peculiare aliquod fuisse thuribulum aureum, in eum finem & usum destinatum, ut cum eo summus sacerdos quotannis in die expiationum ingrediatur in sanctum sanctorum; Et de hoc dicere Apostolum; sanctum sanctorum aureum habens thuribulum; non quod in eo fuerit inclusum, & conservatum [Nam sic contra mandatum sanctum sanctorum ingredi, & prius thuribulum inde repetere debuisset, suffitum facturus] sed quod huic usui peculiariter inserviret, ut eo summus sacerdos in adyto adoleret. Neque enim accuratam recensionem ibi instituit Apostolus eorum, quorum mentionem facit, ut ipse fatetur vers. 5. Quod potest confirmari ex his quæ supra adduximus ex veterum Hebræorum traditione de peculiari thuribulo diei expiationum, quo suffitum adoliturus summus sacerdos ingrediebatur in sanctum sanctorum. Vid. *Buxtor.* unde hæc desumsimus, in histor. *Arcæ Fœderis* cap. v.





R. ABRAHAMI BEN DAVID
COMMENTARIUS DE SUFFITU
EX
SCHILTHE HAGGIBORIM
EXCERPTUS.
NUNC PRIMUM
A BLASIO UGOLINO
Ex Hebraico Latine redditus & Notis illustratus.

פרק א׳

בקטרת ומבאר מה הוא
הצרי בשלמות

הקטרת נעשית בכל שנה ושנה כריך
וכשורה על ידי האומנים
הכשרים והבקיאים שהיו מבית
אבטינס זכרונם לטוב׳ ועשייתה היא
מצות עשה כמו שנאמ׳ ואתה קח לך
סמים וגו׳ ובתורה לא נתפרשו אלא
ארבעה סממנים ממנה והם נטף ושחלת
חלבנ׳

CAPUT PRIMUM.

De Suffitu, & perfecte demonstratur, quid sit Balsamum.

SUffitus componebatur [1] singulis annis juxta ritum & institutum ab artificibus decentibus & expertibus, qui erant [2] de domo Abtines, qui in bonum commemorantur; & ejus compositio erat ex præcepto affirmativo, sicuti dictum est *Exod.* XXX. 23.

חלבנ׳ ולבונה הכתובים בפרשת כי תשא ושאר הסממנים שהם אחד עשר במספר נאמרו למשה בסיני ומכל אחד מהם היו לוקחי׳ בכל זמן עשייתה משקל מכוון כמו שפירשו רבותינו ז״ל בפרק קמא דכריתות היינו משקל שבעי׳ מנה מכל אחד מהארבעה סממנים שנזכרו בתורה שהם בין ארבעתם מאתים ושמנים מנה ועוד משקל ששה עשר מנה לכל אחד מהארבע׳ סממני׳ אחרים מור קציעה שבולת נרד וכרכום שהם בין ארבעתם ארבעה וששים מנה ועם הארבעה הראשונים שלש מאות וארבעים וארבעה מנה ומשקל׳ הקושט הם שנים עשר מנה והקנמון תשעה מנים והקלופה שלשה מנים שהם בין הכל שלש מאות וששים ושמנה מנה וכל מנה ומנה היה של מאה דינרין כמו שכתב רבינו ז״ל בהלכות כלי המקדש פרק שני פסקא שלישית ובפרק קמא דכריתות משנה ראשונה ועל המנים והדינרין הנזכרים היו מוסיפין רובע הקב היינו לוג אחד של מלח סדומית והוא שתהיה כ״כ בכמותה המלח שתמלא כלי אחד של מדה פרטית שתחזיק ששה ביצים בינוניים וגם מוסיפין בקטרת בלי משקל ובלי מדה השני דברים האחרים הנזכרים בברייתא דפרקא קמא דכריתות היינו המעלה עשן וכפת הירדן אך המעלה עשן היה נכנס בעצם הקטרת וכפת הירדן לדעתי לא היתה משמשת אלא לתקון הסממנים בשעה שהיו מפטמין הקטרת כמו שעושין הבורית כרשינא והיין קפריסין בלבד כאשר אבאר בעזרת הצור בפרקים הבאים ועתה מן הקטרת היו מקטירין בכל יום מנה אחד שהם חמשים דינרים בבקר וחמשים דינרין בערב

והנה בפירוש סממני הקטרת נבוכו המפרשים כלם אומר בכה וזה אומר בכה כפי דמיונם וחלומותם ולא ראיתי עד הנה מי שבא על נכון על אמתת מהותם לכן נערתי את חצני וינעתי למצא דברי חפץ קושט דברי אמת אעלם על ספר לרצון לכם

Sume tibi aromata &c. At in lege non commemorantur nisi quatuor aromata, quæ sunt & balsamum, onycha, chalbamum, & thus, quæ l. c. describuntur; at reliqua aromata, quæ sunt numero [3] undecim, commemorata sunt Mosi in Sinai; & ex horum singulis quovis tempore compositionis sumunt pondus conveniens, uti exposuerunt sapientes nostri f. m. in cap. primo *Cherithuth*, i. e. pondus [4] septuaginta minarum ex singulis de quatuor aromatibus, quæ memorantur in lege Dei, quæ sunt ex his quatuor ducentæ & octoginta minæ; præterea [5] pondus sedecim minarum ex singulis de quatuor aliis aromatibus, sc. de Myrrha, Casia, Nardo, & Croco, quæ ex his quatuor sunt quatuor & sexaginta minæ, & cum primis quatuor erunt 344. minæ, [6] & pondus Costi erat duodecim minarum, & Cinammomi novem minarum, & Corticis trium minarum, quæ simul omnes [7] efficiunt 368. minas; Et singulæ minæ erant [8] centum denariorum, uti scribit Magister noster (sc. *Maimonides*) f. m. in constitutionibus de vasis sanctuarii cap. secundo, vers. tertio; & in cap. primo *Cherithuth*, paragr. secundo. Et minis & denariis commemoratis addunt [9] quartarium cabi, sc. logum unum salis Sodomitici, & sit sc. in tanta quantitate sal, ut impleat vas mensuræ particularis, quod comprehendat sex ova mediocria. Addunt præterea in suffitu sine pondere & mensura res alias commemoratas in *Baraitha* cap. primi *Cherithuth*, i. e. herbam fumum adscendere facientem, & succinum Jordanis. Verumtamen herba fumum adscendere faciens ingrediebatur præcipue in suffitum; at succinum Jordanis juxta meam sententiam [10] non inserviebat nisi ad præparanda aromata, quo tempore componebantur suffitus, sicuti factum est de sapone Charschinæ, & vino Capparino duntaxat, sicuti demonstrabo auxilio Dei in sequentibus capitibus; & nunc de suffitu adolebant singulis diebus unam minam, sc. 50. denarios mane, [11] totidemque vesperi.

Et in explicandis aromatibus suffitus confusi sunt omnes Interpretes; hic ita dicit, & ille ita dicit juxta eorum opinationes & somnia, neque adhuc vidi, qui ex proposito ad veritatem accenderet. Quare commovi brachium meum, & laboravi ad invenienda verba desiderii, & fidelitatis, verba veritatis ponam in libro, in vestrum beneplacitum. Et Deus labia mea aperiat, &

וה׳ שפתי יפתח ופי יגיד תהלותיו יהיו לרצון אמרי פי והגיון לבי לפניו ה׳ צורי וגואלי

ועל כי הצרי הוא הראשון מהסממנים שהזכירו רבותינו ז״ל עליו בראשונה בעזרת ה׳ אשים דברתי ולא אסוג אחור מלקבל האמת ממי שאמרו

אמר דיאוסקורידי היוני בספר הראשון מהנטיעות והאלנות והסמים שלו פרק י״ח כי הצרי הנקרא בלשונם באלסאמו הוא אילן קטן הדומה בגודלו לנטיעה שהיא הנקראת פיראקאנטה בלשון יון ובלאטינו אקאנטוס באשכנז בירין קלאב ובלעז בראנקה אורסינה בספרד ירבא גינואנטי בצרפת בראגיזי אורסיני או שדומה לנטיעת אחרת שקוראים היונים ליבקויון הספרדים ויאוליטאס אמארילאס הצפרתים ויאוליטיס גירופליאיס הלאטיני ויאולה אלבה הערביים קיאירי וענפיו דומי׳ לענפי הנטיע׳ שקוראים רז״ל במסכת שביעית פרק ט׳ משנ׳ א׳ פיגם והיוני׳ פיגאנון האשכנזים אובימין קראבט הספרדים ארודא הצרפתים רואי הלאטיני והלועזי׳רוטה והערביי׳ סאדיב והם יות׳ לבני׳ מענפי הרוטה האמורה ולעולם הם רטובים והאילן הזה צומח בלבד בא״י ובמצרים ואין הבדל בין אילן א״י לאשר יצמח במצרים רק בשלשה דברים היינו או מצד קליפת העץ שבמקום האחד מהאמורים היא חלקה ובמקום האחר היא בלתי חלקה רבת הקמטים או חדוקה ומלאת פגימו׳ או מצד גדלו של אילן שבמקום האחד מהם הוא גדול ממה שהוא במקום האחר או מצד דקות גזעו והאילן הדק בראשו הוא רב הענפים נקרא בלשון יון איבטיריסטון מפני שהוא נוח להקצר כי קראו היונים גם כן חתיכת ענפי האילנות קצירה וכן גם כן נקראת בכתוב ישעיה כ״ז ביבש קצירה וגו׳ כתב שם רד״ק ז״ל בפירושו קציר הוא ענף העץ והשרף שלו הנקרא אופובאלסאמו אופום בלשון יון רוצה לומר מיץ ואופובאלסאמו רוצה לומר מיץ הנטיעה הנקראת באלסאמו מאספים ומוציאים אותו בימי׳ הכלביים מהקיץ שגורפין האילן עם מגרפות של ברזל ומהחתיכות קטנות וחדות של המגרפות הוא יוצא המיץ כמו שיוצאה הזיעה מהבשר והשרף הנלקט הוא מעט מזער מאד כי במשך שנה תמימה לא ימצאו ממנו אלא ששה או שבעה קונגיאי בין הכל הקונגואו והקוטילה הן מדה אחרת בשוה וכבר כתבו היונים כאשר העתקתי בפרק ע״ב שהקוטילה תכיל עשרה ליטרין של מים או יין או חומץ ואם ימלאו הקיטילה שהוא חקונגיאו אם שמן יהי׳ השמן שבתוכו תשעה ליטרין ואם ימלאו אותו דבש היה הדבש שלש׳ עשר ליטרין וחצי ובמקום שימצאו שם חשרף הזה היינו בארץ

os meum annunciabit laudem illius. Sint in beneplacitum verba oris mei, & cogitatio cordis mei in conspectu Dei, qui est rupes & redemtio mea.

Quoniam balsamum princeps inter aromata commemoratur a nostris sapientibus f. m. de illo primum Dei auxilio loquar, neque dedignabor accipere veritatem ab eo qui dixerit.

Dicit *Dioscorides* Græcus in lib. primo Plantarum & Arborum, & Aromatum cap. 20. הצרי, quod eorum lingua vocatur [12] *Balsamum arbor albæ violæ, Lycii, aut Pyracanthæ magnitudine conspicitur* (quæ arbor Græce [13] πυρακάνθης, & Latine Acanthus, Germanice Beren Klaw, Italice Brancha Ursina, Hispanice Yerva Gignante, &, Gallice Branize Ursine vocatur; aut similis alteri plantæ, quæ Græce dicitur λευκοίον, Hispanice Violetas amarillas, Gallice Violetes, aut Giroflees, Latine [14] Viola Alba, & Arabice Keiri, ([15] *Folium rutæ proximum*) quæ a sapientibus nostris f. m. in tractatu *Scheviith* cap. IX. 1. appellatur פיגם sc. ruta, a Græcis πήγανον, a Germanis Raut, & Wien Raut, ab Hispanis Arruda, a Gallis Rue, a Latinis & Italis Ruta, ab Arabibus Sadeb.) *longe candidius, perpetuo virens;* [16] *in Judæa solum,* [17] *& Ægypto nascens:* [18] *his differens modis*, *scabricia* [quod in altero ex dictis locis sit læve, & in altero non sit læve, plenum rugis, aut fissum, & plenum cæsuris] aut *proceritate* [quæ in altero loco est major ea, quæ in altero germinat loco] aut *gracilitate*. *Quod igitur tenui & capillacea coma est* Græce θεριστὸν *vocant quasi demessile; fortassis quoniam ab gracilitatem facile demetatur*. [Græci enim pariter succisionem palmitum arborum demessionem appellant; pariterque ita appellatur in Scriptura sacra, sicuti scriptum est *Isai.* ביבש קצירה; ubi scribit *Radach* in suo commeatario קציר est palmes ligni, aut arboris. Ejus succus vocatur *Opobalsamum* [19]; ὀπὸς Græce designat succum arboris, quæ vocatur Balsamum.) [20] *Æstivis sub ortu canis ardoribus arbos* [21] *unguibus ferreis inciditur, manatque e plaga succus* (quomodo fluit succus ex carne.) [22] *sed tam exiguo stillatu, ut* [24] *annis singulis ne plures quidem, quam seni, septenive congii cogantur*. (Congius & Cotyla sunt ejusdem mensuræ. Et scribunt Græci) sicut demonstravi cap. 72. quod Cotyla contineat decem libras aquarum, aut vini, ant aceti. Si vero impleatur Cotyla, quæ est idem ac Con-

בארץ ישראל ובמצרים בימיו של
דיאוסקורידי היו מוכרים אותו בכסף משנה
על משקלו והאמינו כל היודעי' בטיב
התרופו' שהשרף הטוב הוא החדש והריחני
שלא יטה לחמוץ בטעמו ושיכנס בנקלה
במשיחתו בחלקים הפנימיי' מהבשר ושיהי'
בשטחיו הנגלים חלק ושתהיה עמו בטעמו
עצירה מועטת עם חרות משותפת
והנה המזייפים זייפו שרף הבאלסאמו או
עם אונגוינטו שנקרא טיריבינטינו או
ליגוסטרינו או באלאנינו או מיטופיאו או
עם דבש ומעט עפרורית עץ של מירטו
או של עץ לינוסטרו ומעט שעוה
אמנם יוכר זייופו באופן הזה שאם
יתנו ממנו על בגד צמר וירחצו היטב
הבגד במים אם אחר הרחיצה תשאר
בו רושם השמנונית וכשישפשפו הידים
על כתם הבגד יודבקו בו הוא מזויף
ואם לאו הוא השרף הטוב והמובחר :
עוד אם ישימו השרף המובחר בחלב היינו
בחלב בהמה טהורה שהוא נקפא יקפיא
אותו ועם המזוייף לא יוקפא עוד אם
יושם השרף הטוב בחלב או במים תכף
ומיד הוא מתפשט בם ויחזור מראיתו ללבן
טוב בתכלת והמזוייף הוא שט על המים
או החלב כשמן ומקשה עצמו בם והיה
לטיפה כדורית כצורת כוכב שיש סביבותיו
נצוצות רבות ועוד טעות הוא בין מי
שיאמין שהשרף הטוב שמה שיושם ממנו
במים ירד תכף בשולי הכלי כמו שהוא
שלם ובגוף אחד ואחרי כן יתפשט ויעלה
למעלה והנה כל עוד שיזקין השרף יטה
מן דקותו אל צד העובי ואז ירד מעט
משלמותו הטוב

ואולם העץ המובחר ממנו הנקרא
גסילובאלסאמו גסילון בלשון יון רוצה
לומר עץ לא אקסיל כמו שכתבו בספרינו
הקדושי' האנשי' ההם שלא ידעו בטיב
הלשון ההוא וכותבין המלה הזאת היונים
לא עם האותיות שקוראין בלשונ' קאפה
או כי וסינמה אלא עם האות הנקראת אצלם
גסי שהיא האות הארבעה עשר מהאלפאביתא
שלהם העץ ההוא הטוב הוא הרטוב
האדום והמבושם שיהיה ריחו דומה
לשרף שלו ושיהיו עציו וענפיו דקים

אמנם הפרי או הגרעין של הנטיעה
הזאת הנקראת קארפו באלסאמו קארפימה
בלשון יון ר"ל פרי וקארפובאלסאמו
הוא פריו של צרי המשובח הוא
שדומה בצבעו לזהב מלא מתוכו גדול
בגופו וכבד במשקלו חד בטעמו וחם במזגו
ושיהיה ריחו דומה לשרף הנטיעה שלו
ותמורתו המזייפים מוכרים פרי אחר
דומה לגרעיני העשב הנקראת בלשון יוני
איפיריקון בלאטינו איפיריקום ובלעז
איפיריקו בערבי יירופריקון או קיוקאריבון
ובספרדי קוריונצילו בצרפתי טרוקאיראם
והזרע הזה המזוייף מביאים אותו מעיר
פרזי אחת של ארץ ישראל שקראו אותה
פיטרה ובנקלה יוכר הזיוף כי הזרע הזה
של איפיריקון הוא גדול מהקארפו באלסאמו

והוא

Congius, oleo, erit oleum, quod in ea continetur, novem librarum, si vero impleatur melle, tredecim libras cum dimidio continebit. Et locus ubi invenitur hic succus, est in terra Israel & in Ægypto. In diebus *Dioscoridis; pondus duplo rependebatur* [25] *argento*. Et crediderunt omnes qui optime norunt medicinam; [26] *Succi probatio est, ut sit recens, validi odoris, syncerus, non ad acorem vergens, pellucidus, levis, adstringens, ac modice mordens gustu*. [27] *Sed varie vitiatur, misto ab aliquibus Terebinthi, Cypri, Lentisci, Balani unguento; item Susino Metopio, Melle, aut Cypria cera*. [28] *Quod maleficium facile deprehenditur; Namque merus in laneam vestem fusus, neque maculam facit, neque si eluatur, notam relinquit; quinetiam syncerus in aqua, aut lacte celerrime liquatur, lactescitque, vitiatus vero olei modo innatat, se convolvens, aut in stellæ modum diffundens. Syncerus, senescens crassescit, deteriorque redditur. Hallucinantur, qui aqua concretum pessum ire, ad ima sidere arbitrantur, postea dissipatum supernatare*.

E ligni genere, quod Xylobalsamum vocant (ξύλον Græce designat lignum, non vero אקסיל uti scriptum est a scriptoribus nostris sanctis, qui non optime norunt hanc linguam, & scripserunt hanc vocem Græci non literis quas nostra lingua appellamus Chapa, aut Chi, & Sigma, sed eorum litera, quæ vocatur Xi; quæ est quartadecima eorum Alfabeti) *probatur recens, tenue, fulvum, odoratum, quadam tenus Opobalsamum spirans*.

Ceterum fructus, aut [30] semen hujus arboris vocatur Carpobalsamum; & καρπὸς Græce designat fructum; & Carpobalsamum est fructus balsami. *Eligatur flavum, plenum grande ponderosum, mordens gustu, fervens in ore, modice Opobalsamum olens*. [31] *Adulteratur semine Hyperico simili*; (quæ herba Græce dicitur ὑπερικὸν, Latine Hypericum, Italice Iperico, Arabice Reiofricon, aut Keiofricon, Hispanice Coraioncillo, Gallice Trucheram) *quod a Petra oppido*, quæ est urbs terræ Israelis, *defertur. Sed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignavia, sapore piperis. In summa* [32] *præcipua autoritas* suc-

והוא חלול וריק מתוכו בלי שום פעולה וסגולה
טובה מסגולת הצרי וטעמו הוא דומה לפלפל
כללו של דבר כל טובת הצרי הוא בשרף
והזרע הוא נופל ממנו והעץ הוא החלק
הגרוע שבנטיעה ההיא אמר גאלינו
בספר הששי מסגולת הדברים הפשוטים
כי הצרי הוא חם ויבש במדרגה השנית
ושהוא נברא מחלקים דקים מאד עד
שבעבורם יהיה ריחני ומבושם ביותר
ושהשרף שלו הוא בעצמותו יותר דק ממה
שהם כל שאר חלקי הנטיעה שלו ואינו
חם במדרגה ההיא שחשבו הרופאים
הסכלים שטעו בדקות החלקים שבו ואמר
שהפרי שלו הוא דומה בסגולתו כמעט
לשרף הנטיעה אמנם חלקי הפרי לא
יגיעו לדקות חלקי השרף במדרגתם ואבן
סיני בספ השני שלו פרק פ״ד כמעט
העתיק כל מה שכתב דיאוסקורידי בצרי
והוסיף השרף של צרי הוא יותר טוב
בפעולותיו מפעולות הגרעין ופעולות
הגרעין טובים מפעולות העץ בכל
הדברים

ויוסטינו איסטוריקו בספר ששה ושלשים
שלו כתב בארץ היהודים יש בקעה
אחרת הנקראת בקעת יריחו מסובבת
בהרים שהם לה כמו חומה טבעית ארכה
הוא מאתים אלף יוגירי אדמה ובה יש
יער אחד מלא תמרים וצרי אמנם
טיאופראסטו הפלוסוף היונו בספר התשיעי
מהנטיעו׳ פרק ששי כתב בבקעה אחרת
של סוריאה בשני מקומות בלבד שהמקום
האחד מהם הוא עשרים יוגירי והאחר
הוא קטן ממנו מאד צומחים בהם אלני׳
הבאלסאמו

דעו בני כי היוגירו שנקרא בלשון יון
פליטרון כתוב בפי בלאמדה באיפסילון
עם הצירי בטיטא ברו באומיקרון
ובניי הוא לרומיים חלק שדה שחורשים
אותו צמד בקר ביום אחד נקר׳ בלשון
הכתוב ברה כדכתי׳ בראשי׳ לה ויהי
עוד כברת הארץ וגו׳ כי הכף היא כף
הדמיון והתיו היא תיו הסמיכות והנה
חכמי האומות הקדמונים היו מקפידים מאד
בשמות המדות עד כי לפעמים היו נותנים
שם עצמו מיוחד למדה שלמה ולחצי
המדה ממנה נתנו לה שם אחר נבדל
מהראשון כמו שראינו במדת היוגירו
של מדה השלמה נתנו לה השם הזה בעצמו
יוגירו ולחצי המדה ממנו קראו לו
אריפיניס בנון כפולה במקום נון דגושה
כאשר עשה קולומילה בפרק הראשון
מספר חמשי שלו המכונה די רי רוסטיקה
היינו ממשפטי עבודת האדמ׳ ולא זאת
בלבד עשו אלא גם למדה של שלשים

יוגירי

succo, secunda semini, minima ligno. *Galenus* dicit in libro sexto de simpl. med. facult. *Balsamum desiccat, & excalefacit secundo gradu; est autem tenuium partium adeo, ut odoratum sit. Sed liquor ejus subtiliorum etiam partium est, quam ipsa planta, non tamen adeo calidus, ut quidam existimant, tenuitate partium falsi. Porro fructus ejus persimilis genere facultatis est, ceterum longe in subtilitate partium inferior.* Et *Aben Sini* lib. secundo cap. 81. fere describit ea omnia, quæ scripsit *Dioscorides* de Balsamo, additque, quod oleum in suis operationibus sit melius semine ipsius, & semen fortius ligno ipsius in omnibus modis ejus.

Justinus Historicus lib. xxxvi. scribit. *Est namque vallis [in terra Judæorum] quæ continuis montibus, velut muro quodam cincta, ad instar castrorum clauditur. Spatium loci ducentum millia jugerum; Nomine Hyerico dicitur. In ea valle sylva est & ubertate, & amœnitate arborum insignis; siquidem palmeto & Opobalsamo distinguitur.* Verum *Theophrastus* Philosophus Græcus lib. ix. cap. 6. Histor. Plantar. scribit. *Balsamum in valle Syriæ provenit. Ejus arbusta duo tantum affirmant; alterum viginti jugerum, alterum multo minus.*

Scitote mei filii, jugerum, quod Græce appellatur πλέθρον scriptum cum phi, lamda, epsylon cum tzere, tita, ro, omicron, & ni, fuisse Romanis portionem agri, quam 33 par bonum uno die arare potest, quæ in scriptura appellatur ברה, sicut scriptum est *Genes.* xxxv. 15. &c. ויהי כברת הארץ. Quia הכ״ף est כף sive similitudinis, & התיו est תיו conjunctionis. Et ecce sapientes gentium veteres fuerunt diligentissimi in mensurarum nominibus, ut aliquando imposuerint peculiare nomen mensuræ integræ, & nomen aliud mensuræ dimidiatæ a primo diversum, uti videmus in mensura jugeri, cujus mensuræ integræ impositum est nomen particulare jugeri, & dimidia ipsius mensura appellatur Arepennis cum litera n duplicata, pro n dagessata, uti fecit *Columella* in capite primo ex ejus libro de re rustica, i. e. de ratione agriculturæ; neque in hoc tantum factum est; sed mensuram quoque tertiæ partis jugeri appellarunt 34 Parasangam. Et quoniam vobis nota est longitudo

יונירי קראו אותה בשם פאראסאנגו
ועל כי בידיעת ארך ורחב של המדה
האחת השלמה תדעו גם כן מדת חציה
והמדות הרבות שלה אני עתה לא
אדבר בלא על היונירי האחד השלם
ואומר כי הואיל שכתבתי כאן דברי
יוסטינו ראוי הוא שנדע כמה תהיה
לדעתו ארך בקעת יריחו באמות בינוניות
של ששה טפחים או כמה מילין תהיה
של אלפים אמה של ששה טפחים לכל
מיל ואני לא אעלים מכם כי במדת
היוגירו יש מחלוקת בין חכמיה׳ כי
הנה גירונימו מאטימאטיקו האמין שהיוגירו
האחד היה של מאתים רגלים של
ארבעה טפחים לכל רגל בארך ולא כתב
הרחב כי באולי פשוט הוא לדעתו שיהיה
החצי מהארך האמור היינו מאה רגלים
אם כן היוגירו האחד לדעתו יהיה מאה
ושלשים ושלשה אמות בינוניות ושני
טפחים והרחב יהיה ששה וששים
אמות מהאמורים וארבעה טפחים

אמנם קוינטיליאנו אמר שארך היוגירו
הוא מאתים וארבעי׳ רגלים שהם מאה
וששים אמות בינוניות ושהרחב הוא מאה
ועשרים רגלים היינו שמנים אמות
בינוניות

ועתה לדעת גירונימו ארך הבקעה הזאת
תהיה ששה ועשרי׳ פעמים אלף אלפים
ועוד שש׳ מאות וששה וששים אלפים
ושש מאות וששה וששים אמות וארבעה
טפחים היינו שני אלפים ושש מאות
וששה וששים רבוא ועוד ששה אלפים
ושש מאות וששה וששים אמות וארבעה
טפחים שהם בכל כך מילין של אלפים
אמה לכל מיל שלשה עשר אלפי׳ ושלש
מאות ושלשה ושלשים מילין ושש מאות
וששה וששי׳ אמות וארבעה טפחים ורחב
הבקעה האמורה לדעתו תהיה שלש׳ עשר
פעמים אלף אלפים ועוד שלש מאות
ושלשה ושלשים אלפים שלש מאות ושלשה
ושלשים אמות ושני טפחי׳ שהם בכל כך
מילין לערך האמור ששה אלפים ושש
מאות וששה וששים מילין וחצי ושלש
מאות ושלשה ושלשים אמות ושני טפחים

אך לדעת קוינטיליאנו תהיה אורך בקעת
יריחו שנים ושלשים פעמים אלף אלפים
אמות היינו שלשה אלפים ומאתים רבוא
אמות שהם בכל כך מילין ששה עשר
אלף מילין ורחבה תהיה ששה עשר פעמים
אלף

gitudo & latitudo unius mensuræ integræ, pariterque vobis nota est dimidia mensura; & multæ aliæ mensuræ, ego in hoc loco non disseram nisi de jugero uno integro, & dicam, quoniam hic descripsi verba *Justini*, conveniens est, ut cognoscatur, quanta sit juxta ejus sententiam longitudo vallis Jericho in cubitis mediocribus, quorum singuli constent sex palmis, aut quanta pateat milliaria, quorum singula continent duo millia cubitorum sex palmorum. Neque vos latebit esse dissensum inrer sapientes in statuenda jugeri mensura; quia *Hieronymus* Mathematicus credit unum jugerum fuisse ducentorum pedum, quorum singuli continerent quatuor palmos in longitudine; neque de latitudine quicquam scribit; quoniam eo modo juxta ejus sententiam, erit dimidium suæ longitudinis, i. e. centum pedum; si ita est, erit jugerum juxta ejus opinionem 133. cubitorum mediocrium cum duobus palmis, & latitudo *66.* supradictorum cubitorum cum quatuor palmis.

Verum *Quintilianus* dicit longitudinem jugeri fuisse 240. pedum, qui sunt 160. cubiti mediocres, & latitudinem fuisse 120. pedum, i. e. 80. cubitorum mediocrium, & latitudinem fuisse 120. pedum, i. e. 80. cubitorum mediocrium.

Et juxta sententiam *Hieronymi* erit hujus vallis longitudo sexies & vicies millies centenorum millium, & amplius sexcentorum & sexaginta sex millium, & sexcentorum & sexaginta sex cubitorum, & quatuor palmorum, sc. duorum millium, & sexcentorum, & sexaginta sex Myriadum, & amplius sex millium & sexcentorum, & sexaginta sex cubitorum, & quatuor palmorum, quæ omnia sunt milliaria (attributis singulis milliaribus mille cubitis) tredecim millia, & sexcenta, & triginta tria milliaria, & sexcenti, & sexaginta sex cubiti, & quatuor palmi. Et latitudo commemoratæ vallis juxta ejus sententiam erit ter & decies centenorum millium, & amplius trecentorum, & triginta trium millium, trecentorum & triginta cubitorum, & duorum palmorum, quæ juxta memoratam supputationem erant sex millia, & sexcenta & sexaginta tria milliaria cum dimidio, & trecenti & triginta tres cubiti, & duo palmi.

Verumtamen juxta mentem *Quintiliani* patebit longitudo vallis Jericho bis & tricies centena millia cubitorum, sc. tria millia, & ducentas myriadas cubitorum; quæ omnia sunt sexies & decies centena millia cubitorum,
quæ

אלף אלפים אמות שהם שמנה אלפים
מילין משלם

אמנם סטראבוני חיוני כאשר אכתוב
בסמוך כפרק זה קרא הבקעה הזאת שדה
ואם שבשדה הזה של יריחו יש יער שיש
בו תמרים הרבה ושארך היער הוא של
מאה סטאדיאי ואתם בני כבר ידעתם
בפרק ע̇ב̇ מחבורי זה כי הסטאדיאו הוא
החלק השמיני של אלף צעדים גדולים
גיאומיטריצי ושם כתוב כי הצעד הגדול
שבו מודדי' הקרקעות הוא של עשרים
טפחים עד כי הסטאדיאו האחד בארכו
הוא שש מאו' וחמשה ועשרים רגלים
של ארבע טפחים שהם מאה וחמשה
ועשרים צעדים ומאה סטאדיאי יהיו
שנים וששי' אלף וחמש מאות רגלים או
שנים עשר אלף וחמש מאות צעדים גדולים
של עשרים טפחים לכל צעד או אחד
וארבעים אלף תר̇ס̇ו̇ אמות וארבעה טפחים
של ששה טפחים לכל אמה שהם עשרים
מילין וחצי ות̇ר̇ס̇ו̇ אמות וארבעה טפחים

והנה בראותי של דעת יוסטינו הלזה בקעת
יריחו היתה המילין האלה הכתובים כאן
שעברו מאד מאד סך הארבע מאות פרסה
על ארבע מאו' פרסה שאמרו רבותינו ז̇ל̇
שהיתה כל ארצנו הקדושה שמעבר לירדן
משלם בינותי בספרים ובהעתקי' רבים
מחבורו כי חשבתי למצוא שם טעות
בחשבון היוגירי ושבמקום מאתים אלף
ירצה מאתים יוגירי בלבד אמנם ראיתי
אחרי ראי שכלם כאחד יעידון יגידון בשמו
שהיתה מאתים אלף יוגירי בארך כי כתבו
כן המעתיקי' כלם סכום היוגירי במלות
שלמות ולא בציונים כנהוג וגם אם יאמר
יוסטינו שבקעת יריחו היתה מאתים יוגירי
של דעת גירונימו תהיה לפי חשבון זה
בארך שלשה עשר מילין ושש מאות
וששה אמות של ששה טפחי' ועוד ארבע
טפחי' עליהם וברחב ששה מילין וחצי
ועוד שלש מאות ושלשה אמו' ושני טפחי'
עליהם או לדעת קוינטיליאנו יהיו ששה
עשר מילין בארך ושמנה מילין ברחב
הלא זה יהיה שקר וכזב נגלה כי כאשר
אומר בפר̇פ̇ז̇ מספרי זה ארך הדרך מהירדן
עד ירדיחו היה כאשר הבנתי מדברי רבותינו
ז̇ל̇ ברמיזה כמו תשעים מיל בין הכל.
שזהו:

quæ in integrum ſunt octo millia milliarium.

Ceterum *Strabo* Græcus, ſicut proxime ſcribit in hoc capite, appellat hanc vallem agrum, & dicit quod in hac valle Jericho eſſet ſylva, ubi erant palmæ plurimæ, & longitudo ſylvæ centum ſtadia pateret. Et vos filii jam intellexiſtis in capite 72. hujus mei libri, quod ſtadium eſſet pars octava mille paſſuum magnorum Geometricorum; ibique ſcriptum eſt, quod paſſus magnus, quo ſolum metirentur, conſtaret decem palmis; ita ut unum ſtadium in ejus longitudine comprehenderet ſexcentos & 25. paſſus, qui conſtarent quatuor palmis; qui conficiunt ſummam centum & viginti quinque paſſuum magnorum; & centum ſtadia comprehendent ſexaginta duo millia, & quingentos paſſus, aut duodecim millia, & quingentos paſſus magnos, quorum ſinguli decem palmis conſtabant, aut unum & quadraginta millia, & ſexcentos & ſexaginta ſex cubitos, & quatuor palmos, ſingulis cubitis ſex palmis attributis, quæ ſunt viginti milliaria cum dimidio, & ſexcenti ſexaginta ſex cubiti & quatuor palmi.

Et ecce in conſideranda ſententia *Juſtini* de valle Jericho, hæc milliaria, quæ hic commemorata ſunt, multum prætergrediuntur ſummam quadringentarum Parſarum tam in longitudine quam in latitudine, qua Sapientes noſtri f. m. dicunt univerſam terram noſtram trans Jordanem omnino patuiſſe; conſideravi in libris, & in exemplaribus multis hujus libri, quia exiſtimavi invenire errorem in ſupputatione jugerorum, & pro ducentis millibus, ſignificari ducenta jugera duntaxat; Verum inſpexi poſt examen, quod omnes quaſi unus teſtificarentur in ejus nomine, quod vallis pateret ducenta millia jugerorum in longitudine, quia ita deſcribunt exemplaria omnia ſummam jugeorum vocibus integris, non vero ſignis (numericis) juxta conſuetudinem. Si pariter *Juſtinus* dicat vallem Jericho ducenta jugera patuiſſe, juxta ſententiam *Hieronymi* ſecundum hunc computum in longitudine patebit tredecim milliaria, & ſexcentos & ſex cubitos, qui ſex palmis conſtabant, & amplius quatuor palmos, & in latitudine ſex milliaria cum dimidio, & præterea trecentos & tres cubitos, & duos palmos. Aut juxta mentem *Quintiliani* patebit ſedecim milliaria in longitudine, & octo in latitudine; quod manifeſto falſum, & a veritate alienum apparet; Quia, ſicuti
di-

שזהו הנכון אם נרצה גם כן להכיר אמתת
הדבר הזה מחכמת עצת רחב למרגלי׳ כי
אמרה להם ונחבתם שמה שלשה ימים
עד שוב הרודפים וגו׳ כי הנה היא ידעה
שמהלך תשעים מילין שהיו בין יריחו
והירדן הוא נעשה בשלשה ימים רצופים
בהליכה ובשלשה ימים בחזרה כפי מנהג
האנשים ההולכים בדרך לאט לאט להם
כמנהג בני העולם שהולכים לרצון נפשם
כבלי סבה מכרחת. והואיל כי היה דבר
מלך יריחו לרודפים נחוץ כשצוה להם
שילכו אחרי המרגלים בחפזה הבינה שילכו
הרודפים עד הירדן במרוצה ושישובו ג״כ
למלך יריחו בשלשה ימים בלי אחור שהוא
חצי הזמן המוגבל לאחרי׳ להלוך ולשוב
ועל כן אני באמת לא ידעתי ללמד עליו
זכות ויהיו על כל פנים דברי יוסטינו באלים
מכל וכל לא שרירין ולא קיימין אצלנו
אך דברי סטראבוני אולי יהיו יותר קרובים
אל דברי רז״ל ומיוסדים על האמת עצמו
כי באומרו שיריחו הוא שדה שסובב אותו
הר אחד כדמות טיאטרו ירצ׳ שהשדה
היה גדול עד שיהיה בארכו כמו תשעים
מילין על תשעי׳ מילין ברבוע שלם כאשר
האמנתי אני ושבתוך השדה הזה הנדו׳
מאד היו המעינות והנחלים והגרים או
תושבים רבים וגם היה היער של מאה
סטאדיאי שבו היה ארמון המלך וגנות
הבאלסאמו ואילנות של תמרים רבים
כאשר כתב עד כי היער הזה היה הרביע
מהשדה האמור פחות שני מילין וחצי
ואולי מה שהי׳ חסר היער מהרביע של
שדה יריחו נוכל לומ׳ כי עלה למרחב השני
גנות של צרי ולמקום החצרות החדרים
האולמות הגנזכים והעליות של ארמון
המלך שהיו שם כי הגן הגדול היה של
עשרים יוגירי היינו א׳ מיל וחצי ועוד
מאתים אמה עליו בחצי רבוע והגן האחר
הקטן ממנו לא כתבו גודלו גם לא כתבו
מרחבי ארמון המלך שבאולי בין הגן
הגדול והקטן ופלטרין של מלך נפלו מעט
מהשני מילין וחצי שחסרו להשלים סך
הרביע השלם של שדה יריחו ברבוע עד
כי בגלל הדברים האלה כלם לא נוכל
לדחות מכל וכל דברי חיוני הזה על מה
שאמר בשדה יריחו והיער הנמצא בתוכו
עם כי לכאורה נראה נ״כ שיש בדבריו
פירכא כי הנה כתוב בספרי על פרשת
נוסעים

dicam in capite 87. hujus mei libri, hæc est longitudo viæ ab Jordane usque ad Jericho, sicut intellexi a verbis sapientum nostrorum f. m. ex indicio omnino nonaginta milliaria fuisse; hoc est verum; si pariter placebit cognoscere veritatem hujus rei ab sapientia consilii, quod dedit Rchab exploratoribus; quibus dixerat; *Ibique latitate 35 tribus diebus, donec, redeant sectatores &c. Jos.* II. 16. Quia noverat, quod iter nonaginta milliarium esset inter Jericho & Jordanem, quod confici potest tribus diebus continuatis in eundo, & tribus diebus in redeundo juxta consuetudinem hominum ambulantium in via pedetentim, sicut facere solent homines voluptatis gratia, nulla adducti necessitate itinerantes; quandoquidem dixit rex Jericho persequentibus urgenter ut, sicut jusserat, insequerentur exploratores festinanter, consideravit quod persequentes irent usque ad Jordanem accelerate, & postea redirent ad regem Jericho tribus diebus sine mora, quod erat dimidium tempus determinatum morandi, eundi, & redeundi. Hac de causa ego equidem nullam pro eo invenio rationem, eaque de causa erunt falsa & inania verba *Justini*, & nullo modo possunt neque constitui, neque confirmari. Verumtamen verba *Strabonis* sunt propiora verbis sapientum nostrorum f. m. & ipsi veritati magis innituntur; etenim quando dicit; quod Jericho esset campus quodam monte circumdatus ad theatri similitudinem; significat, quod iste campus esset adeo magnus, ut in sua longitudine comprehenderet fere nonaginta milliaria quaquaversum in quadrato perfecto; sicut ego existimavi. Et in medio hujus campi amplissimi erant fontes, & fluvii, & peregrini aut incolæ multi; pariterque ibi erat sylva centum stadiorum, ubi erat domus regis, & viridarium balsami, & arbores multarum palmarum; sicuti scribit; ita ut hæc sylva ab quatuor partibus septa sit agro minori duobus milliariis cum dimidio; & id quo deficiebat sylva a quadratura agri Jericho, potest dici, quod adderetur latitudini secundi horti balsami, & spatio atriorum, conclavium, vestibulorum, thesaurorum, & cœnaculorum palatii regis, quæ ibi sita erant; quia hortus magnus patebat viginti jugera, sc. unum milliare cum dimidio, & præterea erant ducenti cubiti in dimidio quadrati, & alter hortus illo minor, cujus non describitur magnitudo; neque pariter describitur latitudo pala-
tii

נוסעים אוחנו שבבהעלותך והטבנו לך
זה דושנה של יריחו שהיו אוכלין אות׳ בני
בניו של יתרו כי כשחלק יהושע א״ לשבטים
הניח דושנה של יריחו חמש מאות אמה
על חמש מאות אמה שהוא רביע מיל
ולא יותר ונתנוה לבני יונדב בן רכב
חלק בראש וכו׳ וגם במכילתא על פסוק
ובני קני חתן משה עלו מעיר התמרים
שופטים א׳ כתוב שהניחו דושנה של
יריחו ובאו לפני יעבץ ללמוד תורה
שכשהיו מחלקים את הארץ הניחו דושנה
של יריחו חמש מאות אמה על חמש
מאות אמה ואמרו כל מי שיבנה בית
הבחירה בחלקו יטול דשנה של יריחו
ונתנוה לבני יונדב בן רכב שהיו אוכלים
אותה ארבע מאות וארבעי׳ שנה כו
הרי שרושנה של יריחו תהיה בלבד
חמש מאות אמה על חמש מאות אמה
ולא המאה סטאריאי שכתב סטראבונו
אמנם היוני הזה לעולם יאמר לכם שהיער
שהיה בשד׳ יריחו היה העשרים מיל שכתב
בגיאוגראפיאה שלו ושבעשרים מילין
האלה היה דושנה של יריחו והגנות
וארמון המלך ושאר היער שלא היה כל
כך רשן היה נחלק בין הגרים והתושבים
שלא היה להם חלק בדושנה של יריחו
ושבני יונדב לא חנו לעולם בתוך מקום
החמש מאו׳ אמה על המש מאות אמה
מפני שהיה מקום קטן וצר מאד להכיל
כל בתי משפחותם כמו דירה אך אכלו את
דושנה וישבו באהלים בשדם יריחו עד
שחרב הבית בראשונה שאז באו ירושלם
מפני חיל הכשדים ככתוב בירמיה לה ושם
אמר עליהם ה׳ לא יכרת איש ליונדב בן
רכב עומד לפני כל הימים :

גודל האילן של צרי אמר טיאופראסטו
הוא כאילן רמונים גדול שיש לו ענפים
רבי׳

tii domus regis, quæ ſita erat inter magnum & parvum hortum; & regis palatia parum declinabant ab ſpatio duorum milliarium cum dimidio, quæ deerant ad perficiendam ſummam quadrati perfecti agri Jericho in forma quadrata. Hinc propter hæc omnia non poſſunt rejici verba hujus Græci ſcriptoris; eo quod dicat, quod in campo Jericho deprehenderetur ſylva; ſed apparet primo adſpectu in ejus verbis objectio, quia ſcriptum eſt in *Siphri Num.* x. 29. *Ut benefaciamus tibi*. Hæc eſt pinguedo Jericho, de qua comederunt filii filiorum Jethro, quia quum diviſit Joſue terram Iſrael tribubus, reliquit [36] pinguedinem Jericho patentem quaquaverſum quingentos cubitos [quæ conficiunt quartam partem milliarii, & non amplius] & aſſignavit filiis Jonadab filii Rechab partem in principio &c. Pariterque in *Mekiltha* in textum; *Filii autem Cinæi cognati Moyſi adſcenderunt de civitate palmarum. Judic.* I. 16. ſcriptum eſt, quod reliquerunt pinguedinem Jericho, & abierunt in conſpectu Ibas ad diſcendam legem; quando diviſerunt terram, reliquerunt pinguedinem Jericho patentem quingentos cubitos quaquaverſum, & dixerunt; qui exſtruxerit in portione ſua domum electam, accipiet pinguedinem Jericho, & eam attribuerant filiis Jonadab filiis Rechab, qui de ea comederunt quadringentos, & quadraginta annos &c. Ecce prnguedo Jericho quingentos tantum patebat cubitos quaquaverſum. Ceterum hic Græcus autor dicet vobis, quod ſylva eſſet in campo Jericho viginti milliarium, ſicuti ſcribit in ſua Geographia, & in his viginti milliariis fuiſſe pinguedinem Jericho, & hortos, & domum regis; & quod reliquum erat ſylvæ, & pinguedinis non fuit diviſa inter peregrinos & incolas, quibus non erat portio in pinguedine Jericho; Et filii Jonadab nunquam habitarunt in ſpatio, quod quingentos cubitos quaquaverſum patebat, quia locus erat parvus & peranguſtus, ut poſſet capere omnes domos familiarum ſuarum ad habitandum; veruntamen de pinguedine comederunt, & habitarunt in tabernaculis in campo Jericho uſque ad excidium primæ domus; tum ſe contulerunt [37] Hieruſalem propter exercitum Chaldæorum, ſicut ſcriptum eſt *Jer.* xxxv. 19. [38] *Non deficiet vir de ſtirpe Jonadab filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.*

Arboris magnitudo, (inquit *Theophraſtus* Hiſtor. Plant. lib. 19. cap. 6.) *quæ malo punicæ magnæ. Rami multi*, ſo-

רבי׳ ותכופי׳ זה לזה וענפיו דומי׳ לענפי
הרוטה והם יותר לבני׳ מהם ולעולם הם
לחים ורטובי׳ הפרי שלו בגודלו ובצבעו
הוא באמת דומה לפרי עץ חנקר׳ בלשון
יון שירמינטוס ובלאטינו טיריבינטוס ובערבי
באטון או אלבוטין ובלעז טיריבינטו וריח
פרי הצרי הוא יות׳ מבושם ממה שהו׳שרף
הנוטף מהצרי עצמו והשרף כמו שאומרי׳
אנשי הארץ ההיא יוצא מהחלק העליון
מגזעו שמכי׳ אותו במגרפו׳ של ברזל חדות
בימים הכלביים שאז חום השמש הוא
גדול וחזק ומאספים ולוקטים אותו כל
הקיץ והיוצא מהפגעים ההם אשר עשו
באילנות הוא מעט מזער כי אינו יוצא
ביום אחד וגם בקושי רב כי אם מה
שיוכל למלאת מכס׳או בירח אחרת של
בריה קטנה נקראת חומט היינו לומאקה
ימיירת בלבד וריח הנודף גם מהשרף
המועט הוא טוב עד מאד יריחו אותו עד
המקומות שהם רחוקי׳ בהפלגה ואין
מביאין השרף הטוב החוצה ולכן בארצנו
של יון לא ימצא שרף טוב אלא של צרי
מזוייף עד כאן הם דברי טיאופראסטו:
ואולם פליניאו וירוניסו בספר שנים עשר
מהדברי׳ הטבעיי׳ שלו פרק חמשה ועשרים
כתב כדברים האלה הצרי הוא הראשון
והמובחר מהסמים המבושמים והוא עליה׳
במדרגה ונפל בלבד לנחלה לארץ היהודים
ולימים שעברו לא היה ממנו אלא בשני
גנות בלבד ושניהם היו גנות המלך האחד
של עשרים יוגירי והאחר קטן ממנו ·
והאלן הקטן הזה הראו אותו ברומה
הקסרים ויספיסיאנו והוא דבר נפלא שנאמר
שגם האילנות הובאו בפומבי ולעין כל
הרומיים נקרא בלשונם טריאונפו כשנכנס
בגדולה ובגילת וקול זמרה פומפיאו הגדול
ברומה והאילן הזה כהיום עם בני עמו
הוא לעבד והוא פורע מס לרומיים והוא
משונה ממה שכתבו הסופרים הראשונים
שלא מבני עמנו הרומיים כי הנה הוא
יותר דומה לאילני הגפן ממה שהוא
דומה לאילן ההוא שנקר׳ בלשון יון פטיליאה
ובלאטינו אולמוס ובלשון ערבי דירדר
ונוטעים אותו כמו שעושים אילני הגפן
והוא עומד מעצמו מבלי סמיכות עצים
אחרים שינוחו עליהם וקוצצים ענפיו
וחורשים הקרקע תחתיו ובמשך שלש שני׳
הוא עושה פרי והעלה שלו הוא דומה
לעלי הרוטה והעלה הזה לעולם הוא רטוב
ולא יבול:
והנני כותב בדמע את דברי האיש הזה
כדי שיהיו לנו לכאב אנוש בזכירת חרבן
ירושלם שתבנה במהרה בימינו אמן:
אמר הרשע הזה לא נטה אכזריות היהודים
נגד הנטיעת הזאת מהאכזריות ההוא
שנהגו נגד עצמם ונופם וכנגדם בחרבות
וברמחים הנינו על העץ הזה הרומיים
ולעת עתה הממונים על המכס נוטעים
אותו וממלאים צרכיו עד שרבו ופרו כהיום
הזה נטיעותיו במספר וגם גדלו בקומתן
יותר ממה שגדלו לשעבר והאילן הזה
לא יעבור באורך מדת שתי אמות והוא
של

folium rutæ simile, candidius tamen perpetuo virens. Fructus tam magnitudine quam colore similis terebintho, quæ Græce τέρμινθος, Latine Terebinthus, & Arabice Baton, & Italice Terebinto appellatur. *Is quoque admodum adoratus est, & magis quam lacbryma. Colligi lacbrymam in caudice, & parte superna tradunt, facta incisura unguibus ferreis sub sidere cum æstas maxime angit. Collectionem vero æstate fiori tota, sed quod manat, multum non esse; vix enim toto die concham posse impleri. Odorem tamen ferri eximium, & copiosum adeo ut subito spatium per longum odor valeat permeare; verum sincerum ad nos nullum advehi, sed quod mixtum colligitur*; Hactenus verba *Theophrasti*.

Ceterum *Plinius* Veronensis in libro XII. de Plantis cap. 25. ita scribit. *Sed omnibus odoribus præfertur balsamum uni terræ Judææ concessum, quondam in duobus tantum hortis, utroque regio, altero jugerum* XX. *non amplius, altero pauciorum. Ostendere arbusculam hanc urbi imperatores Vespasiani. Clarumque dictu a Pompejo magno, in triumpho arbores quoque duximus. Servit nunc & tributa pendit cum sua gente, in totum alia natura quam nostri externique prodiderant; quippe viti similior est quam myrto*; & arbori, quæ Grece πτελεα, & Latine ulmus, & Arabice Dirdar appellatur. *Malleolis seri dicitur, nuper vincta ut vitis, & implet colles vinearum modo quæ sine adminiculos se ipsæ sustinent; Tondetur similiter fruticans, ac rastris nitescit. Properat nasci, intra tertium annum fructifera. Folium proximum rutæ, perpetua coma.*

Lachrymis describo verba hujus autoris, quia animo dolemus propter memoriam ruinæ Hierosolymæ, quæ cito ædificetur in diebus nostris; amen. Dicit hic impius. *Sæviere in eandem Judæi sicut in vitam quoque suam. Contra defendere Romani & dimicatum pro frutice est. Seritque nunc eam fiscus, nec unquam fuit numerosior aut procerior. Proceritas inter bina cubita subsistit. Arbori* 39. *tria genera. Tenui & capillacea coma, quod vocant eutheriston* i. e. messu facile.

של שלשה מינים האחד יש לו העלים
דקים כשער הצומח בראש האדם
נקרא בלשון יון איבטיריסטון היינו נוח
להקצר השני קליפתו היא בלתי חלקה
ומלאה פנימות וכפוף בקומתו ומבושם
מאד נקרא טראקי כי בלשון יון רוצה
לומ׳ קשה בלתי חלק ומלא רמטים או
כפוק השלישי נקרא איבמיקו בלשון יון·
רוצה לומר מצליח ומאושר כי יצליח
במטעו להיות יותר גדול וארוך בקומה
משאר מיני אילנות הצרי וקליפתו היא
חלקה איבמירוס בלשון יון רוצה לומר
מצליח ומאושר וזה הוא השני במעלה
מצד טוביות הסגולות מהצרי והשלישי
במעלה הוא האיבטיריסטון וגרעיני או
פירות הצרי יש להם טעם של יין
וצבע הפרי הוא אדום שיש בו טעט
שבנינות והוא רע כשיהיה קל במשקלו
וירוק בצבעו כעשב והאילן יש לו הענפים
יות׳ עבים ממה שיש לו לאילן הנקרא
בלשון יון מירסיניי ובלשון לאטינו מירטוס
ובערבי אאיס או אלאיס או אס ובלשון
לעז מירטו ובאשכנז וילש אידילביאיר
ובספרד ראיאם בצרפת מיאורטי ובבואימיאה
ביאאודי או אוטאניאוקא ומכים בו ועושי׳
חבורה בקליפי העץ עם כלי זכוכית או
של אבנים חדים או עם סכינים על עצם
כי אם יכו אותו עם כלי ברזל ימותו
פתאום ענפיו שיש בם עוד חיי הנפש
הצומחת עם כי נוח לו וישקוט מזעפו
כשיקצצו ענפיו הבלתי נאותים לו והיבשים
עם כלי ברזל אך מי שעושה בו החבורות
צריך שיזהר שלא יפגע אלא בקליפתו אבל
לא בעץ והביץ היוצא מהחבורות הנקרא
אופובאלסאמו הוא מבושם ביותר והדמעו׳
היוצאו׳ מהחבורו׳ הם קטנות ולוקטי׳ או
אוספי׳ המיץ הזה עם צמר נקי ומנופץ
ביותר וסוחטים אותו בכליה העשויים
מקרני בעלי חיים אחרי כן לוקחים המיץ
מהקרנות ושומרים אותו בכלי חרס חדשים
והוא בדמותו כשמן דשן ושמן ועב וכאשר
הוא קרוב לקטיפתו מהעץ הוא לבן ונהפך
אחרי כן לצבע נוטה לאדמימות ומתקשה
והוא זך ובהיר וכאתר אליכסאנדר מוקדון
נלחם בארץ ההיא ביגיעה רבה ובהשתדלות
נפלא היו מאספים ממנו ביום אחד הארוך
של קיץ בית או מכסה של בריה קטנה
הנקראת בלעז קונקה מארינה וכל הנאסף
מהמיץ הזה מהגן הגדול במשך שנה הוא
עשרה קונגיאי שהם תשעה ליטרין לכל
קונגיאו · ומהגן הקטן א׳ קונגיאו שהם בין
הכל תשעה ותשעים ליטרין והיו קונים
אותו במשקל כסף כפלים במשקלו · ובזמן
הזה מכל אילן ממנו יוצא מיץ מיותר
ממה שהיה יוצא מלפנים וקוטפין אותו
שלשה פעמים בכל שנה בימי הקיץ ואחרי
כן קוצצין הזמורות שלו כדי שיצמחו
ענפיו מחדש ועצי האילן הזה נמכרים
גם כן ביוקר והזמורות הנקצצות בחמש
שנים ימכרו שמנה מאות מטבעות כסף
ונקראו הזמורות האלה נסילובאלסאמו
ומבשלין אותן עם שאר מיני הסממנים
המבושמים

le. *Alterum ſcabro adſpectu, incurvum, fruticoſum, odoratius, hoc trachy appellant Græce*, i. e. ſcabrum, & læve plenumque rugis, & plicis. *Tertium eumeces* Græce, i. e. procerum & firmum, *quia eſt ceteris procerius*, ut ſit majus & altius in proceritate ceteris ſpeciebus arborum balſami; *levi cortice*; εὐμήρος Græce, i. e. proſper & firmus. *Huic ſecunda bonitas, noviſſima eutheriſto. Semen ejus eſt vino proximum guſtu, colore ruffum, nec ſine pingui; pejus in grano quod levius atque viridius. Ramus craſſior quam myrto*, quæ Græce μυρσίνη, & Arabice Aes aut Alas aut As, Italice Mirto & Germanice Welſch heydelbeer, & Hiſpanice Rajam, & Gallice Meurte, & Bohemice Byaō di Utanioka appellatur. *Inciditur vitro, lapide, oſſeiſue cultellis. Ferro lædi vitalia odit. Emoritur protinus, eadem amputari ſuper vacua patiens. Incidentis manus libratur artifiici temperamento, ne quid ultra corticem violet. Succus e plaga manat, quem opobalſamum vocant, eximiæ ſuavitatis, ſed tenui gutta, ploratu lanis parva colligitur in cornua. Ex iis novo fictili conditur, craſſiori ſimilis oleo, & in muſto candida. Rubeſcit deinde, ſimulque dureſcit e translucido. Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æſtivo unam concham impleri juſtum erat. Omni vero fœcunditate e majori horto congios ſenos, minore ſingulos, cum duplo rependebatur argento. Nunc vero ſingularum arborum longior vena, ter omnibus percutitur æſtatibus, poſtea deputatur. Et ſarmenta quoque in merce ſunt* DCCC. *amputatio ipſa ſurculuſque venit intra quintum demum annum. Xylobalſamum vocatur, & coquitur in unguentis. Pro ſucco ipſum ſubſtituere officinæ. Corticis etiam ad medicamentum pretium eſt. Præcipua autem gratia lachrymæ, ſecunda ſemini, tertia cortici, minima ligno & hoc buxoſum eſt optimum*, ſcilicet colore ſimile ligno, quod Græce πύξος, & Latine

buxus,

המבושמים ובחנויות של בשמים משתמשים
כם במקום דמעת השרף עצמו והמעלה
היתרה והראשונה היא בשרף הצרי עצמו
השנית היא בגרעיניו השלישית היא
בקליפתו׃ והגרועה היא בעץ והעץ המעולה
הוא שבצבעו יטה לעץ ההוא הנקרא
בלשון יון פיקסיאון ובלאטינו בוקסוס
ובלעז בוסו כי עץ הצרי הנוטה לצבע
הזה הוא מבושם מכל שאר מיני עץ
הבאלסאמו וכותב גם כן דברי׳ אחרים
אחר דבריו אלה להכיר הצרי הטוב ואיך
יזייפו אותו והם כמעט כמו שכתב
דיאוסקורידי על כן לא אכתבם כאן פן
יהוו למשא על הקורא׃
והנה סטראבוני היוני בספר ששה עשר
מהגיאוגראפיאה שלו כמו שהעתקתי כבר
בפרק זה כתב יריחו הוא שדה שסובב
אותו הר אחד שיש לו דמות טיאטרו
שבלשון יון ר״ל בניין נבון לראות ממקום
מושבו למי שעומד בתוכו כל הדברים
מסביב הנעשים חוצה לו ובמקום הזה
יש יער אחד שיש בו אילנות של תמרים
הרבה אורך היער הזה הוא של מאה
סטאדיאי סטאדיאון בלשון יון הוא מקום
מוכן לרוץ שם הסוסים והאנשים ונהגו
לצחוק ולהלחם בתוכו הגבורי׳ והענקי׳ זה
עם זה והוא בארכו כאשר כתבתי למעלה
שמינית האורך של אלף צעדים או
פסיעות הנקראים פאסי בלשון לעז לכל
סטאדיאו ויש במקום הזה מעינות רבות
ונחלי׳ והארץ ההיא היא מרובה בגרים
ותושבים ועם רב בקרבה ובתוך היער
הזה גם כן יש ארמון המלך וגם גן אחד
אשר בו עץ הבאלסאמו והאילן שלו הוא
מבושם וענפיו מרובים דומה לעץ נקרא
ציטיסו כן שמו בלשון יוני ולאטינו ובלעז
או הוא דומה לטיריבינטו ומוציאים השרף
ממנו בחבורות קליפתו ושומרים אותו
בכלים מוכנים לזה והשרף הוא לבן כחלב
וגם כמו דבק והוא נקפא מעצמו בכלים
עמוקים וגם סטראבוני הזה בספר הנזכר
תוסיף על מה שכתבו שאר המחברים
ופליניאו וסולינו עמהם כי יצמח הצרי
במקומי׳ בחרים חוץ מארצנו באומרו
במלכות שבא נמצא גכ הלבנה והמור
והקנמון ובגבולו הצרי וגם נטיעה אחר׳
מבושמת׃ ופאבסאניאה האשורי כתב גם
הוא כי בארצות הערב אצל הגוים
הנקראים בואיטי צומח עץ גדול באילן
המירטו והעלה שלו הוא כמו עלה העשב
הנקר׳ בלשון יון סמפסיקון ובלאטינו
אמאראקוס בערבי מירזיניאוס ובלעז
ובספרד ובבואימיאה מאיוראנה בצרפת
מאריאולאיני ובפולוניאה מדיאוראנו ותחת
צל האילן יש בו נחשים ושרפים הרבה
הנקראים בלשונם ויפירי שאוכלים לחאבון
המיץ שלו׃

buxus, & Italice boſſo appellatur; quia lignum balſami inclinat ad hunc colorem, quod eſt odoratiſſimum ex omni reliqua ſpecie ligni balſami, Similiter poſthæc alia ſcribit, ut cognoſcatur balſamum optimum, & quomodo adulteretur; quæ quoniam eadem fere ſunt, quæ ſcribit *Dioſcorides*, idcirco hoc loco non deſcribam, ne lectori moleſta ſint.

Et ecce *Strabo* Græcus in lib. XVI. Geographiæ, uti deſcripſi jam in hoc capite, ſcribit. *Hiericho eſt campus a monte quodam circumdatus, qui ad ipſum declinat ad ſpeciem theatri*; ſic dicitur Græce ædificium diſpoſitum ad ſpectandum ab loco ſeſſionis illi, qui in eo conſiſtit, ea omnia, quæ circum circa peraguntur. *Hoc in loco eſt palmetum, cui immixta eſt etiam alia materies domeſtica, & ferax, palmis abundans, ſpatio ſtadiorum centum.* στάδιον Græce eſt locus præparatus, in quo currant equi & homines, ibique conſueverunt ludere & pugnare inter ſe viri fortes & gigantes; ejuſque longitudo erat, ſicuti ſupra ſcripſi, octava pars longitudinis mille paſſuum aut graduum, qui *paſſi* Italice appellantur, pro ſingulis ſtadiis. *Et totum irriguum & habitationibus plenum; Ubi & regia eſt, & balſami viridarium, quæ arbor aromatica eſt, & fruticoſa, perſimilis cytiſo* (ita appellatur Græce, Latine, & vernacule) *& terebintho; ejus corticem ſcindentes, ſuccum in vaſis ſuſcipiunt tenaci lacti perſimilem; ſuſceptus autem in conchis coagulatur. Strabo* iſte in libro commemorato addit ad ea, quæ ſcripſerunt ceteri autores, & cum his *Plinius* & *Solinus*, quod germinet balſamum in aliis locis, præter noſtram regionem, dicens; *In Sabæorum regnis thus & myrrha & cinnamomum naſcitur. In ora etiam balſamum, & alia quædam herba valde adorata*; Et *Pauſanias* Syrus ſcribit, quod pariter in regionibus Arabiæ apud populos, qui appellantur 4º Bœotii, germinet arbor quæ magnitudine ſimilis eſt myrto, ejuſque folium ſimile folio herbæ, quæ Græce σάμψυχον, & Latine amaracus, & Arabice Merzenius, & Italice, & Hiſpanice, & Bohemice Majorana, Gallice Mariolaine, & Polonice Madiorani appellatur & ſub fundo arboris ſunt multi ſerpentes, qui eorum lingua viperæ vocantur, qui cupide comedunt ejus ſuccum.

ודעו בני כי מעט הם השנים שהספרדים
הביאו מהודו שבמערב שרף עץ אחד
שקורין אותו באלסאמו והוא נכבד ומבושם
מאד דומה בפעולותיו וכמעט בצורתו
ועצמותו לשרף הצרי הטוב שהיה בארצנו
הקדושה וכמו שכתב ניקולו מונארדיס
הספרדי צומח בארץ ההיא אשר קראו
אותה ספרד החדש ואנשי הודו הזה קוראי׳
בלשונם כאשר כתב לאילן הזה גסילו
והאילן הוא גדול מעט מאילן של רמונים
שלנו והעלים שלו הם דומים לעלי העשב
הנקרא בלשון יון גאליאופסיס ובערבי
אוראיד לאטום או אנגיארדה הלאטיני
והספרדים והלועזים קוראים אורטיקה ועלי
העץ הם כמו שהיא האורטיגה שהם
דקים ועל שפתם סביב יש פנימות
פנימו׳ כשיני המגרה ובשני אופנים מוציאי׳
השרף להעץ הזה או בחבורות דקות
הנעשות בקליפת העץ שהיא דקה
והשרף הזה מרוב טובו כשנעשה מזיעת
החבורו׳ אנשי הודו לא ימכרו אותו
לאנשים נכרי׳ אך שומרים אותו בבית
גנזיהם או לוקחים ראשי הענפים דקים
והרטובים וחלקי העץ השמנים וחותכין
אותן לחתיכות קטנו׳ ועם מים רבים
משימי׳ אותם ביורה גדולה ואחרי הבשול
והרתיחה הרבה מסירים היורה מהאש
וכשיצוננו המים לוקטים השמן או השרף
היוצא וצף על המים מסונן היטב וצבעו
הוא נוטה לשחרות עם אדמימות מה
והוא מבושם ביותר ומשימי׳ אותו תוך
כלי כסף או זכוכית או כלי חרס מצופים
מתוכם אבר כי בכלים אחרים יזיע השרף
מדפני הכלים החוצה ויפסד ומוכרים זה
הנעשה כאמור וגם באופן זה לוקטים
הם שאר מיצים ושרפים טובים ומבושמים׃
והשרף הזה הוא חד וטעמו מר ועוצר
מעט עד שהוא חם ויבש במעלה השנית
וניקולו מונארדו זה כתב גם כן שמחלק
הרביעי של עולם שחלקיו הם א
איברופה ב אסיאה ג אפריקה ד
אמיריקה מביאים לארץ ספרד שרף
אחד דומה לצרי הטוב שלנו והוא יוצא
מהאילן שלו בחבורות והבאו׳ הנעשות
בקליפתו והאילן הזה הוא גדול מאד
ומשרשיו ועד ראשו יש לו ענפים רבים
וקליפתו היא כפולה היינו חיצונית ופנימית
החיצוני׳ היא עבה כמו קליפת העץ
הנקר׳ בלשון יון פילוס עם הלאמדה כפולה
במקום דגש ובלעז סובירו והפנימית
היא לובשת ומכסה סביב כל גוף
האילן והדוקה ודבוקה היא לו והשרף יוצא
מבין שתי הקליפות והוא בריחו מבושם
מאד והמעט ממנו הוא טוב ורב הפעולה כמו
שהיה ליטרא אחת מהשרף האחר ההינדי
האמור והוסיף לכתוב כי פרי האילן הזה לפי
גודל האילן הוא קטן כי הוא כמו גרעין של
אפונין והוא מר מעט בטעמו וסגור בתוך
תיק עצור וארוך כמו אצבע והתיק שלו
הוא לבן ודק וגם המחבר ההוא שכתב
כל דברי הארצות של האמיריקה הזאת
אמר שבאי אחת שקראוה הספרדי׳ ספרד
החדש

Scitote, mei filii, quod paucis abhinc annis, quod Hyspani adduxerint ex India occidentali aroma cujusdam arboris, quo balsamum appellant, quod est excellens, & multum odoriferum, simile in ejus operationibus, & gustu, & figura, substantia lachrymæ balsami, quod invenitur in terra nostra sancta. Et sicuti scribit *Nicolaus Monardes* Hyspanus lib. III. cap. 7. germinat in ea regione, quæ nova Hispania appellatur; & incolæ Indiæ sua lingua (sicut scribit) hanc arborem *Gilio* appellant; & hæc arbor est paulo procerior nostro malogranato; ejusque folia sunt similia foliis arboris, quæ Græce γαλίοψις & Arabice Uraith latum aut Huniure & Latine, & Hispanice, & Italice Urtica appellatur; & arboris folia qualia, urticæ sunt tenuia; & ad extremitatem circumcirca sunt incisa quasi dentes serræ. Et duobus modis educunt lachrymam ex hac planta, aut tenuibus incisionibus factis in cortice ligni, quod est tenue (& hæc lachryma est longe præstantior illa, quæ fit sudore incisionum; neque Indi eam vendunt peregrinis, sed in reconditoriis eam asservant) aut accipiendis capitibus palmitum tenujum, & virentium, & partibus ligni oleosis, & in particulas comminutis, quas cum multa aqua ponunt in aheno magno. Et post plurimam decoctionem & ebullitionem eripiunt ahenum ex igni; Postquam frigidæ factæ sunt aquæ, colligunt oleum, aut lachrymam fluentem, & quæ natat super aquas clarissimas, est præstantior, ejusque color inclinat ad nigrorem & ruborem; & est valde odoriferus; & recondunt in vasis argenteis; aut vitreis, aut testaceis intrinsecus vitro obductis, quia in reliquis vasis desudat lachryma foris ab lateribus vasorum, & perditur; & hoc venditur, sicuti dictum est. Similiter hoc modo colligunt reliquos succos, & lachrymas præstantes, & odoratas. Et hæc lachryma est acris, & gustu amara, & recenter expressa est calida, & arefacta est minus præstans quam prima. Et *Nicolaus* iste *Monardes* pariter scribit, quod quadripartito dividitur orbis, ejusque partes sunt 1. Europa, 2. Asia. 3. Africa; 4. America. Adduxerunt in Hispaniam quendam succum similem nostro optimo balsamo, qui manat ex arbore illius regionis factis in ejus cortice incisuris; Et hæc arbor est maxima, & ab ejus radice usque ad verticem pluribus est tecta frondibus, ejusque duplex est cortex, sc. exterior & inte-

החרש צומח אילן אחד מעצמו מבל׳ שיוטע בידי אדם וגודלו הוא כמו קומת שני אנשים זה על זה זקופים ועצי ענפיו הם כצבע האפר של עצים שרופים והעלים שלו בשטחם העליון הם יותר ירוקים כעשב ממה שהם בשטחם התחתון והם רחבים עם עורק או מתר גם החוצה שרושם אותם מבלי פרידה לאורך העלה מאמצעיתו והעלה הזה הוא רחב באמצע ומשני קצותיו הוא חד ארוך שש אצבעות ורחב ד׳ אצבעות וחצי ורגל העלה המחובר לענף אינו ירוק אך הוא אדום והפרי שלו הוא דומה לאשכול וארוך כמו יד האדם עם האצבעות פשוטים ונרעיני הפרי הם מפוזרים ולא סמוכים והרוקים זה לזה לפעמים ירוקים ולפעמים אדומים וכשיתבשלו הם אדומים ביותר ולוקטים השרף מהאילן באופן זה כי לוקחים הם הענפים דקים הרטובים וגם חפרי עמהם וכותשי׳ אותם ומוחטין מהם המיץ אחרי כן מבשלי׳ המיץ הזה במים ועל האש מרתיחים אותו עמהם עד שיהיה נם ועבה והוא בפעוליתיו טוב מהצרי האחר שבארצות האלה ·

והואיל כי כתבתי על הצרי בכלל מה שאמרו חכמי האומות כאשר שמעתם לא אסוג אחור ג״כ מלהודיע לכם כי החכם השלם דון יצחק אבארבאנילו ז״ל בפירושו על התורה פרשת כי

תשא

interior exterior eſt craſſus ſicut cortex arboris, quæ Græce φελλὸς cum lamda duplicata, pro dagheſſata, & Italice ſughero appellatur; & interior induit & tegit circum circa totum corpus arboris, eique adhæret, & lachryma manat inter duos cortices, & eſt odoratiſſima & quod parum ex ea colligatur, ideo optimum & præſtantiſſimum habetur, quaſi eſſet libra ex alio ſucco Indico commemorato. Præterea ſcribens addit, quod fructus hujus arboris præ illius magnitudine, eſt parvus; etenim eſt quaſi granum ciceris, & paulo amarus guſtu, clauditque in theca ſuccum, & longitudo ejus eſt quaſi digitus, thecaque ejus eſt alba, & tenuis. Præterea hic autor, qui res omnes regionum Americæ deſcribit, dicit, quod in quadam inſula, quæ ab Hiſpanis nova Hiſpania appellatur, germinet quædem arbor ſponte ſua ſine ulla hominum ope & cultura; ejuſque magnitudo ſit quaſi altitudo duorum hominum, quorum alter ſuper altero elevetur; & ligna ejus palmitum referant colorem cineris lignorum, qui comburuntur, ejuſque folia in ſuperficie ſuperiore ſunt magis viridia ad ſimilitudinem herbæ, quam ea quæ ſunt in ſuperficie inferiori, & dilatantur cauda, aut prominentia craſſa extrinſecus, quæ deſignat ſine ulla ſeparatione ad longitudinem folii in ejus medio, & hoc folium eſt latum digitum, & ex duobus ejus lateribus eſt acutum; longitudo eſt ſex digitorum, & latitudo quatuor cum dimidio; & pes folii conjunctus palmiti non eſt viridis, ſed ruber, ejuſque fructus eſt ſimilis botro, & longitudo quaſi manus hominis cum digitis extenſis; & fructus grana ſunt diſperſa, neque una ſimul adhærent & conjuncta ſunt; aliquando ſunt viridia; & aliquando rubra; Quando coquuntur ſunt rubriora; & colligitur lachryma ex arbore hoc modo; accipiunt palmites tenues virentes, unaque cum his fructus, eoſque contundunt, & ex his excipiunt ſuccum; Poſthæc decoquitur hic ſuccus aquis, & igni cum illis ebullitur, donec fiat craſſus & denſus; & hæc eſt operatio optima ex altero aromate, quod invenitur in his regionibus.

Quandoquidem ſcripſi de balſamo generaliter ea quæ dixerunt ſapientes gentium, ſicut audiſtis; non recedam a labore ne vobis demonſtrem, quod ſapiens perfectus Don *Iſaac Abarbanel* f. m. in ſuo commentario in legem *Exod.* xxx. hoc ſcribat; *Raſchi* f. m. ſcribit נטף

eſſe

תשא כתב רש״י ז״ל כתב שנטף הוא הנקר׳ צרי והוא הנוטף מעצי הקטף ובלעז קורין אותו גומא · ותמה אני מאד ממנו שהיה בקי בלשון לועז ולאטינו ולא ראה שרש״י ז״ל שלא היה בקי בלשונות האלה פירש שם סם אחד פרטי בשם אחד כולל לכל השרפים כי כל שרף יהיה מה שיהיה יקרא גומי בלשון לעז ואינו גם כן נכון מה שאמר החכם הזה והנכון שהוא מסטיצי כי הלינטיסקו היוצא ממנו המסטיצי הטוב הוא בלבד באי אחרת מהיונים הנקראת בלשונם קיאו עם כי האילן הזה הוא גדל גם כן במקומו׳ אהרים חוץ מהאי הזאת וגם בארץ ישראל הלינטיסקו לא יעשה המאסטיקו השלם כמו בקיאו ולא יקרא אם כן מזמרת הארץ כמו שאמר אבינו הקדוש קחו מזמרת הארץ אלא זמרת הארץ היתה באמת הבאלסאמו כי לא היה ממנו אז במקום אחר כי אם בארץ ישראל בלבד ואולי הבאלסאמו שהיה בשכבר במצרים נולד שם מהצרי ששלח אבינו יעקב ליוסף מנחה כי אם היה שם צרי כזה לא יחשב לו ליוסף דורון מובחר וכדי שהצרי הזה יהיה יקר בעיניו אולי שלח לו עם השרף גם הנטיעה שעשתה בזכות יעקב גם פרי ושרף טוב במצרים אחרי פטירת אבותינו משם· ואם הצרי הוא הבאלסאמו כאשר הוא באמת ליכא מאן דפליג שמיני הבאלסאמו האמורים באחרונה לא יבואו בקטרת כי לא יוכשר אלא הצרי הבא מארצנו הקדושה :

esse aroma, quod distillet ex parva arbore, & vernacule appellatur Goma. Ego vero de illo multum miratus sum, quod cum calleat linguam peregrinam, & linguam Latinam, non viderit, quod *Raschi* f. m. cum ignoraverit linguas, interpretatur nomen cujusdam aromatis particularis uno nomine generali omnibus aromatibus, eo quod omnia aromata vernacule Gumma appellantur. Neque præterea conveniens est, quod dicit hic sapiens. Conveuit, ut sit mastiche, quia lentiscus unde manat mastiche, optimus tantum est in insula quadam Græciæ, quæ vocatur [41] Chios; præterquamquod hæc planta crescit in aliis regionibus præter hanc insulam; & in ipsa terra Israel lentiscus non producit mastichem perfectam, sicut in Chio; neque præterea vocatur hoc de palmitibus terræ; sicut dixit pater noster sanctus *Genes.* XLIII. II. *Sumite de optimis terræ fructibus*. At palmes terræ erat equidem balsamum, quia de eo tunc non erat in regione alia nisi in terra Israel duntaxat. Et hoc balsamum, quod excellit in Ægypto, natum est ex balsamo, quod misit ad Joseph pater noster Isaac in donum; si enim ibi fuisset aroma huic simile, non fuit reputandum ab Joseph hoc donum electum; atque ut hoc aroma gratissimum esset ejus oculis, cum lachryma misit quoque plantam, quæ propter merita Jacob produxit quoque fructum & succum optimum in Ægypto, postquam inde abierunt patres nostri. Et si hoc aroma est balsamum, sicut revera erat; non est disceptandum, quod species balsami postremo commemoratæ non inderentur in suffitum; quia non erat legitimum nisi balsamum adductum ex nostra terra sancta.

אמנם מה הוא החלק המובחר ממנו הלא המחברים האמורי׳ כלם הוץ מטיאופראסטו שנתן מעלה יתרה לפרי כאמור כאשר כתבו טבע השם המבושם הזה אמרו כי הוא תשקף עצמו לא הפרי ולא העץ ועל יש לתמוה עד מאד על רבינו ז״ל מדוע לא פסק כרבן שמעון בן גמליף דאמר הצרי אינו אלא שרף הנוטף מעצי הקטף ובחר בפטום הקטרת בעץ יותר מבשרף עם שהוא הגרוע שבנטיעה הזאת ואולי מה שהביא רבינו ז״ל לבחור בקטרת העץ ולא השרף הוא שלא ראה איך נוכל לשהוק -

Ceterum quod hic autor dissentit ab ceteris omnibus scriptoribus (excepto *Theophrasto*, a quo fructui tribuitur præstantia, sicuti dictum est) uti scribunt; præstantia aromatis hujus odorati, dicunt, consistit in lachryma ipsa, non autem in fructu, aut ligno. Qua de re magnopere mirandum est de magistro nostro f. m. sc. qui cerre sciebat juxta mentem Raban Simeonis ben Gamalielis, qui dicit; balsamum non esse nisi lachrymam manantem ex parva arbore, & probet in compositione suffitus magis lignum quam lachrymam, & granum, quod est in hac planat; quod vero adigat magistrum nostrum f. m. ut eligat in suffitu magis lignum, quam lachrymam, est, quod non viderit, quomodo potuerit contundi la-

לשחוק השרף לבדו כמו שעושים שאר
הסממנים אמנם אתם בני דעו כי בד
בבד האמור בתורה אינו כאשר האמנתי
מצוה על השחיקה אבל הוא מצוה על
משקל הסממנים והוא שיושקלו כלם
אחד ולא בערוב אך במצות השחיקה
אמר' תורה ושחקת ממנה היינו ושחקת
קצת מן סממניה בחברת שאר הסמי'
שכבר נשחקו הדק כי הצרי להיותו כמעט
דומה לשמן בעצמותו אינו נשחק לבדו
אלא בשתוף עם השאר כאשר תראו בעה"
בפרק אשר אדבר בו בפטום הקטרת
ולפיכ' מצוה עלינו לבחור גם בצרי החלק
הטוב והמובחר ממנו שהוא השרף עם
שלא יושחק לבדו כי כל המחברים פה
אחד חברים העידו שהשרף הוא המובחר
שבנטיעתו והואיל כי עם יתר הסמי' יש
שרפי' אחרים בלתו ראוי הוא רשבג
שנסמוך עליו ובפרט כי פירש דברי תנא
קמא ולא חלק עליו ובדבר הזה יסלח
רבינו ז"ל לי אני עבדו שלא נטיתי מכונתו
זאת ח"ו בעבור מה שכתבו המחברים
שלא מבני עמנו ולא על איש האלהים
נורא מאד רבן שמעון בן גמליאל בלבד
נשענתי תהיה תמיד כאשר היתה עד
הנה נפשו עם נפש רבינו ז"ל צרורה
בצרור החיים את ה' אלהינו אמן :

di lachryma ſeorſim, quomodo contundebantur reliqua aromata. Verum vos filii noſtis, quod illud בד בבד in lege commemoratum non ſit, uti exiſtimavi, præceptum ſpectans ad contuſionem, ſed ſit præceptum pertinens ad ponderationem aromatum, quæ omnia ſigillatim non una ſimul ponderabantur; verum de præcepto contuſionis dicit ſcriptura; *& contundes ex eo*; i. e. *& contundes* partem ex ejus aromatibus cum reliquis aromatibus, quæ jam minutim contundebantur; quia balſamum natura ſua erat quaſi oleum non contundebatur ſeorſim, ſed cum ceteris, ſicuti videbitis Dei auxilio in eo capite, ubi diſſeram de compoſitione ſuffitus; eaque de cauſa nobis mandatum eſt eligere quoque in balſamo partem optimam & ſelectiſſimam ex eo, quæ eſt lachryma, quæ non contunditur ſeorſim; quia omnes autores uno ore teſtati ſunt, quod lachryma eſſet pars ſelectiſſima in hac planta; quamvis cum reliquis aromatibus ſint præter hanc aliæ lachrymæ; Dignus eſt Raban Simeon ben Gamalielis, cui illi innitatur, & præſertim, quia exponit verba primi doctoris neque ab illo diſſentit; & in hoc ignoſcat magiſter noſter f. m. mihi, qui ſum ejus ſervus qui non declinavi ab ejus intentione; abſit; propter id quod ſcripſerunt autores, qui non erant de filiis noſtræ gentis; ſed viro Dei veneratiſſimo Raban Simeon ben Gamalielis duntaxat innixus ſum: ſit ſemper, ſicut fuit, nunc ſit, ut ejus anima cum anima præceptoris noſtri f. m. ſit colligata in faſciculo vitæ Domini Dei noſtri; amen.

NOTÆ IN CAPUT PRIMUM.

[1] Singulis annis &c. *Maimonides* de vaſis Sanctuarii II. הקטורת נעשית בכל שנה ושנה עשייתו מצות עשה שנ' ואתה קח לך סמים וגו'. Suffitus componebatur ſingulis annis, ejuſque compoſitio erat ex præcepto affirmativo; dictum eſt enim *Exod.* xxx. 34. *Sume tibi aromata &c.*

[2] De domo Abtines &c. *Babyl. Joma* 48. של בית אבטינס לא רצו ללמד על מעשה הקטורת תנו רבנן בית אבטינס היו בקיאין במעשה הקטורת לא רצו ללמד שלחו חכמים והביאו אומנין מאלכסנדריא של מצרים והיו יודעין לפטם כמותן ולא היו יודעין להעלות עשן כמותן של הללו מתמר ועולה כמקל של הללו מעציע לכאן ולכאן וכשמעו חכמים בדבר אמרו כל מה שברא הקדוש ברוך הוא לכבודו בראו שנ' כל פעל ה' למענהו וחזרו בית אבטינס למקומן. Familia Abtines noluit docere opus ſuffitus. Tradiderunt Sapientes; Familia Abtines perita erat in opere ſuffitus, & noluit docere, miſerunt ſapientes, & conduxerunt artifices ab Alexandria Ægypti, qui erant æque ac illi periti in componendo ſuffitu, verum in arte, qua fumus adſcenderet, non erant æque ac illi periti; fumus familiæ Abtines quaſi baculus recta ſurſum adſcendebat; at illorum fumus hinc inde effundebatur; Et quando hoc audierunt Sapientes dixerunt; omnia quæ creavit Deus ſanctus benedictus, ad ſui gloriam creavit; Dictum eſt enim *Prov.* xvi. 7. *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*. Et reſtituerunt familiam Abtines in locum ſuum. *Toſaphtha Joma* II. 8. של בית אבטינס היו פקיעין בפטום הקטורת במעלה עשן ולא רצו ללמד שלחו חכמים והביאו אומנין מאלכסנדריא של מצרים שהיו מפטמין כיוצא בהן אלא שאין פקיעין במעלה עשן של בית אבטינס היתה מתמרת ועולה עד הקורות ואחר כן פושה ויורדת למטה של אלכסנדרין היתה פושה מיד וכשידעו חכמים בדבר אמרו לא ברא המקום את העולם אלא לכבודו שנ' כל פעל ה' למענהו שלחו עליהן חכמים ולא באו עד שכפלו להם שכרם. Familia Abtines perita erat in componendo ſuffitu, in arte ut fumus adſcenderet; noluit docere; Miſerunt Sapientes, & conduxerunt artifices ab Alexandria Ægypti, qui æque ac ipſi componebant ſuffitum, at erant imperiti in arte qua fumus adſcenderet; fumus domus Abtines quaſi columna adſcendebat uſque ad contignationem, & deinde di-

de dilatabatur, & deorſum deſcendebat; at fumus Alexandrinorum ſtatim diſpergebatur. Quando hoc audierunt Sapientes dixerunt; non creavit Deus mundum, niſi ad ſui gloriam; ſicuti dictum eſt *Prov.* XVI. 4. *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*. Miſerunt ad eos ſapientes, & non venerunt, donec illis duplicarent mercedem. Vid. *Hieroſ. Schekalim* 49.

3 Undecim &c. *Raſchi* ad *Exod.* XXX. 34. מכאן למדו רבותי' י"א סמני' נאמרו לו למשה בסיני מעוט סמי' שני' נטף ושחלת וחלבנה ג' הרי ה' סמי' לרבות עוד כמו אלו הרי י' ולבונה הרי י"א. Hinc didicerunt Sapientes noſtri undecim aromata memorata fuiſſe Moſi in Sinai; ad minimum aromata, ſunt duo; Balſamum, Onyx, & Galbanum; tres ſpecies, ecce quinque; aromata; ad includendum totidem; ecce decem; & thus; ecce undecim. *Abarbanel* ad l. c. *Exod.* והנה זכר בפסוק הראשון הזה שתי פעמים שם סמים וכפי דרך המפרשים סמים הראשון הוא מיני שרף ומעוט סמים שנים כאלו אמר שני מיני שרפים ונטף ושחלת וחלבנה הם שלשה הר' כאן חמשה וכו' ואמרו פעם שנית סמים אמרו שענינו וסמים אחרים כמספרם הראשנים היו חמשה הרי שהיו כלם עשרה והלבונה זכה והיו כלם אחד עשר מיני סמנים חוץ מן המלח והם נזכרים בפטום הקטרת. Ecce in primo hoc verſu (*Exod.* XXX. 32.) bis commemoratur vox סמים, ſc. *aromata*; & juxta ſententiam Interpretum prius סמים denotat ſpecies reſinæ, & ad minimum duo aromata, ac ſi dixiſſet duas ſpecies aromatum; & Balſamum, & Onyx, & Galbanum; ſunt tria; ecce ita quinque &c. Et iterum dicitur סמים, ſc. *aromata*; dixerunt ſenſum eſſe; & aromata poſtrema juxta eorum numerum, ſc. priorum; & priora ſunt quinque; ecce omnia erunt decem; & thus purum; ecce omnes erunt undecim ſpecies aromatum, excepto ſale; & hæ ſpecies in conditura ſuffitus commemorantur. Vide *Maimonidem* l. c.

4 Septuaginta minarum &c. *Hieroſ. Joma* 41. 4. פיטום הקטורת הצרי והצפורן החלביה והלבונה משקל שבעים שבעים מנה. Mixtura ſuffitus; ex Balſamo, Onyche, Galbano, & Thure pondus ſeptuaginta minarum, ſc. ſeptuaginta minarum pro ſingulis. *Babyl. Keritbuth* 78. תנו רבנן פיטום הקטרת הצרי והצפורן והחלבנה והלבונה משקל שבעים של שבעים מנה. Tradiderunt Sapientes; Mixtura ſuffitus; De Balſamo, & Onyche, & Galbano, & Thure pondus ſeptuaginta minarum pro ſingulis. *Raſchi* l. c. אלו הארבעה הנזכרין שוים משקל במשקל כמשקלו של זה כך משקלו של זה וכן שנינו הצרי והצפורן והחלבנה והלבונה משקל שבעים שבעים מנה ולשון בד נראה בעיני שהוא לשון יחיד אחד באחד יהיו זה כמות זה. Hæ quatuor ſpecies commemoratæ erunt æqualis ponderis, ſicut pondus hujus, ita & pondus illius; Sic etiam legimus; De Balſamo, Onyche, Galbano, & Thure pro ſingulis pondus ſeptuaginta minarum. Mihique videtur vox בד denotare idem quod יחיד ſolus, i. e. ſigillatim erunt, ſicut hoc ita & illud. *Ben Melech* in *Michlal Jophi* p. 24. בד בבד כאלו אמר כבד בבד ושמוש שני' ביתין כשמוש שני כפי הדמיון אלא שושפיק בזה הענין בבית אחד כלומר זה במשקל זה וזה במשקל זה כלומר כל אחד ואחד במשקלו או כל אחד לבדו בד בבד אחד באבד כלומר שיהיו שחוקים כל אחד לבדו ויש מפרשים משקל במשקל וכן תרגם אנקלוס רוצא לומר שישקול כל אחד ואחד לבדו מפני ההכרע או שיהיה משקל זה כמשקל זה כי היה בהם שהיה משקלם שוה והם המפרושים בתורה נטף ושחלת וחלבנה ולבונה וכן אמרו רז"ל הצרי והצפורן והחלבנה והלבונה משקל שבעים שבעים מנה. Bab bebad; ac ſi dixiſſet bebad bebad, & uſus duorum Beth inſerviat pro duobus Caph ſimilitudinis; verumtamen ut ad ſenſum abſolvendum ſufficiat unicum Beth; ac ſi dixiſſet; hujus pondus juxta pondus illius, & illius pondus juxta hujus pondus; quaſi dixiſſet; ſingula erunt juxta pondus ſuum, aut ſingula erunt ſeorſum, ſolum cum ſolo, ſingulæ ſpecies erunt ſingulæ, i. e. ſeorſim ſingulæ contundantur; Sunt qui exponunt, pondus in pondere, atque ita interpretatur *Onkelos*; ſc. unumquodque ſeorſim ponderari diſtinctionis aut præponderationis gratia. Aut ſit hujus pondus ſicut illius pondus ut pondus corum ſit æquale, quæ in lege exponuntur, ſc. Balſami, Onychis, Galbani, & Thuris, & ſic dicunt Sapientes noſtri f. m. ex Balſamo, Onyche, Galbano, & Thure de ſingulis pondus ſeptuaginta minarum fuiſſe. *Kimchi* ad l. c. *Exod.* בד בבד כאלו אמר בבד בבד ושמוש שני ביתין כשמוש שני כפי' הדמיון אלא שושפיק בזה הענין בבית אחד כלומר זה במשקל זה וזה במשקל זה כלומר כל אחד באחד כלומר שהיו שחוקין כל אחד לבדו ויש בד בבד מפשים בד כבד משקל במשקל וכן תרגום אוקלוס. Solum cum ſolo idem eſt ac ſi dixiſſet cum ſolo cum ſolo; & duo Beth ſimilia ſunt duobus Caph; ſed in hoc ſenſu unum Beth ſufficit, quaſi dicat, hoc in pondere hujus, & illud in pondere illius; quaſi dicat, unumquodque ſeorſim; vel quaſi dicat; ſingula ſeorſim contundantur. Nonnulli exponunt; illud בד בבד pondus in pondere, ut *Targum Onkelos*. At *Abarbanel* in hac Phraſi בד בבד explicanda ab ceteris Interpretibus diſſentit. ועל כלם אמר בד בבד יהיה ויש מפרשים משקל שוה לכלם וזה לא יתכן כי במשנת פטום הקטרת מפרש לקצתם ששה עשר מנה ולקצתם שבעים מנה ומהם תשעה ולכן ראוי שיפורש בדברי הרא"בע שכל אחד ישחק לבדו ואחרי כן יערב כלם וזה מפני כי אין שחיקתן שוה כי יש שנשחק בקלות כמו הנטף ויש שיקשה שחיקתו מאד כמו שבולת נרד ולכן אמר הכתוב ושחקת ממנה הדק ולא אמר ושחקת אותם הדק כי לא היה השחיקה שוה' בכלם ואמר ועשית אותה קטרת להגיד שהם לצורך הקטרה כי אינם דברים נאכלים מפני מרורות' רק נקטרים ועולים בעשן. Et de omnibus dicit, בד בבד, ſc. unumquodque ſeorſim eſſe. Sunt qui exponunt, omnibus debere eſſe pondus æquale; ſed hoc non eſt conveniens; quia in traditione de compoſitione ſuffitus, quibuſdam ſpeciebus ſedecim minarum, quibuſdam 70. quibuſdam novem minarum pondus attribuitur; Quare convenientior eſt explicatio ex verbis R. Abraham ben Ezræ, quod ſingula ſeorſim eſſent contundenda, & deinde omnia commiſcenda. Et hoc, quod omnia aromata eodem modo poterant contundi; ſunt quædam, quæ facile conteruntur, v. g. Balſamum; eſt alterius ſpeciei difficillima contuſio, v. g. Spicæ Nardi. Quare in textu dictum eſt; *& contundes ex illis minutim*; at non dictum eſt; & contundes illas minutim; quia contuſio non erat in omnibus æqualis; pariterque dictum eſt; *& conficies ex illo ſuffitum*; ad indicandum quod ſint adolendæ, quia non ſunt res, quæ comedantur, propter eorum amaritiem, ſed tantum ſuffiuntur, & in fumum adſcendunt. Vide *Maimon.* ibid.

5 Pondus ſedecim &c. *Hieroſ. Joma* ibid. מור וקציעה שיבולת נרד וכרכום משקל ששה עשר ששה עשר מנה. De Myrrha, Caſia, Spica Nardi, & croco pondus ſedecim minarum pro ſingulis. *Babyl. Keritbuth* ibid. מור וקציע' שיבול' נר' וכרכום משקל י"ו של ששה עשר מנה. De Myrrha, Caſia, & Spica Nardi, & Croco pondus pro ſingulis ſedecim minarum. *Maimonides* ibidem. ומור וקציע' ושבולת נרד וכרכום מכל אח' ששה עשר מנה. De Myrrha, & Caſia, & Spica Nardi, & Croco pro ſingulis ſedecim minæ.

6 Et pondus Coſti &c. *Hieroſ. Joma* ibidem: קושט שנים עשר קילופה שלשה קינמון תשעה. De Coſto duodecim, de Cortice tres, de Cinnamomo novem minæ. *Babyl. Keritbuth* ibidem. הקושט שנים עשר קילופה נ' וקנמון תשעה. De Coſto duodecim, de Cortice tres, de Cinnamomo novem. *Maimonides* ibid. קושט שנים עשר מנה קנמון תשע' מנין קלופה שלש מנים. De Coſto duodecim, de Cinnamomo novem, de Cortice tres minæ.

7 Efficiunt 368. &c. *Hieroſ. Joma* ibid. נמצאת אומר שלש מאות וששים וחמש היו כנגד ימות השנה ושלש' של אותו היום הוא היא דתניך והיום מוסיף מלא חופניו. Deprehenduntur dictæ eſſe 365. contra anni dies, & tres eo ipſo die, ſc. expiationum abſumebantur; Traditio enim extat; Et hoc die addet plenitudinem pugilli ſui. *Babyl. Keritbuth* ibid. נעשה שס"ח מנה שס"ח כנגד ימות החמה שלשה מנין יתרין שמהן מכנים כ"ג מלא חפניו ביום הכפורים. Perficiebantur 368. minæ, contra ſolis dies, & tres quæ reliquæ erant, infe-

inſerebat ſummus Sacerdos in die expiationum. Vide *Maimonidem* ibid.

[8] Centum denariorum &c. *Hieroſol. Thrumoth* 47. 2. כמה סאתה עברא עשרה וארבעה לונין וכמה לונה עביד תרתין ליטרין וכמה ליטרא עברא מאה זוגין. Quantum facit ſatum? viginti (pro עשרה legendum עשרים) & quatuor logos. Quantum facit logus? duas libras. (libra eſt mina; *Kimchi* ad 1. *Sam.* xxv. 18. ומאתן מנין דבילתא; & ducentas minas ficuum; ſcribit; המנא הוא ליטרא; Mina eſt libra.) Et quantum facit libra? centum Zinin. Zin vero eſt זוז ſc. Zuſa, & Zuſa eſt דינר i. e. denarius. *Aruch* in voce לטיר ſcribit. זימנין בגמ' תרומות בגמרא דבני מערבא ונמה לטירי עבדה מאה זימנין (lege זינין) פירוש הוא זין הוא' דינר הוא זוז. In Maſſecheth *Thrumoth* in *Gemara* filiorum Occidentis, i. e. *Hieroſolymitana* legitur. Quantum facit לטירי? centum זינין. Explicatio eſt זין eſt דינר, eſt זוז. Et in *Gloſſa* hujus *Gemaræ*: והזינין הם כמו זוזין בלשון משנה. Zinin idem quod Zuzin in *Miſchna*. *Maimonides Bava Kama* cap. IV. ſect. 1. המנה מאה דינרין. Mina centum ſunt denarii. Idem in fine *Peah*: מנה משקל מאה דינרין. Mina pondus centum denariorum. Libra erat Siclus, & Sela. *Gemara Babyl. Bechorath* 50. כל שקל האמור בתורה הוא סלע בנביאים ליטרא ובכתובים קנטרין. Omnis Siclus commemoratus in lege eſt Sela, in Prophetis eſt libra, & in Hagiographis centum pondo. Mina Sanctuarii ab hac differebat. *Kimchi* ad *Ezech.* xlv. 12. ואמר והשקל עשרים גרה ומניז השקל הוא כתוב בתורה כן והוסיף להם משקלים אחרים ואמר עשרים שקלים חמשה ועשרים שקלים עשרה וחמשה שקל המנה יהיה לכם כל אלה המנינים שהם בין כולם ששים שקלים הוא משקל אחד ונקרא מנה ומה שחלק אותו לאלה החלקים לפי הכל אחד היה משקל בפני עצמו והמנה הוא ששים שקלים וכן שלשת מנים זהב וכן כסף מנים אלפים ויונתן תרגם וסלעא עסרין מעין תלתות מניא עסרי' סלעין מני כספא עסרין וחמש סלעין רבעורת מניא חמש עסרי סלעין כלהון שיתין מנין ומנא רבא קורשא יהא לכון והמנה שאמור שהוא ששים שקלים הוא מנה של חול כמו שאמר יהיה לכם וארז"ל מנה של קרש כפול היה וראו זה מזה הפסוק והשקל עשרים גרה והקשו מנה מאתן וארבעי' זוזי הוי כי השקל היא ר' זוז וששים שקלים הם מאתים וארבעים זוז ואיך אמר המנה יהיה לכם כי מנה ברבריה' אינו מאה זוז אלא שכפול היה מנה של קרש והסיפו בימי יחזקאל שתות מלבר והם הארבעים היתרי' על המאתים. Et dicit: *Siclus autem viginti obolos habet*; Et ſupputatio ponderis ſic deſcripta eſt in lege. Et addit his alia pondera, & dicit. *Viginti Sicli, & viginti quinque Sicli & quindecim Sicli Mina erit vobis*; Hæ omnes ſupputationes, ex quibus omnibus conficiuntur ſexaginta Sicli, ſunt unum pondus, & vocatur mina. Et cur illam in has partes diviſit? quia unumquodque eſt pondus per ſe ſeorſim, & mina eſt ſexaginta ſiclorum; Et ſimiliter tres minæ auri & argenti duo millia minarum. Et *Jonathan* interpretetur: *Et ſiclus viginti obolorum; tertia pars minæ viginti ſicli argenti; viginti quinque ſicli; quarta pars minæ quindecim ſicli*; omnes ſunt numero ſexaginta; *& mina magna ſanctitatis erit vobis*. Et mina, quam dicit eſſe ſexaginta ſiclorum, eſt mina profana; ſicuti dicit; *erit vobis*; Et dixerunt Sapientes noſtri f. m. Minam ſanctuarii fuiſſe duplicatam; atque hoc ex iſto textu demonſtrari. *Et ſiclus viginti obolorum*; Et opponunt; Mina enim erat 240. Zuſarum; quia ſiclus conſtabat quatuor Zuſis; & ſexaginſicli conſtabunt 240. Zuſis; & quomodo dicit; *Mina erit vobis*? Quia mina, juxta eorum verba, non conſtabat centum Zuſis, ſed duplicata erat mina ſanctuarii, & addiderunt diebus Ezechielis ſextam partem duntaxat i. e. quadraginta, quæ ſuperſunt ſuper ducentas. *Raſchi* in l. c. *Ezech.* והשקל עשרים גרה עשרים מעין עשרים שקלים חמשה ועשרים שקלים עשרה וחמשה שקל הרי ששים שקלים וגו' והרי יש כאן מאתים וארבעים זוז מכאן שהיה מנה של קרש כפול והוסיפו בימי יחזקאל שתו' הרי מאתים וארבעים וכשחלקו הכתוב לשלשה ולא כתב סתם ששים שקלי' יהי' לכם המנה צוה לעשות ממנו משקל שלישיתו רמשק' וביעו ומשקל מנה של חול היה מתחלה וכן ת"י תלתו' מניא עסרין סלעין מני כספא עסרין וחמשה סלעין רבעו' מניא חמש עסרי' סלעין כולהון שיתין מניז ומנא רבא קורשא יהא לכון. *Siclus autem viginti obolos habet*; viginti nummulos. *Viginti ſicli, & viginti quinque ſicli, & quindecim ſicli*; ecce ſexaginta &c. Et ecce hic ſunt centum & quadraginta Zuſæ; hinc probatur, quod mina ſanctuarii eſſet duplicata; & addiderunt diebus Ezechielis ſextam partem; ecce 240. Et quando ſcriptura dividit in tres partes, neque ſcribit abſolute, *ſexaginta ſicli minæ erit vobis*, jubet ex eo fieri pondus tertiæ partis, & pondus quartæ partis, & pondus minæ; atque ita interpretatur *Jonathan*; *tertia pars minæ viginti ſicli argenti, viginti quinque ſicli, quarta pars minæ quindecim ſicli omnes ſimul numero ſexaginta; & mina magna ſanctitatis erit vobis.*

[9] Quartarium cabi &c. *Hieroſ. Joma* ibidem. בורית כרשינה תשעה קבין יין קפריסין שלש סאין ושלש קבין אם אין לו יין קפרסין מביא חמר חורין עתיק מלח סרומית רובע מעלה עשן כל שהוא. De ſapone Carſchinæ novem cabi; de vino Capparis tria ſata, & tres cabi, ſi defuerit vinum Capparis, adducetur vinum album vetus, de ſale Sodomitico quartarium, de herba fumum adſcendere faciente quantulumcunque. *Babyl. Keritbuth* ibid. בורית כרשינה תשעה קבין יין קפרסין סאין תלתא ותלתא קבין אם אין לו יין קפריסין מביא חמר חיור' יין עתיק מלח סרומית רובע מעלה עשן כל שהוא ר' נתן אומר אף כיפה היורדן כל שהוא. De ſapone Carſchinæ novem cabi, de vino Capparis tria ſata, & tres cabi, ſi defuerit vinum Capparis; adducetur vinum album vetus, de ſale Sodomitico quartarium, de herba fumum adſcendere faciente quantulumcunque. R. Nathan dicit; de ſuccino Jordanis, quantulumcunque.

[10] Non inſerviebat &c. *Hieroſ. Joma* ibidem; בורית כרשינה למה היתה באה שבה שפין את הצפורן טפני שהיא נאה יין קפריסין למה היא באה שבה שורין את הצפורן מפני שהיא עזה. Sapo Carſchinæ cur afferebatur? quia cum eo fricant Onychen, ut pulchra reddatur, & vinum Capparis cur afferebatur? quia cum eo humectant onychen, ut robuſtior fiat. *Babyl. Keritbuth* ibidem. בורית כרשינה ששפין בה את הצפורן כרי שתהא נאה יין קפריסין ששורין בה את הצפורן כרי שתהא עזה. Cum ſapone Carſchinæ fricant Onychen, ut pulchra reddatur; & cum vino Capparis lumectant Onychen, ut robuſtior fiat. *Abarbanel* in *Leg.* fol. 207. 4. ואמר רוקח מעשה רוקח להגיד שיתקן כל מין ומין מאלה על צד היותר טוב שאפשר כי יש מהסמנין שצריך תקון אומנים ליפותו או שיפשוף או רחיצה ביין או במי רגלים או ביוצא בזה כפי דרכי הרוקחים. Et dicit; *mixtum opere aromatarii*; ad indicandum, quod ſingulæ ſpecies ex iſtis præſtantiori quo poſſit modo præparentur, quoniam quædam aromata præparanda ſunt ab artificibus, quo fiant pulchriora, aut expolitione, aut ablutione cum vino, vel lotio, quod prohibetur a ceteris Interpretibus, aut his ſimilibus, juxta conſuetudinem pigmentariorum.

[11] Totidemque veſperi &c. *Toſaphtha Menachoth* VII. 4. לא יקטירו קטורת בבקר יקטירו בין הערבים א"ר שמעון אימתי בזמן שהיו ב"ד אנושין או שוגגין אבל אם היו מזידין שהיתה חנוכ' המזבח ולא הקריבו כבש בבקר לא יקריבו בין הערבים לא הקטי' קטורת בבקר לא יקטירו בין הערבים א"ר שמעון כולה היתה קריבה בין הערבים שאין מחנכין את מזבח הזהב אלא בקטורת סמים ולא את מזבח העולה אלא בתמיד של בקר ולא את השלחן אלא לחם הפנים בשבת ולא את המנורה אלא בנרות בין הערבים. Si non adoluiſſent ſuffitum mane, adolendus erat veſperi. Dixit R. Simeon; quando? Quo tempore Synhedrium aut coactum eſſet, at erraſſet; ſi vero prudens feciſſet, quum altare eſſet conſecratum; & non obtuliſſent agnum mane, offerendus erat veſpera, ſi non adoluiſſent ſuffitum mane, adolendus erat veſpera; Dicit R. Simeon; omnia veſpera erant offerenda; quia non conſecrabatur altare aureum niſi ſuffitu aromatico, nec altare holocauſti, niſi ſacrificio jugi matutino, nec menſa, niſi pane facierum in Sabbatho, nec candelabrum niſi lucernis inter veſperas.

12 Balsamum &c. Describendus est locus *Dioscoridis*, quem noster Autor depravavit. Βάλσαμον τὸ μὲν δένδρον κατὰ μέγεθος λευκοίου (addit. Ald. ἢ λυκίου, alius λευκοντέας legit) ἢ πυρακάνθης βλέπεται. Locum esse depravatissimum nemo est qui non videat; Quis credat *Dioscoridem* hæc tria inæqualia conjunxisse? Cum viola cubitalis sit longitudinis. Ipse *Dioscorides* scribit Lycium arborem spinosam ramis trium cubitorum, aut longioribus esse; Corrigunt nonnulli λυκίου ἢ πυξακάνθης; atqui *Dioscorides* eandem plantam πυξακάνθη & λύκιον lib. primo cap. 134. esse scribit. Λύκιον ὃ ἔνιοι πυξάκανθον καλοῦσι, δένδρον ἐστιν ἀκανθῶδες, ῥάβδους ἔχον τριπήχεις, ἢ καὶ μείζονας (vet. τριπήχεις τε καὶ μείζους) Lycium quod aliqui pyxcantham vocant, arbor est spinosa, virgis trium cubitorum, aut etiam longioribus. *Plinius* quoque lib. XII. cap. 7. idem confirmat. Spinam ipsam in Græcia pyxacanthum Chironium vocant. Et lib. XXIV. Lycium præstantius e spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam vocant. Cum cl. *Bodæo a Stapel* legendum videtur λυκίου ἢ πυρακάνθης balsamum arbor Lycii, seu Pyracanthæ. Sed hic juvat *Marc. Vergilii* in h. l. commentarium afferre, ex quo *Dioscoridi* lux aliqua afferri possit. Violæ (inquit) aut Lycii magnitudine crescit. Cum suspecta nobis fuisset hæc vox, quæ est in Græcis λευκοίου, i. e. violæ, cujus magnitudine Balsamum conspici Dioscorides hi ait, nihil tamen mutavimus, propterea quod in cunctis Græcis quos hactenus videre licuit, integra & aperta vox illa invenitur, nullaque diversæ lectionis nec obsoleta quidem vestigia aliubi videntur, cum tamen parum verisimile sit, *Dioscoridem* arborem frutici plerumque cubitali in magnitudine exæquasse & quam *Plinius* viti, *Theophrastus* vero Punicæ similem dixerunt, Violæ comparasse. Non dico autem violam florem, sed ejus plantam, quæ ramosa pendentibus ex uno pediculo pluribus aliquando & diversi coloris floribus, in Italia cubitalis, paulove altior floret. Nisi forte cœli terræve beneficio speciosior viola alibi nascitur & arborescit. Sed parum id verisimile est, nec sine veterum autoritate credendum. Caret ratione etiam, ad similitudinem tertii alicujus generis duo alia inæqualia conjunxisse, dicereque Balsami arborem Violæ aut Lycii magnitudine videri. Siquidem Lycium sive Pyxacantham, i. e. buxeam spinam dicere eandem malis tricubitali altitudine hic paulo post esse dicit, quæ in nullis Violis mensura hactenus visa, aut audita est. Ex his quoniam nec *Theophrasto*, nec *Plinio*, nec sibi ipsi conveniret hoc loco *Dioscorides*, suspicati sumus subesse vitium. Quale autem id sit, & quomodo instaurandum, non ausim ego adserere, quum nulla sit vitis aut Punicæ cum Violis in Græcis appellationibus similitudo, nullæque concurrant eædem literæ, aut syllabæ, ex quibus licuisset sequaci conjectura veræ lectionis vestigia odorari. Non tacebimus tamen, quod hoc ipso momento scribentibus in mentem venit, potuisse ab imperitis librariis, & herbariis locum misceri. Quodque unum ac simplex erat λευκίον s. geminari, & quum notior Viola, quam Lycium sit, cum Lycio Levcoion etiam scribi, quæ tota Lycii similitudinis ad Balsamum magnitudine relatio legitima est, & aliorum historiæ respondet. Cum ex his, quæ dicta sunt, verisimile sit legendum esse non λευκοίου, sed λυκίου, describenda mihi erit ex ipso *Dioscoride*, aliisque scriptoribus Lycii planta, ut ex ea magis Balsamum nobis elucescat. *Dioscorides* igitur l. c. scribit. Λύκιον ὃ ἔνιοι πυξάκανθαν καλοῦσι, δένδρον ἐστιν ἀκανθῶδες, ῥάβδους ἔχον τριπήχεις ἢ καὶ μείζονας (vet. τριπήχεις τε καὶ μείζους) περὶ ἃς τὰ φύλλα πύξῳ ὅμοια πυκνὰ (quidam addunt, μέσον θερμοῦ καὶ ψυχροῦ) καρπὸν δὲ ἔχει ὡς πέπερι μέλανα, πικρόν, πυκνόν, λεῖον, καὶ τὸ φλοιὸν δὲ ὠχρόν, ὅμοιον τῷ διεθέντι λυκίῳ. ῥίζας δὲ πολλὰς πλαγίας ξυλώδεις. φύεται δὲ πλεῖστον ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ Λυκίᾳ, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πολλοῖς. τραχέα δὲ φιλεῖ χωρία· χυλίζεται δὲ τῶν φύλλων σὺν τοῖς θάμνοις κλασθέντων καὶ βραχέντων, ἐφ᾽ ἱκανὰς ἡμέρας, εἶθ᾽ ἑψηθέντων, καὶ τῶν μὲν ξύλων ῥιπτομένων, τοῦ δὲ ὑγροῦ πάλιν ἑψομένου μέχρι μελιτώδους συστάσεως, δολοῦται δὲ ἀμόργης ἅμα τῇ ἑψήσει μιγνυμένης, ἢ ἀψινθίου χυλίσματι, ἢ βοείᾳ χολῇ, καὶ τὸ μὲν ἐπινηχόμενον, ἀφρῶδες ἐν τῇ ἑψήσει ἀφελὼν ἀπόθου εἰς τὰ ὀφθαλμικά. τῷ δὲ λοιπῷ εἰς τὰ ἄλλα χρῶ, γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ ὁμοίως χύλισμα ἐκπιεζομένου καὶ ἡλιαζομένου. ἔστι δὲ κάλλιστον τὸ καιόμενον λύκιον, καὶ κατὰ τὴν σβέσιν, τὸν ἀφρὸν (Oribas. καπνὸν) ἐνερευθῆ ἔχον ἔξωθεν μέλαν, διαιρεθὲν δὲ κιρρόν, ἄβρωμον, στῦφον μετὰ πικρίας χρώματι κροκῶδες, οἷον ἐστι τὸ Ἰνδικὸν διαφέρον τοῦ λοιποῦ καὶ δυναμικώτερον &c. λέγεται δὲ τὸ Ἰνδικὸν λύκιον γίνεσθαι ἐκ θάμνου τῆς λεγομένης λογχίτιδος. ἔστι δὲ εἶδος ἀκάνθης, ῥάβδους ἔχουσα ὀρθάς, τριπήχεις, ἢ καὶ μείζους πολλὰς ἀπὸ τοῦ πυθμένος, παχυτέρας βάτου, φλοιὸς ῥαγεὶς ἐνερευθής. τὰ δὲ φύλλα ὅμοια ἐλαίᾳ &c. Lycium quod aliqui Pyxacantham vocant, arbor est spinosa, virgis trium cubitorum, aut etiam longioribus, circa quas folia sunt buxo similia; densa (quidam addunt, medietatem colore in frigore habens) fructum habet piperis instar nigrum, amarum, densum, lævem; cortice vero pallidum, lycio diluto similem; radices numerosas (In vulgatis codicibus legitur, ῥίζας δὲ πολλὰς πλαγίας, & sic legit *Serapio*, in Palatino Codice scribitur; ῥίζας δὲ πολλὰς πλατείας, i. e. latas; quod confirmatur a *Plinio* lib. XII. cap. 7. radice lata;) obliquas, lignosas; nascitur plurimum in Cappadocia, Lycia, pluribusque aliis locis. Aspera loca amat; succus elicitur radicibus cum frutice ipso tusis (pro χυλίζεται δὲ τῶν φύλλων σὺν τοῖς θάμνοις, apud *Oribasium* legitur, χυλίζεται δὲ τῶν ῥιζῶν, quod confirmatur a *Plinio* lib. XXIV. cap. 14. coquuntur in aqua tusi rami radicesque.) & per dies multos maceratis, deindeque coctis; ac tum ligna quidem abjiciuntur, liquor vero iterum coquitur, donec mellis crassitudo fiat; adulteratur amurca inter coquendum admixta, aut absynthii succo, aut felle bubulo. Quod porro spumosum innatat inter coquendum eximito, & ad oculorum medicamenta reponito; reliquo ad alia utitor. Simili modo & e fructu expresso & insolato succus elicitur. Optimum est Lycium, quod igni accenditur, quodque dum restinguitur, rubentem spumam (fumum Oribas.) edit, extrinsecus nigrum, intus vero dum dissecuerit fulvum, minime virosum, cum amaritudine adstringens, colore croceo, quale est Indicum, reliquo præstantius, & efficacius &c. Fertur & Lycium Indicum fieri ex frutice Lonchitide appellato. Est is e spinarum genere, virgas habens rectas, tricubitales, aut etiam majores, a fundo numerosas, & rubo crassiores, ruptus cortex rubescit; folia vero oleæ similia visuntur &c. *Plinius* lib. XII. cap. 7. Tradunt in Indico luco id gigni (corrige: Tradunt in India Lycion gigni.) Advehitur odoris gratia; fert & in spina piperis similitudinem, præcipua amaritudine, foliis parvis, densisque cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata, lignosaque, buxei coloris. Spinam ipsam in Græcia pyxacanthum Chironium vocant. Idem lib. XXIV. cap. 14. Lycium præstantius e spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam vocant, quales in Indicis arboribus diximus, quoniam longe præstantissimum existimatur Indicum. *Prosper Alpinus* de Plantis Ægypti cap. 11. & 12. *Alpinus*. Agihalid arbor cernitur in medio cujusdam Eunuchi Turcæ viridario, quod parum ab Æde Veneti Consulis distat, ex Æthiopia adsportata, magnitudine pyri sylvestris, ramis raris non multis, in rectum inæqualiter delatis, ordinatim acutissimis, multis spinis obsita, folia præferens buxi proxima, tamen latiora, pauca, rara, singula, bina æqualibus interstitiis adnata: Flores habet parvos, albos, Hyacinthi orientalis floribus similes, sed minores, a quibus prodeunt fructus nigri ebuli similes, gustu subamaros, ac adstringentes. Hujus arboris foliorum usum ad pueros vermibus vexatos, in Æthiopia audivi esse familiarissimum. Quid? annon Lycium hanc arborem esse putandum est, quam *Dioscorides* de hoc sic scripserit? Lycium, quod

quod aliqui Pyxacantham vocant arbor est spinosa, ramis trium cubitorum, aut longioribus, foliis buxi, densis, fructu piperis, nigro, lævi, amaro, densoque cortice, pallido, non dissimili Lycio madefacto, radicibus multis obliquis lignosis. *Guilandinus*. Agihalid, ut ex tua descriptione, quam vidi, non frutex, sed arbor videtur. Lycium vero fruticem potius, quam arborem, ex *Dioscoride* didicimus. Præterea hic frutex foliis densis & non raris cernitur, qualia in tuo Agihalid existunt. *Alpinus*. Fortasse arbor illa Agihalid vocata, pro Lycio adspernanda non esset. Sed nunc verum Lycium Indum tibi prodam: quem fruticem longe ab Alexandria Civitate supra ripas rami Nili Calig vocati, decem millia passuum inveni: quem incolæ Uzeg appellant; Est igitur frutex multis ramis rectissimis, ab radicibus multis, duris, lignosis, oblique incedentibus, longitudine trium cubitorum, & plus observatis, sursum assurgens, ramisque spinæ acutissimæ, & longæ multæque insunt, quorum quædam foliolis vestita spectantur. Folia vero hujusce fruticis sunt olivæ similia, iis tamen candidiora & angustiora, vel minus lata. Flores Agihalid plane similes habet, quippe parvos albos, Hyacinthi orientalis forma, & magnitudine æmulos, a quibus fructus nigri parvi producuntur, Buli fructibus prorsus similes, leves, gustu amari, & adstringentes. *Guiland*. Cui dubium hanc arborem Lycium Indicum fere judicandum modo *Dioscoridi* credendum sit, qui ipsum his profecto verbis descripserat, dicens? Tradunt fieri Lycium ex frutice Lonchitide appellato: id spinarum generi adscribitur, ramos rectos habens ternum cubitorum longitudine, majoreïve, rubo crassiores, a radice numerosos; fractus cortex rubescit folio oleæ similis. Ex hujus fruticis radicibus forsitan verum succum a nobis desideratum illi colligunt, ipsumque pro usu illis non desse puto. *Alpinus*. Quanquam ibi multa copia Lycii circumferatur, tamen nescio an ex hoc illum frutice conficiant, quando neque hanc plantam copiose in Ægypto provenire cognoverim, neque scio illis esse notam. Idem autor Lib. primo Exot. cap. 2. de Lycio Cretico mentionem facit. Tametsi (inquit) in libro de Plantis Ægypti duas stirpes pro Lycio meminerimus, quippe arboris Ureg, & Agihalid Arabibus vocatas, nihilominus, nisi mea me fallit opinio, hisce annis proximis mihi aliam Lycii plantam ex Creta missam, a vero antiquorum Lycio non abhorrentem, in montanis illiusce insulæ provenientem, videre licuit. Hæc arbor parva est hominis altitudine supra terram elata, spinis horrens, foliis buxi, angustioribus tamen, quaternis aut quinis simul ramorum paribus eminentioribus circa pediculos, inhærentibus. Caudex habet utrinque ramos multos, graciles, rotundos, fere rectos, duros lignosos, habentes quasdam inæqualitates in ipsorum rectitudine, quippe qui habeant brevi intervallo partes quasdam eminentiores, a quibus singulis tres spinæ acutæ, nigræ, duræ, simul cum foliis buxeis, sed tenuioribus exeunt; in quibus flores duo, vel tres a suis pediculis pendent; a quibus deflorescent bus succedunt, una, duæ, vel ad summum tres baccæ, oblongæ, nigrescentes, piperis magnitudine, & rotunditate, sapore stipico, primo subdulci, post amarescente. Radices non vidimus; verum an ex iis, ut antiquitus fieri consuevit, succus eliciatur, Lycium vocatus, tantopere ad medicinæ usum accommodatus, plane ignoro. Meminit quoque hujus Lycii Cretici *Honorius Bellus* Epist. prima ad *Clusium*. Lycium (inquit) hoc Creticum vulgo vocatur λαφύτζια. Frutex est ad quatuor aut quinque cubitos assurgens, totus spinis horridus, spinasque tres simul (ut in berberi vulgari cernuntur) proferens. Folia habet parva, ad buxi foliorum formam accedentia, leviter serrata: flores copiosos luteos, instar paliuri, sed minores, quibus succedunt aliquantulum longi, ut berberis fructus, coloris autem nigri, saporis inter acidum & dulcem medii, in quibus vel unum vel duo granula continentur. Cortex ligni non levis, ut berberi, sed asper & pallidus est; materies ligni lutea, atque radix ipsius elegantissimo luteo inficit. Oritur in altissimorum montium convallibus. Differt autem a berberi, cujus folia majora sunt, & fructus racematim nascuntur; Legitimum vero Lycium non est, quia fractus neque rotundus, ut piper, neque amarus est. Propterea potius vocanda erit berberis alpina, aut montana, quam Lycium, quemadmodum *Silverius Todeschini* censet, qui hunc fruticem etiam frequentissimum in Libano monte invenit. Ceterum duo alia Lycii genera hic (sc. in Creta insula) reperiuntur, quorum unum maxime historiæ convenit. Id etiam in Libano monte oritur, cujus ad manus neque semina, neque rami sunt, ideo de ipso in præsentia verba non facio. Alterius vero ramos siccos, simul cum ejus fructu nondum maturo mitto. Vocatur λαζίγγεα, & πετροαμύγδαλα, h. e. petræa amygdala, licet cum amygdalis nihil commune habeat. Frutex est ad duorum vel trium cubitorum altitudinem assurgens, densus, folia parva firmaque ferens, spinis totus plenus est, & fructum rotundum ferme parvum ut piper habet, cum ad maturitatem pervenit, nigricantem: radix lignosa est, maxima, eaque firmissima. Hebræi ex hujus fructu elegantem luteum colorem parant.

[13] πυράκανθα &c. quæ & ὀξυακάνθα quoque appellatur. *Dioscorides* lib. primo cap. 124. Ὀξυακάνθα, οἱ δὲ πυρίναν, οἱ δὲ πυτυακάνθην (lege πυρακάνθαν) καλοῦσι, δένδρον ἐστὶ παραπλήσιον ἀχράδι, μικρότερον δὲ καὶ ἀκανθῶδες ἄγαν, καρπὸν δὲ φέρει μύρτῳ ἐμφερῆ ἁδρὸν ἐρυθρὸν, εὔθρυπτον ἔνδοθεν πυρῆνα ἔχοντα, ῥίζαν πολύσχιδῆ καὶ βαθεῖαν. Oxyacantha; quam pyrinam nonnulli, alii pytianthen (legendum pyrracantham, i. e. rubram spinam, quod ad hunc colorem inclinat lignum Oxyacanthæ; cujus meminit *Nicand.* in *Ther.* λάζεο καὶ πυράκανθαν, ἰδὲ φλόμου ἄῤῥενος ἄνθην; & *Plinius* lib. XXIV. 13. Pyracanthi baccæ contra serpentum ictus bibuntur; etiam titulus habet; de appendice spina, & pyracantho;) vocant; arbor est pyrastro similis, at minor, & valde spinosa; fructum profert myrti baccis valde assimilem, plenum, rubrum, fragilem, nucleo intus præditum, radicem multifidam, & profundam. *Galenus* lib. septimo simplicium. Ὀξυάκανθος τοῦτο γὰρ τὸ δένδρον ὥσπερ ἀχράδι παραπλήσιον ἐστι τὴν ἰδέαν, οὕτω καὶ τὴν δύναμιν, καὶ μὲν γε καὶ οἱ καρποί. ὁ μὲν τῆς ἀχράδος, ἁπλῶς στρυφνὸς, ὁ δὲ τῆς ὀξυακάνθης, καὶ λεπτομερὴς ἐστι, καὶ τμητικὸν ὀλίγον ἔχει, ὁ δε καρπὸς τοῦ δένδρου τῷ μετὰ τῆς ἀχράδος οὐκ ἔοικον, ὅμοιος δι ἐστὶ τοῖς μύρτοις, ἐρυθρὸς τε, καὶ ἀραιὸς ὑπάρχων, ἔχει δὲ καὶ πυρῆνας, οὐ μόνον ἐσθιόμενος &c. Oxyacanthus hæc arbor, ut pyro sylvestri similem habet speciem, ita & vires non dissimiles; quin & ipsi fructus; Pyri quidem sylvestris prorsum, atque absolute acerbus est, Oxyacanthes vero tenuium partium est, & paulum quiddam incisivum obtinet: porro arboris hujus fructus pyri sylvestris quidem fructui similis non est, verum myrtis, scilicet rubens & latus. Habet vero & nucleos, porro non sus tantum &c.

[14] Viola &c. Vide supra quæ diximus in Lycio, ubi demonstratum est pro λευκοίου legendum esse λυκίου.

[15] Folium rutæ &c. *Theophrastus* lib. IX. c. 6. φύλλον δὲ ἔχειν ὅμοιον πηγάνῳ πλὴν ἔκλευκον ἀείφυλλον μὲν εἶναι. Folium rutæ simile, subalbidum tamen, perpetuo virens. *Plinius* XII. cap. 25. Folium proximum rutæ, perpetua coma. *Pausanias* ab his dissentit, qui ἀμαράκῳ folia similia esse scribit. Neque cum prioribus consentit *Prosper Alpinus*, qui in libro de *Plantis Ægypti* c. 14. Folia paucissima (inquit) gerens rutæ proxima, non tamen, ut dicebat Dioscorides, iis candidiora, sed potius Lentisci foliis similia cernuntur, scilicet colore viridi, subalbido, perpetuoque virentia. Et uberius in *Dialogo de Balsamo*. De foliis ejus non minor est apud illos diversitas, deque arboris figura, quando *Dioscorides*, *Theophrastus*, *Plinius*, *Avicenna*, *Simon Sethi* Balsami folia rutæ proxima esse statuerint, &

autor

autor Africæ vitium foliis. Non tamen quod ad folia attinet, viti ea planta est similis, cum foliis referta, sit rutæ aliquatenus proximis, præsertim vero extrema tria foliola, quæ in singulis virgæ Balsami alis cernuntur, quando ipsa simillima sunt tribus iis foliolis virgæ alæ rutæ positis, colore excepto. Neque absurdum est *Pausaniam* dixisse, Balsamum folia habere Amarici æmula, quoniam suspicor ego, ipsum plantam Balsami non adultam, sed tantum recenter ex ejus seminibus natam inspexisse, quæ folio magnitudine ac figura amarici foliis omnino sunt similia, excepta earum crassitie, ac colore, quibus ea folia invicem differunt. Nam in amaraco sunt graciliora & albidiora. Balsamum quod ex seminibus nascitur, bina folia inprimis habet, bifoliis nascentis vitis maxime similia, & quæ posthæc, quæ sunt tria, quatuor vel quinque produntur, amaraci foliis sunt proxima, quæ vero tertio nascuntur, singula trina existant, rutæque proxima nascuntur. Repeto, primo nascentia folia bina sunt, secundo nata his multum diversa produntur, inordinatimque in virga, tertio sunt producta trina, cuilibet alæ appensa cernuntur, quæ rutæ sunt proxima, tribus inquam foliolis in extremo virgæ alæ rutæ conspicuis, quarto quæ nascuntur in virga Balsami, sunt quina, & postea septena. *Bellonius* lib. secundo cap. 39. Nova illa Balsami germina subruente cortice erant tecta, foliaque viridia habebant, Lentiscinorum foliorum modo formata. Hoc utriusque in nervo nata, ut in rosarum, vel fraxini, vel jugulandis foliis videre est, ciceris tamen foliorum magnitudinem non excedebant, sicque constructa erat eorum series, ut postremum foliolum extimam alam occupans, imparem numerum efficeret. Nam totius alæ foliolis numeratis, terna, quina, aut septena inveniuntur, septenarium certe numerum superare vix animadvertimus. Extremum autem foliorum reliquis majus est. Facto enim ab illo progressu, reliqua sensim minora fiunt; ut in rutæ foliis.

Non solum in foliis sed in ipsius arboris forma, magnitudine & altitudine definienda est dissensus: ab *Dioscoride* dicitur; Balsamum arbor Lycii, aut Pyracanthæ conspici; *Strabo* lib. primo cap. 535. scribit; *ἔτι δὲ τὸ φυτὸν θαμνῶδες κυτίσῳ ἐοικὸς τερμίνθῳ ἀρωματίζον*; planta aromatica fruticosa cytiso aut terebintho similis. *Pausanias τὸ πάλασμα κατὰ μυρσίνης θάμνον*, magnitudine myrthi fruticem æquare testatur. *Plinius* lib. xii. cap. 25. Quippe (inquit) viti similior est, quam myrtho: Malleolis seri dicitur, nuper vincta ut vitis, & implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Quod confirmant *Solinus*, & Africæ descriptionis autor, qui Balsami plantam viti compararunt. *Theophrastus* lib. ix. cap. 6. *Τὸ δὲ δένδρου μέγεθος μὲν ἡλίκον ῥόα μεγάλη*. Arboris magnitudo quæ malo punicæ magnæ. *Justinus* lib. xxxvi. Hist. similem piceis arboribus esse affirmavit. Hæc sententiarum varietas a *Prospero Alpino* in Dialogo de Balsamo cap. 3. facile conciliatur. *Alpinus*. Quæ de Balsami arbore a multis olim literis tradita fuere, nunc in medium afferam; Reliqua vero de succo, fructibus, virgis, ad usum medicinæ memoriæ proditis, posterius a me recensenda arbitror. Multa igitur variaque de hujus stirpis magnitudine, figura, situ, foliisque a multis prodita sunt, quæ non parum veritatem obscurant, hominesque ancipites, ac rem hanc totam incertam efficiunt. Aliqui siquidem plantæ istius magnitudinem Lycii, Pyracanthæ, vel Cytisi, vel Therebinthi magnitudini compararunt, ut *Dioscorides*, *Straboque* dixere. *Theophrastus* vero dixit ea magnitudine Balsamum spectari, qua magna mali Panici arbor observatur. *Justinus* similem piceis arboribus affirmavit, & *Pausanias* myrtho; *Plinius*, *Solinus*, atque Africæ descriptionis autor viti hanc plantam compararunt. De ejus foliis non minor est apud illos diversitas, deque arboris figma. Quando *Dioscorides*, *Theophrastus*, *Plinius*, *Avicennas*, *Simon Setbus* Balsami folia rutæ proxima esse statuerint, & *Pausanias* Amaraco, *Justinus* piceis, *Solinusque* & autor Africæ vitium foliis. De forma etiam vel figura arboris alii arbustum, alii fruticem faciunt. *Plinius* enim de eo dixit: In totum alia est natura, quam nostri, externique prodiderunt, quippe viti similior est, quam myrtho; quod etiam *Solinum* dixisse ab illiusce verbis constat, quæ hæc existunt: Similes vitibus stirpes habent: ac *Justinus*; Siquidem palmeto & Opobalsamo distinguitur, arborem Opobalsami formam similem piceis arboribus habent: & *Strabo*: Quæ arbor est fruticosa Cytiso & Terebintho persimilis. Nonnulli etiam affirmant, plantam hanc ali aqua, illaque tantum, quæ in proxima fonte illiusce proximæ domunculæ scaturire cernitur, aiuntque miraculo id fieri; quando ipsa sit pluribus virtutibus prædita, quod Virgo beatissima olim ibi multos annos morata, ea aqua tum ad potum, tum ad cibum, tum ad mundandos panniculos Jesu Christi pueruli usa fuerit; ex quo tanta in veneratione omnes viri mulieresque Ægyptiæ, Arabes etiam Mahometis asseclæ eam habuerunt, ut ipsa ad multorum etiam morborum curationem confidenter utantur. Multique ex longinquis remotissimisque locis huc veniunt, ut ex hujusmodi aqua accipiant: quare nonnulli Balsamum hujus aquæ benoficio hactenus hic vixisse ajunt. Hæcque sunt, quæ de arbore isti dicunt. *Abdella*. De Balsami fruticis altitudine, figura, ac foliis, ea quæ ex te nunc proposita sunt, nihil veritatem hanc obscurare possunt. Namque *Dioscorides* aliique, qui hanc plantam magnitudinem similem esse Lycio, Cytiso, Terebintho, & Pyracanthæ affirmarunt, minime errarunt, cum hæc omnia arbusta magnitudine non multum inter se differant, eisque planta Balsami major non sit, sed hic nullæ cernuntur arbores Balsami, quæ ita magnæ spectentur, siquidem grandiores, quas hic alias viderim, non assurgunt ad majorem trium cubitorum altitudiuem. Audio tamen in Arabiæ solo eas plantas ad prædictorum arbusculorum altitudinem, & majorem etiam excrescere. In Ægypto & Arabia mali Punici arbores parvæ existunt, itaut inter arbusculorum fruticumque numerum ibi connumerentur, neque ad tantam assurgunt altitudinem, quales in Italiæ locis observantur. Quare neque *Theophrastus* reprehendendus erit, quod scripserit esse magnæ Punicæ arbori Balsamum simile, quando hæ nostræ Italicis longe sint humiliores. *Justinum* vero quod picei arbori plantam Balsami similem asserat, deceptum omnino fuisse credendum est. Ex ipsiusque verbis error apparet conspicuus; nam Piceis arboribus Balsamum simile esse dicens, subdit; Et in vinearum more excoluntur: quis tamen uspiam vidit Piceam arborem viti similem, & in vinearum more excoli? Inter quas quanta sit differentia, non est, quod nunc demonstretur. Fuisse vero Balsami plantam ramulis fruticosis, ac sarmentosis viti similem dubium quidem non est, ut neque etiam quemadmodum vites, annis singulis putari, quod sit admodum fruticosa, & sarmentosa. Non tamen quod ad folia attinet, viti ea planta est similis, cum foliis referta sit rutæ aliquatenus proximis, præsertim vero extrema tria foliola, quæ in singulis virgæ Balsami alis cernuntur, quando ipsa simillima sint tribus iis foliolis in extremo virgæ alæ rutæ positis, colore excepto. Neque absurdum est *Pausaniam* dixisse, Balsamum folia habere Amaraci æmula, quoniam suspicor ego ipsum plantam Balsami non adultam, sed tantum recenter ex ejus seminibus natam inspexisse, quæ folio, magnitudine, ac figura Amaraci foliis omnino sunt similia, excepta earum crassitie, ac colore, quibus ea folia invicem differunt, nam in Amaraco sunt graciliora, & albidiora. Balsamum quod ex seminibus nascitur, bina folia inprimis habet, bifoliis nascentis vitis similia, & quæ posthæc quæ sunt tria, quatuor, vel quinque produntur, Amaraci foliis sunt proxima. Quæ vero tertio nascuntur singula trina existunt, rutæque proxima cernuntur. Repeto,

to, prima naſcentia folia bina ſunt, ſecundo nata his multum diverſa produntur, inordinatimque in virga. Tertio producta trina cuilibet alæ appenſa cernuntur, quæ rutæ ſunt proxima, tribus inquam foliolis in extremo alæ virgæ rutæ conſpicuis. Quarto, quæ naſcuntur in virga Balſami, ſunt quina & poſtea ſeptena. Hæcque ſunt Balſami folia, aliter quam Scriprores antiqui deſcripſerint, in hoc viridario in fruticibus Balſami ſæpiſſime viſa, ex quibus atque aliis fortaſſe *Dioſcoridem*, atque alios multos antiquos Scriptores viventem Balſami plantam non inſpexiſſe jure ſuſpicamur. *Bellonius* lib. ſecundo cap. 39. Ejus juſtam magnitudinem tradere nequimus; nam quotquot ejus frutices in horto aderant, ſtipitem ſolum habebant, pedis longitudine, & pollicari craſſitudine, tenuibus ramulis præditum, raris foliis obſitis, ubicunque autem tandem naſcuntur, duorum aut trium cubitorum altitudinem non ſuperant, & pedali altitudine cum ſint, in multos graciles ramos, Anſerinæ pennæ caule haud craſſiores, finduntur Balſami frutices. Matereæ jam recens putati fuerant, ſic ut ſoli ſtipites ſupereſſent, qui ramulorum rudimenta producebant. Ejuſdem enim eſt Balſamum cum vite naturæ, quam ſingulis annis putare neceſſe eſt, alioqui degenerat.

[16] Judæa ſolum &c. *Theophraſtus* ibid. *τὸ δὲ βάλσαμον γίνεται μὲν ἐν τῷ αὐλῶνι τῷ περὶ Συρίαν*; Balſamum in valle Syriæ provenit. *Plinius* lib. XII. cap. 25. Sed omnibus odoribus præfertur Balſamum, uni terrarum Judææ conceſſum. *Juſtinus* lib. XXXVI. Hiſt. Opes gentis Judaicæ ex vectigalibus Opobalſami crevere, quod in his tantum regionibus gignitur. *Strabo* lib. XVI. *Ἱερικοῦς δ' ἐστὶ πεδίον κύκλῳ περιεχόμενον ὀρεινῇ τινὶ καί πῃ θεατροειδῶς πρὸς αὐτῷ κεκλιμένῃ, ἐνθαῦθα δ' ἐστὶν ὁ φοινικών — ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ βασίλειον καὶ ὁ τοῦ βαλσάμου παράδεισος*. Hierichus eſt planities montibus circumdata, quæ in theatri ſpeciem ad ipſam alicubi declinat; ibi & palmetum — ibi & regia eſt, & Balſami hortus. *Joſephus* pariter lib. Antiq. cap. 5. in agro Hiericunthino Balſamum tantum germinare teſtatur; & *Hegeſippus* lib. primo excid. Hieroſol. cap. 25. aſſerit; circa Hiericum oppidum Balſami hortum fuiſſe. *Radak* ad 2. *Reg.* XX. 13. שמן הטוב זה שמן אפרמון שלא היה בכל העולם אלא ביריחו ואמרו כי לפיכך נקרא יריחו. Et *Oleum bonum*; Hoc oleum eſt Balſamum, quod non invenitur in univerſo mundo niſi in Jericho; & dixerunt quod hac de cauſa appelletur Jericho. *Raſchi* ibid. ואת השמן הטוב יש פותרין שמן המשחה ויש פותרים שמן אפרמון שהוא מצוי בארץ ישראל. *Et oleum bonum*; Nonnulli interpretantur fuiſſe oleum unctionis; & alii interpretantur oleum hoc eſſe Balſamum, quod invenitur in terra Iſrael. *Ralbag* ibid. ושמן הטוב והוא שמן הפרסמון שלא היה נמצא כי אם בארצנו. *Et oleum bonum*; hoc oleum erat Balſamum, quod non inveniebatur niſi in terra noſtra.

[17] Et Ægypto &c. *Simon Sethi*. *γίνεται πλησίον Αἰγύπτου ἐν χώρᾳ παρ' Αἰγυπτίων μὲν ἡλίου πηγὴ ὀνομαζομένῃ παρὰ δὲ τῶν παλαιοτέρων ἡλίου πόλις*; Propeque Ægyptum naſcitur in loco, qui nunc ſolis fons cognominatur, ſed a priſcis ſolis urbs dicebatur. *Claudianus* in Epithalamio Palladii & Celerinæ.

Gemmatis alii per totum balſama tectum
Effudere cadis, duro quæ ſaucius ungue
Niliacus pingui deſudat vulnere cortex.

Non in ſola Judæa & Ægypto germinabat Balſamum, ſed in Arabia præcipue naſcebatur. *Strabo* lib. primo cap. 353. *Παρ' οἷς καὶ σμύρνα, καὶ λίβανος, καὶ κιννάμωμον· ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ βάλσαμον, καὶ ἄλλη τις πόα σφόδρα εὐώδης· ταχὺ δ' ἐξίτηλον τὴν ὀδμὴν ἔχουσα*. Apud hos (ſc. Arabes, Sabæos) Thus & Myrrha, & Cinnamomum naſcitur; in maritimis etiam Balſamum, & alia quædam herba valde odorata, quanquam ejus odor cito evaneſcit. *Diodorus Siculus* lib. ſecundo Hiſtor. *γίνεται δὲ περὶ τοὺς τόπους τούτους ἐν αὐλῶνί τινι τὸ καλούμενον βάλσαμον*. Ibi in convalle quadam Balſamum, quod vocant, gignitur. *Pauſanias* lib. IX. De viperis vero iis, quæ in Arabia inter Balſami arbores verſantur, diverſum quidem accepi. Sunt Balſami arbores eæ, quæ myrthi ſtirpis magnitudine. Folia illis, qualia herbæ Amaraco. *Conſtantinus Africanus* in lib. de Grad. in India, in qua olim Arabia comprehendebatur, Balſamum naſci aſſerit. Balſamum (inquit) & arbor in India creſcens, ſaliens ſuper terram, menſura unius brachii, vel parum plus. Ex Arabia in Judæam ab Regina Saba allatum lib. VIII. cap. 6. Antiq. tradit *Joſephus*. Ajunt etiam Balſami plantam, cujus ferax eſt noſtra regio, in Judæam attuliſſe reginam Sabam. Hujus ergo liberalitati acceptum ferre oportet. Ex his probatur falſum eſſe, Balſamum in una tantum Judæa & Ægypto germinaſſe; imo Balſami plantas in his regionibus non patrias, ſed advenas & peregrinas fuiſſe demonſtrant *Bellonius* & *Alpinus*; quorum alter lib. c. Percontantes (inquit) a mercatoribus Cayri de Balſamo, cum noſtrum ramulum conferremus, nobis affirmarunt, quicquid Xylobalſami, vel Carpobalſami unquam vendidiſſent, id omne ex Meca cum aliis aromatibus accepiſſe, atque meminiſſe, ſuo tempore Balſami frutices, qui nunc in Materea coluntur, ex Arabia felici delatos eſſe, magnis ſumtibus Sultani. Quoniam vero tam multi id nobis affirmarunt, exiſtimavimus ſine ullo ſcrupulo, aut diſſimulatiene nobis licere id ſcribere. Alter vero, ſc. *Alpinus* in lib. de Plantis Ægypti cap. 14. ſcribit. *Guiland*. Nunquid Balſami planta amplius in Ægypto vivit? *Alpin.* Nequaquam, ſed in Arabia felici, quam Balſami feracem omnes tum Ægyptii, tum Arabes prædicant. *Guiland*. Igitur *Dioſcorides*, *Theophraſtus*, *Plinius*, *Juſtinus*, atque alii ex antiquis Scriptoribus permulti, qui Balſamum tantum in Ægypto, & in Judæa olim vixiſſe prodiderunt, decepti ſunt. *Alpin.* Sine dubio illos non modo de loco Balſami patrio, ſed etiam de arbore quoque, ſucco, fructibus atque aliis deceptos fuiſſe arbitror, ex quo etiam dubitandum eſſet ipſos Balſami arborem viventem nunquam vidiſſe. *Guiland.* Rem valde admirabilem prædicas, de qua tibi non ita facile Medici certam fidem adhibebunt; quæſo annon *Dioſcoridi*, *Theophraſto*, *Plinio*, *Serapioni* atque aliis graviſſimis ſcriptoribus de Balſamo magis quam tibi credendum putas, qui in docenda herbarum, ſtirpiumque materia, ceteris præferuntur, ac fide digniores habentur? *Alpin.* Etſi in Dialogo olim Cayri conſcripto Balſami veritatem plane manifeſtam me reddidiſſe puto, nihilominus, quando me nunc ut veram Balſami hiſtoriam narrem provocaſti, ut tecum de ipſa colloquar, atque commenter, effugere nunc non poſſim; quare iterum eadem, quæ olim ſcripſi, nunc repetere, cum res agatur tanti momenti, non me pigebit, & ne longius rem producam, dico, Arabiam felicem Balſami locum patrium perpetuo fuiſſe, ac nunquam Ægyptum & Judæam Balſami terram patriam fuiſſe, facile hinc conjicitur, quod omnes qui de planta Balſami mentionem fecerunt eum in viridariis ſolum cuſtoditam, minimeque in aliis incultis locis ſponte natam prodiderunt, ut *Theophraſtus*, *Plinius*, *Solinus*, & *Strabo* ſigillatim meminerunt. *Plinius* ait: Sed omnibus odoribus præfertur Balſamum uni terræ Judææ conceſſum, quondam in duobus tantum hortis, utroque regio, altero jugerum viginti non amplius, altero pauciorum: Et *Strabo* de Balſamo vallis Hierici ſcribens, dixit: Ubi & regia eſt, & Balſami viridarium, quæ arbor aromatica eſt, & fruticoſa, cythiſo & terebintho perſimilis. Nulli dubium eſt plantas peregrinas in viridariis tantum ſumma cura cuſtodiri, & patrias non ſolum in viridariis, vel hortis, ſed multis aliis in incultis locis, ſponte natas obſervari. Sed cur ſtudeo tibi perſuadere Balſami plantas in Judæa advenas fuiſſe, cum *Joſeph* lib. V. de Antiquitatibus Judaicis rem plane claram effecerit? qui ibi meminerit, Sabam reginam primam ex Arabia Balſami plantam in Judæam dono Salomoni regi tuliſſe: ex qua poſtea aliæ propagatæ fuerunt.

De

De Balsamo Ægypti eadem dicenda sunt, cum eam plantum ibi in viridario prope locum el Mattharia vocato, summa diligentia perpetuo custoditam vixisse, omnium Ægyptiorum relatione liquido constet; quod omnes antiqui ac juniores scriptores fatentur, minimeque in alio Ægypti loco inculto unquam vivere inventam fuisse, non semelque ibi perisse atque ex Arabia rursum asportatam, insertamque ac renovatam fuisse, omnes Cayrini affirmant. Anno a partu Virginis beatissimæ 1575. Ægypti præfectus Eunuchus Messinor nominatus, dum quasdam partes Ægypti viseret, præsertimque el Mattharia, quem locum ob Virginis beatissimæ honorem ac observantiam singulis hebdomadis die Veneris, quem diem isti, ac nos Dominicum, sanctificant, adire ac visere, in ipsoque loco orare consueverat; proxime cum esset in viridario, videns omnes plantas Balsami exaruisse, ac periisse, e Mecha quadraginta plantas afferendas curavit, quæ sane in eodem viridario insertæ fuerunt, paucisque annis rursum curatorum negligentia periere. Quamobrem Ægyptii Balsamum semper ex Arabia habuerunt, quæ res scitu ibi non est difficilis, cum sæpius multi e Meccha per rubrum mare Cayrum veniant. Iter quidem a Cayro in Meccham est facillimum, & frequentissimum; verum non esset inutile nunc me historiam peregrinorum, qui annis singulis illa loca religionis causa adeunt, atque visitant, subnectere, sic enim certiora de loco, ex quo veniat nunc Balsamum habere poteris; necnon unde Rex Turcarum multum Opobalsami habeat. *Guiland.* Perplacuit mihi ex te audivisse Arabiam felicem nunc, perpetuoque fuisse Balsami feracem, ex Ægyptiorum Arabumque testimonio. Quod verissimum existimo, quando *Dioscorides*, *Theophrastus*, *Plinius*, *Solinus*, *Serapio*, *Sethus*, atque alii scriptum reliquerint, solum Ægypto ac Judææ fuisse Balsamum concessum. Quibus scriptoribus plena fides fortasse haud omnino, me judice, erit adhibenda, cum permulti alii ex antiquis Arabiam olim quoque Balsami feracem fuisse testatum reliquerint. *Diodorus* enim *Siculus* in 2. libro suarum Histor. Balsamum in quadam valle Arabiæ nasci, & non alibi, memoriæ prodidit; & *Strabo* in 16. lib. Geograph. ait: His proxima est felicissima Sabæorum terra, quæ maxima natio est, apud hos Thus, & Myrrha, & Cinamomum nascitur, in ora etiam Balsamum, & alia quædam herbula valde odorata. Et *Pausanias* lib. 9. De viperis vero iis, quæ in Arabia inter Balsami arbores versantur diversum quidem accepi. Sed cur nos magis *Dioscoridi*, *Theophrasto*, atque aliis de Balsamo, quam Ægyptiis, & Arabibus prope Balsameta natis credere debebimus? præcipue quia incertus sum illos unquam viventem Balsamum offendisse, ac inspexisse; & hi in Balsami locis nati (quando omnium cum priscorum, tam hujus ætatis scriptis firmissime constet, Ægyptum Balsami plantas aluisse) quam facile potuerunt has plantas vidisse; ac vere agnovisse, a quibus cum constet Ægyptum has ex Arabia habuisse, cur amplius dubitabimus Arabiam esse patrium Balsami solum? quæ res apud Ægyptios, & Arabes demonstratione nulla opus habet, cum hi omnes certo sciant non modo superiori, sed præsenti quoque ætate Balsami innumeras plantas in Arabia adductas vivere, atque omnes, quas hactenus Ægyptus habuit, exinde exportatas, & sæpe sepius eo modo renovatas fuisse. Apud me itaque amplius dubium non erit, *Dioscoridem*, atque alios Balsamum soli Ægypto, ac Judææ concessum olim fuisse asserentes, plurimum deceptos, idque ex aliorum relatione magis, quam ex vera scientia literis prodidisse. Sed ulterius & certius probatum est in Dialogo de Balsamo cap. 2. Præterea verum quoque hoc esse ex me audies, non in Ægyptum ex Judæa, ut aliqui somniarunt, ipsum venisse, sed ex Felici Arabia semper fuisse delatum; Ægyptiumque solum veluti neque Judaicum, nunquam proprium ac nativum ei fuisse, in his locis Balsamum perpetuo peregrinam plantam extitisse haud leve inditium est, eam ubique viridaria tantum aluisse, in ipsisque tantum vixisse, ut *Theophrastus*, *Plinius*, *Strabo*, ac *Solinus* meminerunt &c. Quid? nonne omnes observant plantas peregrinas in viridariis tantum ali, ac custodiri, quædam vero ex patriis tametsi etiam in viridariis aliquando serventur, nihilominus multa alia loca inculta, sylvestriaque iisdem sponte natis non carere observantur? At peregrinæ in viridariis tantum magno studio, ac diligentia aluntur ac conservantur; quod in incultis sylvestribusque locis sponte nasci, neutiquam conspici solent. Hic vero Balsami plantam perpetuo advenam vel peregrinam fuisse, & perpetuo ex Felicis Arabiæ locis aduectam, plures una nobiscum Cayrum nunc habitantes certa fide confirmare poterunt, qui omnes, plantas Balsami, quas hactenus hoc habuit viridarium, exinde comportatas fuisse variis temporibus observarunt: multoque labore, ac custodum diligentia vixisse, facileque ex levissima etiam causa aruisse, quibus arefactis sursum ab illis locis extractas, hic insertas renovatasque; & hoc modo alternatis vicibus Balsamum in hoc viridario hactenus conservatum fuisse. Nemo plantas tanto labore ac diligentia in viridariis adservatas, patrias dicet, quando patriæ ubique sponte nascantur, crescant, ac nullo labore in propriis locis vivant. Ex quibus nos plane certi esse debemus, Balsamum nunquam Ægyptiis ac Syris patrium fuisse, cum in viridariis ibi multa diligentia ac cura semper fuerit custoditum; quod tamen de Arabia Felici, cum Balsamum ibi perpetuo vivat, minime videtur dicendum; nullibi etenim nunc, quod sciam, hujusmodi planta, nisi Felici tantum Arabiæ concessa, reperitur. Quam regionem *Diodori Siculi*, *Strabonis*, *Pausaniæque* testimonio, ut nuper dictum est, constat Balsami olim feracem fuisse, quæ eodem modo etiam nunc innumeras ejus plantas sponte natas alit. Quam Balsami fertilitatem omnes Ægyptii, atque aliarum nationum homines, annis singulis Meccham Felicis Arabiæ urbem adeuntes, veram plane esse confirmant; copiamque ibi Opobalsami insignem annis singulis colligi, fructuumque non minus & virgarum (cum Balsami frutices sæpe quotannis putent) quæ ad varias Orbis partes vendenda ab his demandatur. *Abdachim*. At isthæc vera esse concedentes, dicent, quam pro Balsamo tu, atque nostri Felicem Arabiam nunc alere inquiunt, non esse Balsamum, sed aliam plantam. *Alpin*. Notæ hujus plantæ ab antiquis scriptoribus descriptæ, ac memoriæ traditæ, istud recte docere poterunt. Nam omnes convenisse videntur (ut ex te spero me magis distincte cogniturum) Balsami plantam fruticem esse, non admodum magnum, foliis rutæ proximis, perpetuo virentibus, atque ex stipitis cortice scarificato liquorem in primis album oleo similem, eximio acutoque odore præditum, manare. *Abdach*. Millies tecum, *Abdella*, fruticem hunc ex *Alpino* descriptum me inspexisse in hoc viridario scio. Verum qui hujusce plantæ notas quærit, quibusnam hominibus magis credere debebit, Italisne an nobis Ægyptiis, qui una cum Balsamo in hac civitate hactenus viximus, eamque arborem sæpius in hoc viridario inspeximus? Nemo certe ita fatuus erit, qui hac de re vobis quam nobis libentius credere, ac fidere maluerit. Hanc vero plantam pro vera arbore, quæ ab antiquis Balsamus appellata est, & in posterum memoriæ prodita, nostri omnes Arabes hucusque constantissime habuerunt; aliamque pro Balsamo ab aliis monstratam nemo nostrum uspiam offendit, vel vidit, vel aliquem vidisse unquam audivit. His adde nomen hujusce plantæ, quod est Balessan, a nostris ei fuisse impositum, a quo & Græci b litera carentes, in u mutata, *βάλσαμον* dixere, atque ab ipsis Latini Balsamum. Cur igitur Italis magis quam nostratibus de hac planta credendum erit quando a nostris & Itali & Græci vel nomen ipsius plantæ acceptum didicerint? Quapropter Balsami cognitionem a *Dioscoride*, a *Theophrasto*,

atque

atque ab aliis antiquis Scriptoribus minime petendam judico, sed ab Ægyptiis & Arabibus, qui loca, in quibus Balsami plantæ omnium consensu olim vixerunt, habitarunt. Si Ægyptii, Arabes, Syri, atque alii omnes Arabica lingua utentes Medici citra ullam difficultatem talem fruticem nunc Felicis Arabiæ locis cultis, atque incultis, domesticis, atque sylvestribus nascentem, tanquam verum Balsamum recipiunt, eodemque tum succo, tum fructibus, tum virgis, pro vero Opobalsamo, Carpobalsamo, & Xylobalsamo, nemine ipsorum hæsitante, ad componenda medicamenta utuntur, cur Itali etiam atque aliarum nationum medici ab illis, qui magis quam nostri sunt in ea cognitione, eoque usu exercitati ac docti, idem facere recusant? Certe indignum facinus est, vos hanc veritatem non fateri, sed potius, quo minus a multis ea dignoscatur, operam dare.

[18] Differens modis &c. *Plinius* l. c. Arbori tria genera. Tenui & capillacea coma, quod vocant eutheriston. Alterum scabro adspectu, incurvum, fruticosum, odoratius; hoc trachus appellant; Tertium Eumeces, quia est ceteris procerius, levi cortice. Huic secunda bonitas, novissima eutheristo. *Plinius* ex hoc loco *Dioscoridis* tres varias Balsami plantas commentus est; cum Græcus scriptor in una eademque arcore, ut balsamum sit præstantissimum, hæc tria contineri debere asserat, ut sit planta aspera, vel scabra, procera, & gracilis. Noster quoque autor, autoritate *Plinii*, credo, deceptus, varia Balsami genera & plantas numeravit.

[19] ὀπὸς &c. species omnes succus designat, sed κατ' ἐξοχὴν Cyreniaci Laserpitii seu Silphii succum; uti testatur *Galenus* in Glossis; Ὀπὸς τοῦ σιλφίου κατ' ἐξοχὴν; & lib. septimo Simplic. Ὀπὸς ὁ μὲν Κυρηναῖος ἁπάντων ἐστὶ θερμότατος -- εἰσὶ δὲ πάμπολλοι μὲν ὀποί· ῥίζης γὰρ ἧς τινὸς οὖν, ἢ καυλοῦ τμηθέντος, τὸ ῥέον ἐκ τῆς τομῆς, παχὺ καὶ γλισχρὸν, ὀπός ἐστι. Εἰδικώτερον δὲ οἷον κατ' ὑπεροχήν τινα τὸν Κυρηναῖον ὀνομάζουσιν, καὶ τὸν Μηδικὸν, καὶ τὸν Συριακόν. Opos, sive succus Cyreniacus omnium est calidissimus -- porro complures habentur succi; quavis namque radice incisa, aut caule, quod ex vulnere crassum, & lentum effluit, succus est. Ceterum specialius, & velut per excellentiam quandam Cyreniacum ita nuncupant, & Medicum, & Syriacum. *Hippocrates* tamen in lib. de morbis ὀποῦ nomine intelligit quendam succum, qui lac coagulat, quod Silphio, seu succo Cyreniaco convenire non potest. Εἰ δὲ (inquit) δὲ καὶ τοῦτο τὸ πάθος γάλακτι ἐπὴν ὀπὸν ἔμβαλε. Ψύξις γινομένη ἐπ' αὐτῷ τῷ γάλακτι, συνεπάχυνε τὸ γάλα καὶ ὁμοῦ ἐποίησε, περὶ δὲ τὸ παχυνθὲν ὀῤῥός ἐστιν. Siquis succum in lac immittat, frigiditas in ipso oborta lac inspissat, & conglobat, ac circa inspissatum serum est. *Hesychius* dicit esse ὀπὸν herbam quandam, quæ lac coagulet. Ὀπὸς πιτία. βοτάνη τις δι' οὗ πήγνυται τὸ γάλα καὶ τὸ τῶν δένδρων δάκρυον, καὶ τὸ γαλακτῶδες τῆς συκῆς ἀνιέμενον. Opos (πυτιὰν scribendum est) coagulum, herba quædam, quæ coagulat lac, omniumque arborum lachryma, & lacteum quod e ficu manat.

[20] Æstivis &c. *Theophrastus* l. c. ὑπὸ τὸ ἄστρον ὅταν μάλιστα πνίγη ᾖσι. Sub sydere, cum æstus maxime augit.

[21] Unguibus ferreis &c. *Theophrastus* ibid. τὸ δὲ δάκρυον ἀπὸ ἐντομῆς συλλέγειν. ἐντέμνειν δὲ ὄνυξι σιδηροῖς. Colligi lachrymam ex incisura; facta incisura unguibus ferreis. *Plinius* l. c. Inciditur vitro, lapide, osseisve cultellis. Ferro lædi vitalia odit. Emoritur protinus, eadem amputari supervacua patiens. Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet; cum quo consentit *Josephus*; ἔνθα τὸ τῆς Ἰουδαίας πιότατον, φοινικῶνα παμπύλον καὶ βάλσαμον τρέφει. τοῦτο λίθοις ὀξέσι ἐπιτεμνόμενοι τὰ πρέμνα συλλέγουσι κατὰ τὰς τομὰς ἐκ δαρύων. Idem testatur *Hegesippus* lib. I. excid. Hierosolymitani; pariterque *Solinus* cap. 38. scribit lignum ferro violatum statim mori, ideoque aut vitro, aut cultellis osseis, sed in solo cortice vulneratur. *Alpinus* cum *Dioscoride*, & *Theophrasto* consentit. Opobalsamum (inquit) mensibus Junio, Julio, Augusto, partim sponte, & partim stipite ferreo scarificato destillat.

[22] Sed tam exiguo &c. *Theophrastus* ibid. τὴν δὲ συλλογὴν ὅλον τὸ θέρος ποιεῖσθαι. οὐκ εἶναι δὲ πολὺ ῥέον ἀλλ' ἐν ἡμέρᾳ τὸν ἄνδρα συλλέγειν ὅσον κόγχην. Collectionem vero æstate fieri tota, sed quod manat multum non esse; vix enim toto die concham hominem posse implere. *Plinius* ibid. Alexandro Magno res ibi gerente toto die æstivo concham impleri justum erat.

[23] Quam seni &c. *Plinius* ibid. Omni vero fœcunditate e majore horto congios senos, minore singulos. *Theophrastus* ibid. γίνεσθαι δὲ ἐκ μὲν τοῦ μείζονος παραδείσου ἀγγεῖα δώδεκα ὅσον ἡμιχόα. ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρου δύο μόνον. Impleri ex majori horto semichæa duodecim ajunt; ex altero vero duo tantum. *Alpinus* de Plantis Ægypti cap. 14. Mittit etiam Regi Opobalsami tres quatuorve libras, & præfecto Cayri libram, atque Hamirag peregrinorum semilibram. Sunt etiam alii duo duces, sive Hamirag, cum multis peregrinis, alter e Damasco, & alter ex Arabiæ Felicis locis, Meccham & Mediam visitatum venientes, quibus omnibus donat parum Opobalsami. Non tam exiguam fuisse Balsami collectionem in Hiericho arguit locus *Ezech.* XXVII. 17. ubi dicitur יהודה וארץ ישראל המה רכליך בחטי מנית ופנג ורבש ושמן וצרי נתנו שערבך. *Juda & terra Israel, ipsi institutores tui in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis*. Ubi *Radak* ויוסף בן גוריון פירש פנג שמן אפרסמון הנקרא בלסמו׳ והיה נמצא ביריחו בו לכך נקראת יריחו מעניין ריח שריחו טוב והנה אומר בפסוק וצרי ומפרשי אותו שהוא שמן אפרסמון. Et *Joseph Gorionides* פנג interpretatur oleum Balsaminum, quod appellatur Balsamum; inveniebatur in Jericho, ideoque vocabatur Jericho, nempe a bono odore, quo erat præditum; & ecce dicitur in textu, וצרי, illud interpretantur oleum Balsaminum. *Raschi* ibid. ופנג ראיתי בספר יוסף הכהן עץ אפרסמון הוא פנג והיו מצוייך ביריחו ועל שם ריח הטוב נקראת יריחו בלס״מא בלע״ז. Et פנג; Vidi in libro *Josephi* Sacerdotis lignum Balsaminum esse פנג sc. Balsamum, quod invenitur in Jericho, & propter prestantiam odoris vocatur Jericho, barbare Balsamum.

[24] Congius &c. Qui de mensuris scribunt, asserunt, Concham cochlearia tria facere; nonaginta sex cochlearia sextarium, i. e. congium implebant, ut scribit *Africanus*; καὶ ὁ ξέστης ἄρα εἰς κοχλιάρια ἀναλύεται. Sextarius itaque triginta duas conchas continet. Congius mensura liquidorum sex sextarios capiebat: κοτύλη Cotyla vero, latine Hemina erat duodecima pars congii, sextarii dimidium continebat. Hinc hallucinatur noster autor.

[25] Argento duplo &c. *Plinius* ibid. Cum duplo rependebatur argento. *Theophrastus* ibid. πωλεῖσθαι δὲ τὸ μὲν ἄκρατον δὶς πρὸς ἀργύριον· τὸ δ' ἄλλο κατὰ λόγον τῆς μίξεως. Vendi sincerum argento ad drachman, reliquum pro modo adulterationis.

[26] Succi probatio &c. *Plinius* ibid. Lachrymæ probatio ut sit pinguis, tenuis, ac modice rufa, & in fricando odorata. Secundus candido colos; pejor viridis, crassusque; quippe ut oleum senescit. Ex omni incisura maxime probatur, quod ante semen fluxit --- Esse enim debet lenis, non subacidus, odore tantum austerus. *Strabo* l. c. οἱ δὲ φλοιὸν ἐπισχίσαντες ὑπολαμβάνουσιν ἀγγείοις τὸν ὀπὸν, γλίσχρῳ γάλακτι παραπλήσιον, ἀναληφθεὶς δὲ εἰς κογχάρια λαμβάνει πῆξιν. Hujus corticem scindentes, succum in vasis suscipiunt, tenaci lacti persimilem, susceptus autem in conchis coagulatur, *Simeon Sethi*. καὶ ἀναδίδοται ἐξ αὐτῶν, ὀπὸς ὅμοιος, ὡς ἐστι ἰδεῖν πᾶν ἔλαιον, διὸ καὶ βαλσαμέλαιον ὀνομάζεται, καὶ συναγόμενον ἐκ τούτου ἀποτίθεν ἐν ἀγγείοις, καὶ ἦν τὸ μὲν ἐπιπολάζον, λευκὸν καὶ λεπτομερὲς, καὶ διὰ τοῦτο πολυτιμότερον· τὸ δὲ μέσον ὑπόκιῤῥον, καὶ κατὰ πάντα τοῦ ἐπιπολάζοντος ἐνδεέστερον· τῇ δὲ τρυγὶ ἐχρῶντο τινὲς πρὸς σμῆγμα χειρῶν, καὶ πρὸς ἄλλας θεραπείας διά ἀπορίαν τῶν λοιπῶν. Succusque inde manat, omni oleo visu similis, quod

quod ideo Balsamelæon, i. e. Balsami oleum nominatur, succus hic vasculis excipitur, ejus quod supernatat album & tenue, est salubre, & ideo pretiosius, quod vero medio loco est, subrubrum est, & deterius. Fex autem tertio loco remanet subfusca, hac ad mundandas manus, aliasque nonnullas curationes utuntur, cum reliquis careant. *Alpinus* in Dialogo de Balsamo cap. 5. *Abdella*. His notis quisque probe, ac exactissime verum hunc succum a non vero, & legitimum ab adulterato dignoscet, neque ab aliquo ita facile decipi poterit; etenim succus is, qui nondum ad senium inclinare cœperit, colore albo conspicitur (quod rarissime & non nisi dum ipsum e stipite stillat, vel recentissime eductum videre contigit) vel viridis est, oleosus, subturbidus, oleoque substantia, & colore valde similis, vel aureus, fulgentissimus, tenuissimus, atque clarissimus. Qui sane omnes has notas habebit, vehementis erit odoris, & quo magis etiam recens est, acutioris, terebinthum cum alio suaviori odore redolentis, gratissimusque olfactui erit. Gustu etiam subamarus, adstringens, & modice mordens percipietur &c.

27 Varie vitiatur &c. *Theophrastus* ibid. ἀλλ' οὐ φοιτᾷν ἐνταῦθα ἄκρατον. ἀλλὰ τὸ συνηγμένον κεκραμμένον. πολλὴν γὰρ δέχεσθαι κρᾶσιν. καὶ τὸ ἐν τῇ Ἑλλάδι πολλάκις εἶναι κεκραμμένον. Verum sincerum ad nos nullum advehi, sed quod mistum colligitur; pluribus enim mistionibus vitiari, quodque in Græcia venditur, sæpe adulterari. *Plinius* ibid. Vitiatur & oleo rosæ cyperi, lentisci, balani, terebinthi, myrti, resina, galbano, cera cypria, prout quæque res fuit. *Alpinus* ibid. *Alpin.* Possitne quis aliquod factitium oleum ita simile Opobalsamo parare, ut eo multos decipiat? *Abdel*. Sine dubio; cum *Galenus* suo tempore etiam ipsum usque adeo adulterari dixerit, ut vix adulteratum cognosceretur. Veruntamen quod adulteratur, necesse est, ut aliquo liquore, vel oleo, vel unguento vitietur. *Dioscorides* dixit; Opobalsamum vitiari posse; admisto terebinthi, cypri, lentisci, balanique unguento, & susino, metopio, melle, Cypriaque cera liquida. *Serapio* his addit oleum rosaceum, myrtinum, & de alcanna, quod Cyprum appellant. *Plinius* ex seminibus veri Balsami, quæ vocant Carpobalsamum, extrahi simile oleum asserit, qua via multi ex ipsis oleum exprimunt, vero Opobalsamo admodum simile, quod tamen ab eo discernitur amariore sapore, odoreque Opobalsami longe obscuriore. Prodit etiam istum adulterari posse oleo rosaceo, cyperino, lentiscino, balanino, terebinthino, myrtino, resina, galbano, & cera Cypria, quæ sane eadem existunt, quorum nuperrime *Dioscoridem* sub nomine unguentorum meminisse, dictum est. Sed forsitan melius ipse dixisset, oleis, quam unguentis adulterari posse, quod ille succus tenuis perinde ac oleum sit, minimeque crassus, nisi serio fuerit confectus. His igitur Opobalsamum vitiari potest, cujus maleficium facile deprehenditur, oleoque adulteratum trifariam detegitur, atque imprimis quod digitis contrectatum, nullo lentore vel viscositate adhæreat, quando verus Balsami succus lentore ac viscositate quapiam non carere a nobis alias dictum sit, a multisque ex antiquis scriptoribus confirmatum; oleum siquidem resinarum omnium tenacitate abigi omnibus manifestum est. In aqua præterea instillatum supra ejus superficiem orbiculorum formis expandi nemo nostrum ignorat; Quod sincerum Opobalsamum non facere posterius docebitur. Demum in panno oleo infecto macula relinquitur, quæ & difficile aufertur, & quotidie etiam magis majorem in circulum expanditur, quod non fit in sincero Opobalsamo. His igitur notis Opobalsamum oleo vitiatum cuique patere poterit. His etiam comperietur vitium, si unguenta iisdem oleis composita misceantur, sed hoc amplius iis aderit, quod in Opobalsamo parvi temporis spatio in fundo vasis unguenta sidere necesse est. Cera vero mistum comprehendetur turbido colore, nunquam clarescente. Melle etiam infectum dulcis sapor detegit, atque ad ipsum, ut *Plinius* quoque testatur, muscas alliciet. Resina adulteratum in carbones instillatum, nigriorem flammam edit; substantiaque crassiore quam in sincero sit, spectatur. Sincerum vero his notis innotescet, namque præter ea signa, quæ illum juxta varias ætates præseferre diximus, hæc etiam addidimus, scilicet præterquam quod sit validi odoris, in aqua etiam stillatam, tametsi parva sit gutta, supra totam aquæ superficiem expandi, eamque liquatum totam supernatare, ac obtegere, atque in ipsa etiam cito coagulari, lactisque colorem adipisci, ac non minus ex ipsa coagulatum totum stylo quopiam excipi, ac auferri, quodque fusum in laneam vestem, eam, ut oleum non inficit, quanquam ei adhæreat; lacque coagulat, etsi non ita ut coagulum facit, quia lac non perfecte coagulat, quinimo cum ipso coagulatur.

28 Maleficium facile &c. *Plinius* ibid. Nequissime autem gummi, quoniam ipsum quoque inhærescit manu inversa, & in aqua sidit, quæ probatio ejus gemina est. Debet syncerum & intærescere, sed hoc & gummi, addita fragili crusta evenit. Et gustu deprehenditur. Carbone vero quod cera resinaque adulteratum est, nigriori flamma. Nam melle mutatum statim contrahit muscas. Præterea synceri densatur in tepida aqua gutta sidens ad ima vasis. Adulterata olei modo innatat; & si metopio vitiatum est, circulo candido cingitur. Summa probatio est ut lac coagulet, & in veste maculas non faciat, nec manifestior alibi fraus. Quippe millibus denariorum sextarii empti, vendente fisco 300. denariis veneunt. In tantum expedit augere liquorem. *Alpinus* Ibid. *Alpin*. Multo plura quam tu de sinceri Opobalsami ac vitiati notis complexus es, apud multos leguntur. *Dioscorides* siquidem hæc utique nobis prodiderat. Succi probatio est, ut sit recens, validi odoris, sincerus, non ad acorem vergens, dilui facilis, levis, adstringens, ac modice mordens gustu. Et ubi ea, a quibus Opobalsamum potest adulterari meminerat, hæc subjunxit. Namque merus in laneam vestem fusus, neque maculam facit, neque si eluatur, notam relinquit. Vitiatus autem inhæret, & lac instillatus coagulat, quod adulteratus non officit. Quin etiam sincerus in aqua aut lacte celerrime liquatur, coloreque lactescit, vitiatus vero olei modo innatat, se convoluens, aut in stellæ modum diffundens, sincerus senescens crassescit, deteriorque redditur. Hallucinantur, qui aqua concretum pessum ire, & ad ima sidere arbitrantur, postea dissipatum supernatare. Et *Plinius* ait; sincerum inhærescere, & in tepida aqua ejus guttam coagulari, & ad ima sidere, lac coagulare, & in veste maculam non facere. Et *Avicennas*: lac coagulare, aquæque ipsum misceri, & in ipsa densari, densatumque conservari, atque a gossypio receptum ablui posse. *Serapio* eadem a *Dioscoride* jam recitata, de ipso nobis prodidit; *Simeon* vero *Sethus* hæc & scripsit. At vero nonnulli hac ratione probant, quod ferrum eo inunctum, ignique admotum incandescat, id quod & oleo caphuræ, aliisque dictis oleis accidit. Alii quod in aquam datum minime supernatet, sed statim fundum petat: vere hoc quidem, sed enim quando hæc duo concurrunt, videlicet ferrum candeat, & in aqua facile subsistat, de eo statim arripe; est enim legitimum, & non factitium. Scire autem præterea oportet, quod dum recens est, & in proprio vigore, super aqua enatat actum ita probatur. Linteo in eo irrigato, ac postea sublato a linteo totum recedit, non colorem, sed odoris duntaxat suavitatem illi relinquens. Hæc omnia ac inter se admodum diversa cum apud hos gravissimos Plantarum scriptores legerim, atque Opobalsamum, quod tu vere sincerum affirmas, apud me sit, non omnia, quæ ab his scriptoribus de eo perdocta repræsentet, quinimo aliqua sint, quibus ipsum plane non respondere videatur; quanquam enim ipsum recens sit, minimeque ad ul-

lum acorem vergens, validique odoris, oleosi coloris, turbidum, in primis ejus annis observatum, mox clarum, aureum, subamarum, adstringens, & modice gustu tenax, leve, dilui facile, lacque coagulet, & linteum non inficiat, atque ut ait *Avicennas*, aquæ etiam stillatum misceatur, in ipsaque coaguletur, supraque aquam coagulatum enatet, atque eo etiam ferrum, ut *Serbus* ipsum hac experientia cognoscendum voluit, inductum probe in ignem positum candeat; tamen quod apud omnes prædictos antiquos scriptores affirmatur, quippe ipsum laneæ vesti instillatum aqua ablutum, omnino ab ea abigi posse, nihilque ei adhærere, nunquam potui observare. Nullum enim reperitur Opobalsamum, quod instillatum in pannum, ei aliquatenus non adhæreat; ex quo ego etiam puto, nullum verum Opobalsamum eam experientiam facere posse, quando ipsum, ut in omnibus aliis resinis observatur (cum succus resinosus sit, inter resinasque possit sine errore recenseri) viscositatis ac lentoris non sit expers. Ex quibus valde de hujus succi signo ab antiquis fere omnibus animadverso dubius, ac anceps sum; cupioque tuam hac in re sententiam audire, ut in ea tandem acquiescam. *Abdel*. Dignus es cum isto tuo scrupulo non parva reprehensione, qui uno signo magis, quam pluribus, quibus tuum Opobalsamum omnibus probe respondere scis, fidere volueris, quod neque verum signum hujus succi dicendum esse puto, siquidem quo pacto hic succus lentoris ac viscositatis non expers (cum ipse nihil quidem aliud quam resina quæpiam sit) lineo vel laneo panno vel gossipio instillatum aliquantulum non adhærebit? Etenim non modo succus iste tenax est, sed ramuli quoque virides si digitis contrectentur, eis proculdubio adhærent, quod non nos modo, sed etiam aliquos antiquorum novisse certum est; nonne *Strabo* dixit? ejus corticem scindentes succum in vasis suscipiunt tenaci lacti persimilem. Quid? Nonne *Plinius* notas sinceri Opobalsami docens dixit? succum Balsami sincerum debere inhærescere. Anne amplius remorer desiderium tuum? paucis de nota hac a *Dioscoride* proposita dicam, quid sentiam. Puto enim sincerum Opobalsamum non aliam ob causam, *Dioscoridem*, atque una cum eo alios dixisse, vestibus vel panno non adhærere, nisi ut nos docerent mistum aliquo oleo, vel quopiam unguento hinc deprehendi, quoniam, ut ego nuper etiam vos docui (quod a plerisque oleo eo tempore vitiaretur) oleo vitiatum in pannum instillatum, laneumque præsertim, quod facilius sit ad emaculandum, instar olei inficit, eique perpetuo non modo adhæret, sed quotidie magis in eo recepta macula augetur, ac dilatatur; at sincerum, quanquam paululum panno etiam instillatum inhæreat, tamen ipsum ut oleum non inficit, neque maculam relinquit, quinimo secus atque oleum panno adhærescens quotidie decrescit, usquequo tandem omnino aliquo tempore sponte dissolvatur, atque evanescat. Quamobrem sincerum Opobalsamum panno quidem, at non olei modo adhæret, neque aliquam maculam relinquit; quod sæpe vobis meum Opobalsamum in meam vestem instillatum ostendit. Verum non debet hoc experiri in pannis iis, quos vos in Italia paratis, nostris longe crassioribus, in quibus fortasse cum olim vestri hi crassi panni lana parati ex Italia huc non asportarentur, neque nostri his, ut nunc faciunt, uterentur; *Dioscorides* in his periculum faciendum non sentit, sed in nostris iis longe gracilioribus. Clarius vero hoc signum *Plinius* docuisse visus est, cum dixit; & in veste maculas non faciat; non autem ut in *Dioscoride* habetur, vesti non adhæreat. Verius fortasse *Serbus* Opobalsami cognitionem ex hoc signo habendam tradidit, quod his verbis apud ipsum legitur: Linteo in eo irrigato, ac postea sublato a linteo totum recedit, non colorem, sed odoris duntaxat suavitatem relinquens; quod plane in nostro sic ad unguem observare licebit. Ceterum ex his, quæ ita diverse de notis verum Opobalsamum a falso distinguentibus, apud diversos antiquos scriptores leguntur; dubitandum non inmerito a nobis existimo, hosce autores nunquam fortasse, neque viventem plantam uspiam offendisse, atque multo minus sincerum ejus succum inspexisse, cunctaque potius aliorum relatione, quam vera observatione de eo ab his prodita esse. Qua de causa non ab antiquis scriptoribus, inter se de Balsami historia discordantibus veritas hæc petenda esset, sed ab his populis præsertimque medicis, qui loca, in quibus Balsamum omnium scriptorum consensu vixit, perpetuo habitarunt, & sæpissime observarunt.

[29] Xylobalsamum &c. *Theophrastus* loc. citato. εὔοσμα δὲ σφόδρα καὶ τὰ ῥαβδία. καθαίρειν γὰρ καὶ τῶδε ἕνεκα, καὶ τῆ διαφόρου πωλεῖσθαι τιμῆς καὶ τὴν ἐργασίαν τὴν περὶ τὰ δένδρα σχεδὸν πάντων αἰτίαν εἶναι, καὶ τῆς βροχῆς. βρέχεσθαι δὲ συνεχῶς. συναιτίαν δὲ δοκεῖν εἶναι τῶ μὴ μεγάλα γίνεσθαι τὰ δένδρα, καὶ τὴν τῶν ῥαβδίων τομήν. διὰ γὰρ τὸ πολλάκις ἀποκείρεσθαι, ῥάβδους ἀφιέναι. καὶ ὐκ εἰς ἓν ἐκτείνειν τὴν ὁρμήν. Quin & virgas ejusdem arboris odorem suavissimum præstare affirmant; & quidem eas quoque amputari quotannis; partim ut reliqua valentiora serventur, partim ut emolumenti plus comparetur; nam & eas magno quoque posse pretio vendi. Et hæc quidem causa, cur studiose colatur hæc arbor, ac rigetur; sæpe enim horti rigandi; virgarum autem amputationem causam quandam esse ajunt, cur arbores magnæ non fiant; etenim quia frequenter tondantur, virgas tantum producunt, nec in unum caudicem vires intendunt. *Strabo* l. cit. μεγάλη ὖν ἀπ' αὐτῶν ἡ πρόσοδος καὶ τῷ ξυλοβαλσάμῳ ὡς ἀρόμασι χρώνται. Maximus quidem ex eis (palmis & Balsamo) proventus est, quia etiam Xylobalsamo pro aromata utuntur. *Diodorus Siculus* loc. cit. Γίνεται δὲ περὶ τὺς τόπυς τύτυς ἐν αὐλῶνί τινι καὶ τὸ καλύμενον βάλσαμον, ἐξ ὗ πρόσοδον λαμπρὰν λαμβάνυσι, ὐδαμῦ μὲν τῆς ἄλλης οἰκυμένης ἑυρισκομένυ τῦ φυτῦ τύτυ, τῆς δ' ἐξ αὐτῦ χρείας εἰς φάρμακα τοῖς ἰατροῖς καθ' ὑπερβολὴν εὐθετύσης. Ibi in convalle quadam Balsamum, quod vocant, gignitur, unde luculentum ipsis vectigal accedit; propterea quod nusquam alibi in orbe terrarum hæc stirps inveniatur; quæ præclarum quoque ad pharmaca medicis usum præstat. *Plinius* l. c. Et sarmenta quoque in merce sunt; DCCC. amputatio ipsa surculusque venit intra quintum demum annum. Xylobalsamum vocatur, & coquitur in unguentis. Pro succo ipsum substituere officinæ; Corticis etiam ad medicamenta pretium est. *Alpinus* de Plantis Ægypti cap. 14. Ejus lignum gummosum, leveque apparet, colore exterius subrubro, cujus ramuli eodem colore conspicui sunt, longi, recti, graciles, paucis foliis inordinatim referti, foliaque simul terna, aut quina, aut septena alæ adnata aliquo pacto lentisci foliorum æmula. Sunt ramuli odorati, gummosi, digitisque contrectati eis tenaciter adhærentes. Idem in Dialogo *de Balsamo* cap. 6. De Xylobalsamo vero non puto a nobis multa esse dicenda, quando non ita omnibus, ut Corpobalsamum ignotum videatur, esse illas virgas communiter ab omnibus Pharmacopæis pro Carpobalsamo receptas, & iis tamen non utantur, argumentum erit certissimum, ipsas redolere odorem Opobalsami, & Carpobalsami, eundemque gustui saporem etiam præseferre. Optimæ autem existunt sarmentosæ, tenues, fulvæ, & recenter excisæ, odorem Opobalsami manifestissimum spirantes. Quem odorem eximium spirare a *Theophrasto*, ac *Serapione* proditum est. His vero recentibus Pharmacopæi uti debent, cum parvo etiam tempore omni odore, ac sapore destituantur; tanta est enim illius humidæ substantiæ, in qua odor saporque fundantur, tenuitas, ut cito exsolvatur, simulque cum ea sapor, atque odor evanescat. *Alpin*. Fascem recentissimum Virgarum Dominicus a Rege, noster Pharmacopola ab amico suo Turca, apud oppidum Sues, illuc Meccha advectum habuit, qui multum Opobalsami odorem spirabat, qui tamen paucis mensibus fere omnino ex-

no exsolutus est. Multas virgas recentes habui, quæ apud me adhuc asservantur; quas comparatas cum iis, quæ apud Venetos Pharmacopolas sunt, easdem utique esse sine dubio cognoscitur, quæ si recentes conservarentur, veritas hæc omnibus esset manifestissima, ita validus ac manifestus in iis odor Opobalsami perciperetur, ex quo omne dubium ex ipsorum animis sponte excidisset.

3° Semen &c. *Plinius* l. c. Semen ejus est vino proximum gustu, colore russum, nec sine pingui, pejus in grano, quod levius atque viridius. *Serapio* cap. 140. Et granum ejus, quod nominatur Carpobalsamum, est granum rotundum, ad longitudinem aliquantulum tendens, ad acuitatem in duobus capitibus, medio vero grossius, cujus color tendit ad rubicunditatem, & est plenum, grave, mordens linguam mordicatione aliqua, non multa, & quando frangitur, interius habet humiditatem similem melli, & est odor ejus bonus. *Theophrastus*. καρπὸν δὲ παρόμοιον τῇ τερμίνθῳ καὶ μεγέθει, καὶ σχήματι καὶ χρώματι. Fructus similis terebintho magnitudine, figura, & colore. *Aetius* quoque in compositione malabatrini unguenti scribit Balsami fructum esse similem terebintho. *Alpinus* de Plantis Ægypti cap. 14. Flores fert parvos albos Acatiæ floribus proximos, ternos singulis alis appensos, quasi in umbellæ forma, summe odoratos, odor paululo temporis resolvitur, a quibus semina promanant flava folliculis nigris subrubescentibus contenta, valde odorata, intusque humorem flavum melli persimilem habentia, sapore subamaro parumque acri linguam ferientia, Opobalsamumque redolentia, terebinthi fructuum figuræ & magnitudinis æmula, extrema aculeata & medium crassum obtinentia. Et in *Dialogo de Balsamo* cap. 6. Restat modo ut de ejusdem plantæ fructibus, & virgis, quod apud nostros dubii superfit, ab illorum animis evellas. Quando vulgaria semina pro vulgari falso Carpobalsamo a multis recepta, quorum ad nos singulis annis multa copia advehitur, verum esse antiquorum Carpobalsamum me judice etiam affirmandum sit. Animadvertendum tamen est, duplex genus Carpobalsami circumferri, & utrumque pro Balsami seminibus apud nonnullos recipi, quorum unum semen est terebinthi magnitudine, atque fere etiam forma, rotundumque & oblongum, ovo simile, in extremis acutum, flavum, folliculo nigro rubescente undique contectum; hocque verum est antiquorum Carpobalsamum. Alterum vero pseudo-Carpobalsamum huic admodum magnitudine, colore, figuraque est simile; differt tamen a vero, quia ipso est oblongius, ex medietate tantum folliculo contectum est, nam illud extremum, quod suo pediculo appensum est, folliculo caret, minimeque eo totum contegitur, sed tantum ad ejus usque medietatem. De hoc vero, quod falso pro Balsami semine me judice recipitur, non loquimur, quanquam odoratum sit, atque aromaticum; illudque fortasse esset, quod olim *Dioscoridis* tempore ex Petra oppido Arabiæ pro Carpobalsamo adsportabatur, & quo verum Carpobalsamum adulterabatur, si piperis saporem præseferret. De altero vero ab hoc prædictis notis discrepante, quod præsertim a falso differt, quia totum folliculo suo contectum est, quando falsi, ut jam dictum est, tantum medietas folliculo contecta appareat, a nobis sermo habendus est. Audio nunc Venetiis omnes Pharmacopolas consilio excellentissimi Collegii medicorum in componenda Theriaca, atque Mitridato, pro veris Balsami fructibus Juniperi fructus substituere; quod quanta dignum reprehensione sit, ac in quanto illi versentur errore, vobis doctissimis viris nunquam latuit. Et utinam nunc perspectis rationibus iidem non permittant sine his tanto artis cum dedecore (quando hæc omnia non sit difficile apud eos reperiri) Theriacam atque alia medicamenta amplius parari; sed vereor ne magis in antiquis erroribus persistere, quam rei veritatem amplecti velint. *Abdel.* Quid? etiamne fructus Balsami, quorum in Italiam, aliaque loca hinc copia multa advecta, illis non deest, negant veros esse, atque pro eis in componenda Theriaca aliisque medicamentis baccas Juniperi substituunt? Quid de te audio? pudet me tantorum medicorum, qui hos hactenus veros fructus neglexerint, minimeque his utantur. Sed quibus rationibus adducti, negant ista semina merito ex te pro vero antiquorum Carpobalsamo recepta, veros esse fructus Balsami. Annon ipsorum magnitudo, color, & forma ad eos recognoscendos satis illis erunt? *Theophrastus* dicit; illos esse similes terebinthi fructibus magnitudine, figura, ac colore. Et clarius *Serapio* ex *Dioscoridis* mente hunc in modum eos descripsit: & granum quidem ipsius, quod nominatur Carpobalsamum, est granum rotundum, ad longitudinem aliquantulum tendens ad acuitatem in ambobus capitibus, in medio vero grossius. Cujus color tendit ad rubicunditatem, & est plenum, grave, mordens linguam mordicatione aliqua non multa, & quando frangitur interius, habet humiditatem similem melli, & ejus odor est bonus. At *Dioscorides* addidit; hoc semen redolere Opobalsamum. Certe ut verum fateor, fructus Balsami ab Italis tuis medicis atque Pharmacopæis neglecti, tum *Serapionis* descriptioni omnino respondere cognoscuntur, tum etiam notis a *Theophrasto* allatis, quando hi colore, figura, atque magnitudine vere fructibus terebinthi proximis spectentur. *Serapio* vero eos multo diligentius ac exquisitius declaravit, qui ipsos grana esse rotunda statuit, oblonga, extremis acutis, & medio crassiore, ad coloremque subrubrum tendentia, gravia plenaque esse, ac modice gustum mordentia, quæ intus substantiam melli similem habent, ex quibus notis vulgare Carpobalsamum verum omnino esse certissime ostenditur: sed quamobrem isti negent hos veros Balsami esse fructus, scilicet Carpobalsamum antiquorum? *Alpin.* Omnes uno ore prædicant prædicta semina non una at omnibus carere prædictis notis, quibus ea prædita esse *Dioscorides* omnium antiquorum in Plantarum descriptione facile primus, memoriæ olim prodiderat, hisque speciatim verbis: Quare eligatur flavum, plenum, grande, ponderosum, mordens gustum, fervens in ore modice, Opobalsamum olens. Dicunt itaque isthæc semina a vobis pro Carpobalsamo monstrata, non flava, ut *Dioscorides* docuit, sed nigra subrubescentia spectari, vacuaque non plena esse, levia & non gravia, parva & non magna, neque gustum aliquo pacto mordere, neque Opobalsamum olere. Hisque rationibus negant illa semina verum Carpobalsamum antiquorum esse, sed potius ea, quæ olim ex Petra oppido Arabiæ advecta, verum Carpobalsamum adulterari *Dioscorides* animadvertit, quod ipse hisce verbis docuit, dicens: Adulteratur semine hyperico simili, quod a Petra oppido defertur, sed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignavia, sapore piperis. Idemque fere *Plinius* testatum relinquit. Atque hæc sunt adversus Balsami vulgares fructus a quampluribus Italiæ, aliarumque nationum Medicis & Pharmacopæis disputata. *Abdach*. Ex his duobus alterum verum esse arbitror; vel illos scilicet viros, a te recitatas Carpobalsami notas nunquam probe cognovisse, aut nunquam fructus vel semina, quæ præ oculis omnes hi Pharmacopolæ quotidie habent, inspexisse, quod si illi hæc aliquando inspexissent, ac recte observassent, proculdubio fieri non potuisset, ut ex omnibus notis ipsos non agnovissent, veros esse Balsami fructus, quando non solum falsum sit ipsos omnibus notis a *Dioscoride* traditis carere, sed ne unam quidem illis deesse. Nam isthæc semina sunt humiditate melli simili plena, quorum si multa facta intus ii inspexissent, nisi cæci omnino fuissent, fieri nullo modo poterat, ut non id animadvertissent. Cernuntur etiam longe hyperici seminibus majora, sunt gravia cum aliqua mordicatione, atque Opobalsami odoris fragrantia, quorum saporem atque odorem unusquisque gustu ac olfactu minime destituto poterit

terit cognoſcere. Nemo mea quidem ſententia erit, qui prius Opobalſamum olfecerit, ac guſtaverit, mox iſta fracta ſemina olfaciendo & guſtando, in ipſis eundem ſaporem, atque odorem Opobalſami apertiſſime non cognoſcat. *Abdel*. Veriſſima prædicas neque indigna, ut ab illis Medicis audirentur, ac animadverterentur. Nam hæc ſemina vulgaria a nobis pro Carpobalſamo recepta, eadem eſſe quæ in multis Arabiæ Felicis locis ſupra Balſami frutices colliguntur, omnes qui illa loca peragrarunt, vere teſtantur; neque ullis unquam aliis Ægyptii Pharmacopæi pro Balſami fructibus ad componenda medicamenta uſi fuere. Neque aliorum Ægyptiorum memoria conſtat, unquam ex Petra oppido, quod nunc Meccha dicitur, alios quam hos fructus pro Carpobalſamo ad nos delatos fuiſſe. Neque *Galenus* exiſtimat homines in eorum ſeminum cognitione hallucinari, ac decipi poſſe, quando in lib. de Antid. dixerit, Carpobalſamum non poſſe adulterari, idque merito, cum minime fieri poſſe videatur, ut aliquis qui vera Balſami ſemina ſemel tantum viderit, poſſet ab aliis decipi; ſed concedatur poſſe adulterari, tamen cognoſceretur id ſaltem, ut *Dioſcorides* docuerat, inanitate, parvitate, & ſapore piperis. Verum non poſſum non vehementer illos Medicos admirari dicentes, notas a *Dioſcoride* nobis Carpobalſami eo traditas fuiſſe, ut iſta ſemina ab aliis diſtinguerentur, quando ipſe illas notas non ob id tradiderit, ſed potius, ut iis homines perdocti ſeligerent ex ſeminibus Balſami ea, quæ flava exiſtunt, plena, majora, gravia, ſapore, atque odore Opobalſami prædita, quoniam hæc ceteris meliora exiſtunt. Quis ignorat agricolas etiam ipſos aliqua ſemina ementes, ſive triticum ſit, ſive hordeum, deligere plena, magna, ponderoſa, optimi ſaporis, atque odoris, abjicere inania, parva, levia? Quamobrem iſtud? quia hæc inutilia, illa optima exiſtunt. *Alpin.* Dicunt flavum colorem, quo vera ſemina Balſami ſpectari *Dioſcorides* tradidit, in iſtis ſeminibus non conſpici, cum ipſa ſubrubra potius, & nigreſcentia cernuntur. *Abdel*, Recte dicunt, ſed hinc co jicitur, ipſos minime eſſe in horum ſeminum obſervatione exercitatos, ſeduloque nunquam ea inſpexiſſe, quoniam ſi ſæpe multa ſedulo, variiſque modis obſervaſſent, proculdubio duplici colore referta eſſe cognoviſſent, quippe nigro rubeſcente, ſuis folliculis veſtita, hiſque ſpoliata, ac nudata flavo. Ex qua obſervatione nec *Dioſcoridem*, docentem illud ſemen flavum eſſe, nec *Theophraſtum* cum *Serapione* ſubrubrum nigreſcens, talium prodidiſſe patet; quando hi ſemen veſtitum ſuo folliculo, quod nigrum ſubrubeſcens cernitur, & *Dioſcorides* folliculo ſpoliatum, quod flavum eſt, intellexerint.

[31] Adulteratur &c. *Plinius* ibid. Adulteratur Petræo hyperico, quod carguitur magnitudine, inanitate, longitudine, odoris ignavia, ſapore piperis.

[32] Præcipua autoritas &c. *Plinius* ibid. Præcipua autem gratia lachrymæ, ſecunda ſemini, tertia cortici, minima ligno. Ex hoc buxoſum eſt optimum, quod eſt odoratiſſimum; ex ſemine autem maximum, & ponderoſiſſimum, mordens guſtu, ferveníque in ore.

[33] Par bovum &c. *Plinius* a jugo bovum dictum ſcribit lib. VIII. eo quod tantum fere ſpatii uno jugo bovum in die arari poſſit. *Varro* lib. primo cap. 10. Jugerum quod quadratus duos habeat. Actus quadratus, qui & latus pedes centum viginti, & longus totidem; is Modius ac Mina Latine appellatur. Jugeri pars minima dicitur ſcrupulum, i. e. decem pedes, & longitudine quadratum. *Colum.* lib. v. cap. 1. Igitur jugerum, ut diximus, habet quadratorum pedum millia XXVIII. & DCCC. qui pedes efficiunt ſcrupula CCLXXXVIII.

[34] Paraſangam &c. Paraſanga fuit variæ menſuræ. *Herodotus* lib. v. cap. 53. παρασάγγης δύναται τριάκοντα στάδια; alii 60. teſte *Strabone*. *Auctor Etymologici*. Παρασάγγαι, τριάκοντα στάδια παρὰ Πέρσαις, παρ' Αἰγυπτίοις δ' ἑξήκοντα.

35. Tribus diebus &c. *Radak* in *Joſ.* II. 16. שלשת ימים ארז"ל מגיד ששרתה רוח הקדש על רחב שישובו לסוף שלשת ימים שאילו לא שרת' עליה רוח הקדש מאין היא יודע' שעתידין לחזור לסוף שלשת ימים ועל דרך הפשט כי מדרך השכרה אמרה זה כי מיריחו עד הירדן יום אחד או יותר מעט וחשבה כי בין הליכתן ושובם וחפירתם וחפוש בכל הדרך יהיו שלשת ימים. *Tribus diebus*. Dixerunt Sapientes noſtri ſ. m. hinc innoteſcit, quod Spiritus ſanctus habitaverit in Rahab, quod eſſent redituri in fine trium dierum; quia ſi non habitaſſet ſuper illa Spiritus ſanctus unde poterat ſcire, quod eſſent reverſuri in fine trium dierum? & literaliter, quia ex modo intelligentiæ dixit, quod ab Jericho uſque ad Jordanem eſſet unus dies, aut paulo amplius; & ſupputaverit, quod in eundo, redeundo, perſequendo, & perveſtigando in toto itinere forent tres dies.

[26] Pinguedinem Jericho &c. *Siphri* 11. 4. והיה כי תלך עמנו וכי מה טובה התובו לו אמרו כשיהו ישראל מחלקי' את הארץ הניחו דושנה של יריחו חמש מאות אמה על חמש מאות אמה א"ל כל מי שיבנה בית הבחירה בחלקו יטול דושנ' של יריחו נתנוהו ליונדב בן רכב חלק בראש והיו אוכלי' אותו ארבע מאות שנה וארבעי' שנה לצאת בני ישראל ממצרים צא מהם ארבעים שנה שהלכו במדבר נמצאו אוכלים אותו ארבעים שנה וארבע מאות שנה וכיון ששרת שכינה בחלקו של בנימן באו בני בנימן ליטול חלקם באו ופינו אותו מפניהם שנ' ובני קיני חותן משה. *Cumque nobiſcum veneris*; Et quonam bono benefecit illi? Dixerunt; quando Iſraelitæ diviſerunt terram, reliquerunt pinguedinem Jericho quingentos cubitos quaquaverſum patentem; Dixerunt; In cujus parte ædificabitur domus electa, accipiet pinguedinem Jericho; Et dederunt Jonadab filio Rachab partem in principio; & de ea comederunt quadringentos & quadraginta annos poſt exitum filiorum Iſrael ex Ægypto; de quibus ſi detrahantur quadraginta anni, quibus ambularunt in deſerto, deprehendentur ex ea comediſſe quadringentos, & quadraginta annos; & poſtquam habitavit Divinitas in portione Benjamin, venerunt filii Benjamin ad recipiendum partem ſuam, & illi abjeruunt; dictum eſt enim *Judic.* I. 16. *Filii autem Cinæi cognati Moyſi*. Ibid. 61. 4. וכן אתה מוצא כשחלק יהושע ארץ ארע ישראל לשבטים הניח דושנה של יריחו חמש מאות אמה על ארבע (lege חמש) מאות אמה ונתנה לבני יונדב בן רכב חלק בראש והיו אוכלים אותה ארבע מאות וארבעים שנה שנ' ויהי בשמונים שנה וארבע מאות שנה צא מהם אותן ארבעים שנה שהיו ישראל במדבר נמצאו אוכלים אותן ארבע מאות וארבעים שנה וכששרת שכינה בחלקו של בנימן עמדו לפינו אותו מלפניהם שנ' ובני קיני חותן משה עלו מעיר התמרים ויאמר משה לחובב בן רעואל המדיני חותן משה וכי עלת על לב שאמר משה ליתרו בוא וניתן לך חלק בארץ ישראל והלא כבר נאמר לכה אתנו והטבנו לך ומה ת"ל כי יי' דיבר טוב על ישראל זו דושנה של יריחו שהיו אוכלים אותה בני בניו של יתרו קודם שיבנה בית הבחירה לשבטים ויאמ' אליו לא אלך אמר לו למחר כשתחלק ארץ ישראל לשבטים אי זה שבט מכם שיתן לי כרם אחד בתוך שלו או תלם אחד בתוך שלו אלא הריני הולך לארצי ואוכל פירות מארצי ואשתה יין מכרמי וכן אתה מוצא בישראל כשהניחו מקום פירות מאכל ומשתה והלכו להם לעדר במדבר הלכו ללמוד תורה מיעבץ מי היה יעבץ זה היה עתניאל בן קנז. Similiter tu deprehendis; quod quando diviſit Joſue terram Iſraelis tribubus, repoſuerit pinguedinem Jericho quadringentos cubitos undequaque patentem, dederitque filiis Jonadab filii Rechab partem in principio; atque ex ea comederint quadringentos, & quadraginta annos; dictum eſt enim 1. *Reg.* VI. 1. *Factum eſt ergo quadringenteſimo & octogeſimo anno*; ſi ex his detrahantur quadraginta anni, quibus fuit Iſrael in deſerto; deprehendentur ex ea comediſſe quadringentos & quadraginta annos; & quando habitavit Divinitas in portione Benjamin, ſurgentes abierunt; dictum eſt enim J. *Judic.* 16. *Filii autem Cinæi cognati Moyſi, adſcenderunt de civitate palmarum. Dixitque Moyſes Hobab filio Raguel Madianitæ, cognato ſuo. Num.* x. 29.

x. 29. Putasne, quod Mose dixerit Jethro; veni, & dabo tibi partem in terra Israel? Nonne dictum est ibid. *Veni nobiscum, ut benefaciamus tibi?* Et cur dictum est ibid. *Dominus bona promisit Israeli?* Hæc est pinguedo Jericho, de qua comederunt filii filiorum Jethro, antequam extrueretur domus electa pro Tribubus. Cui ille respondit, *Noli abire*; Dixit illi; in posterum quando dividetur terra Tribubus; quænam erit Tribus, quæ mihi dederit in medio sui unam vineam, aut porcam agri in medio sui; ideoque revertar in terram meam, & comedam fructus de terra mea; & bibam vinum de vinea mea. Atque ita tu deprehendis de Israele, quando reliquerunt locum fructuum ad edendum & comedendum, & iverunt in Arad in deserto, & profecti sunt ad discendam legem ab Jabes; quis erat Jabes? erat Othoniel filius Cenez.

37 Hierusalem &c. *Radak* ad *Jerem.* xxxv. בית הרכבים מבית חובב חותן משה היו ונקראו בית הרכבים על שם רכב אבי יונדב שהיה גדול המשפח' וכן אמר בדברי הימי' המה הקנים הבאים מחמות אבי רכב והשקית אותם יין אע"פ שהם לא שתו וגו' שומר הסף סף הוא כלל לכלי הבי' וכלי היין והזולח' ות"י שומר הסף אמרכלא כי יונדב בן רכב אבינו ר"ל אבי אבינו כי הנה מצאנו יונדב בן רכב כשמלך הוא בן נמשי וממנו עד מלכות יהויקים קרוב לש' שנה ולא היה לכם טמעו על כלם לא בית ולא כרם ולא שדה לא יהיה לכם לא במתנ' ולא במקח מאח' למען תחיו ימים רבים כי הבתים והשדות והכרמי' מעכבי' את האדם במקומו יהיה רעב או חרב וימות בקוצר ימים מדאג' וכשלא יהיה לו במקומו כל זה שיראה טוב בזה המקום ישב בו וכשירא' רע ילך למקו' אחר שיהי' בו בטוב לפיכך צוה להם שיהיו יושבי אהלי' ויסעו ממקו' למקום וגו' ויהי בעלות נבוכד נצר ונאמ' באו ונבוא בואו לשון זרוז כמו לכו ונלכה הוקם את דברי יהונדב הוקם לשון יחיד על רבים כי מלת את כוללת את הרבוי ואשלח אמור ואל תלכו אחר שאמר שובו והטיבו כי עבודה זרה שקילה בנגד כל העברות ושבו אל האדמה כמו על וכן אל ההרים לא אכל על מצות יהונדב כמו אל וכן אלקנה הרמתה על ביתו כמו אל ביתו לכן לא יכרת איש ליונדב בן רכב עומד לפני כל הימים תירגם יונתן משמש קדמי ובדברי רבותינו ז"ל ר' יהודא אומר וכי גרים נכנסים להיכל והלא אף ישראל אין נכנסין אלא שהיו יושבי' בסנהדרין ומורין בדברי תורה וי"א בנותיהם נשואות לכהני' והיו מבני בניהם הקריבים על גבי המזבח. *Domum Rechabitarum*; de Domo Hobab cognati Mosis; & vocabantur domus Rechabitarum ex nomine Rechab patris Jonadab, qui fuit maximus familiæ; & sic dicitur in 1. *Paral.* II. 53. *Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore patris domus Rechab; Et dabis eis bibere vinum*; quamvis non biberent &c. *In Gazophylacium*; Gazophylacium comprehendebat & vasa domus, & vasa vini & adspersionis; & *Jonathan* שומר הסף interpretatur אמרכלא sc. thesaurarium. *Quia Jonadab filius Rechab, pater noster*, sc. pater, patris nostri; quia invenimus vixisse Jonadab filium Rechab regnante filio Namsi; & inde usque ad regnum Joachin præteriere fere 60. anni. *Et domum non ædificabitis, & vineam & agrum non habebitis*; non in donum, neque per emtionem. *Ut vivatis diebus multis*; quia domus, & agri, & vineæ morantur hominem in loco suo; erit esuriens, & desolatus, & morietur ex anxietate brevi tempore; & quando non erit in loco suo, in quovis loco viderit bonum, ibi permanebit, & quando malum, ibit in locum alium, ubi habitet; Ideoque illis præcepit, ut in tabernaculis habitarent, & de loco in locum transirent &c. Cum autem adscendisset Nabuchodonosor. Et dictum est: *Venite & ingrediamur*; festinanter; huic simile dictum est; לכו ונלכה. Prævaluerunt sermones Jonadab; הוקם, numero singulari super multis; quia hæc vox comprehendit multitudinem. *Misique*. Dicit; & nolite sequi; Et eo quod dicitur; *Convertimini, & bene facite*; quia Idololatria æquiparatur omnibus prævaricationibus; *Et habitabitis in terra*; quasi על, sc. super; Pariter dictum est; אל super montibus ne comedas; על præceptis Jonadab, quasi אל. Et similiter dictum est 1. *Sam.* II. 11. *Et abiit Elcana in Ramatha* על *in domum suam*, quasi אל *in domum suam*. Idcirco; *non deficiet vir de stirpe Jonadab filii Rechab stans in conspectu meo omnibus diebus*; *Targum Jonathan*; *ministrans coram me*; Et in verbis Sapientum nostrorum f. m. R. Jehuda dicit; Ecquid? Proselyti ingrediebanturne in templum? Cum ipsis Israelitis illuc ingredi non liceret; Verum sedebant in Sy hedrio, & docebant verba legis; & nonnulli dicunt; quod eorum filiæ nuberent sacerdotibus, & filii ex eorum filiis offerrent super altare. Jonadab erat ex posteritate Jetro. *Siphri* 11. ויאמר משה לחובב חובב היה שמו רעואל היה שמו שנ' ותבואנה אל רעואל אביהם כשהוא אומר וחבר הקיני נפרד מקין מבני חובב חותן משה וכי חובב היה שמו והלא רעואל היה שמו ומה ת"ל ותבואנה אל רעואל אביהם מלמד שהתינוקות קורים לאבי אביהם אבא ר' שמעון בן מנסיא אומ' רעואל היה שמו ריע של אל שנ' ויבוא אהרן וכל זקני ישראל ר' דוסתאי אומר קיני היה שמו ולמה נקרא שמו קיני שפירש מעשה קניי דבר שמקנאי בו של הם קנאוני בלא אל ואומר אשר שם מושב סמל הקנאה המקנה ר' יוסי אומר קיני היה שמו ולמה נקרא קיני שקנה שמים וארץ ר' ישמעאל בר' יוסי אומר רעואל היה שמו ולמה נקרא שמו רעואל שריעה לאל שנ' ריעך וריע אביך אל תעזוב ר' שמעון בן יוחי אומר שני שמות היו לו חובב ויתרו יתרו על שם שייתר פרשה אחת בתורה שנ' ואתה תחזה מכל העם והלא אף בידי משה היו מסיני שנ' ואם את הדבר הזה תעשה ולמה נתעלם מעיני משה לתלות זכות בזכאי כדי שיתלה הדבר ביתרו חובב על שחיבב את התורה שלא מצינו בכל הגרי שיחבבו את התורה כיתרו וכשם שחיבב יתרו את התורה כך חיבבו בניו את התורה שנ' הלוך את בית הרכבים ודבר אליהם דברי יי' הואיל וביה זה עתיד ליחרב רואים אותו באילו הוא חרב עכשיו וביה לא תבנו וזרע לא תזרעו ונשמע לקול יונדב בן רכב ונשב באהלים ונשמע ונעשה ככל אשר צינו יונדב אבינו על ששמעו למצות יונדב אביהם העמיד מהם המקום סופרים שנ' ומשפחת סופרים יושבי יעבץ תרעתים שמעתים סוכתים הרעתים על ששמעו תרועה מהר סיני תרעתים על שם שהיו מתרעים ומתענים תרעתים על שם שלא היו מגלחים תרעתים על שם שהיו יושבים בפתח שערי ירושלם שמעתים על שם ששמעו מצות אביהם סוכתים על שם שלא סכו את השמן סוכתים על שם שהיו יושבים בסוכות יושבי יעבץ שהניחו את יריחו שנ' המה הקינים הבאים שהיו בארץ ישראל והלכו להם אצל יעבץ לערוד ללמד היםינו הורה שנ' ויקרא יעבץ לאלהי ישראל ויבא לו אלהי' את אשר שאל הם חסידי' ממי ילמדו והוא חסיד למי ילמד באו חסידים ללמוד אצל חסיד שנ' ובני קיני חותן משה ומניין שבניו של יונדב בן רכב הן הן בניו של יתרו שנ' המה הקינים הבאים מחמות מה שכר נטלו על כך ולבית הרכבים אמר לא יכרת איש ליונדב בן רכב עומד לפני כל הימים ר' יהושע אומר גרים נכנסים להיכל והלא כל ישראל לא נכנסו להיכל אלא שהיו יושבים בסהנדרים ומורים דברי תורה ויש אומ' מבנותיהם נשואות לכהנים והיו מבני בניהם מקריבים לגבי מזבח. *Dixitque Moyses Hobab*; Hobab erat ejus nomen; Raguel erat ejus nomen; dictum est enim *Exod.* II. 18. *Quæ cum revertissent ad Raguel patrem suum*; Quando vero dicit *Judic.* IV. 11. *Haber autem Cinæus recesserat quondam a ceteris Cinæis fratribus suis filiis Hobab soceri Moysi*; Hobabne erat ejus nomen? Nonne Raguel erat ejus nomen? Et cur dictum est; *Quæ cum revertissent ad Raguel patrem suum*? Docemur; quod pueri patrem sui patris appellent patrem. R. Simeon ben Menasia; Raguel erat ejus nomen; sc. socius Dei; dictum est enim *Exod.* XVIII. 12. *Veneruntque Aaron & omnes seniores Israel*. R. Dosthai dicit; Keni erat nomen ejus; & cur vocatum est nomen ejus Keni? Quia separavit se ab re, quæ facit Deum Zelotypum; sicuti dictum est *Deut.* XXXII. 22. *Ipsi me Zelotypum fecerunt in eo qui non erat Deus*. Pariterque dictum est *Ezech.* VIII. 3. *Ubi statutum erat idolum Zeli*: quod excitat zelotypiam. R. Jose dicit; Keni erat nomen ejus; & cur vocabatur Keni? Quia sibi comparavit cœlum & terram. R. Ismael bar R. Jose dicit; Raguel erat nomen ejus; & cur vocabatur nomen ejus Raguel? quia factus est socius Dei; Dictum est enim. *Prov.* XXVII. 10. *Amicum* (Hebræus socium) *tuum, & amicum* (Hæbræus socium) *patris tui ne dimiseris*. R. Simeon ben Jochai dicit; duo habebat nomi-

nam,

nam, Hobab, & Jetro. Jetro, quia ejus causa addita fuit una Parascha legi; dictum est enim *Exod.* XVIII. 21. *Provide autem de omni plebe*; Nonne hoc notum erat Mosi de Sinai? dictum est enim ibid. 23. *Si hoc feceris*. Et cur hoc absconditum fuit oculis Mosis? ut attribuatur meritum ei, qui dignus factus est, ut res Jetro attribuatur. Hobab; quia amavit legem; Neminem invenimus ex omnibus proselytis qui amaret legem æque ac Jetro; Quemadmodum Jetro amavit legem, ita pariter ejus filii amarunt legem; dictum est enim *Jerem.* XXXV. 2. *Vade ad domum Rechabitarum, & loquere ad eos verba Domini*. Quoniam hæc domus diruenda erat, quasi tum dirutam eam considerarunt; Dictum est enim ibid. 7. *Et domum non ædificabitis, & sementem non seretis &c. Obedivimus ergo voci Jonadab filii Rechab --- Et habitavimus in tabernaculis, & obedientes fuimus, juxta omnia, quæ præcepit nobis Jonadab pater noster*. Quia obedierunt præceptis Jonadab patris sui, constituit eos Deus scribas (sc. Doctores;) dictum est enim 1. *Paral.* II. 55. *Cognationes quoque scribarum habitantium in Jabes*, תרעתים שמעתים סוכתים, *canentes, atque resonantes, & in tabernaculis commorantes*. תרעתים quia audiverunt clangorem de Sinai. תרעתים; quia clangebant, & jejunabant; תרעתים, quia se non abradebant. שמעתים, quia audiverint præceptum patris sui. סוכתים; quia habitabant in tabernaculis. יושבי יעבץ *habitantes in Jabes*; quia dereliquerunt Jericho. *Hi sunt Kinæi, qui venerunt; qui erant in terra Israel, & se contulerunt ad Jabes in Arad, ut ab eo addiscerent legem*; dictum est enim Ibid. IV. 10. *Invocavit vero Jabes Deum Israel ---- & præstitit Deus, quæ precatus est*. Hi erant Chasidæi, sc. pii, a quonam doceri debebant? Et ille erat pius, quemnam do ere debebat? Venerunt pii, & a pio docti sunt; dictum est enim *Judic.* I. 16. *Filii autem Cinæi soceri Moysi adscenderunt de civitate palmarum*. Et unde probantur filii Jonadab filii Rechab fuisse posteri Jetro? Ex eo quod dictum est 1. *Paral.* II. 55. *Hi sunt Kinæi qui venerunt de Chamat*. Quam mercedem acceperunt? *Domui autem Rechabitarum, dixit Jeremias: Hæc dicit Dominus exercituum; Pro eo quod obedistis præcepto Jonadab patris vestri -- Non deficiet vir de stirpe Jonadab filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus*. R. Jehosua dicit; Proselytine ingrediebantur in templum? Cum Israelitis in templum ingredi non liceret. Verum sedebant in Synhedrio, & docebant verba legis. Et nonnulli dicunt; eorum filiæ nubebant sacerdotibus, & filiorum suorum filii offerebant super altare.

[38] Non deficiet &c. Celebratur præ ceteris fœdus percussum a Deo cum filiis Jonadab in *Mekiltha* 23. 2. ר׳ נתן אומר גדול הברית שנכרתה
עם יונדב בן רכב מהברית שנכרתה עם דוד שהברית
שנכרתה עם דוד לא נכרתה אלא על תנאי שנ׳ אם
ישמרו בניך בריתי ואם לאו ופקדתי בשבט פשעם
אבל הברית שנכרתה עם יונדב בן רכב לא נכרתה
עמו על תנאי שנ׳ לכן כה אמר יי׳ צבאות לא יכרת
איש ליונדב בן רכב עומד לפני כל הימים שלשה
דברים נתנו על תנאי ארץ ישראל ובית המקדש
ומלכות בית דוד חוץ מספר תורה ובריתו של אהרן
שלא נתנו על תנאי ארץ ישראל מנין שנ׳ השמרו
לכם פן יפתה לבבכם ונו׳ וחרה אף יי׳ בכם ובית
המקדש מנין שנ׳ והבית אשר אתה בונה אם תלך
בחקתי ואת משפטי תעשה ושמרת את כל מצותי
ללכת בהם והקימותי את בריתי אתך אשר דברתי
אל דוד אביך ונו׳ ואם לאו והיתה הארץ לשמה על
יושביה ומלכות בית דוד מנין שנ׳ אם ישמרו בניך
את בריתי ונו׳ ואם לאו ופקדתי בשבט פשעם ומנין
לספר תורה שלא ניתנה על תנאי שנ׳ תורה צוה
לנו משה מורשה ומנין לבריתו של אהרן שלא נתנה
על תנאי שנ׳ ברית מלח עולם היא והיתה לו ולזרעו
אחריו ברית כהונת עולם ומנין לבני יונדב בן רכב
שהם מבני בניו של יתרו שנ׳ המה הקנים הבאים
מחמת אבי רכב הם בקשו את הרב ויעבץ בקש חכמה
שנ׳ ויקרא יעבץ לאלהי ישראל לאמר אם ברך תברכני
והרבית את גבולי והיתה ידך עמי ועשית מרעה
לבלתי עצבי ויבא אלהים את אשר שאל אם ברך
תברכני בתלמוד תורה והרבית גבולי בתלמידי׳ והית׳
ידך עמי שלא אשכח את משנתי ועשית לי מרעה
שתעשה לי ריעים כמותי לבלתי עצבי שלא יעציבני
יצר הרע מלעסוק בתורה ויבא אלהים את אשר
שאל מלמד שנתן לו מה ששאל. R. Nathan dicit; majus fuit fœdus, quod percussum fuit cum Jonadab filio Rachab, fœdere, quod percussum est cum David; Etenim fœdus, quod percussum est cum David, non percussum est nisi cum conditione; dictum est enim; *Si custodierint filii tui fœdus meum*. Si minus; *& visitabo in virga prævaricationes eorum*. At fœdus percussum cum Jonadab filio Rechab, non fuit percussum cum eo cum conditione; Dictum est enim; *Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Non deficiet vir de stirpe Jonadab filii Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus*. Tria data sunt cum conditione, terra Israel, & domus sanctuarii, & regnum domus David, excepto libro legis, & fœdere Aaronis, quæ non data sunt cum conditione. Terra Israel unde probatur? Ex eo quod dictum est. *Deut.* XI. 16. *Cavete ne forte decipiatur cor vestrum &c. iratusque Dominus contra vos*. Et domus Sanctuarii unde probatur? Ex eo quod dictum est. *Domus hæc quam ædificas, si ambulaveris in præceptis meis, & judicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, firmabo sermonem meum tibi, quem locutus sum ad David patrem tuum*. Si minus; *Terra desolabitur super ejus habitantes*. Et regnum domus David unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Si custodierint filii tui fœdus meum &c.* Si minus; *Visitabo in virga prævaricationes eorum*. Et unde probatur liber legis non datus esse cum conditione? Ex eo quod dictum est *Deuter.* XXXIII. 4. *Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem*. Et unde probatur fœdus Aaronis non percussum esse cum conditione? Ex eo quod dictum est *Num.* XXV. 13. *Et erit tam ipsi, quam semini ejus pactum sacerdotii sempiternum*. Et unde probatur pro filiis Jonadab filii Rechab, qui erant filii ex filiis Jetro? ex eo quod dictum est; *Hi sunt Kinæi, qui venerunt de Chamath patris Rechab*; Illi quæsierunt magistrum, & Jabes quæsivit sapientiam; dictum est enim. *Invocavit vero Jabes Deum Israel, dicens: Si benedicens benedixeris mihi; & dilataveris terminos meos; & fuerit manus tua mecum, & feceris me a malitia non opprimi; & præstitit Deus quæ precatus est. Si benedicens benedixeris mihi*; in studio legis; *& dilataveris terminos meos*; in discipulis; *& fuerit manus tua mecum*; ne oblivioni detur studium meum; Et feceris mihi voluntatem, ut faciam mihi socios mihi similes; לבלתי עצבי; ne dolore me afficiat concupiscentia mala in studio legis. *Et præstitit Deus, quæ precatus est*; ad docendum, quod dederit ei Deus, quæ postulavit.

[39] Tria genera &c. In hoc hallucinatus est *Plinius*, uti supra demonstratum est.

[25] Alexandro Magno &c. *Arrianus* lib. ſeptimo. Τῆς τε χώρας ἡ εὐδαιμονία ὑπεκίνει αὐτὸν, ὅτι ἤκουεν ἐκ τῶν λιμνῶν κασίαν γίγνεσθαι αὐτοῖς, ἀπὸ δὲ τῶν δένδρων τὴν σμύρναν τε καὶ τὸν λιβανωτόν. ἐκ δὲ τῶν θάμνων τὸ κινάμωμον τέμνεσθαι. οἱ λειμῶνες δὲ ὅτι νάρδον αὐτόματοι ἐκφέρουσι. Invitabat eum (Alexandrum) præterea opulentia regionis (Arabicæ) quod audiſſet Caſiam paluſtribus locis apud eos naſci, ex arboribus myrrham & thus legi, ex fruticibus Cinnamomum reſcindi, prata ſua ſponte nardum gignere.

[26] Sabotam &c. *Peripli autor* iterum. ὑπέρκειται δ' αὐτῆς μεσόγειος ἡ μητρόπολις σάββαθα, ἐν ᾗ καὶ ὁ βασιλεὺς κατοικεῖ. πᾶς μὲν ὁ γεννώμενος ἐν τῇ χώρᾳ λίβανος εἰς αὐτὴν ὥσπερ ἐκδοχεῖον εἰσάγεται, καμήλοις τε καὶ σχεδίαις ἐν τοπίαις δερματίναις ἐξ ἀσκῶν καὶ πλοίοις. Supra hanc Sabata metropolis mediterranea ſita eſt, in qua rex ſedem ſuam habet. In hac thus quod in regione illa naſcitur, ceu commune quoddam receptaculum, partim camelis, partim ratibus quibuſdam vernaculis pelliceis, quæ ex utribus confectæ ſunt, partim denique aliis navibus convehitur.

[27] Decimas Deo &c. *Theophraſtus* ibid. τὸν δὲ ἱερέα παραγενόμενον, τὸ τρίτον μέρος λαβόντα τῆς τιμῆς τῷ θεῷ, τὸ λοιπὸν αὐτοῦ καταλιπεῖν. Sacerdotem deinde venire, parteque tertia pretii Deo accepta, reliquum ibidem relinquere.

[28] Per Gebanitas &c. Catabanenſes a *Strabone* lib. XVI. appellantur. Ac ultima (inquit) regio de qua ante diximus, a quatuor maximis nationibus inhabitatur, a Minæis, qui in parte ſunt. Rubrum verſus, maxima eorum civitas Carna ſive Carana. Hos ſequuntur Sabæi, quorum metropolis eſt Mariaba; tertii ſunt Catabanenſes, qui & ad anguſtias, & ad Arabici ſinus tranſitum deſcendunt. Eorum regio dicitur Tamna. Ad orientem in primis ſunt Chatramotitæ urbem Catabanum habentes, earum quæque ſub ſuo principe eſt, & felices ſunt, & optimas templorum ac regiarum conſtructuras habent, domicilia vero lignorum compage, Ægyptiacis ſimilia; & plus regionis occupant quatuor præfecturæ, quas Nomos vocant, quam Ægyptiacum Delta --- Catabania thus gignit. Chatramotitica myrrham, & tum hæc tum alia aromata mercatoribus præponuntur, qui ad eos ex Elanis Menæam veniunt in diebus ſeptuaginta. Elana urbs eſt in altero receſſu Arabici ſinus, qui apud Gazam eſt nomine Elaniticus, quemadmodum jam diximus.

פרק ה'

במור

אחרי הלבונה חכמינו ז"ל בפרק קמא דכריתות מנו המור שנכתב גם כן בתורה במנין הסממנים הנכנסים בשמן המשחה והוא החמשי בסדר סממני הקטורה ובידעת מהותו נלאו מפרשי התור' והפוסקי' הרבה כי אנקלוס הגר ז"ל תרגם מירא דכיא ויונתן בן עוזיאל ז"ל תרגם ואנת סב לך בושמין בשרוייה מור בחיר והירושלמי גם כן כתב כמוהו ואנת סב לך רישי בוסמין טבין מור בחיר ורש"י ז"ל השמיט פירושו גם בתורה גם בשיר השירים והרמב"ם ז"ל בהלכות כלי המקדש פרק ראשון כתב המור הוא הדם הצרור בחיה שבהודו הידוע לכל שמת בשמים בה בני אדם בכל מקום והראב"ד ז"ל השיג עליו ואמר אין דעתי מקבלת שיכנסו במעשה הקדש דם שום חיה בעולם כל שכן דם חיה טמאה אולי גם הוא טעה בזה שאני מכל האנשים שדברו על החיה שעושה המוסקו לא יכלתי להעיד מפיהם בברור שתהיה טמאה אבל המור אמר הראב"ד ז"ל הוא האמור בשיר השירים באתי לגני אחותי כלה אריתי מורי עם בשמי והוא והוא ממין עשב או ממין אילן וריחו נודף ולא השיג הראב"ד ז"ל כל מה שהיה יכול להשיג

CAPUT QUINTUM.

De Myrrha.

Poſt thus ſapientes noſtri f. m. in cap. primo *Cherithuth* numerarunt myrrham, quæ pariter commemoratur in lege in ſpeciebus aromatum, ex quibus componitur oleum unctionis, & eſt quintum in ordine aromatum ſuffitus; & in ea cognoſcenda defatigati ſunt interpretes legis, & multi definitores; quod *Onkelos* proſelytus f. m. interpretatur: *myrrham puram*; & *Jonathan ben Uzielis* f. m. interpretatur. *Et tu ſume tibi aromata in principio myrrham electam; & Hieroſolymitanus* ad ejus ſimilitudinem ſcribit; *& ſume tibi primitias aromatum bonorum myrrham electam*. Et *Raſchi* f. m. ita exponit in commentario legis & in *Cantic. Cantic.* & *Maimonides* f. m. in conſtitutionibus de vaſis ſanctuarii cap. primo ſcribit. *Mor eſt ſanguis concretus feræ, quæ eſt in India, notus omnibus, quo ſe ubique homines delicati flagrant*. Et in hoc errat *Rabad* f. m. dicens; ex traditione non accepi, quod in opus ſanctum ingrederetur ſanguis feræ, & multo minus ſanguis feræ immundæ. [In hoc quoque errat; quod ego ex omnibus autoribus qui locuti ſunt de fera, quæ producit muſcum, non potui plane cognoſcere, quod ſit immunda]. Sed Mor [inquit *Rabad* f. m.] commemoratur in *Cantic.* v. 1. *Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis*. Et eſt ex ſpecie herbæ aut ex ſpe-

להשיג על מי שיאמין שהמור יהיה המוסקו
ואני לא באתי לבלבל העולם בהשגות על
כן אשמיט אותם ואבקש האמת ממי
שאמרו והראב״ע ז״ל כתב ומלת מור קצרה
והגאון תרגמה מוסקו והנה איננו מעצים
אף על פי שיש לו ריח טוב אולי בסבור
זה הפרידו הכתוב מהבשמים כי כתוב
אריתי מורי עם בשמי והנה הוא מלוקט
ואומרים המביאים אותו כי הוא נעשה
בגרון הצבי והנה כתוב וידי נטפו מור אולי
כן הוא ביותו לח והרד״ק ז״ל כתב בשרש
מור החכם הר׳בע ז״ל כתב יש שפירשוהו
מוסקו ואם היה מור מוסקו לא היה אומר
אריתי מורי כי המוסקו אינו צמח שיארה
והוא פירש אותו בשם ממני הצמחים
שיתלקט ובמחילה מכבודו אני אברהם לא
מצאתי דברים כאלה בהראבע ז״ל הוסיף
רד״ק ז״ל ואמר רבינו חיי ז״ל פירש שהוא
שרף עץ שיש לו ריח טוב הנקרא בערבי
לובני אלהבהבאן ולזה הפירוש יתכן לומר
אריתי מורי ואני לא מצאתי פירוש מהמלות
האלה לא במאטיא סילואטיוק ולא באנדריאה
בילוניסו על כן לא ידעתי מה רוצה לומר
רבינו חיי בשרף עץ הזה ובעל הערוך ז״ל
כתב בריש כריתות מור וקציעה מור ואהלו׳
בלשון יון מוסקו ואני עד היום לא ידעתי
שהמוסקו הריחני יקרא כן בלשון יון
והמוסקו שקראו היונ׳ בריאון אינו המוסקו
הריחני מהבעל חי הזה אך הוא הדבר
דומה לצמר לבן שיש לו ריח ערב שנולד
על קליפת אילני הארז הישנים ושאר
אילנות הדומים לו כמו באילן שקראו
היונים פיבקי בלאטינו פיציאה בערבי ארץ
ודעו גם כן בני כי פיטרו אנדריאה
מאטיאולו טעה גם הוא עם הרופא
סיראפיאוני הערבי בדבר המוסקו הריחני
כי באמת כאשר קראתי במבחרי׳ החדשים
ששטו כמעט בכל העולם שכתבו בזמנינו
כל דברי המוסקו כמו עדים של ראייה

שאני

ſpecie arboris, & ejus odor eſt excellens. Neque *reprehendit Rabad* ſ. m. ea omnia, quæ potuit reprehendere contra illum, qui dicit Mor eſſe muſcum. At ego non veni ad perturbandum mundum erroribus, ideoque dimittam, & inquiram veritatem ab iis, qui dixerunt. *Arab* ſ. m. ſcribit; vox Mor eſt difficilis; & Gaon interpretatur muſcum, non vero ex arboribus, quamvis in eo ſit odor bonus. Qua de cauſa ſeparat textus ab aromatibus; quia ſcriptum eſt: *meſſui myrrham meam cum aromatibus*; ecce colligitur; & dicunt, qui illum adducunt, quod naſcatur in gutture capreæ; Et ecce, ſcriptum eſt *Cantic.* V. S. *Manus meæ ſtillaverunt myrrham*. Fortaſſe ita eſt, dum eſt recens. Et *Radach* ſ. m. ſcribit in radice מור; ſapiens *Arab* ſ. m. ſcribit; ſunt qui interpretantur Muſcum; ſi ita eſſet; non dixiſſet; *meſſui myrrham meam*; quia muſcus non germinat, & ille interpretatur nomine ſpecierum germinantium, quæ colliguntur. Et cum venia ejus honoris ego Abraham non inveni res hujuſmodi in *Arab* ſ. m. Addit *Radach* ſ. m. dicens; Magiſter noſter *Chjia* exponit eſſe radicem ligni, cui ſit odor bonus, quod Arabice לובני אלבהבאן appellatur; & hæc expoſitio conveniens eſt ad id quod dictum eſt; *meſſui myrrham meam*. At ego non inveni has voces in *Matthæo Sylvatico*, neque in *Andræa Bononienſi*; ideoque ignoro, quid intelligat *Chjia* de radice hujus ligni. Et Autor *Aruch* ſcribit; In principio *Cherituth*, מור & קציעה מור & alias Græce dici Muſcum. At ego uſque ad hanc diem ignoravi Muſcum odoriferum ita Græce appellari; & Moſchus, qui Græcis βρύον appellatur, non eſt muſcus odoriferus ex hoc animanti productus; ſed eſt res ſimilis [1] lanæ albæ, cui eſt odor gravis, quæ naſcitur ſuper cortice arborum cedri veterum, & reliquarum arborum illi ſimilium, ſicut in arbore, que Græce πεύκη Latine Picea, & Arabice Arz appellatur. Præterea ſcitote mei filii errare *Petrum Andræam Mattioli* cum medico *Serapione* Arabe circa Muſcum odoriferum; quia equidem, uti legi in recentioribus ſcriptoribus, qui pene peragrarunt univerſum orbem terrarum qui tanquam teſtes oculares de Muſco omnia ſcripſerunt, quod in ea regione, ubi invenitur animans, Muſcus extrahatur ex eo animanti eo modo quo in ſuperioribus capitibus deſcripſi. Additque Autor *Aruch* ſcribens; & dictum

eſt

שאני הארץ ההיא שנמצאת שם החיה מוציאים המוסקו מהבעל חי הזה באופן ההוא עצמו אשר כתבתי בפרקים הקודמים הוסיף לכתוב בעל הערוך ואמר בפרק תשיעי ממקואות ואלו חוצצין בכלים הזפת והמור בכלי זכוכית איכא דאמרי החמר חמר כמו והחמר היה להם לחמר מור כמו מר ואהלו' איכ' דאמרי מור מאסטיקי כדאמרינן בתוספתא המור והקומוס והרמב"ן ז"ל כתב השכימו המפרשים והרב רבי משה מכלל כי המור הוא נקרא מוסקו ורבי אברהם השיב כי אינו בשם אף על פי שריחו טוב ואולי בעבור זה הפרידו הכתוב מן הבשמים והוא הקשה כי כתיב אריתי מורי שהוא דבר מלוקט ואומרים המביאים אותו כי הוא נעשה בגרון הצבי ועוד הכתוב וידי נטפו מור ואולי כן הוא בהיותו לח ויתכן שיאמר אריתי מורי בעבור כי הוא דם נצרר בבטן החיה הדומה לצבי הידועה בארץ הודו ובלכתה בין השיחים בימי תחום הגדול מגררת בנפח ההוא והדם יוצא צרור ולוקטין אותו מן האחו ואמר וידי נטפו מור כי הכתוב ידמה ריחו כאלו ידיו תטופנה בריח ההוא נטפי מים

ואחרי' אמרו אולי אמר זה על הרא"בד ז"ל איך יכנס בקטרת ובשמן הקדש דם חיה טמ"א וגם זו אינה קושיא כי הלוחות ההוא הנאסף בה מרוב הדם ויזוב ממנה בחיים אין בו לא טומאה ולא מאוס ופירושו דרור מלשון וקראתם דרור שיהיה חפשי מן הזיוף והתערובת ואולי נאמר שהצריך הכתוב להיותו חפשי לומר שיוקח מהצבי ההוא בהיותו חפשי מתהלך בין ערוגות הבשמים ומתענג כרצונו כי כאשר ילכד ויעמוד ברשות אדם לא יעשה מור כי אם מעט ואיננו מבושם וזה דבר ברור ועם כל זה הנראה אלי מדברי רבותינו ז"ל שאין המור מוסקו שהם אמרו במדרש חזית מור אינברנון והמוסקו אף בלשון חכמים כך שמו מוסקו כמו שאומר בברכות חוץ ממוסקו מפני שהוא מין חיה וכן שם בירושלמי בר ממומקין וכתב בעל הערוך כי גם שמו כן בלשון יון ועוד אמר במדרש חזית צרור המור דודי לי זה אברהם מה המור הזה ראש לכל מיני בשמים כך אברהם ראש לכל הצדיקים מה המור

הזה

est in cap. nono *Michuoth* ; & hæc separant in vasi ; pix , & Mor in vasis vitreis; nonnulli dicunt: Chomer Chomer; uti dictum est *Gen.* XI. 3. Et cæmentum erat illis in malum . Mor quasi amarum ; & nonnulli dicunt , Mor esse mastychen ; sicuti dictum est in *Tosaphtha* ; Mor & gummi . Et *Ramban* f. m. scribit ; conveniunt Interpretes , & sapiens R. Mose generaliter , quod Mor appelletur muscus . Et R. Abraham respondet non esse aroma , quamvis ejus odor sit bonus ; Qua de causa separat textus ab aromatibus ; at hoc est difficile; quia scriptum est ; *messui myrrham meam* ; ut sit res , quæ colligatur ; & dicunt, qui illum afferunt, quod nascatur in gutture capreæ; & præterea ex textu ; *manus meæ stillaverunt myrrham* ; hinc necesse est, ut sit humor; & conveniens est ad id quod dictum est ; *messui myrrham meam*; quia est sanguis concretus in ventre feræ , quæ similis est capreæ , que nota est in regione Indiæ; quod pertransiens inter arbusta in diebus æstus raptat tumorem ; exitque sanguis concretus , & colligitur ex palude Quod vero dicitur ; *& manus meæ stillaverunt myrrham*; quia scriptura assimilat ejus odorem ; quasi manus ejus exundatæ distillarent cum illo odore guttas aquæ.

Et alii dicunt : [Hoc dictum est contra *Rabad* f. m.] Quomdo ingrediebatur in suffitum & in oleum sanctum sanguis feræ immundæ? Hæc non est oppositio quia hic humor colligitur ex multo sanguine , & profluit ex illa , dum est vivens , non est in eo neque immundities , neque fœtor . Et exponunt דרור ex sensu , quo dicitur ; *& vocabitis libertatem* ; ut sit sc. Mor liber ab adulteratione , & commixtione. Et hoc quod dictum est , quod textus obliget, ut sit libera; significat , quod sumatur ab caprea ipsa ; cum est libera, incedit inter sulcos aromatum , & deliciatur juxta lubitum suum ; quia quando apprehenditur , permaretque in potestate hominis , non producit nisi parum Musci , neque est odoratus , & hoc satis notum est . Illud quoque manifestum ex verbis sapientum nostrorum f. m. Mor non esse muscum , quod dicitur in *Midrasch Chazit* Mor אינברנון . Et muscus in lingua sapientum vocatur quoque muscus ; uti dictum est in *Berachot* ; excepto musco , quia est species feræ . Atque ita in *Hierosolymitana* dicitur , excepto musco. Et scribit autor *Aruch* , quod ita

quo-

הזה אינו מפיח אלא באור כך אברהם לא נודעו מעשיו עד שהושלח לכבשן האש מה המור הזה כל מי שלוקטו ידיו מתמרמרות כך אברהם ממרר עצמו ומסגף עצמו ביסורים והנה המוסקו ריחו מפית בלא אור ועוד שנינו אלו חוצצין בכלים הזפת והמור וכו' על המרדעות רשב"ג ז"ל אומר עד כאיסר האיטאלקי וקתני זה הכלל כל המקפיד עליו חוצץ וכל שאיני מקפיד עליו אינו חוצץ ואין המוסקו דבר נרבק כזפת שיחוץ ואם שמא מתקנין אותו בענין שידבק בכלים אינו מקפיד עליו שיחוץ אפילו על המרדעת והקרוב שהוא הנקרא כן בלשון ערבי מור שיש ממנו מינים מורא חמאר ואביץ ובו מקטירין וריחו מפיח באור ביותר והנה כל הלשונות עברית וארמית וגם הערבית שוות בו ובלשון אגדה פרסית או יונית נקרא אנברנון קרוב לזה וגם בלשון רומיים נקרא מירה ולהשוות הלשונות בו נראה שהוא המין ההוא והוא יחשב בסמים ומה שאמרו שהוא ראש לכל הבשמים שהזכירתו תורה ובראשם או שהוא בהקטרה משובח מכלם ואפשר שימצא עוד במיניו בעל ריח מבושם ביותר והוא והוא הנקרא דרור והלוקט לזה ידיו מתמרמרות שהיא מר כלענה ושנו בספ"ר דברים שאי אפשר לדעתן כגון המערב מים ביין קומוס במור כי זה מזייפים אותו הנקרא צמג אלערבי שהוא נדמה לו ולכך אמר מור דרור שהיה נקי מהזיוף שמזייפין אותו תמיד ויתכן כי לשון דרור בכל מקו' נקיות וכן וקראת דרור בארץ לכל ישביה שיהיו כל בעלי הארץ נקיים מעבדו' ומכל שעבוד בגופם ובארצותם כלשון ובעל השור נקי ומה שאמר הכתוב וידי נטפו מור ואצבעותי מור עובר יתכן שיהיה פרושו או שערו וידי נטפו שמן מור כי המנהג לסוך בו גם חידים לעדן ולרכך אותם כדכתיב ששה חדשים בשמן המור ופירושו

בו

quoque Græce appelletur. Et prærerea dicitur in *Medrasch Chazit*. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi* ; *Cantic.* I. 12. Hic est Abraham ; sicut Mor est principium omnium specierum aromatum, ita Abraham fuit princeps omnium justorum ; sicut hoc Mor non emittit odorem nisi igne ; ita Abrahami non innotuerunt opera, donec projectus fuit in fornacem ignis. Si quis hoc Mor decerpserit, ejus manus amarore inficiuntur ; ita Abrahamus se ipsum amaritudine affecit, & se conjunxit afflictionibus. Et ecce muscus odorem emittit sine igne. Et præterea legimus; hæc separant in vasis ; pix & Mor &c. De clitellis *Ralbag* f. m. loquitur usque ad assarium Italicum, docetque ; hæc est regula generalis ; omne quod curæ est separat, & quod non est curæ, non separat ; neque Muscus adhæret sicut pix, quæ obturat. Si vero ille præparetur, ut adhæreat in vasis, non curæ est, quod obturat, vel in clitellis. Et accedit, quod Arabice quoque appelletur Mor, ex quo sint species myrrhæ Mora, Chomar, & Avitz quo suffitum faciunt, & in igne est odoratior. Et ecce omnes linguæ, Hebraica, Syriaca, atque etiam Arabica in hoc sunt pares. Et ex sensu Agada lingua Persica, aut Græca vocatur אנברנון, quæ vox huic proxima est ; & Romana lingua appellatur Myrrha ; Cum in hoc pures sint linguæ, hinc apparet, quod sit species præstantissima in aromatibus; & quod dixerunt, quod sit principium omnium aromatum, quæ a lege commemorata sunt ; aut sit in suffitu omnium præstantissima. Et fieri potest, ut inveniatur præterea in ejus speciebus aliqua odoratior, & appellatur דרור, & qui decerpit, ejus manus amarore inficiuntur, eo quod sit amara quasi absynthium. Et variæ sunt sententiæ in scriptoribus rerum, ut impossibile sit eas cognoscere, veluti si quis aquas vino miscuerit : gummi in Mor; etenim adulteratur gummi, quod vocatur צמג אלערבי, quod illi simile est; ideoque dicitur מור דרור ut sit purum adulteratione, qua semper adulteratur; & conveniens est; quia semper דרור significat puritatem; & sic dictum est *Lev.* XXV. *& vocabitis libertatem in terra pro omnibus ejus habitatoribus* ; ut habitatores terræ sint puri a servitute, & ab omni qui servit in corpore suo, & in terris eorum; juxta sensum ; *Dominus bovis* נקי. *Exod.* XXI. 28. Quod vero dicitur in textu ; *& manus meæ stillaverunt myrrham, & digiti mei pleni myr-*

rha

בו שמן זית שלא הביא שליש מפני שמיר
את השער ומעדן את הבשר והענין כי
השמן הזה מתקנין אותו במור ונקרא כן
וזה טעם נטפו ויתכן כי יוציאו מן המור
שמן כאשר נעשה במסטיקי וזולתו מהצמנים
והנה ראוי לקרותו מור ושמן המור וגם
רבינו בחיי ז״ל כתב והסכימו המפרשים
והר״מבם ז״ל כי מור דרור אלמוסק וכן
דעת רבינו סעדיה גאון ז״ל וידוע כי המוסקו
כו׳ והעתיק כל מה שכתבתי מהר״מבם ז״ל
ובסוף דבריו עשה פשרה אחרת ואני לא
ידעתי מה טיבה סוף דבר גם החכם
אבארבאנילו ז״ל כתב שהמור הוא המוסקו
ואני נשארתי מרעיד ואשתומם מאד על
כל רבותינו ז״ל הנזכרים כי נעלם ממני איך
לא בקשו לדעת אמתות הדבר הזה משלמה
המלך ע״ה שהעיד עליו הכתוב ואמר ותרב
חכמת שלמה מחכמת כל בני קדם וגומר
וידבר על העצים וגו׳ הלא הוא הראה להם
כמעט באצבע מה הוא המור ולא כחש
דרשו מעל ספר שיר השירים וקראו פסוק
זה אלך לי אל הר המור ואל גבעת הלבונה
שאמרו שלמה הן מצד החכמה שנתן
האלדים בקרבו והן מצד מה ששמע ממלכת
שבא שדבר עמה פה אל פה והיא הביאה
לו מארצה המור ושאר הבשמים הצומחים
שם ככתוב גמלים נושאים בשמים לרב וגו׳
לא בא כבושם ההוא עוד לרוב אשר נתנה
מלכת שבא וגו׳ עד שידע שלמה ממנה
בברור היכן צומח המור והיכן הלבונה ואיך
בקשו החכמים האלה המור מן הבהמה
או מן החיה אם המור הוא אילן צומח על
ההרים הרמים והלבונה נמצאת בקרוב
מקום על הגבעות הנשאות כמו שידע גם
החכם שסדר המעמדות שאמר ועתה

בעונותינו

rba probatissima ; conveniens est ut ita conjectetur, & exponatur; *Manus meæ stillaverunt* oleum Mor; quia usitatum est ex eo ungi manus voluptatis & mollitiei gratia, sicuti scriptum est; sex nova sunt in oleo Mor; & in eo exponunt, oleum olivæ quod in tertiam partem non sit maturatum abripit pilum, & emollit carnem. Et propterea quod instituerunt hoc oleum in Mor, atque ita appellatur, ideo hic est sensus illius quod dictum est; *Stillarunt*: & conveniens est; quia extrahunt ex Mor oleum, sicut fit in mastyche, præter hoc ab aliis floribus. Et ecce conveniens est, ut appelletur Mor, & oleum Mor. Atque etiam magister noster *Bachjia* f. m. scribit; conveniunt Interpretes, & *Maimonides* f. m. quod מור דרור sit muscus, atque hæc est sententia præceptoris nostri *Saadiæ Gaon* f. m. Et constat quod muscus &c. Et describit ea omnia, quæ descripsi ex *Maimonide* f. m. & in fine facit unam interpretationem; at ego non intelligo, quinam sit ejus sensus. Ut sit loquendi finis: sapiens quoque *Abarbanel* f. m. scribit Mor esse muscum. At ego factus sum tremens, & miratus sum summopere de omnibus sapientibus nostris f. m. jam commemoratis, quod mihi latturit, quomodo non inquisierint notitiam veritatis hujus rei ab Salomone rege, super quo pax, de quo testata est scriptura ubi dictum est 1. *Reg.* IV. 31. *Et erat sapientior cunctis hominibus &c. Et disputavit super lignis &c.* Et hoc monstratum est illis quasi digito, quid esset Mor; neque falso exposuerunt ex libro *Cantic. Canticorum*, & legerunt hunc textum *Cantic.* IV. 6. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Qui dixerunt; hæc partim innotuisse Salomoni ex sapientia, quam dedit illi Deus, partim ex iis, quæ audivit ab regina Saba, cum qua locutus est ore ad os, quæ ex sua regione illi attulerat myrrham, ceteraque aromata, quæ ibi germinant sicuti scriptum est 1. *Reg.* X. 2. *Cum camelis portantibus aromata &c.* Et vers. 10. ibid. *Non sunt allata ultra aromata tam multa, quam ea quæ dederat regina Saba &c.* Ita ut plane ex ea cognoverit Salomon, ubi germinaret myrrha, & ubi thus. Et quomodo isti sapientes quæsierunt myrrham ex animanti, aut fera? Si myrrha est arbor, quæ germinat in montibus altissimis, & thus invenitur prope locum in collibus elevatis; sicuti pariter cognovit

sa-

בעונותינו אין לנו לא היכל ולא אל הר
המור כו׳ על כן דעו בני כי המור שהוא
הסם הנקרא בלשוננו הקדוש מור יקראו
אותו היונים סמירנה הלאטיני מירה
הערביים ליר או מור בו׳או שורק או מור
בו׳או חולם והלועזים מירה והיא זאת אשר
כתב לנו דיאוסקוריהי על נכון בספר
הראשון שלו פרק ס׳ד והיא היא הנכנסת
בקטרת לא זולת כי כן תרגם גם כן אנקלוס
ז׳ל מירא דכיא

אמר דיאוסקורדי המירה היא ליחה או
מיץ היוצאת מאילן אחד שצומח בארצות
הערב דומה לקוץ המצרי הנקרא בלשון
יון אקאנטא בערבי סוקאהא ובלאטינו
ובלעז ספינה איגיפציאה ומהחבורות
הנעשות באילן שלו יוצא ויורד השרף על
מחצלאות המוכנות לדבר הזה גם כי יש
ממנו שעומד כמו שהוא קרוש ומחובר על
גזע האילן והנה יש מהשרף הזה מין אחד
שהוא שמן מאד קראו אותו היונים
פיריאסמוס היינו צומח בארץ מישור כי
פיריאס בלשון יון רוצה לומר ארץ מישור
וכאשר יסחטו השרף יוצא ממנו הסטקטי
סטאקטי בלשון יון רוצה לומר הטיפה
הראשונה שיוצאת בסחיטה מהמירה
השמנה והרטובה עוד על המין הזה יש
מין אחר משרף המירה תנקרא גאביריאה
גאבים בלשון יון רוצה לומר מקום גבוה
אולי מפני שהאילן שלו צומח על ההרים
הרמים והדשנים והוא שרף שמן יותר
מהראשון וממנו יוצא כמות הרבה
מהסטאקטי יוה׳ ממה שיוצ׳ מהפיריאסמוס
והשרף הראשון במעלה הוא הטרוגלודיטו
נקרא כן מפני שבא מארץ הטרוגלודיטי
והוא ירוק כעשב ובהור ועוקץ הלשון וגם
לוקטים מחמירה מין אחר שהוא קטן
הטיפות והוא שני במעלה לטרוגלודיטו
ובעצמות חומרו הוא דומה לשרף נקרא
בלשון יון בדיליאון בלאטינו בדיליאוס
בערבי מולוקיל או מולוקאל או מוקול או
מוקיל ובלשון ספרד ולעז בדיליאז וריחו
הוא יותר עז ממנו וצומח במקומות
שהשמש יכה עליהם ויש מהמירה מין אחר
נקרא קאבקאליאו אולי מפני שמרוב יובשו
על שהוא רזה כשיקישו עליו ישמיע קול
כי הנה קאבקאליאון בלשון יון רוצה לומר
כלי המשמיע קולו כשיוריקו ממנו דבר מה
כמו מים או יין במהירות והוא שרף שהופג
והלך ריחו ממנו והוא שחור כמו דבר שצלו
אותו באש מאד והמין הנרוע מכלם הוא
הנקרא אירגאסימו בלשון יון אירגאטיס
רוצה לומר איש שדה נבזה ובעל מלאכת
פחותה והשרף הזה הוא יבש מעופש חד
הטעם ומראהו וסגלתו וכחו הוא דומה
לנומה הגרועה וגם האמיניאה היא רעה
אמיניאו בלשון יון רוצה לומר המגין עצמו
ממי

ſapiens, qui ordinavit ſtationes; qui dicit; nunc vero propter peccata noſtra non eſt nobis templum, neque mons myrrhæ &c. Qua de re ſcitote mei filii, quod Mor ſit aroma, quod noſtra lingua ſancta מור, & Græce σμύρνα, & Latine Myrrha, & Arabice Ler, aut Mur, cum vau Surech, aut Mor vau cholem, & Italice Mirra appellatur, eaque eſt, quam nobis ex propoſito deſcribit *Dioſcorides* lib. primo cap. 77. quæ indebatur in ſuffitum præter quam quod ita quoque interpretatur *Onkelos* f. m. מירא דכיא *myrrha pura*.

Dicit *Dioſcorides*. *Myrrha lachryma eſt arboris*, [2] *quæ in Arabia gignitur*, *non diſſimilis* [3] *Ægyptiæ ſpinæ*, quæ Græce ἄκανθα, Arabice Suchaha, & Latine & Italice Ægyptia ſpina appellatur; *e cujus vulnere deſluit lachryma* [4] *in ſubjectas tegetes*. *Alia circum caudicem concreſcit: Dicitur ex his aliqua* [5] *Pediaſimos*, *præpinguis* (Hæc Græce vocatur πεδιάσιμος i. e. germinans in terra pingui; quia Græce πέριος deſignat terram pinguem) *qua expreſſa* [6] *ſtacte emittitur* [ϛακτή Græce deſignat guttam, quæ prima manat expreſſa ex myrrha) *Alia* [7] *Gabiræa pinguiſſima* [Græce גביס deſignat locum altum quia hæc arbor germinat in montibus editis] *Læto & pingui ſolo naſcens*; *ea copioſam ſudat ſtactem*. *Omnium prima eſt*, *quæ* [8] *Troglodytica appellatur*, *accepto cognomine ab tractu in quo provenit ſplendens*, *ſubviridis*, *ac mordens*. *Quinetiam legitur tertia quædam*, *quæ Troglodyticæ ſecunda eſt*. *Mollis modo Bdelii* [quæ lachryma Græce βδέλλιον, Latine Bdellium, Arabice Molochal, aut Molechel aut Mochol, aut Mochel; & Hiſpanice & Italice Bdelio appellatur] *verum odore graviuſcula*, *apricis naſcens*. *Alia* [9] *Caucalis cognominatur* [propter multam ariditatem, quia eſt robuſta, quando irrigatur, auditur ſonitus, quia Græce χαυκάλιον deſignat vas edens ſonitum, quando ex eo effunditur feſtinater aliquid e. g. aqua aut vinum) *ſcabra præter modum*, *nigra & retorrida*. *Omnium deterrima*, *quæ dicitur* [10] *Ergaſima* [Græce ἐργασις deſignat agricolam contemtum, & vilem operarium] *pingui carens*, *cano ſitu obducta*, *acris*, *ad gummi imaginem vergens*, *& viribus ejus proxima*. *Improbatur* [11] *Amminea cognomine* (Græce hæc vox deſignat illum qui ſe tuetur ab eo, qui ſibi malum inferre velit, ita hæc lachryma propter vili-

ממי שרוצה להרע לו כן השרף הזה
לפחיתותו הוא מגין עצמו ממי שרוצה
להשתמש בו כי מפני גריעותו יניחוהו מן
הצד ומכל מיני המירה עושים ממנה
במלאכת היד פסטילי שהם חתיכות קטנות
מרובעות ומהשמנה הפאסטילי הם שמנים
ויש להם ריח טוב ומחיבשה הם יבשים
ובלי ריח והמירה היא יותר ריחנית כאשר
יעשו ממנה הפסטילי מבלי תערובת שמן
ומזייפין המירה עם הגומה שרויה במים
אשר נתנו בם מעט מהמירה הטובה
והמירה הנבחרת היא החדשה שתשבר
לחלקים בנקלה וקלה ושתהיה כלה מצבע
אחד ושהיא מראה בחלקים הנשברים
רישומים לבנים חלקים דומים לצפורן האדם
ושהיא קטנת הגרעינין מרה חדה חמה
וריחנית והגרועה היא הכבדה ושצבעה
דומה לזפת אמנם המירה ביאוטיקה והוא
שם מקום הוא שורש אילן אחד הצומח
בארץ הבביאוציאה והמובחרת ממנה היא
דומה בריחה לשרף המובחר מהמירה אשר
כתבנו ונותנים משרש העץ הזה גם
במומגרות הטובים והמובחרים עד כאן הם
דברי דיאוסקורידי ופירושי עליהם ועל כי
השמיט דברים שהם ראויים לנו שנדעם
בפרטי המור אעתיק לכם בפרק הזה מה
שאמרו גם כן עליו פליניאו וטיאופראסטו
ומדברי האנשים האלו המשיחים לפי תומם
תלמדו ששלמה המלך ע״ה מאות רבות
בשנים קודם להם ידע על נכון מה הוא
המור ומקומו לכן שר בשיר השירים אלך
לי אל הר המור.

אמר פליניאו בספר י״ב שלו פרק ט״ו וי״ו
יש מי שאמר שאילן המור צומח בשתוף
ביער ההוא עצמו שצומח בו אילן הלבונה
אבל הרבים אמרו שהאילן הזה הוא נפרד
מאילן הלבונה ושיצמח לבדו בלי שתוף
כי צומח במקומות רבים גם כן בארץ
הערב כאשר נראה כשנרצה למנות מיני
המור והנה המור הטוב מביאים אותו
מהיער ומבקשים המור הטוב גם כן אנשי
שבא מהטרולוגודיטי דרך הים והאילן
מהמור שנטעוהו בני האדם הוא יותר טוב
מהאילן הצומח מעצמו ויועיל לאילן הזה
החרישה בקרקע ורטיבות שרשיו בשפוך
מים קרים עליהם והאילן הזה הוא גבוה
חמש אמות ואינה נקיה קליפתו של אילן
זה מהחוחים והקוצים שעליה וגזע האילן
הוא קשה והוא עקום ויותר גם מגזע אילן
הלבונה ואצל שרשיו בפרט הוא יותר גם
ממה שהוא בחלקיו האחרים ובמקום אשר
אין שם הקוצים קליפת האילן היא חלקה
כמו שהיא קליפת האילן שעושה הפירות
ההם שנקראו בלשון רבותינו ז״ל בפרק
קמא דכלאים משנה ד׳ ובפרק קמא דדמאי
משנה א׳ עוזרדין ובלשון יון אויה בלאטינו
סורבה בספרד סורבאס בצרפת קורמיאירה
ובלעז קורבילי ואחרים אמרו שקליפתו היא
עם קמטים וקוצים והעלה שלו דומה לעלי
אילן הזתים ויותר מלא קמטים והוא גם
כן יותר חד והמלך גיובא אמר כי האילן

vilitatem defendit seipsam ab eo qui velit uti, eo quod ejus grana ex latere collocantur] *ex his* [12] *pastilli fiunt, sed e pinguibus pingues, e siccioribus haudquaquam pingues, & inodorati. Minus viribus pollet, quæ oleum non admisit, cum in pastillos digerebatur.* [13] *Adulteratur macerato gummi aqua, in qua myrrha maduerit.* [14] *Eligenda est recens, squallore obsita, levis, undique concolor quæ contracta internatos quasi ungues, candidos & leves ostendat, minutis globis, amara, acris, odorata, calefaciens. Supervacua & inutilis est gravis, coloris picei. Myrrha Boeotica* [hoc est nomen locis] *dissecta radix est arboris cujusdam in Boeotia nascentis. Melior est, quæ myrrham odore repræsentat suffimentis commodissime inseritur.* Hactenus verba *Dioscoridis*, & mei in ea commentarii. Et quoniam decerpsi ea, quæ conveniens erat, ut nobis innotescerent, de proprietatibus myrrhæ, describam in hoc capite ea quæ dixerunt quoque *Plinius*, & *Theophrastus*; ut ex verbis horum scriptorum, qui syncere loquuntur, addiscatis, quod Salomon, super quo pax, multis centenis ante annis recte cognoverit, quid esset myrrha, & situm ejus; Idcirco cecinit in *Cantic.* IV. 6. *Vadam ad montem myrrhæ.*

Dicit *Plinius* lib. XII. cap. 15. & 16. *Myrrham in iisdem sylvis permixtam arborem nasci tradidere aliqui, plures separatim. Quippe multis in locis Arabiæ gignitur, ut apparebit in generibus. Convehitur & ex sylvis laudata, petuntque eam etiam ad Troglodytas Sabæi transitu maris.* [16] *Sativa quoque provenit, multum sylvestri prælata. Gaudet rastris & ablaquationibus, melior radice refrigerata.* [17] *Arbori altitudo ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro & intorto, crassiore quam thuris, & ab radice etiam quam reliqua sui parte. Corticem levem similemque unedoni, scabrum alii spinosumque dixere* [juxta corticem arboris quæ producit fructus, qui sapientum nostrorum f. m. lingua cap. primo *Celaim*. sect. 4. & capite primo Demai sect. 1. עוזרדין sc. sorba, & Græce ὄυα, & Latine sorba, & Hispanice sorbas, Gallice Cornuera, & Italice sorba appellatur) *Folium olivæ, vero crispius, & aculeatum. Juba olusatri. Aliqui similem junipero* (quæ arbor Græce dicitur ἀρκευθὶς & Latine Juniperus, Arabice Arconas aut Archencas, Hispanice Enebro, & Gallice Genevre & Italice Ginepro.) *Scabriorem tamen spinisque horridam folio rotundiore, sed sapore juniperi. Necnon*

דומה לאילן הזיתים המדבריים אחרים
אמרו כי הוא דומה לאילן ההוא דנקרא
בלשון יון ארקיבטיס בלאטינו יוניפרוס
בערבי ארקומאס או ארקינקאס בספרד
איניכרו ובצרפת גיניבר ובלעז גיניפרו
ושקליפת המור היא יותר מלאה קמטים
ממה שהיא קליפת אילן הגיניפרו בעבור
הקוצים שיש בו ושעלה המור הוא יותר
עגול ממה שהוא עלה הגיניפרו אמנם טעם
העלה הוא דומה לו ואחרים אמרו והוא
שקר וכזב שהמור והלבונה יוצאים מאילן
אחד ובאילן הזה עושים החבורות גם כן
כמו שעושים באילן הלבונה להוציא השרף
שני פעמים בשנה ובזמנים ההם שיעשו
החבורות באילני הלבונה יעשו אותם גם
כן באילני המור אך החבורות הם מגזע
האילן עד הענפים החזקים שבראש האילן
וגם האילנות האלו קודם החבורות יזיעו
זיעה מבושמת נקראת סטאקטי והמור
אינו מובחר כמוה ואחרי הסטאקטי הוא
המור היוצא מהאילן הנטוע בידי אדם
והמור המדברי טוב הוא היוצא מהחבורות
בקיץ ומהמור כלו אנשי הארץ ההיא אין
נותנים ממנו חלק לאליל שלהם מפני
שהוא צומח גם כן בארצות אחרות
שאינם ממלכות שבא ועם כל זה נותנים
הרביעית ממנו למלך הגייאבאניטי ומשאר
המור עושים סחורה ושומרים אותו בסקים
של עור והאנשים העושים המוגמרות
בנקלה מכירים המור הטוב בריחו וגם
במשנינות שיש בו והנה מיני המור הם
רבים כי הטרוגלנדיטיקו המדברי הוא
הראשון במעלה השני לו הוא המיניאו
הפך זה כתב דיאיסקורידי כאשר ראיתם
ועם המיניאו נמנה האטראמיטיקו
והאבאריטיקו שהם ממלכות הגייאבאנטי
השלישי במעלה הוא המיאניאו והרביעי
הוא הקולאטיציאו והחמישי הוא המור
סימבראצינו נקרא בשם זה בעבור עיר
אחת ממלכות שבא שנקראת בשם הזה
והיא אצל הים הששי נקרא מוסאריטי
והוא לבן המובא כן מעיר אחרת בלבד
נקראת מיסאלו והנה הטרוגלודיטיקו הוא
מובחר מצד שמנינותו ומראהו יבש מבחוץ
והוא מבלי תקון כדמות אנשי השדה
המלובשים בבגדים צואי׳ הילואי׳ והמטולא
והוא יותר חד ממנה שהוא מין אחר
מהמור הסימבאראצינו אין לו הגרעותות
האלה ומצד המראה הוא טוב בתוארו
מהאחרים אך יש לו סגולה מועטת
והסגולה בכלל המובחרת במור תמצא
בחתיכות הקטנות כשאינן עגולות
וכשהקרישה תעשה ממיץ לבן רטוב ומעט
כמוש ושכאשר ישברו החתיכות ידמו
הרישומים שבם לצפורן לבן ושיהיה טעמו
נוטה למרירות מעט והמעלה השנית היא
כשיהיה המור מתוכו מצבעים שונים
והגרוע הוא כשהיה מתוכו שחור והרע
ממנו הוא כשיהיה שחור גם חוצה לווסך
שוויו של מור נמכר אינו אחד והוא כפי
מה שיזדמנו הקוני׳ הסטאקטי שוה משש׳
דנרים עד חמשים והמור היוצא מחבורת
אילן

fuere qui e thuris arbore 18 *utrumque nasci mentirentur. Inciduntur bis & ipsæ, iisdemque temporibus, sed a radice usque ad ramos, qui valent. Sudant autem sponte prius, quam incidantur, stacten dictam, cui nulla præfertur. Ab hac sativa, & in sylvestri quoque melior æstiva. Non dant ex myrrha portiones Deo, quum & apud alios nascitur. Regi tamen Gebanitarum quartas partes ejus pendent. Cetero passim a vulgo coemtam in folles confarciunt, ipsique unguentarii digerunt haud difficulter odoris atque pinguedinis argumentis. Genera complura. Troglodytica sylvestrium prima. Sequens Minæa* [In contrarium scribit *Dioscorides*, uti vidistis] *in qua & Atramitica est, & Ausaritis Gebanitarum regno. Quarta collatitia. Quinta Sembracena, a civitate regni Sabæorum mari proxima. Sexta quam Dusaritin vocant; est & candida uno tantum loco, quæ in Messalum oppidum confertur. Probatur Troglodytica pinguedine, & quod adspectu aridior est, sordidaque atque barbara* [juxta formam agricolarum, qui induunt vestes sordidas, & detritas, & laceras) *sed acrior ceteris. Sembracena prædictis caret vitiis, ante alias hilaris, sed viribus tenuis. In plenum autem probatio est minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis succi, & tabescentis, utque fracta candidos ungues habeat, gustu leviter amara. Secunda bonitas intus variæ. Pessima intus nigra: pejor si etiam foris. Pretia ex occasione ementium varia. Stactæ vero a* VI. *ad* L. *sativæ summum ad* XXII[c] *Erythrææ ad* XVI. *Hanc volunt Arabicam intelligi. Troglodytycæ nucleo ad* XIII. *ejus vero quam odorariam vocant ad* XIV. *Adulteratur lentisci glebis & gummi. item cucumeris succo* [qui Græce dicitur σίκυς ἥμερος, Latine Cucumis sativus, Arabice Chathe aut Chetha, quia ejus fructus æstate comestus refrigerat calorem extraneum, qui eo tempore dominatur; æstas enim Chaldaice dici-

אילן נטוע בידי אדם הוא שוה עד שנים ועשרים דינרים והאיריטריאו שוה עד ששה עשר דינרים ורוצים המדברים בו שזה הוא המור הערבי ושוויו של פרי המור טרוגלודיטיקו הוא עד שלש עשרה דינרים והמור הריחני שיוויו הוא עד ארבעה עשר דינרים ומזייף׳ המור עם עצי אילן הלינטיסקו ועם גומא וגם עם מיץ פרי האדמה הנקרא בלשון יון סיקיס אימירוס בלאטינו קוקומיר סאטיווס בערבי קאטי או קיטא אולי מפני שהוא פרי הנאכל בקיץ המקרר החום הנכרי המושל בעת ההיא כי תרגום קיץ הוא קייטא ובלעז קוקומירו וזה כדי ליתן בו מעט מרירות וגם יזייפו אותו עם קצף הכסף בלעז ספומה ארגינטי כדי שיכבידו את משקלו ושאר החסרונות ממנו יכירו אותם מצד הלעיסה כפה כי הגומא תודבק בשנים וגם במרמה מזייפים אותו עם המור ההנדי שמוציאין אותו ממין אחר של קוצים והדבר הזה בלבד מביאים מארץ הודו שהוא יותר נקל ההכרה משאר המור המזוייף להיותו רע באופן שיכירו פסלותו מבלי נסיון אחר ולהיות כי טיאופראסטו בפרק הזה עצמו שהוא הרביעי מהספר התשיעי שלו דבר בלבונה ובמור יחד ואני העתקתי לכם דבריו בלבונה בפרק שלפני זה אשמיט כל מה שדבר בה ואכתוב בלבד מה שכתב בפרטי המור.

אמר טיאופראסטו הלבונה והמור והקנה והקנמון צומחים באמצע ארצות הערב בין מלכות שבא ואדראמיטא וציטיבינא ומאמאלי ואילני הלבונה והמור מהם צומחים על ההר ומהם תחת ההר בגבעות ובקומות מיוחדים להם ולכן מקצת מהם הם צריכים לעבודת האדמה ומקצת מהם אינם צריכים לעבודתה ועומדים על בורים מבלי צורך מעשה ידי אדם ואמרו שההר הזה הוא גבוה מאד ושהשלג גם כן יורד עליו לפעמים מן השמים ושלכן במקצת העמקים שלו ימצאו נהרות של מים רבים ואילני המור הם יותר קטנים ממה שהם אילני הלבונה וכמעט בגדלם ידמו לקצת נטיעות גדולות של עשבים הנקראות פירולי יותר ממה שידמו לאילנות אמנם נטיעות העשבים ההם אם יקצצו אותן אינן צומחו׳ וזה יחליף ויצמיח ומחדש ענפיו אחרי הקציצה כמו שעושים האילנות וחלק הגזע הסמוך לשרשיו הוא קשה ועקום סמוך לארץ והוא יותר גם ממה שהוא שוק האדם והקליפה שלו היא חלקה ודומה לעשב הנקרא בלשון יון אדראקני בלאטינו פורטולאקה בערבי באקיליהנקא או באקלי אל האניק׳ באשכנז פורטציל קראבט בספרד באלדרואינגאס ובצרפת פוארורפיאיר ובלעז פורצילאנה ומי שראה האילנות האלה והם האנשים שירדו מן הספינה לשאוב מים כאשר כתבתי גם כן בשם טיאופראסטו בפרק הקודם הוא העיד ומאשר כל אשר אמרנו כי הם יחד אומרים שאילני הסמים האלה

dicitur קיטא, & Italice Cocomero] *amaritudinis causa, sicut ponderis spuma argenti. Reliqua vitia deprehenduntur sapore gummi dente lentescentis. Fallacissime autem adulteratur indita myrrha, quæ ibidem quadam e spina colligitur. Hoc solum pejus India affert facili distinctione tanto deterior est.* Sic sine alia experientia ejus vitia cognoscuntur. Cum *Theophrastus* in hoc ipso capite, quod est quartum ex ejus libro IX. simul loquatur de thure & myrrha, ex quo vobis superiori capite de thure verba ejus retuli, nunc decerpam, quæ ibi loquitur, & describam tantum, quæ præcipue de myrrha scribit.

Dicit *Theophrastus*. *Gignitur ergo thus, & myrrha & casia & cinnamomum in regione Arabum media circa Saba & Adramytta, & Citibæna & Mali; & exeunt thuris myrrhæque arbores, aliæ super montem, aliæ in pede montis culturis propriis. Quamobrem aliæ coluntur, aliæ vitam agunt incultæ. Montem istum præaltum affirmant, & ningi solitum, amnes quoque de eo in plana fluere. Myrrham minorem etiam altitudine, fruticosioremque narrant.* Et quasi in magnitudine sunt similiores quibusdam plantis herbarum, quæ ferulæ appellantur, quam arboribus. Ceterum si hæ herbarum plantæ succidantur, non germinant; hæc vero innovatur, & germinat, & ejus folia post succisionem renovantur, uti fieri solet in arboribus. Et pars trunci prope radices est dura, & contorta prope terram, & est crassior, quam armus hominis, ejusque cortex est levis similis herbæ, quæ Græce ἀνδράχνη Latine Portulaca, Arabice Baklehanca, aut Bachele Alhanica Germanice Burtuel Kraut, Hispanice Beldroegas, & Gallice Pourpier & Italice Porcellana dicitur. Et qui vidit hanc arborem [& hi fuerunt viri, qui descenderunt de navi ad quærendam aquam, sicuti scripti pariter nomine *Theophrasti* in capite superiori]

האלה היינו מהמור והלבונה הם קטנים ושאילני המור הם קטנים מהם היינו מאילני הלבונה ואמרו שעלי המור הם חדים ואינם חלקים ושדומים לעלי האילן הנקרא בלשון יון פטיליאה בלאטינו אולמוס בערבי דידאר או דירדאר בספרד ובלעז אולמו באשכנז איפינבולטץ ובצרפת אורמי אך על העלה שלו הם קמטים ובתחתית הנזע יש קוצים כרמורת האילן הנקרא בלשון יון פרינוס בלאטינו איליקס בערבי בארביס או קארמאס באשכנז סטיקיקין בספר׳ אנזינ׳ ובלעז איליצי וג׳ העידו כי המור הנוטף מהבורות האילנות נלקט ונאסף על גבי מחצלאות של עלי תמרים כלבונה והעידו גם כן על הבאת המור תוך היכל השמש ככתוב מהלבונה בפרק שלפני זה אחרים אמרו שאילן המור הוא דומה לטיריבינטו אך הוא יותר מלא קמטים וקוצים ושהעלה שלו הוא יותר ענול אך ענולו הוא מעט נופל ממנו וטעמו כטעם עלה הטיריבינטו ואמרו שכשהאילנ׳ יזקינו הם טובים מהחדשים ושני מיני האילנות צומחים במקום אחד ובארץ מלאה חול ועפר ושמעינות המים הם שם מעטי׳ וכל זה הוא ההפך ממה שאמרו אחרים כי על ההר ירד השלג וששם ירוצו נחל מים ואמרו גם כן שהמור יש ממנו טבעי שנוטף מהאילן וממנו מלאכותי ושהנסיון הטוב הוא בטעמו וצבעו כי הצבע במור הטוב אינו משונה אך אחד הוא עד כאן טיאופראסטו.

הרי שראינו כי המור אינו המוסקו ושהוא שרף הנוטף מהאילנות הצומחים על ההרים הרמים ושנלקט ויארה על גבי מחצלאות של עלי תמרים עד שיאות בו אריתי מורי עם בשמי ושממנו יש מור עובר מעצמו היינו שעובר מתוקו של אילן אל קליפתו וחוצה לה קודם שיעשו בה הפנימות ושהו׳ נוטף וזב כשמן שאינו נקפה והוא הסטאקטי הנקרא שמן המור כי כן כתיב בשיר השירים ידי נטפו מור עובר היינו עובר מעצמו מקליפות האילנות מבלי סייוע חבורות בעץ ובמגילת אסתר ששה חדשים בשמן המור אמרו רז״ל מאי שמן המור ר׳ חייא בר אבא אמר סטכת ורב יהודה בר אבא אמר שמן זית שלא הביא שליש תני

ri] & confirmat ea omnia, quæ diximus: eo quod illi simul dixerint arbores horum aromatum, sc. myrrhæ & thuris esse parvas, & myrrhæ minores sc. arboribus thuris] *Myrrhæ folium aculeatum, non leve, ulmeo simile* [quæ planta dicitur Græce πτελέα Latine Ulmus, Arabice Didar, aut Dirdar, Hispanice & Italice Olmo, Germanice Yffenholtz & Gallice Orme.] *Crispum tamen extrema spina horridulum modo ilignei* [quæ planta dicitur Græce πρῖνος, Latine Ilex, Arabice Barbes aut Carmas, Germanice Stecheychen, Hispanice Anzina, & Italice Elce. Pariterque testati sunt myrrham manantem ex incisuris, sicuti thus in tegetes palmarum colligi, & recipi. Similiter testati sunt afferri myrrham in templum solis, sicuti præcedenti capite scriptum est de thure.] *Myrrhæ autem arborem terebintho similem reddidere, sed scabriorem, spinosioremque; folium paulo rotundius, gustatu proximum terebintho. Earum quoque veteres præstantiores haberi. Ambas vero nasci in eodem loco terra subargilia, & sabulosa, & aquas fonte fluentes raras admodum comperiri. Hæc ergo illis repugnant, videlicet ningi & imbribus perlui, & amnibus locum illum exhilarari Myrrhæ alia stillatitia, alia fictitia est. Probatur melior gustu; ejusque norma concolorem accipiunt* [quia color in myrrha non est varius, sed unus tantum.] Hactenus *Theophrastus*.

Ecce vidimus myrrham non esse muscum, sed lachrymam stillantem de arboribus nascentibus in altissimis montibus, & colligi & recipi super tegetibus palmarum, ut illud consentiat quod dicitur; *Messui myrrham meam cum aromatibus meis*. Et ex ea est myrrha, quæ sponte fluit, i. e. manat ex parte interiori arboris ad ejus corticem, & fluit antequam in ea fiant incisiones; Et illa destillat & fluit quasi oleum, quod non sit concretum, & hæc est stacte, quæ vocatur oleum myrrhæ; quia sic scriptum est in *Cantic. manus meæ stillaverunt myrrham*; manat, i. e. manat sponte ex corticibus sine ulla incisura in ligno. In Megillath *Esther*; sex innovata sunt de oleo myrrhæ. Dixerunt sapientes nostri f. m. Quodnam oleum myrrhæ? R. Chija bar Aba dicit. Stacte. Et R. Jehuda bar Aba dicit; oleum olivæ, quod non sit in tertiam partem maturatum.

רבי יהודה אומר אומפאקינון ולמה שפין אותו שמשיר את השער ומעדן את הבשר.

ואתה הקורא דע כי הסטקאטי הזה הוא טוב בעד תמרוקי הנשים ומבלי ערוב שמן אומפאקינו ,או שמן אחר הוא מעדן את הבשר ומסיר הקמטים וריח הרע היוצא מזיעת הבשר הסרוחה והסאטקטי הזה הוא מפיח ממנו ריח טוב ונודף מבלי צורך אש אמנם המור הנקפא והנלקט על המחצלאות יריחו בהקטרה על האש ריחו הטוב יותר ממה שיריחו בלי הקטרה וגם ידענו שתורתנו הקדושה צותה שנקח המור כשהוא דרור היינו כשהוא מונח ועומד במקום ההר והערוגה שצומח בה שאז המור הוא הפקר. לכל ועומד שם בלי שמירה ולא הכשירה התורה המור אחרי אשר הביאוה אל בית טפלות השמש לשמור אותו שם תוך כתלי היכלו כי אז הוא חרם או לפחות הוא כאבק ע׳א וכבר כתבו כי היו מביאים עם הלבונה גם המור במקום ההוא כאשר כתבתי על הלבונה בפרק שלפני זה וכתב רש״י ז״ל בפרשת בהר סיני וקראתם דרור אמר רבי יהודה מהו לשון דרור כמדייר בי דיירא וכו׳ שדר בכל מקום שהוא רוצה ואינו ברשות אחרים וגם יקרא המור ראש כי הוא נכתב קודם כל שאר הבשמים ובראשם או ירצה לומר ראש המובחר שבו והמובחר שבמור הוא היוצא מראש האילן היינו מהענפים החזקים שבראשו ולא היוצא מהגזע מפני שהשמש הוא מכה בענפים ההם תמיד ויתיך ויכלה ומיבש הליחה המותריית אשר במיץ המור ויבשל השרף היוצא מהענפים היטב עד שיהיה אז המור בתכלית המדרגה מהריח הטוב ולכן נכון הוא שיקרא המור הטוב בושם ראש היינו הנוטף ונלקט מראשי האילנות שלו וזהו בני היקרים מה שהיה בלבי לכתוב לכם על הסם המבושם הזה ברוך ה׳ לעולם אמן ואמן

ratum. Traditio; R. Jehuda dicit; omphacinum; & cur illud fundunt? ut abripiat pilum, & emolliat carnem.

Tu vero, Lector, nosti, quod stacte sit bona, & inserviat ad expoliendas mulieres, & sine ulla mixtione olei omphacini, aut alius olei, oblectat carnem, & removet gravem odorem, qui provenit ex sudore carnis fœtentis. Et hæc stacte emittit bonum odorem, & excellentem sine ignis auxilio. Ceterum myrrha concrescit, & colligitur super mattis Jericho: in suffitu super igne odor ejus est præstantior, quam ejus odor sine suffitu. Præterea scimus, quod lex nostra sancta præcipiat sumendam esse myrrham, quando libera est, i. e. quando sita & posita est in loco montis, & in areolis ubi nascitur; tunc enim myrrha est omnibus communis, & ibi permanet sine ulla custodia; neque lex probat myrraham, postquam adducta sit ad domum adorationis solis ut ibi asservetur [19] intra parietes ejus templi, tum est interdicta, aut saltem quasi pulvis Idololatriæ. Et jam scripserunt, quod adducerent una cum thure etiam myrrham in hunc locum, sicuti scripsi de thure in capite præcedenti. Et scribit *Raschi* f. m. in Parascha in monte Sinai; *& vocabitis libertatem*. Dicit R. Jehuda; quid significat דרור? quasi incola in habitatione &c. Præterea vocatur myrrha *principium*, quia descripta est ante omnia reliqua aromata, & in eorum principio; Aut dicendum ראש, quod est in ea electissimum; & optimum in myrrha est, quod manat ab vertice arboris, id est ex ramis firmioribus, qui sunt in vertice, neque manat de trunco, quia sol dominatur in semper in his ramis, & perficit, & arefacit humorem superfluum, qui est in lachryma myrrhæ, & concoquit optime succum fluentem ex ramis ut sit tum myrrha in perfectione gradus, ut optime oleat. Atque ideo conveniens est, ut vocetur myrrha optima, odorata, principium, i. e. ut fluat, & colligatur de vertice arborum; & hoc est, filii dilectissimi, quid mihi in animo fuit, quod vobis scriberem de hoc aromate odorato. Sit benedictus Deus in æternum; amen, amen.

NOTÆ

NOTÆ IN CAPUT QUINTUM.

[1] LAnæ albæ &c. *Dioscorides* lib. I. cap. 24. *βρύον ὑπό τινων σπλάγχνον καλεῖται, εὑρισκόμενον ἐπὶ δένδρων κεδρίνων, ἢ λευκίνων, ἢ δρυίνων, διαφέρει δὲ τὸ κέδρινον. δεύτερον δὲ τὸ λεύκινον. ἔστι δὲ αὐτῶν τὸ εὐωδέστερον καὶ λευκὸν, καλόν. τὸ δὲ μελανίζον χεῖρον*. Bryon a nonnullis etiam Splachnon appellatur, in arboribus cedro, populo alba, aut quercu reperitur; præstat vero cedrinus, proximus huic populeus, quo in genere probatur, qui odoratior est, & candidus; nigricans autem deterior videtur. *Galenus* lib. sexto Simpl. *εὑρίσκεται μὲν ἐπὶ δρυσὶ, καὶ πεύκαις, καὶ λεύκαις*, invenitur in quercu, pino, populo alba. *Paulus Ægineta*; *ἐν δρυσὶ καὶ λεύκαις, καὶ πεύκαις εὑρισκόμενον*. *Plinius* lib. XII. c. 23. Sphangos infra eos situs in Cyreniaca provincia maxime probatur. Alii bryon vocant; secundum locum obtinet Cyprius, tertium Phœnicius; fertur & in Ægypto nasci; quin & in Gallia ne dubitaverim. Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, sed odore præstantes. Laus prima candidissimis, atque altissimis, secunda rutilis, nulla nigris. Et in insulis petrisque nati improbantur, omnesque quibus palmarum, atque non suus odor est.

[2] Quæ in Arabia gignitur &c. *Theophrastus* lib. quarto cap. 6. *περιττότερα δὲ τῶν φυομένων καὶ πλεῖστον ἐξηλλαγμένα πρός τ' ἄλλα τὰ εὔοσμα τὰ περὶ Ἀραβίαν καὶ Συρίαν καὶ Ἰνδοὺς οἷον ὅτε λιβανωτὸς καὶ ἡ Σμύρνα καὶ Κασία καὶ τὸ Ὀποβάλσαμον*. Inter raras admodum plantas & a reliquis plurimum distantes, quæ in Arabia Syria Indiaque odoratæ nascuntur, ut thus, myrrha, casia, & opobalsamum. Et lib. IX. cap. 4. *γίνεται μὲν οὖν ὁ λίβανος καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασία, καὶ ἔτι τὸ κινάμωμον ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ, νήσῳ περί τε Σαβὰ καὶ Ἀδραμύττα, καὶ Κιτίβαινα* (Theod. *χώρᾳ μέσῃ περὶ Σαβὰ καὶ Αδράμωτα καὶ Καπίβανα* (*καὶ Μάλι*) Ald. *Μάμαλι*. Gignitur ergo thus & myrrha, & casia, & cinnamomum regione Arabum media, circa Saba, & Adramytta, & Citibæna, & Mali. *Plinius* lib. XII. cap. 15. Myrrham in iisdem sylvis permixtam arborem nasci tradidere aliqui, plures separatim. Quippe multis in locis Arabiæ gignitur, ut apparebit in generibus. *Strabo* lib. XVI. *φέρει δὲ λιβανωτὸν ἡ καταβάνια. σμύρναν δὲ ἡ χατραμωτῖτις*. Catabania thus gignit; Chatramotitica Myrrham.

[3] Ægyptiæ spinæ &c. Describitur a *Theophrasto* lib. quarto cap. 3. *ἡ δὲ ἄκανθος, καλεῖται μὲν, διὰ τὸ ἀκανθῶδες ὅλον τὸ δένδρον εἶναι, πλὴν τοῦ στελέχους, καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν βλαστῶν καὶ ἐπὶ τῶν φύλλων ἔχει, μεγέθει δὲ μέγα. καὶ γὰρ δωδεκάπηχυς ἐξ αὐτῶν ἐρέψιμος ὕλη τέμνεται. διττὸν δὲ τὸ γένος αὐτῆς· ἡ μὲν γάρ ἐστι λευκὴ, ἡ δὲ μέλαινα. καὶ ἡ μὲν ἀσθενής τε καὶ εὔσηπτος. ἡ δὲ μέλαινα ἰσχυροτέρα τε καὶ ἄσηπτος. διὸ καὶ ἐν ταῖς ναυπηγίαις χρῶνται πρὸς τὰ ἐγκοίλια αὐτῇ. τὸ δένδρον δὲ οὐκ ἄγαν ὀρθοφυές. ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος, καθάπερ τῶν χεδροπῶν, ᾧ χρῶνται οἱ ἐγχώριοι πρὸς τὰ δέρματα ἀντὶ κικίδος* (*κηκίδος*) *τὸ δὲ ἄνθος καὶ τῇ ὄψει καλόν. ὥστε καὶ στεφάνους ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ, καὶ φαρμακῶδες. διὸ καὶ συλλέγουσιν οἱ ἰατροί. γίνεται δὲ ἐκ ταύτης καὶ τὸ κόμμι, καὶ ῥέει, καὶ πληγείσης, καὶ αὐτόματον ἄνευ σχάσεως. ὅταν δὲ κοπῇ* (*ὅταν δὲ ἐκοπῇ*) *μετὰ τρίτον ἔτος εὐθὺς ἀναβεβλάστηκε. πολὺ δὲ τὸ δένδρον ἐστί. καὶ δρυμὸς μέγας περὶ τὸν Θηβαϊκὸν νομόν*. Spina ex eo nomen accepit, quod tota arbos aculeis horret, excepto caudice; nam & super germina foliaque aculeos gerit; magnitudine excellit; materies quippe duodenorum cubitorum. Tectis idonea cæditur; ejus duo genera sunt; quædam enim candida, quædam nigra; & altera imbecillis facileque putrescens; nigra autem robustior, atque incorrupta; ob id navium fabrica ad costas ventrisque compagines ea utuntur. Erecta non valde assurgit. Fructus in siliqua, modo legaminum, quo incolæ coria perficiunt, vice gallæ. Flos & pulcher adspectu, ut coronas ex eo facerent, & medicamentis perutilis, qua de causa colligi a medicis solet. Fit & gummi ex ea, quod manat tum arbore percussa, tum sponte, sine ulla fissura cum autem cæsa fuerit, anno tertio protinus resurgit. Copia hujus arboris large habetur, & sylva ingens circa agrum Thebanum est. *Dioscorides* dissentit in magnitudine; scribit enim lib. primo cap. 133. *ἀκακία φύεται ἐν Αἰγύπτῳ. ἄκανθα δέ ἐστι δενδρώδης, θαμνοειδὴς, οὐκ ὀρθοφυής*. Acacia nascitur in Ægypto: spina est ad arboris magnitudinem accedens, fruticosa non recta. Idem ibid. duas esse species affirmat non colore tantum, sed omnino inter se diversas. *φύεται δὲ καὶ ἑτέρα ἀκακία ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Πόντῳ παρεμφέρουσα τῇ Αἰγυπτίᾳ, ἐλάττων μέν τοι παραπολὺ καὶ χαμαίζηλος, καὶ τρυφερωτέρα περίπλεως δὲ ἀκάνθης σκολοποειδοῦς, φύλλα ἔχουσα πηγάνῳ ὅμοια τῷ δὲ φθινοπώρῳ φέρει σπέρμα ἐν θυλάκοις συνεζευγμένοις, τριχώροις, ἢ τετραχώροις, ἔλαττον φακοῦ*. Altera quoque Acacia in Cappadocia Pontoque provenit, Ægyptiam referens, sed longe minor, humilis ac tenerior aculeis vallorum in modum obsita, foliis prædita rutæ similibus; autumno semen profert lenticula minus, in solliculis connexis ternum quaternumve capacibus.

[4] In subjectas tegetes &c. *Theophrastus* ibid. *καὶ ἐνιαχοῦ μὲν ὑποβεβλῆσθαι ψιάθους ἐκ τῶν φοινίκων πεπλεγμένας, ἐνιαχοῦ δὲ τὸ ἔδαφος μόνον ἐπὶ τῶν ψιάθων ἠδαφίσθαι*; Nonnusquam etiam subjectas tegetes ex palmis contextas, alibi solum tantummodo circumpavimentatum.

[5] Pediasmos &c. Quasi campestris; *Theophrastus* enim & in montibus & in pede montium nasci thuris & myrrhæ arbores l. c. testatur. *φύεται δὲ τὰ τοῦ λιβανωτοῦ καὶ τῆς σμύρνης δένδρα τὰ μὲν ἐν τῷ ὄρει, τὰ δ' ἐν τῶν ἰδίαις* (Ald. *δίαις*) *γεωργίαις ὑπὸ τὴν ὑπόρειαν*. Et exeunt thuris myrhæque arbores, aliæ super montem, aliæ in pede montis culturis propriis.

[6] Stacte emittitur &c. *Plinius* l. c. Sudant autem sponte prius, quam incidantur, stacten dictam, cui nulla præfertur; A quo dissentit ipse *Dioscorides* qui lib. primo cap. 27. *Στακτὴ* (inquit) *δὲ καλεῖται τῆς προσφάτου σμύρνης τὸ λιπαρὸν κεκομμένης μεθ' ὕδατος ὀλίγου, ἀποτεθλιμμένου* (leg. *ἀποτεθλιμμένης*, & ref. ad prius *σμύρνης*, vel leg. *ἀποτεθλιμμένον* & ref. ad *λιπαρὸν*) *δὲ ὀργάνου εὐώδης τε λίαν καὶ πολυτελής ἐστι. καὶ καθ' ἑαυτὴν οὖσαν* (leg. *οὖσα*, vel *ποιοῦσα*, *Aetius*. *εὐώδης τε λίαν, καὶ πολυτελὴς οὖσα, καὶ καθ' ἑαυτὴν μύρον καλούμενον*) *μύρον τὸ καλούμενον στακτή. δόκιμος δέ ἐστιν ἡ ἀμιγὴς ἐλαίου καὶ ἐν ἐλαχίστῳ πλείστην δύναμιν κεκτημένη*. Stacte vero vocatur pinguedo recentis myrrhæ, cum aqua pauca contusæ, & organo expressæ, & perquam odorata & pretiosa est; quippe quæ unguentum per se faciat, quod stacte nominatur. Probatur quæ olei nihil admistum habet quæque vel minima quantitate vim maximam sortita est. A *Theophrasto* in lib. de odoribus inter unguenta numeratur: *καὶ γὰρ ἐκ κινναμώμου καὶ ἐκ τῆς σμύρνης κοπτομένης γὰρ ἔλαιον ῥεῖ. Στακτὴ δὲ καλεῖται διὰ τὸ κατὰ μικρὸν στάζειν. ὁ δὴ μόνον τινὲς φασὶν ἁπλοῦν εἶναι, καὶ ἀσύνθετον τῶν μύρων. τὰ δὲ ἄλλα πάντα σύνθετα --- οἱ δὲ τὴν ἐργασίαν τῆς στακτῆς εἶναι τοιάνδε τὴν σμύρναν ὅταν κόψωσι καὶ διατήξωσιν ἐν ἐλαίῳ βαλανίνῳ πυρὶ μαλακῷ ὕδωρ ἐπιχεῖν θερμὸν, συνίστασιν εἰς βυθὸν τὴν σμύρναν καὶ τὸ ἔλαιον καθάπερ ὕλην. ὅθεν δὲ τοῦτο συμβῇ τὸ μὲν ὕδωρ ἐπιπηθεῖν, τὴν δὲ ὑπόστασιν ἀποθλίβειν ὀργάνοις*. Nam & e cinnamomo, lachryma, & e myrrha. Tusa enim ex ea fluit oleum, quod quia minutatim stillat, stacte vocatur. Hoc nonnulli ex unguentis unum simplex nec compositum prædicant. Nam alia omnia composita sunt --- Alii stactes confectionem talem esse, myrrham tusam, & in oleo liquefactam balanino, igni lento fotam, calida perfundi, eamque cum oleo passum velut limum side-

sidere. Quod ubi evenit, aquam collo defundi, & reliquum quod subsidit, prælis exprimi.

[7] Gabirea &c. Gaba, sive Gabba Arabiæ, vel Syriæ urbe fortasse sic dicta. Gabæos memorat *Strabo* lib. XVI. Gabæi (inquit) in Chatramotiticam in diebus quadraginta proficiscuntur.

[8] Troglodytica &c. *Plinius* lib. XII. cap. 15. Convehitur & ex sylvis laudata, petuntque eam etiam ad Troglodytas Sabæi transitu maris. Et cap. 16. Genera complura. Troglodytica sylvestrium prima --- Probatur Troglodytica pinguedine, & quod adspectu aridior est, sordidaque, atque barbara, sed acrior ceteris.

[9] Caucalis &c. Quasi *παρὰ τὸ κέκαυσθαι*, quod sit quasi exusta.

[10] Ergasima &c. *Plinius* ibid. Pessima intus nigra; pejor si etiam foris.

[11] Amminea &c. *ἀμιναίας* meminit *Crito*, apud *Gal. κατὰ τόπους* lib. cap. 7. *χαλκίτεως ὠμῆς, μίσυος ὠμοῦ σμύρνης ἀμιναίας, θείου ἀπύρου τὸ ἴσον*. Ibidem. *ἀκακίας* L ι *σμύρνης ἀμιναίας* L I *ὄξους τὸ αὔταρκες*. Ibid. *ἀλκυονίου* L δ' *σμύρνης ἀμιναίας* L β. *ὄξους κοτύλας* γ. Ibid. cap. 8. *Asclepiades*, *πίτυος φλοιοῦ* L α *σμύρνης ἀμιναίας* L α *λείοις χρῶ*. Nonnulli legendum putant *Μιναία*. Minæi Arabiæ populi, de quibus supra dictum est. *Plinius* l. c. Sequens Minæa, in qua & Atramitica est, & Ausaritis Gebanitarum regno. Laudatur Myrrha Minæa a Galeno lib. primo de Antidot. cap. 14. *Εἰδέναι μὲν δεῖ ἐπιτήδειον οὖσαν εἰς τὰς ἀντιδότους τὴν τρωγλοδύτην λεγομένην σμύρναν. ἔνιοι δὲ αὐτὴν ὀνομάζουσι μιναίαν, ἀπὸ τοῦ χωρίου καθ' ὃ γεννᾶται φασὶ τὴν καλίστην*. Novisse tamen opus est myrrham, quam Troglodyticam appellant, Antidotis idoneam esse. Hanc quidem Minæam vocant a loco, in qua optimam nasci ferunt.

[12] Pastilli &c. *Serapio* cap. 282. Et fiunt quidem trochisci ex substantiis myrrhæ, & si myrrha fuerit pinguis, trochiscique ex substantia ejus fuerint, habent bonum odorem & pinguem, & si non est pinguis quod fit ex substantia ejus, non habet bonum odorem, nec pinguem, & habet virtutem debilem, propterea quod admiscetur ei oleum, quando ex ea fiunt trochisci.

[13] Adulteratur &c. *Plinius* ibid. Adulteratur lentisci glebis, & gummi; item cucumis succo amaritudinis causa, sicut ponderis spuma argenti. Reliqua vitia deprehenduntur sapore gummi, dente lentescentis. Fallacissime autem adulteratur Indica Myrrha, quæ ibi de quadam spina colligitur; hoc solum pejus India affert distinctione, tanto deterior est. *Galenus* de Antidotis lib. primo, cap. 11. *Οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν ἀρίστην σμύρναν ὀποκάλπασον εὑρίσκεται διαφέρων σμύρνης, καὶ κατά γε τὰ τρία ταῦτα λέγω, δὴ τό γε σαγάπηνον καὶ τὸ ὀποκάλπασον, καὶ τὴν κασσίαν, ἐν μὲν τῷ μεταξὺ γίνεται, τινὰ μηκέτι μένοντα, μήτε χαλβάνη, μήτε κασσία, μήτε σμύρνη μηδέπω ἀκριβῆ τὴν ἰδίαν ἔχοντα σαγαπήνου, κινναμώμου, καὶ ὀποκαλπάσου --- τὸ δὲ ὀποκάλπασον ἀναιρετικόν ἐστι καὶ πολλοὺς κατά τινα τύχην ἐν τοῖς τῆς ἡμετέρας ζωῆς χρόνοις ἀποθανόντας οἶδα, διὰ τὴν ἄγνοιαν τῆς ὀποκάλπασον ἐχούσης σμύρνης*. Ad hunc modum & in optima myrrha opocalpsasum repiritur, quod tamen a differt, atque secundum hæc tria, sagapenum dico opocalpasum, & cassia quædam proveniunt, quæ neque chalbanum neque cassia, neque myrrha amplius sunt, nondum tamen sagapeni, cinnamomique, aut opocalpsami naturam exacte consecuta --- at opocalpasum exitiale est, multosque nos forte quadam vidimus nostræ in ætatis decursu mori, qui myrrham, cui opocalpsasum mixtum esse nesciebant assumsissent. *Aben Sini* lib. secundo tractat. 2. c. 468. Quandoque vero adulteratur cum quodam lacticinio pernicioso, & fit ipsa perniciosa. Et hoc quidem lacticinium nominatur barbaris, & est arbor perniciosa.

[14] Eligenda est &c. *Plinius* ibid. In plenum autem probatio est, minutis glebis nec rotundis in concretu albicantis succi, & tabescentis, utque fracta candidas ungues habeat, gustu leviter amara, secunda bonitas intus varia; Pessima intus nigra, pejor si etiam foris. *Aben Sini* ibid. Et ejus quidem alia est pura, & alia est adulterata. Melior est illa, quæ ad albedinem declinat, & rubedinem, non commista ligno arboris ejus boni odoris.

[15] Multis in locis &c. *Theophrastus* ibidem. *γίνεται μὲν οὖν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασσία, καὶ ἔτι τὸ κινάμωμον ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ. νήσῳ* (Theod. *χώρᾳ μέσῃ*) *περί τε Σαβὰ καὶ Ἀδραμύττα, καὶ Κιτίβαινα, καὶ Μάλι* (*Μάλαλι*) Gignitur ergo thus, & myrrha, & casia, & cinnamomum regione Arabum media, circa Saba, & Adramytta, & Citibæna, & Mali.

[16] Sativa quoque &c. *Theophrastus* ibid. *διὸ καὶ τὰ μὲν θεραπεύεται, τὰ δ' οὔ*. Quamobrem aliæ coluntur, aliæ vitam agunt incultæ.

[17] Arbori altitudo &c. *Theophrastus* ibid. *εἶναι δὲ τὸ μὲν τοῦ λιβανωτοῦ δένδρον οὐ μέγα. πεντάπηχυ δέ τι καὶ πολύκλαδον --- τὴν δὲ σμύρναν ἔλαττον ἔτι τῷ μεγέθει καὶ θαμνωδέστερον· τὸ δὲ στέλεχος ἔχει σκληρὸν καὶ συνεστραμμένον ἐπὶ τῆς γῆς. παχύτερον δ' ἢ κνημόπαχες. φλοιὸν δὲ ἔχει λεῖον, ὅμοιον τῇ ἀνδράχνῃ* (*ἀνδράχνῃ ἕτεροι δὲ οἱ φάσκοντες τεθεωρηκέναι, περὶ μὲν τοῦ μεγέθους, σχεδὸν οὐ συμφωνοῦσιν. οὐδέτερον γὰρ εἶναι μέγα τῶν δένδρων. ἔλαττον δὲ τὸ τῆς σμύρνης καὶ ταπεινότερον. φύλλον δὲ ἔχειν τὸ τοῦ λιβάνου. ἀλλὰ τοῦ μὲν δαφνοειδὲς* (*φύλλον δὲ ἀνόμοιον ἔχειν, τὸ τοῦ λιβάνου δαφνοειδὲς*) *καὶ λειόφυλλον εἶναι. τὸ δὲ τῆς σμύρνης ἀκανθῶδες καὶ οὐ λεῖον. φύλλον δὲ προσεμφερὲς ἔχειν τῇ ἐλαίᾳ πλὴν οὖλον. ἐξ ἄκρου δὲ ἐπακανθίζον ὥσπερ τὸ τῆς πρίνου*. Arborem thuris non magnam, sed quinis fere cubitis attolli, permultosque ramos gerere ferunt --- Myrrham minorem etiam altitudine, fruticosioremque narrant, caudice duro, contortoque juxta terram, crassiorique sura hominis, cortice lævi, similique portulacæ. Alii vero, qui se vidisse affirmant, de magnitudine fere non consentiunt. Neutrum enim earum arborem magnam referunt, & minorem myrrhæ humilioremque; thuris folium laurinum, leveque, myrrhæ aculeatam, non leve, ulmeo simile, crispum tamen, extrema spina horridulum, iligneі modo. Et nonnullis intermissis. *τὸ δὲ τῆς σμύρνης ὅμοιον τῇ τερμίνθῳ, τραχύτερον δὲ καὶ ἀκανθωδέστερον. φύλλον δὲ μικρῷ στρογγυλότερον τῇ δὲ γεύσει διαμασωμένοις, ὅμοιον τῷ τῆς τερμίνθου --- τὸ δὲ παρόμοιον εἶναι τὸ δένδρον τῇ τερμίνθῳ, καὶ ἄλλοι τινὲς λέγουσιν. οἱ δὲ καὶ ὅλως τέρμινθον εἶναι*. Myrrhæ autem arborem terebintho similem reddidere, sed scabriorem, spinosioremque; folium paulo rotundius, gustu proximum terebintho. --- Arborem tamen istam similem terebintho esse quidam alii tradunt, nec desunt, qui terebinthum eam esse omnino putent,

[18] Utrumque nasci &c. *Theophrastus* ibid. *πλὴν οὗτοι γε μεῖζον ἕτερον ἀγνόημα προσηγνόουν. ᾤοντο γὰρ ἐκ τοῦ δένδρου τόν τε λιβανωτὸν γίνεσθαι καὶ τὴν σμύρναν*. Sed hi quidem alteram quoque ignorantiam & quidem majorem sunt professi; thus enim & myrrham nasci ex eadem arbore putaverunt.

[19] Intra parietes ejus templi &c. *Theophrastus* ibid. *ἔλεγον δ' οὗτοι καὶ τόδε, καὶ ἔφασαν ἀκούειν, ὅτι συνάγεται πανταχόθεν. ἡ σμύρνα καὶ ὁ λιβανωτὸς, εἰς τὸ ἱερὸν τὸ τοῦ ἡλίου. τοῦτο δ' εἶναι μὲν τῶν Σαβαίων ἁγιώτατον δὲ πολὺ τῶν περὶ τὸν τόπον*. Illud quoque iidem se audivisse dixere, myrrham thusque collectum undique ad solis delubrum convehi, quod Sabæorum esse sanctissimum inter omnia regionis illius.

פרק ו׳

בקציעה ובשבולת נרד

אחרי המור היא הקציעה ובפירוש הסם הזה לא יכולנו לעמוד על אמתת מהותו מדברי המפרשים כי רש״י ז״ל בפירוש התורה כתב קידה היא שרש עשב בלשון חכמים קציעה כאשר כתב הראב״ע ז״ל ובקבלה ידענו שקידה היא קציעה כי כאמרו שרש עשב לא פירש דבר והרלב״ג והחכם אבארבאנילו ז״ל אמרו שהוא הקושט וגם רד״ק ז״ל נלוה עמם עם כי פסח אחרי כן על שתי הסעיפים והין ולאו רפיא בידיה כי כתב בשרש קדר וקידה חמש מאות תרגם אנקלוס קציעתא וכן נזכרת בדברי רבותינו ז״ל בפטום הקטרת מר וקציעה וכן נקראת בלשון יון ובלשון ערבי שאם כן אומר אני אברהם שאינה׳ הקושט כי הקושט אין לו בלשון יון וערבי שם זה של קציעה ועוד נכתוב פירושו אמר רד״ק ז״ל שם ורבינו סעדיה כתב כי הוא הקושט ובשרש קצע כתב מר והאלות קציעות תרגום קידה קציעתא וכבר כתבנו שהיא הקושט וכן פירש הגאון רבינו סעדיה אבל בפטום הקטרת זכר אותו בשני מינים שאמר מר וקציעה שבולת נרד וכרכום ששה עשר מנה הקושט שנים עשר הרי שקשה גם לו לפי פירושו איך נכפל הקושט בקטרת על כן הוסיף ומר רב חפץ פירש שהקושט הוא שקורין בערבי קושט ופירש קציעה ענבר ובעל הערוך כתב מר והאלו׳ קציעות בלשון הקדש קידה ובלשון יון קאסיאה כן תרגם נם כן המתרגם לאטינו כי בלשון יון ובלשון לאטינו קורין לקאנילה שלנו קאסיאה ליניאה לתת הפרש בינה ובין הקאסיאה המשלשלת והנה גם בעל הערוך והמתרגם לאטינו לעניות דעתי לא באו על אמתת משמעות הקציעה כי הקלופת היא הקאסיאה ואיך יכנס בקטרת שני פעמים גם יחד סם אחד אמנם הרמב״ן ז״ל כתב נרד וכרכום ואהלות אהלות קציעות הוא הקושט יקראנו בלשון רבים מפני שהוא של שני מינים המתוק והמר ועם כי בעצם וראשונה נראת שנתן טעם בלבד על מה שנקרא בלשון רבים עם כל זה השב גם כן להסיר הקושיא איך נכפל בקטרת מפני שנותנים בו השני מינים

ובמחילה

CAPUT SEXTUM

De Casia & spica Nardi.

Post myrrham commemoratur הקציעה; & in explicando hoc aromate non possumus statuere veritatem ex verbis interpretum. Etenim *Raschi* f. m. in commentario in legem scribit; קידה est radix herbæ, quæ sapientum lingua קציעה appellatur. Nobis vero sufficit, quod dicat, quod קידה sit in lingua sapientum קציעה; sicut scribit *Raab* f. m. & ex traditione cognovimus, quod קידה sit קציעה; quia cum dicitur esse radix herbæ, res non explicatur. Et *Ralbag*, & sapiens *Abarbanel* f. m. dixerunt esse costum. *Radach* f. m. pariter cum his consentit; sed posthæc ambulat super duabus sententiis; Et sic & non, est medicina in ejus manu, quia scribit in radice קדר. Et קידה quingentas libras, interpretatur *Onkelos* קציעתא, atque ita commemoratur in verbis sapientum nostrorum f. m. in compositione suffitus; מר וקציעה, & sic Græce & Arabice appellatur: si ita est, ego Abraham dico non esse costum, quia costus non appellatur קציעה Græce, & Arabice. Et præterea scriptum est in ejus commentario; dicit ibi *Radach* f. m. & magister noster *Saadia* scribit esse costum; & in radice קצע scribit מר קידה ואהלות קציעות interpretatur קציעתא. Et jam scripsimus esse costum, & sic scribit magister noster *Gaon Saadia*. At in compositione suffitus bis commemoratur; dictum est enim; de myrrha, & קציעה, spica nardi, & croco sedecim minæ, & de costo duodecim. Ecce sibi contradicit juxta suum commentarium; quomodo bis repetitur costus in suffitu? Idcirco addit; & Mor R. *Caphez* exponit costum esse, qui costus Arabice appellatur; & exponit. קציעה ענבר. Et autor *Aruch* scribit; & מר ואהלות קציעות in lingua sancta קידה, & Græce Casia appellatur: Ita pariter interpretatur Interpres Latinus; quia Græce & Latine nostra Cannella dicitur Casia lignea, ut sit discrimen inter illam & Casiam purgantem. Et ecce pariter autor *Aruch*, & Interpres Latinus juxta mediocre meum ingenium non assecuti sunt veritatem in interpretatione הקציעה; si cortex est Casia, quomodo simul unum aroma bis in suffitum inditur? Verum *Ramban* f. m. scribit nardum & crocum, ואהלות אהלות קציעות hic costus vocatur

ובמחילה מכבודו עוד הדרא קושי' לדוכתין כי מה יוסיף ומה יתן שתהיה הקושט של שני מינים הלא גם בשאר הסממנים יש מינים הרבה ועם כל זה התורה לא צותה אלא שנקח המובחר שבמיניהם ולמה תשים התורה הפרש בין הקושט ובין שאר הסממנים מצורף כי מה שאמר שהקושט הוא של שני מינים מתוק ומר אינו אלא כפי דעת הרופאי' בני בלי שם כו החכמי' שבהם כלם השמיטו הבדל המתוק והמר ושמו תחתיו הלבן והשחור על כן לבי אומר לי כי הקציעה היא הסם הנקרא בלשון יון אגלוקון או גסילאלואי והוא סם ריחני מאד אין טוב ממנו בכל שאר סממני הקטרת וכדי הוא המתרגם ירושלמי לסמוך עליו כי כן כתב הרמב״ן ז״ל והמתרגם הירושלמי אמר מר והאלות אקסיליאולין כו' דעו בני כי בכל ספרי החכמים שלנו כתוב או אקסי ליאולין או אקסיל אלואון והוא כתב בשבוש כי צריך לכתוב גסילאלואי והוא לשון יוני כתקנו והעץ הזה הנקרא בלשון יון כאשר אמרתי גסילאלואי נקרא גם כן בלשון ההוא אנאלוקו כאשר כתבתי אמר המתרגם הירושלמי תהלים מ״ה מירא דכיא ואקסיל אלואון וקציעתא לא יפלא מכם כי המדפיסים הוסיפו בשבוש הויו במלת קציעתא שהיא חוץ משיטת הכתוב וממשמעות המתרגם והסממנים שבקטרת כי אהלות קציעות דבר אחד הן ואם האהלות הוא הגסילאלואי כאשר חשבתי גם אני גם הקציעות יהיו העץ האמור בעקמו ועל הדבר הזה יש לי שני מופתים שאין להרהר אחריהם דבר המופת האחד הוא שהכתוב אמר מור ואהלות קציעות כל בגדותיך ואם הקציעה תהיה סם משונה מהאהלות יאמר או מר אהלות קציעות בלי הוספת וא״ו לשום אחד מהם ויהיו שלשה סמים על דרך אדם שת אנוש שהיו שלשה אנשים שונים או יאמר מר ואהלות וקציעות או מר אהלות וקציעות על דרך אודם פטדה וברקת על כן באמרו ואהלות קציעות יהיה המר סם אחד נפרד והאהלות קציעות סם אחר בשתוף לא זולת המופת השני הוא טבע הטעמים שהם תחת המילות כי הנה תחת מילת והאהלות יש הטעם הנקרא גלגל ובראש תיבת קציעות קודם הנקודות יש הטעם

הנקרא

tur plurali numero, quia duæ ſunt ejus ſpecies, altera dulcis, & amara altera. Et præterea quod argumento & primo videtur, quod afferat rationem, quare plurali numero appelletur, tamen pariter cogitat removere objectionem; quare duplicetur in ſuffitu; duplicatur, quia duæ ſpecies deprehenduntur. Sit cum venia ejus honoris, adhuc reſtat difficultas contra has rationes; etenim quod addat, & aſſignet duas Coſti ſpecies; nonne etiam in reliquis aromatibus ſunt multæ ſpecies? Tamen lex hoc præcepit, ut electiſſima ex eorum ſpeciebus accipiatur; Et cur lex ponet diſcrimen inter Coſtum & reliqua aromata? Adjungitur; quod dicit, Coſti duas eſſe ſpecies, dulcem & amaram, hoc non aſſeritur niſi a medicis vulgaribus; etenim ſapientes intermiſerunt diſcrimen dulcis, & amari, & ejus loco poſuerunt diſcrimen albi & nigri: At ego puto קציעה eſſe aroma, quod Græce dicitur ἀγάλλοχον, aut ξυλοαλόη & eſt aroma odoratiſſimum, quo nullum ex reliquis ſuffitus aromatibus eſt præſtantius; & ſatis eſt Interpres *Hieroſolymitanus*, quo illud confirmetur; quia ſic ſcribit *Ramban* f. m. Interpres *Hieroſolymitanus* dicit מר ואהלות eſſe אקסיליאולין &c. Scitote mei filii, quod in omnibus libris noſtrorum ſapientum ſcriptum eſt אקסי ליאולין aut אקסיל אלואון ſc. lignum Aloes. Et hoc erronee ſcriptum eſt; quia ſcribendum eſt גסולאלואי, & hoc eſt Græcum, uti docuimus; & hoc lignum vocatur Græce, ſicuti dixi ξυλοαλόης; pariterque in hac lingua vocatur ἀγάλλοχον; ſicuti ſcripſi. Dicit Interpres *Hieroſolymitanus* in *Pſalm.* 44. *Myrrha pura, & ligno aloes, & caſia*. Non erit vobis mirum, quod typographi per errorem in voce קציעתא *vau* addiderint, quæ eſt extra ordinem textus, & ſenſum interpretis, & aromatum, quæ erant in ſuffitu, quod אהלות קציעות unum idemque ſint; ſi vero האהלות eſt lignum Aloes, ſicuti ego quoque exiſtimavi, ita pariter הקציעות erunt lignum, commemoratum ſeorſim. Et pro hac re mihi ſunt duæ demonſtrationes, quibus reſpondi non poteſt. Altera demonſtratio eſt, quod in textu ſcriptum eſt; מור ואהלות קציעו' *in veſtimentis tuis*; Si הקציעה eſt aroma diverſum ab האהלו' dicendum erat; aut מר אהלות קציעות, non addito vav, & erunt tria aromata; ſicut dicitur; אדם שם אנוש, Adamus, Seth, Enos, qui erant tres homines diverſi; Aut dicendum, וקציעות aut מר

אחלו'

הנקרא ימנית וידענו בדקדוק שכשהוא בראש התיבה קודם הנקודות אין התיבה מלעיל בעבורו אך נינון הקריאה וההשקט נעשה לתיבה שהימנית בראשיתה אף על פי שהיה הנלגל אחריה או קודם לה בתיבה אחרת כמו שהוא במקום הזה תחת תיבת ואהלות על כן בשנקרא והאלות קציעות ברדיפה ונשקוט בנגון במלת קציעות דבר גלוי הוא ומפורסם לכל שהאלות קציע׳ הם דבר אחד או סם אחד בלבד ולא שני סמי׳ ויהיה האהלות הפשוט הנסילאלואי או טוב או רע שיהיה והאהלות עם ליווי קציעות יהיה הנסילאלואי המובחר כמו שהמור הפשוט הוא גם הוא המר או טוב או רע שיהיה והמר דרור הוא המובחר עם התנאי הצריך לו היינו שיוקח בעוד שיהיה המור בשדה והוא במקום הנוטף מהאילן עצמו שם שאז המור הוא הפקר לכל ועוד לא בא אל הבית שהיה מיוחד לעבודת השמש שדמוהו להם לאלוה אנשי שבא עד שיהיה בעבורו במר ההוא שמיץ פסול ולא יוכשר לשמן המשחה או להקטרה אמנם מה הוא התנאי שיוכשר בעבורו הנסילאלואי ושלכן צריך לקרות אהלות קציעות ברדיפה אכתוב אותו בסוף פרק זה בע״ה על פי שני עדים רופאים בני עליה האחר הוא ערבי והוא סיראפיאוני והאחר הוא יוני והוא סימון סיטי אמר דיאוסקורידי בספר הראשון שלו פרק כ״א האנאלוקי הוא עץ שמביאין אותו מהודו ומארצות הערב דומ׳ לעץ הטויה או הטיאון ואני לא ידעתי מה הוא העץ הזה הנקרא טויה כי אין לו שם אלא בלשון יון וכן קראו אותו הלאטיני ופליניאו זכר אותו בספר שלש עשרה שלו פרק ששה עשר כתב בשם טיאופראסטו כי הוא עץ חשוב מאד אצל היונים מפני שהיו עושים ממנו בימות גדולות בהיכלות האלילים לא מפני שהוא ריחני אלא מפני שהעץ יעמוד ימים רבים מבלי שיפסד ושמשרשיו היו עושים כלים נאים לא יערכם פטדת כוש ואמר דיאוסקורידי שהאנאלוקו יש לו נקודוה רבות על פני כלו מובדלות זו מזו ושהוא עץ ריחני וטעמו הוא עוצר עם מעט מרירות ושקליפת העץ הזה היא יותר דומה לעור ממה שתדמה לדבר אחד ושצבעה אינו אחד אך הוא כלו משונה ושאם ילעסו

מהעץ

אורם ; ſicut dicitur ; אחלו׳ וקציעות פטדה וברקת ; lapis ſardius , ſmaragdus topazius . Itaque dicendo ואהלות קציעות erit Mor aroma unum ſeparatum. Et והלות קציעות erit aroma aliud conjunctum ; non diverſum. Secunda demonſtratio eſt natura accentuum, qui ſunt ſub vocibus; quia ſub voce ואהלות eſt accentus , qui vocatur Galgal , & in principio vocis קציעות ante puncta eſt accentus qui vocatur Jemanith ; & cognovimus in Grammatica , quando ſit in principio vocis ante puncta, vox ejus cauſa non eſt brevis . Sed accentus lectionis & pauſa fit voci , cui ſit accentus Jemanith in principio quamvis ſit accentus Galgal ante aut poſt illam in altera voce ſicuti eſt in hoc loco ſub voce ואהלות ; Idcirco quando legitur ואהלו׳ קציעות ſtatim & cum pauſa cum accentu ſub voce קציעות ; manifeſtum notumque omnibus erit , quod האהלות קציעות ſit idem , aut unum idemque aroma duntaxat , non duo aromata , eritque האהלות ſimpliciter lignum Aloes aut bonum aut malum cum adjunctione קציעות eſt lignum Aloes electum , ſicut Mor ſimpliciter eſt Mor ſive bonum ſive malum; & Mor דרור eſt electum cum neceſſaria conditione , ſc. ut ſumatur , quando Mor eſt in agro , in loco ubi diſtillat ab ipſa arbore , tunc enim Myrrha eſt communis omnibus ; & præterea non adducitur in domum , quæ deſtinata erat cultui ſolis, quem ſibi Deum compararunt viri Sabæi, ita ut ejus cauſa ſit in myrrha puſillum profani , neque ſit idonea pro oleo unctionis, neque pro ſuffitu . Verum quænam eſt conditio , qua idoneum ſit lignum Aloes , atque ea de cauſa legendum ſit אהלות קציעות conſequenter ? Scribam Dei auxilio in fine hujus capitis ex ore duorum teſtium medicorum illuſtrium , quorum alter eſt *Serapion* Arabs , & alter *Simon Sethi* Græcus . Dicit *Dioſcorides* lib. primo cap. 25. [1] *Agallochum lignum eſt , quod* [2] *ex India atque Arabia deportatur* . [3] *Thuiæ ligno ſimile* . At ego ignoro quodnam ſit hoc lignum, quod Thuia appellatur , quia non eſt illi nomen Græcum , atque ita Latine vocatur . Et *Plinius* de eo mentionem facit lib. XIII. cap. 16. ſcribit *Theophraſtus* lib. V. cap. 5. quod lignum ſit valde [4] pretioſum apud Græcos , quod ex eo efformentur ſimulacra permagna in templis deorum , non eo quod ſit odoratum , ſed quod diutiſſime incorruptum perduret, & ex hujus radice fiunt

vaſa

מהעץ הזה או ירחצו מבשולו במים הפה
וסיר הריח הרע ממנו ושנוהגים אותו
במוגמרות תחת הלבונה והנה כאשר
העידו אנשי פורטונאלו ההולכים בספינות
בלב ים הדרום קדמת ארץ המזרח העץ
הזה הוא צומח באי אחת נקראת
טאפרובאנה וגם בקצת ארצות הסמוכות
לה והאנשים האלה הם אשר נושאים משם
בנלילותינו נזעי וענפי האילן הזה שלמים
כאשר הם שלא בלבד כשיודלקו יוצא הריח
הטוב והמופלא מהם אלא גם במשמוש
הידים עליהם יתנו את ריחם המבושם ועל
כן העץ הזה הוא יקר בכל מקום וגם
בארץ ההיא אשר יצא משם אמנם גם
מהעץ הזה יש מינים רבים אם כנים הם
דברי סיראפיאוני הרופא הערבי שבשם איש
אחד נקרא אבואניסא כתב אמרו כי
הנסילאלואי לא יצמח בארצות הערב עם
כי יש שם נטיעה אחת נקראת נביג הדומה
לו מעט אבל העץ נסילאלואי הטוב במופלג
צומח בארצות הודו וגם כי במקום הזה
הוא של מינים רבים עם כל זה העץ
הנקרא הינדי הוא המובחר מהם כי כן
המירובולאני שהם של חמשה מינים היינו
הציטריני הקיבולי האימבליצי הבליריצי
והאינדי או הנגרי והם השחורים נקראים
הינדים מפני שהם המובחרים שבכלם והעץ
הזה הטוב שבהודו הנקרא הינדי ימצא באי
אחת נקראת פימבא והמובחר הוא השחור
של צבעים רבים מלא כבד קשה גם ולא
לבן וכשיודלק לא ישרף במהרה כי האש
שיציתו יבער בתוכו זמן ארוך והשני
ממנו במעלה הוא הנקרא מונדונו היינו
מעיר מונדיל שבהודו המובא משם השלישי
נקרא סיאיפיקו והוא אינו פחות הערך כי
הוא משובח וכבד עד מאד עד כי אם
ישימו אותו במים לא ישוט בם אך ירד
תכף עד תחתיהם ומהמין הזה המובחר
הוא שיחיד גם בגזעו ומלא מיץ או ליחה
הטבעית שבו והגרוע הוא תנקרא
אלקומיריקו והוא יותר גרוע מהסיאיפיקו
גם כי הסיאיפיקו אינו רחוק מהאלקומירו
אלא מהלך שלשת ימי' ובמין האלקומירקו
העץ ההוא הוא יות' חזק הפעולה כשיהיה
שחור מבלי שום לבנינות וכבד ושיעמוד
זמן הרבה בשריפת אש ובשם אחר נקרא
קיאילפיטיבינו כתב סיראפיאוני הזה אמרו

נוסף

vasa pulcherrima : neque potest commentari smaragdus Æthyopicus. Et dicit *Dioscorides Agallochum esse* 5 *maculatum ; odoratum , gustu adstringens cum quadam amaritudine . Cute vestitur aliquantulum versicolore . Manditur aut decocto os colligitur , commendandi halitus gratia* 6 *sudorem arcet toto corpori inspersum . Pro thure ad suffimenta substituitur* . Et ecce , sicut testati sunt Lusitani , qui navigarunt in corde maris australis ad regionem orientalem , hæc arbor nascitur in quadam insula , quæ Tapobrane appellatur , & in aliqua parte regionum finitimarum ; Atque hi sunt, qui inde in nostras regiones attulerunt truncum & ramos integros hujus arboris , ex qua non solum egreditur odor bonus, & excellens cum comburitur, sed in ea contractanda manus odore aromatico imbuuntur ; eaque de causa hoc lignum in magno est pretio in omnibus locis, pariterque in ea regione, unde affertur. Ceterum plures sunt hujus ligni , species , si firma sunt verba *Serapionis* medici Arabis , qui nomine cujusdam viri , qui *Abunisa* vocatur, scribit. Dicunt, quod Xiloaloe non germinet in terris Arabiæ, quamvis in ea sit quædam planta vocata Nebig fere illi similis. Verum Xiloaloe optimum nascitur in regionibus Indiæ ; quamvis in his locis sint variæ species ; tamen lignum vocatur Indicum quod est ex illis optimum . Quia mirobolani, quamvis sint ex quinque speciebus , i. e. citrini , chebuli , emblici, bellirici, Indici, & nigri, tamen vocantur Indici , quia sunt omnibus præstantiores. Et lignum optimum appellatum Indicum invenitur in quadam Insula , quæ dicitur Fiuma ; & præstantissimum est nigrum variis distinctum coloribus, grave, durum, crassum, non vero album. Et quando incenditur, non statim comburitur; quia ignis qui in illud penetrat, diu perdurat: 7 secundum præstantia vocatur Mundonum , sc. ex quadam urbe Mundil in India, unde affertur. Tertium dicitur Seificum , quod non cedit præstantia ; quia est odoratum , & ponderosissimum, it aut si immittatur in aquam, non natat , sed statim in fundum descendit . Ex hac specie illud est præstantius , quod sit crassum in trunco , & plenum succo , aut naturali humore. Pejus est Alcumericum , quod Seifico deterius est , quamvis Seiphicum non distet ab Alcumero plus tridui via . De specie Alcumerici lignum est virtute præstantius , quod nigrum sit

fine

נוסף על האמור כי אנשי הארץ אשר בו צומח העץ אלואי תכף אשר קצצו הענף מגזע האילן יקברו אותו תחת הארץ שנה תמימה כדי שתתעפש היטב ותפסד מכל וכל קליפתו וישאר בלבד העץ נקי ממנה ואמרו גם כן שהענפים וגזעי האילן הנופלים מעצמם ישטפו אותם הנחלים אשר הם קרובים אליו כי יגברו המים ומשליכים אותם בארצות הקרובו׳ והרחוקו׳ עד כאן הם דברו סיראפיאוני והנה סימון סיטי שהוא מחבר אחד יוני מהאחרונים כתב גם הוא לא יחשבו אנשי הארץ ההיא שעץ אלואי יהיה ריחני ומבושם הרבה טרם שיתעפש קצת ועל כן תכף אחרי הקציצה יקברוהו בארץ ובזמן הנאות יעלו אותו מהארץ ומהחפירה ההיא שהיה בה וימכרו אותו לסוחרים ולרוכלים החצונים אמנם ן׳ סיני בשני פרקים כתב מהעץ הזה ובפרק הראשון קרא אותו גסילואלואין ובשני הפרקים העתיק דברי דיאוסקורידי בלבד אך כתב שמות הערים אשר יביוא אותו משם וזכר הנקודות שעל קליפת העץ כאשר אמר דיאוסקורידי ואולם פאולו איגיניטה היוני וסיראפיאוני הערבי השמיטו ולא זכרו הנקודות האלה

וגארציאה דאל׳ אורטו המחבר שבימינו כתב כי העץ אלואי לא יצמח אלא בהודו ושאפשר הוא שיביאו אותו מהודו לארץ הערב ועל כן היו מהאנשים שחשבו שיצמח גם כן בארצות שערב ושקליפת העץ אינה כמו של עור כאשר כתב דיאוסקורידי אך הוא כמו קליפת שאר האילנות ואמר שאינו מן הנכון שנאמר עם דיאוסקורידי שבמקום הלבונה ישתמשו מן העץ הזה כי נהפוך הוא שהכל יודעים שכאשר אין לנו דבר המצוי לא בקושי נשתמש במקומו בדבר יותר מצוי בנקלה ואמר גם כן שצורת האילן הזה הוא כמו אילן הזתים ויותר קצר הקומה ממנו ושלא ראה הפרח והפירות שלו בעבור רבוי האריות והכפירים הנקראים טגרי השואגים שם לטרף ואמר שהעץ המובחר הוא כשיפלוט מיץ מבושם וריחני לרוב כשישרפו אותו

ואנשי

sine ulla albedine, & ponderosum, & quod sero comburatur. Ex autore *Chealsetebeno* sic scribit *Serapion*. Dicunt preterea, quod incolæ regionis, ubi nascitur Xiloaloe, statim ac inciderunt ramos ab arbore, statim [8] sepeliant sub terra integro anno, ut optime putrescat, & omnino cortice spoliatur, ita ut relinquatur lignum ab eo emundatum. Preterea dicunt, quod rami, & trunci arboris sponte cadentes, abripiuntur ab inundationibus fluviorum, qui sunt illis proximi, & ab illis transferuntur in regiones vicinas, & longinquas. Hactenus verba *Serapionis*. Et ecce *Simon Sethi*, qui fuit ex novissimis autoribus Græcis scribit. Non existimarunt incolæ illius regionis lignum Aloes esse odoratum, & aromaticum, nisi aliquantulum putrescat, ideoque statim post sucisionem, & tempore opportuno de terra & de fossa educunt, & vendunt mercatoribus, & aromatariis peregrinis! Ceterum *Aben Sini* in duobus capitibus scribit de hoc ligno; & in primo capite illud appellat Agallochum; & in secundo Xiloaloe; & in utroque capite describit verba *Dioscoridis*; sed solum scribit nomina urbium, unde affertur; & commemorat maculas, quibus cortex ligni insignitur. Verum *Paulus Ægineta* Græcus, & *Serapion* Arabs dimittunt, neque has mnculas commemorant.

Garcias ab horto autor nostræ ætatis scribit; lignum Aloes non nasci nisi in India, & fieri potest, ut ex ipsa India allatum sit in Arabitam; atque ea de causa nonnulli putarunt nasci quoque in Arabia, hujusque ligni corticem non esse pelli similem, sicuti scribit *Dioscorides*, sed esse similem cortici reliquarum arborum; dicitque, non esse rectum: quod pariter dicit *Dioscorides*, quod hoc ligno pro thure utantur; immo contrarium est; notum est omnibus, quod utamur re, quæ facile invenitur, potius quam re, quæ difficulter potest reperiri, Hoc præterea addit, quod figura hujus arboris sit similis olivæ, & ea minor altitudine; sed florem, & fructus non vidit propter multitudinem leonum, & Tigrium, qui ibi rugiunt ad discrependum. Et dicitur, lignum selectissimum esse, quando ejicit succum aromaticum & odoratum uberrime, quando comburitur. Et incolæ Decan, & Guzerate eligunt ramos & truncos ex hac arbore magnos, sicut nos eligimus magnos præ parvis ex lapidibus pretiosis, & margaritis. Hæc sunt, quæ deprehendi in eorum

auto-

ואנשי דיקאן ונוזאראטי בוחרים בענפי
ונזעי תאילן הזה הגדולים כמו שבוחרים
אנחנו באבנים טובות והמרגליות הגדולות
יותר מבקטנות עד כאן מצאתי במחברים
שלהם עד היום ואולי נקרא הסם הזה
קציעה מפני שמרוב גסות האילן לא יחתכו
אותו במגלת של יד אחת אלא במקצועות
הגדולוה או נקרא הסם הזה קציעה נכון
לדעת סיראפיאוני וסימון סיטי מפני שקוברין
הענפים ונזעם במקצעת הבתים לשמרם
שם עד עת הצורך שלא יגנבו אותם
הגנבים בלילה אם יקברו אותם בשדה של
הפקר והוא מלשון למקצועות המשכן או
בארבעת מקצועות החצר ודומיהם או נקרא
הסם הזה קציעה מפני שחותכין העץ הזה
בקציעות או חתילות רבות לקברן בזמנים
מתחלפים כדי שיהיה להם תמיד איזה
קציעה מהם מן המוכן למכור ולא ימתינו
עד שיתעפשו כלם בבת אחת או קציעה
רוצה לומר סם שצריך להקצותו עד גמר
מלאכתו כאשר כתב בעל הערוך בערך
מוקצה שאמר המוקצה הוא המקום המוכן
להקצות בו פירות כדי ליבשן כדי שתגמר
מלאכתן וכל הפירות שלא נגמרה מלאכתן
קרויים מוקצה או קציעה כדתנן עומד אדם
על המוקצה המעמיד תאנים בחצרו לקצות
דייו ליבש וכן קציעה יהיה הסם שצריך
שיבש בקבר עד גמר מלאכתו שם או הוא
מלשון ואת הבית יקציע כתרגומו יקלוף
רוצה לומר יסיר קליפת הסיד המסודר על
הקיר כן הקציעה היא הנסילאלואי הקלוף
והמתוקן נקראת ככתום בלשון רבים
אהלות קציעות מפני שצריך להסיר ממנה
יחד בעפוש מתוך הארץ השתי קליפות
שהן סביב לה כמו שיש לכל שאר מיני
העץ גם כן שתי קליפות לעולם האחרת
חיצונית והאחרת פנימית הדבוקה בם ומה
שכתבתי די לכם להודיעכם בני מה היא
הקציעה הנכנסת בקטרת שנקראת בלשון
יון אגאלוקו או נסילאלואי בלאטינו ליניים
אלואיס בערבי הואר או אגאלוייאן או
אגאלוגין ואנשי גוזארטי ודיקאן קורין אותו
אור ובארץ מאלאקה נאמבי באשכנז אואים
הולטש או קרינטץ הולטץ ובספרד ליך
אלואי

אחרי הקציעה היא השבלת נרד
שהוא הסם השביעי הנכנס בקטרת דעו
בני כי הנרד כאשר כתב דיאוסקורידי בספר
הראשון

autoribus usque ad hanc diem. Et hoc aroma vocatur קציעה, quia propter copiam crassitiei arboris non incidunt falcibus manus, sed magnis scissionibus. Aut vocatur hoc aroma קציעה juxta mentem *Serapionis*, & *Simonis Sethi*, quia sepeliunt ramos & truncos in angulis domorum, ut ibi asserventur atque ad tempus necessarium, ne fues illos noctu surriperent, si in publico agro sepelirent; & hoc ex loquendi modo; ad angulos tabernaculi, aut in quatuor angulis atriorum, & his similium. Aut appellatur hoc aroma קציעה, quia abscindunt, & concidunt in multas scissuras, & particulas ad eas sepeliendas temporibus variis, ut semper habeant ex his particulam, quæ idonea sit, ut vendatur, neque expectent, ut omnes una vice putrescant. Aut קציעה designat aroma, quod sit præparandum, donec perficiatur ejus opus, sicut scribit Autor *Aruch* in מוקצה; ubi dicit מוקצה est locus destinatus, ubi preficiantur fructus, ut exsiccentur, ut eorum opus perficiatur; & fructus omnes, quorum opus non est absolutum, vocantur מוקצה, aut קציעה; sicuti legitur; Consistit homo super loco destinato; & constituit ficus in atrio, ut perficiantur, i. e. ut exsiccentur; ita pariter קציעה est aroma, quod est exsiccandum sepultura, donec ibi ejus opus perficiatur. Aut juxta significatum; & domum יקציע sc. radi; juxta ejus Targum יקלוף decorticari; i. e. removeri corticem calcis obductæ super muro; ita pariter קציעה est cortex dulcificatus; & vocatur, sicut scriptum est, plurali numero, אהלות קציעות, quia ex ea removendi sunt simul putrefactione sub terra duo cortices, quibus circumdata est, ut sunt semper in omnibus arboribus duo cortices alter exterior, & alter interior illis adhærens. Quod scripsi, satis erit vobis, ut intelligatis, mei filii; quid sit קציעה, quæ in suffitum ingreditur, quæ Græce ἀγάλλοχον, & ξυλοαλόη Latine lignum Aloes, Arabice Hoad, aut Agoloian aut Agalugen, & ab incolis Guzarat, & Decan Ud, & in regione Malaca Garto, Germanice Aloes holtz, aut Kreutz holtz, & Hispanice Lin Aloe appellatur.

Post הקציעה sequitur השבולת נרד, quod aroma est septimum, quod ingreditur in suffitum. Scitote mei filii; sicut scribit *Dioscorides* lib. primo cap. 6. 9 *Duo*

nardi

הראשון שלו פרק ששי הוא של שני מיני
היינו ההינדי וגם הסוריאנו לא מפני
שאאה צומה בסוריאה והאחר בהודו אולם
מפני שההר אשר בו צומח הנרד מצדו
האחר הוא פונה לצד הודו ומצדו האחר
הוא פונה לצד סוריאה והסוריאנו הוא טוב
כשהוא רטוב וקל ורוב השערות וארום
ומבושם מאד ושידמה בריחו לסם ההוא
הנקרא בלשון יון קיפירוס בלאטינו ציפירוס
בערבי סאחיראדי ובלעז ציפירו והשבלת
שלו היא קצרה וטעמה מר וכשלועסין
אותה היא מיבשרת הלשון וישאר זמן רב
ריחה המבושם בפה ומהמין ההינדי יש
ממנו מין אחר שנקרא גאנגיטיקו על שם
הנהר ההולך שם על רגל ההר שנקרא
גאנגי והוא המקום אשר יצמח בו ומרוב
לחות ממקום ההוא אינו טוב והצומח על
ההר שם הוא יותר מבושם וריחו דומה
לציפירו ולו גם כן כל תנאי הסוריאנו וגם
יש מין אחד מנרד הנקרא סאמפאריטיקו
על שם המקום אשר הוא צומח שם כי
מפני שיש לו ריח רע כמו שהוא ריח
התישים אין מי שידרוש אותו להשתמש
בו והנה מוכרים הסוחרים אשר אין בהם
אמונה מהנרד ששמו אותו במים תחלה
לתת בהם ריח הטוב מהנרד אך יוכר הזיוף
בנקלה לצבע הלבן של שבולת הנרד הזה
ועל כי אינו טוב רואי וגם מפני שלא
ימצאו על גביו השערות שהם עליו בטבע
ומזייפים גם כן אותו להרבות משקלו עם
מין המתכת ההוא הנקרא בלשון יון סטימי
עם המ״ם כפולה בלאטינו סטיביאו בערבי
אטימאד ובלעז אנטימוניאו ועוד יצליפו
עליו עם הפה יין של תמרים או מים וגם
צריך להזהר שלא יהיה חבור על שרשיו
עפר וטיט ועם נפה או כברה יסירו ממנו
העפר שהוא טוב לנקות בו הידים והנרד
גארציאה דאורטו בספר הסמי׳ המבושמים
שלו כתב כי הנרד בהודו נקרא קאזאזארא
ושצומח במדינות מנדין וקיטור ובמלכות
דילי ובונגאלה הקרובים לדיקאן אצל הנהר
גאנגי שנקרא בלשון הנדי גאנגא ואמר כי
אין מהנרד מינים שונים כאשר אמרו
הקדמונים ושלא הכיר אלא מין אחד ממנו
שמביאים אותו מהמקומות שזכר ושהוא
צומח בהר אחד שמצדו האחד ישקיף נגד
המזרח ומצדו האחר נגד המערב אשר
לעומתו היא הסיריאה רחוקה מדינות רבות
מהודו וגם אמר שהנרד יצמח גם כן
במקומות אחרים כשיוטע שם אך לא יצמח
בנקלה אל בהשתדלות רב ושלא הכיר נרד
מובחר במקום אחד יותר מהאחר ושימכרו
אותו בקאמבאיאטי אסוראטיי ונאננבא
ובחוף הים ובמקומות הנותרים אשר שם
באים

nardi genera, unum [10] Indicum, alterum [11] Syriacum appellatur; non quod in Syria proveniat, ſed quod montis in quo oritur, pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur. [12] Ex hoc Syriaci genere præcipuum [13] eſt recens, & leve, largam gerens comam, [14] flavum colore, perque odoratum, ac redolens [15] Cyperum [ſc. aroma, quod Græce Κύπρειρος Latine Cyperus, Arabice Seherade, & Italice Cipero appellatur) brevi [16] ſpica, amaro ſapore linguam ſiccante, quamdiu in ſua odoris gratia permaneat. Ex Indicis autem Nardum quoddam [17] Gangitis vocatur a Fluvio Gange, apud quem enaſcitur, montem præterfluente; quod genus ab multam loci, in quo prodit uliginem infirmius eſt. Montanum autem odoratius, ſpica brevi, odore Cypero vicino, ceteras habens Syriaci dotes. Eſt & genus quoddam, cui Sampharitico nomen locus indidit, hircorum virus ſupra modum redolenti; quod improbatur; [18] Madefactum vendi ſolet [ab infidis mercatoribus, qui infundunt in aquas cum quibus indatur bonus odor ex nardo] Quod vitium ex eo deprehenditur, quod candida ſit ſpica & ſquallida [19] nulloque pulvere obſita, qui in illo naturaliter ineſt. Adulteratur (metalli ſpecie, quæ Græce ςίμμι cum mem duplicata, Latine ſtibium, Arabice Atimad, & Italice Antimonio dicitur) cum aqua, aut palmeo vino, inſpiſſationis, ponderiſque cauſa inſpirato. Intueri autem oportet, ſi lutum radicibus inſideat, & in cerniculo pulverem excutiat, [20] eluendis manibus utilem. Garcias ab horto in libro aromatum odoratorum ſcribit nardum in India Chzſara dici, & naſci in provinciis Mandu, & Chitor, & in regnis Dili, & Bengala, & regionibus finitimis Decan, prope fluvium Ganges, qui lingua Indica vocatur Ganga; dicitque non eſſe varias nardi ſperies, ſicuti dixerunt veteres, neque innoteſcere niſi unam tantum ſpeciem ex ea, quæ affertur ex regionibus, quas commemoravit, & naſci in quodam monte, qui uno latere reſpicit contra orientem, & latere altero contra occidentem, cujus e regione eſt Syria multis interjectis provinciis ab India longiſſime diſtans; præterea dicit, nardum quoque naſci in aliis locis, in quibus plantatur; ſed difficulter germinat; neque cognoſcitur nardus præſtantior in uno loco quam in altero; & venditur in Cambaia, Suratte, & in Goa in portu maris; & in loca alia, ubi invenitur, adeunt Arabes & Perſæ. Verum majorem partem nardi

באים הערביים והפרסיים אמנם רוב הנרד אנשי הארץ ההיא מבזבזים אותו לפי צרכם ורצונם והנרד הזה אשר ,אמר הוא אשר משתמשים בו הרופאים ההינדוס ,התורגמים הפרסיים והערביים

רעו בני כי הנרד אינו עושה שבולת בראש השרביט או בתוך הקלה שלו אך נקרא שבולת השורש שעושה הנרד הדומה לשבולת בצורתו והוא תשבולת נרד שמשתמשים בו בני אדם כי אינם משתמשים בשאר חלקיו אלא בשורש שלו כאשר כתב גאלינו בספר התרופות המעולות שלו בלשונם אנטידוטי ובספר התשיעי שלו מהתרופות לפי חלקי הגוף במקום דבר בתרופה הנכבדת ההיא הנקראת פילוניאו לכן השבולת נרד הנכנסת בקטרת אין ספק שהיא השרש בלבד ולא חלק אחר ממנה לפיכך יפה אמר רש״י כפירושו על התורה שהנרד היינו שורש הנרד הדומה לשבולת

di incolæ regionis expendunt ad eorum uſum & voluptatem. Et hæc nardus, de qua loquitur, eſt nardus, qua utuntur Medici Indiæ, & mercatores Perſæ, & Arabes.

Scitote mei filii, in nardo non naſci ſpicam in vertice propaginis, aut in medio caulis; ſed vocari ſpicam radicem ipſius nardi, quæ ſua figura ſpicam refert, qua una tantum homines utuntur ſicut ſcribit *Galenus* in libro Antidotorum, & in libro ſeptimo medicamentorum juxta partes corporis in eo loco ubi diſſerit de medicina celebri quæ vocatur Filonio; Hinc conſtat, quod ſpica nardi in ſuffitum ingrediatur, quæ ſine dubio eſt radix, non alia ejus pars. Idcirco optime diſſerit *Raſchi* in ſuo commentario in legem, nardum, i. e. radicem nardi ſpicæ aſſimilari.

NOTÆ IN CAPUT SEXTUM.

[1] AGallochum &c. Ab aliis lignum aquilæ, ab aliis lignum Crucis appellatur. Nonnulli fabulantur Agallochum naſci in Paradiſo terreſtri, unde fluminibus ad nos fragmenta deferri exiſtimant. Agallochum apud Arabes eſt Græcorum ξυλοαλόην, lignum Aloes, ut infra demonſtrabitur.

[2] Ex India atque Arabia &c. *Aben Sini* lib. ſecundo cap. 14. Agalugin quid eſt? Lignum Indum aut Arabicum boni odoris. *Garcias ab horto* lib. primo cap. 16. negat in Arabia naſci. Ex Arabia (inquit) adferri potuit; prius tamen ex India eo deportatum ut pleræque aliæ merces.

[3] Thuiæ ligno ſimile &c. *Theophraſtus* lib. quinto cap. 5. appellat θύιον; ſcribendum; τὸ δὲ θύον, οἱ δὲ θύαν, ut in Aldino & Baſileenſi codice. Deſcribitur hoc loco ab Theophraſto. Τὸ δὲ θύιον, οἱ δὲ θύαν (θύον, οἱ δὲ θύαν) καλοῦσι, παρ᾽ Ἀμμῶνι τὲ γίνεται καὶ ἐν τῇ Κυρηναίᾳ. τὴν μὲν μορφὴν ὅμοιον κυπαρίττῳ καὶ τοῖς κλάδοις, καὶ τοῖς φύλλοις, καὶ τῷ στελέχει, καὶ τῷ καρπῷ. μᾶλλον δ᾽ ὥσπερ κυπάριττος ἀγρία. πολὺ μὲν καὶ ὅπου νῦν ἡ πόλις ἐστὶ καὶ ἔτι διαμνημονεύουσιν ὀροφάς τινας τῶν ἀρχαίων ἐκ θύιας (θύας) οὔσας. ἄσαπές γὰρ ὅλως τὸ ξύλον. Thuium, quod Thuia (Thyon, quod Thya) ab aliis appellatur, naſcitur apud Ammonis fanum, atque in Cyrenenſi agro. Forma cupreſſo ſimilis, cum ramis, tum foliis, caudice fructuque, vel potius ceu cupreſſus ſylveſtris. Copioſam vel ubi urbs hoc tempore eſt, comperiri affirmant: atque etiam memorare contignationes quaſdam vetuſtiſſimas Thuiæ (Thyæ.) Perdurat enim materies hæc incorrupta omnino. *Plinius* lib. XIII. cap. 16. Nota etiam Homero fuit; θύον Græce vocatur. Hanc igitur inter odores uri tradit in deliciis Circes, quam deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cum præſertim eodem verſu cedrum laricemque una tradat. In quo manifeſtum eſt de arboribus tantum locutum --- Præcipuam autem eſſe eam arborem circa Ammonis delubrum. Naſci & interiore Cyreniacæ parte. Odoramenti etiam quoddam genus, quod *Plinius* negat, θύον vocatur. *Heſychius*: θύον ὄνομα δένδρου &c. θύα ἀρτύματα Κύπριοι, ἔνιοι τὰ ἀρώματα. *Dionyſius Periegetes* utrumque commemorat ſcribens de felicitate Arabiæ.

> Ἄλλο δέ τοι καὶ θαῦμα μέγ᾽ ἔξοχον ἔλαχ᾽ ἐκείνη
> Αἰεὶ κηώεσσα θύοις ὑπὸ λαρὸν ὀδώδει
> Ἠ θύῃ ἢ σμύρνης εὐώδεος ἢ καλάμοιο
> Ἢ καὶ θεσπεσίοιο πεπαινομένου λιβάνοιο
> Ἢ κασίης.
> Quin etiam aliud mirum ingens ſortita eſt illa
> Semper odorata aromatibus ſuaviter ſpirat,
> Vel citro, vel myrrha, vel fragranti canna,
> Vel etiam divino ad maturitatem perducto thure,
> Vel Caſia

In eo quoque peccavit *Plinius*, quod ab Circe ſcripſerit combuſtam fuiſſe cedrum citrumque, cum *Homerus Odyſ.* dicat ab Calypſo hæc combuſta fuiſſe.

> Πῦρ μὲν ἐπ᾽ ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόθι δ᾽ ὀδμὴ,
> Κέδρου δ᾽ εὐκεάτοιο, θύου τ᾽ ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
> Δαιομένων.
> Ignis quidem ingens ad focum ardebat, procul odor
> Cedri fractu facilis, thyæque per inſulam redolebant
> Ardentium.

Deceptus eſt *Plinius* a *Virgilio*, qui *Æneid.* 7. ita cavit.

> Proxima Circeæ raduntur litora terræ,
> Dives inacceſſos ubi ſolis filia lucos
> Aſſiduo reſonat cantu, textiſque ſuperbis
> Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.

[4] Pretioſum &c. *Theophraſtus* ibid. οὐλότατον δὲ τὴν ῥίζαν ἐστὶ, καὶ ἐκ ταύτης τὰ σπουδαιότατα ποιοῦνται τῶν ἔργων. τὰ δὲ ἀγάλματα γλύφουσιν, ἐκ τῆς κέδρου, κυπαρίττου &c. Radice hujus arboris nihil criſpius, eaque pretioſa opera conficiunt. Simulacra ex his ſculpere ſolent, cedro, cupreſſo &c. *Plinius* ibid. *Theophraſtus*, qui primus a magni Alexandri ætate ſcribit, quæ circa urbis Romæ quadringenteſimum quadrageſimum geſta ſunt annum, magnum jam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes, quandamque immortalitatem materiæ in tectis contra vitia omnia incorruptæ. Radice nihil criſpius, nec aliunde pretioſiora opera. *Pauſanias* in Arcadicis. Τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὸ ἀρχαῖον ὁπόσα καὶ ἡμεῖς καταμαθεῖν ἐδυνήθημεν τόσα δὲ ἦν ἀφ᾽ ὧν τὰ ξόανα ἐποιοῦντο, ἔβενος, κυπάριττος, αἱ κέδροι, τὰ δρύινα, ἡ σμίλαξ, ὁ λωτὸς, τὸ θύον. *Diodorus Siculus* lib. quinto Bibliot. memorat januas argento, auro, ebore, & citro concinnatas. Τὰ δὲ θυρώματα τοῦ ναοῦ θαυμαστὰς ἔχει τὰς κατασκευὰς ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ, καὶ ἐλέφαντος, καὶ δὲ θύου δεδημιουργημένας. Januæ templi mirando artificio ſunt conſtructæ, argen-

argentoque & auro, & ebore & citro concinnatæ. Athenæus lib. quinto. αἱ δὲ τῆς περιςάσεως θύραι τὸν ἀριθμὸν εἴκοσι ἦσαι θυΐναις κατεκεκόλλην̃το σανίσιν, ἐλεφαντίνυς ἔχυσαι τὺς κόσμυς. Fores per arbitrium numero viginti, ex talibus citreis coagmentatæ fuere, cum eburneis ornamentis. *Varro*

Ea quibus Libyſſa citrus faſciis cingit fores. Præcipue ex citro exſtructæ menſæ ſunt pretioſiſſimæ, maxime apud veteres præſertim Romanos celebratæ. *Plinius* ibid. cap. 15. Atlas mons peculiari proditur ſylva, de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor cedri, & menſarum inſania, quas fœminæ viris contra margaritas regerunt. Extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum eſt illo ævo emta H--S. X. memoratur, & Galli Aſinii HH--S. XI. Venundatæ ſunt & duæ Juba rege vendente, quarum alteri pretium fuit H--S. XV. alteri paulominus (Codex antiquus legit. Extant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum eſt illo ævo emtæ libris XI. cum his memorantur & Galli Aſinii, quæ libris XI. venundatæ ſunt; & duæ a Juba rege vendente, quarum alteri pretium fuit libris XV. alteri paulo minus.) Interiit nuper incendio a Cethegis deſcendens H--S. XIV. permutata, latifundii taxatione, ſi quis prædia mercari malit. (Codex antiquus. Interiit nuper incendio, quam Cethegus decedens libris XIIII. permutaverat latifundii taxatione, ſi quis prædia tanti mercari malit.) Magnitudo ampliſſima adhuc fuit, unius commiſſæ ex orbibus dimidiatis duobus, a rege Mauritaniæ Ptolemæo, quatuor pedum, & ſemipedis per medium ambitum, craſſitudine quadrantali; majuſque miraculum in ea eſt artis latente junctura, quam potuiſſet eſſe natura ſolidæ. Item a Nomio Tiberii Cæſaris liberto cognomen trahentis, tribus ſilicis infra quatuor pedes, totidemque infra ſemipedem craſſitudinis. Qua in re non omittendum videtur: Tiberio principi menſam quatuor pedes ſextante & ſilico excedentem, tota vero craſſitudine ſeſcunciali, operimento laminæ veſtitam fuiſſe, cum tam opima Nomio liberto ejus eſſet, cujus materia erat tuber, hoc eſt radicis vitium, maximeque in eo laudatum, quod ſub terra totum fuerit, & rarius quam quæ ſuperne, quæque gignuntur etiam in ramis; proprieque quod tanti emitur, arborum vitium eſt, quarum amplitudo ac radices æſtimari poſſunt ex orbibus. Sunt autem cupreſſo fœminæ etiamnum ſylveſtri ſimiles folio, odore caudice. Anchorarius mons vocatur citerioris Mauritaniæ, qui laudatiſſimam dedit cedrum jam ex hauſtus. Menſis præcipua dos in vena criſpis, vel in vertice variis. Illud oblongo evenit diſcurſu, ideoque tigrinæ appellantur. Hoc intorto, & ideo tales pantherinæ vocantut. Sunt & undatim criſpæ majore gratia, ſi pavonum caudæ oculos imitentur. Magna vero poſt has gratia extra prædictas criſpis denſa veluti gravi congerie, quas ob id ab ſimilitudine apiatas vocant. Summa vero omnium in colore. Hic maxime mulſi placet, ſuis refulgens venis. Poſt hæc amplitudo eſt jam totius caudicis. Juvant plura quoque in una menſa vitia. Lignum, ita vocatur materia ſurda & indigeſta ſimplicitas, aut platani foliorum modo digeſta; item ilignæ venæ ſimilitudo, vel coloris: & quibus maxime obnoxias fecere æſtus ventique rimæ, aut capillamenta rimas imitata. Poſtea murena nigro tranſcurrens limite, variiſque corticum punctis apprehenſus papaverum modo, & in totum atro propior color, maculæque diſcolores. Virides terra condunt barbari, & illinunt cera. Artifices vero frumenti acervis imponunt ſeptenis diebus, totidem intermiſſis: mirumque ponderi quantum ita detrahant. Naufragia docuere nuper, hanc quoque materiam ſiccatam mari, duritie incorrupta ſpiſſari, non ullo modo vehementius. Nutriuntur optime, ſplendeſcuntque manu ſicca fricatæ a balineis maxime: nec a vinis læduntur, ut his genitæ. Inter pauca nitidioris vitæ inſtrumenta hæc arbor eſt: quapropter inſiſtendum ei quoque paulum videtur. *Cicero* in Verrem orat. 6. Maximam & pulcherrimam menſam citream a Q. Lutadio Diodoro omnibus ſcientibus abſtuliſti. *Tertullianus* de pallio cap. 5. Nullis vitiis adulor, nullis veternis parco, adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit, qua bis tantum Aſinius Gallus, pro menſa ejuſdem Mauritaniæ numerat; hem, quantis facultatibus æſtimavere ligneas maculas! *Martialis* lib. XIV. Epigr. 90.

Non ſum criſpa quidem, nec ſylvæ filia Mauræ,
Sed norunt lautas & mea ligna dapes

C. *Petron. Satyrico*.

— — Ecce Afris eruta terris
Citrea menſa, greges ſervorum, oſtrumque renidens
Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum.

Homerus Odyſſ. citreos lectos memorat.

Ἐκ δ᾽ Ἑλένη θαλάμοιο θυώδεος ὑψόροφοιο
Ἤλυθεν.
Helena ex thalamo citrato excelſo
Egreſſa eſt.

Perſius

— — Quicquid denique lectis
Scribitur in citreis.

Martialis lib. IX. Epigr. 60.

Et teſtudineum menſus quater hexaclinon
Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.

5 Maculatum &c. *Aben Sini* loc. cit. Agalugin — habens cutem aſperam, ſeu cutem diverſis maculis, & ſignis coloratam, intrans in numero ſpecierum, quæ venduntur. Et in ipſo eſt ſtypticitas cum amaritudine pauca.

6 Manditur &c. *Aben Sini* ibid. Collatio oris facta ex ipſius decoctione odorem oris efficit bonum. Et cap. 733. Maſticatio ejus facit oris odorem bonum.

7 Ardores arcet &c. Græce in textu ſcriptum eſt; καὶ διάπασμα δὲ ὅλυ τῦ σώματός ἐςι. Quid ſit διάπασμα docet *Plinius* lib. XIII. cap. II. Siccis odoribus conſtant, quæ diapaſmata vocantur. *Theophraſtus* lib. de odoribus. Ὡ᾽ς μὲν οἱ τὰ ἀρώματα καὶ τὰ διαπάσματα, συντιθέντες ξηροῖς πρὸς ξηρά. ὡς δὲ οἱ τὰ μύρα κεραννύντες, ἢ τῷ οἴνῳ ἐπιχέοντες, ὑγροῖς πρὸς ὕγρα. Ut qui aromata & diapaſmata componunt ſicca ſiccis, qui unguenta aut vino infundunt, humidis jungunt humida. Diapaſmata facta fuiſſe ad coercendos ſudores ſcribit *Plinius* lib. XXI. cap. 19. Diapaſmata inde fiunt ad ſudores coercendos, itaut a balneis inareſcant corporibus, deinde frigida abluantur.

8 Mundil &c. *Aben Sini* ibid. cap. 733. Melior ſpecies Xyloaloes eſt Almundilum de medio regionis Indiæ ſecundum quoſdam, deinde eſt illud quod dicitur Indum eſt montanum, & eſt melior quam Almundilum, quoniam non generat pediculos, & ejus odor eſt magis imprimens, & remanens in indumentis ſeu in veſtibus. Quidam tamen homines ſunt, qui non diſcernunt inter Mundilum & Indum bonum, & de meliori Xyloaloe eſt Alſemenduri, quod eſt ex regione Indiæ dicta Sefale, deinde Xyloaloe dictum Alchameri, quod eſt ex regione Indiæ dicta Sefale, & Aloe Alſanfi, & eſt ſpecies Xyloaloe de regione Sefale Indiæ, & poſt illud eſt Aloe Alchacheli, & Albari, & Aloe de regione Cathae, & Xyloaloe Syni, & nominatur Caſmuri, & eſt humidum, dulce, & inferius illo eſt Algelali, & Almabethai, & Alluafi, & Alrithani, & Almundilum totum eſt bonum; deinde melius eſt de Alſemenduri eſt varium, ponderoſum, & durum plurimæ aquæ, groſſum in quo non eſt albedo, & remanens ſuper ignem. Quidam vero extollunt nigrum ſuper varium, & melius Alcomari eſt nigrum, mundum ab albo, ponderoſum, remanens ſuper ignem, groſſum, plurimæ aquæ, i. e. plurimi & boni ſplendoris, & univerſaliter melius Xyloaloe eſt illud, quod magis ſubmergitur in aqua; natans vero privatum vita & ſpiritu, & eſt malum.

9 Sepeliunt &c. *Aben Sini* ibid. Et Xyloaloe qui-

quidem eſt venæ arboris, quæ eradicantur, & ſepeliuntur in terra, donec earum lignum, & cortex putrefiant, & remanet Xyloaloe purum.

[10] Duo nardi genera &c. Plura nardi genera recenſet *Neophytus*. Νάρδος κελτικὴ, τὸ σίσγουδον. νάρδος ἀγρία, τὸ ἄσαρον. ναρδοστάχυς, τὸ αὐτὸ, καὶ νάρδος Ἰνδικὴ. νάρδος Συριακὴ τὸ στάχυς, νάρδος λέγεται καὶ τὸ ἐκ τῶν ταριχηρῶν κρεῶν, καὶ ἰχθύων γάρος.

[11] Indicum &c. *Andromachus*.

Καὶ κασίην Ἰνδήν τε βάλοις εὐώδεα καρπόν.
Jam caſia, & nardus, quæ extremis fertur ab Indis.

Democrates.

Λευκοῦ πεπέρεως, καὶ μακροῦ, τῆς Ἰνδικῆς
Νάρδου στάχυς, λιβανωτὲ, καὶ τερμινθίνης.
Album & longum piper, Indicæ
Nardi ſpica, thus, & terebinthina.

הפירות ממין אחד יהיו טובים ורעים כפי
טבע הארץ ואוירה כן הקאנילה היא משונ׳
האחרת מחברתה בעבור חלוף ומרחק
המקומות ואנשי אורמוז קוראים הקאנילה
המובאת שם מאנשי הקינה דארקיני כי
בלשון פרס רוצה לומר עץ מבובא מהקינ׳
והקאנילה הטובה של זיאילאן המביאים
אנשי הקינה לאליכסאנדריאה של מצרים
להרבות שכרה קוראים אותה קנמון שרוצ׳
לומר עץ מבושם שיש לו ריח טוב כריח
הסם ההוא שנקרא אמומו ולקאנילה
הרעה המובאת ממאלאבאר ויאאואה
קוראים אותה קאיס מאנים שבלשון
מאלאוה ר״ל עץ מתוק עד ששמו שני
שמות

omnem Æthiopiam, testati sunt ibi non nasci Casiam ligneam, & Cinnamomun; neque dicendum est, quod dicit, quod ibi germinet; sed incolæ illius regionis hoc illos cælavere, quod omnes incolæ harum regionum propter causam utilitatis occultaverint rem magnam aut parvam itinerantibus, uti fecerunt incolæ insulæ S. Laurentii, ubi nascitur fructus cujusdam arboris similis avellanis: quia quum sit illi odor bonus similis in ejus odore herbis, quæ Italice Garosoli appellantur, attulerunt, & monstrarunt omnibus mercatoribus itinerantibus; atque ita pariter fecissent Æthiopes Lusitanis, si in eorum regione germinasset Casia lignea, & Cinnamomum, uti dixerunt veteres autores. Et ecce Casiam ligneam Arabes & Persæ Salihaca appellant, & Indi Cannellam; & nulla apud eos est inter Casiam ligneam & Cannellam differentia. At nominum varietatis, quibus Cannella aliquando Casia lignea, aliquando Cinnamomum appellatur, causam ortam dicit *Garcias* ab Sinensibus, quod variis temporibus in Ormuz vendiderint bonam, & malam Cannellam, juxta naturam loci ex regionibus Sinicis, ubi germinat, quia Cannella regionis Ceilan est selectissima, & Malabarica est ea deterior, & Javensis est ultimæ conditionis; atque ea de causa quæ Cannella sit adspectu & pulchritudine sua altera melior, ab iis altero, & altera altero nomine insignitur, ad celandam fraudolentiam; sed vere omnis est unius speciei; & hæc est illa melior propter clima bonum & malum, ubi nascitur. Etenim Sina est regio quæ latissime patet. Et quemadmodum omnes reliqui fructus unius speciei sunt boni & mali juxta ingenium terræ, & aeris, ita pariter Cannella, altera est ab altera diversa, propter varietatem, & distantiam locorum. Et incolæ Ormuz vocant Cannellam, quæ illuc aduehitur a Sinensibus, דארקיני, quod Persice designat lignum a Sina allatum; & Cannellam optimam Ceilan, quam Sinenses afferunt Alexandriam Ægypti, ad augendum ejus pretium, appellant Cinnamomum, sc. lignum odoratum, in quo est odor juxta odorem aromatis, quod vocatur amomum. Et Cannellam deteriorem allatam ex Malabar & Java appellant Caismanis, quod lingua Malaya designat lignum dulce, ita ut duobus nominibus diversis cinnamomi, & Caismanis unum idemque aroma insignitum sit; & Græci erronee Cais vocarunt Casiam; &

Aben

שמורת שונים היינו קנמון וקאיס מאניס
לסם אחד בלבד והיונים בשבוש במקום
קאיס קראו אותה קאסיאה ואבן סיני
וראזיס עם יתר הרופאים הערביים כלם
קראו הקאנילה בלשון פרסי דארקיני כמו
שעושים נ״כ ברוב הסמים שקוראים להם
שמורת פרסיים אמנם כל מיני הקאנילה
בלשון ערבי נקראו קוירפאאה או קוירפי
ושאר השמות בערבי הם משובשים כמו
דארסאיהאסין סאליהאה ודומיהם ובזיאילאן
קוראום לקאנילה קואורדו ובמאלאיה כאשר
אמרנו קאיס מאניס ובמאלאבאר
קאמאראאה עד שגארציאה רוצה
שהקאסיאה ליניאה הקנמון והקנילה שלנו
יהיו סם אחד בלבד ולא סמים שונים כאשר
חשבו הקדמונים ואתה הקורא דע כי
רבותינו ז״ל לא קראו לקנילה שהיה הקנמון
בעצמי שדמו להם היונים אלא בשם אחד
בלבד ובלשון פרסי כאשר קראו אותה
אנשי אורמוז כאמור כי אמרו בשבת פרק
במה אשה בגמרא ובכל דבר שתתן לתוך
פיה כמו זנגבירא אי נמי דרצין פירוש
מעצי סממנין הוא ואדום הוא ובלשון לע״ז
קאנילה כן כתב בעל הערוך ז״ל בערך
דרצין והנה גארציאה הלזה כתב גם כן
צורת האילן מהקאנילה ואמר האילן הזה
הוא גדול לאילנות הזתים ולפעמים הוא
קטן מהם מעט ויש לו ענפים רבים שאינם
עקומים אלא זקופים וישרים וצבע העלים
שלו הם כצבע עלי הלאברו ודומים כמעט
בצורתם לעלי האילן מעושה הפירות ההם
שקראו אותם היונים מידיקא מילה או
קידרומילה הלאטיני ציטריאה או מדיקא
מאלה או ציטרו מאלא האשכנזים ציטרון
היפפיל אי ציטרונאטין או יודין היפפיל
הספרדים צידראס והצפרתים אונגזיסרון
ובלע״ז פומי ציטרי ואינם דומים כאשר
אמרו אחדים לעלי הנטיעה ההיא הנקראת
בלשון יון ולאטינו איריס בערבי אסמיני
יוני או איירסא ובלע״ז ייריי מורילי ופרח
האילן הזה הוא לבן והפרי שלו הוא שחור
ועגול וגדול כבטנים או כזיתים הקטנים
הקאנילה אינה אלא הקליפה השנית והיא
הפנימית מהעץ כי האילן הזה יש לו שתי
קליפורת כמו שיש לו לאילן הנקר׳ בלשון
יון פילוס כרתוב הכ״א שלהם נקראת פי׳
באיפסילון בצירי ובשני לאמבדי שהיא הא׳
היא שלהם באוקמירון ובסינמא בלאטינו
סוביר באשכנז פונטופילחולטי ובלע״ז סובירו
עם שהקליפות חאלה אינם גסים ובפרדים
זה מזה כמו שהם באילן הסובירו והנרת
אחרי שיסירו קליפרת העץ החצונה הם
מנקים היטב הפנימית ואחרי כן חותכים
אותה בחתיכות מרובעות דקות וארוכורת
ומשליכין אותם בארץ ועוזבים אותם שם
ע״ג קרקע והקליפורת האלה מעצמן מבלי
סיוע ידי אדם מצירין עצמן ומתהפכין
מתוכן ומתקבצים בעגול כמו שידיו קנה
אחד שלם מענף אחד גם כאשבע של
אדם עם כי הענף אשר לוקחה משם
לפעמים הוא יותר גם מירך האדם

הבינונית

Aben Sini lib. 11. cap. 128. & *Raſis* cum reliquis Medicis Arabibus Cannellam Perſice Darchina appellarunt ; ſicuti fecerunt in pleriſque aromatibus , quæ nominibus Perſicis inſignita ſunt . Ceterum omnes Cannellæ ſpecies , Arabice Querſaa, aut Querate appellantur ; & reliqua nomina Arabica exemp. gr. Darſihahan Salihaca & his ſimilia ſunt confuſa & etronea; & in Ceilan Cannella Cuurdo, & in Malaya, ſicuti diximus, Caiſmanis, & in Malabar Cameaa nominatur; Hinc *Garcias* contendit Caſiam ligneam, & Cinnamomum, & noſtram Cannellam unum idemque eſſe aroma , non vero varia eſſe , uti veteres exiſtimarunt . Scito Lector , quod ſapientes noſtri f. m. non appellarint Cannellam , quæ eſt ipſum Cinnamomum , quod putarunt Græci , niſi uno tantum nomine Perſico , ſicuti incolæ Ormuz nominarunt , uti dictum eſt; Dixerunt enim in *Schab*. cap. VI. in *Gemara* ; quavis re, quæ in ore reponitur ; e. g. Gingibero , aut etiam cinnamomo , quod ſeparatur de lignis aromaticis , & eſt ruſum , & Italice dicitur Cannella ; ita ſcribit autor *Aruch* f. m. in ordine דרצין; Præterea *Garcias* deſcribit figuram arboris Cannellæ, dicitque in magnitudine æquiparari arboribus olearum , & aliquando paulo minorem eſſe ; & in illa multos eſſe ramos non contortos , ſed elevatos, & erectos ; ejuſque foliorum colorem Lauri frondium colori aſſimiliari ; eaque quaſi referre ſimilitudinem foliorum arboris, quæ producit fructus, qui Græce dicuntur μηδικὰ μῆλα , & κεδρόμηλα & Latine citria, aut medica mala, aut Citri mala, & Germanice Citrin oepſſel aut Citronaten aut Juden oepſſel , Hiſpanice Cidras , & Gallice ung Citron , & Italice Pomi Cedri ; non ſunt autem ſimilia ſicut dixerunt, aliis foliis plantæ, quæ Græce & Latine ἶρις, Arabice Aſmeni juni aut Aierſa, & Italice Iride morella dicitur, & flos hujus plantæ eſt albus, & ejus fructus nigricans, rotundus , & magnitudine æquat nuces avellanas, aut olivas minores. Cannella vero non eſt niſi cortex ſecundus , & eſt fere ligno interior . Etenim hæc arbor duos habet cortices , uti habet arbor, quæ Græce φελλός , Latine Suber, Germanice Pontoffelholte, & Italice Sovero dicitur; ſed hi cortices non ſunt craſſi , neque inter ſe disjuncti , ubi ſunt in arbore ſuberis . Poſtquam vero remotus ſit cortex exterior, optime purificant interiorem , poſthæc incidunt inciſuris quadrangularibus tenuibus , &

longis,

הבינונית והצבע ההוא שיש לה לקליפה
הזאת כשושנה או כצבע האפר המעורב
עם יין ארום הוא מפני חום השמש המכה
על הקליפה המתוקנת היטב כי כאשר לא
תהיה מתוקנת ונקיה כהלכתה ישאר בה
הצבע לבן או דומה לאפר ואם יכה השמש
על הקליפה יותר מדאי אז הצבע יטה
לשחרות ואולם אחרי הסרת הקליפה הזאת
מהאילן לא יגעו בו עד שיעברו עליו שלש
שנים שלמים והאילן של זיאילאן הלוקחים
ממנו הקליפה הזאת הטובה שהיא הקאניל'
שלנו המובחרת הוא יותר קטן ממה שהם
האילנות ממאלאבאר ויואאה שמהם לוקחי
הקאנילה אשר לא טובה ועם כל זה
האילנות האלה אינם במדרגת הקטנות
שכתבו גאלינו ופליניאו וכל האילנות
מהקאנילה בכלל הם צומחים וגדלים
מעצמם ואינם צריכים לעבודת האדמה
בידי אדם ועד כאן כתבתי מגארציאה כל
מה שצריך לכונתנו זאת כי יתר הפרטים
ייוחסו לרופאים בלבד ולא לנו.

אחרון לכל הסממני' הו' הקנמון שהרמב"ם
ז"ל כתב שהוא קשר סליחא שבלשון ערבי
ר"ל קאסיא' ליגייאה כאשר אמרנו ורד"ק ז"ל
בשרש קנה אמר שהו' ליניו אלואי ועל כי
מדברינו הקודמים גליי ומפורסם לכל שאינו
לא זה ולא זה אסמוך בפירושו על דברי
הרמב"ן ז"ל מפני שהם מיוסדים על דברי
רבותינו ז"ל בבראשית רבה במדרש חזית
אמרו קנמון היה גדל בארץ ישראל והיו
וצבאים אוכלים ממנו ע"כ אמר הרמב"ן ולפי
דעתי הוא התבן המבושם הנקרא בערבי
אדאבאר ובלשון רומיים סקוינאנטו ובלעז
פאיוקה די מיקא היינו קש או מוץ הבא
מהעיר ההיא הנקראת מיקה והוא מרעה
לגמלים במקומו וגם רבינו בעל ההלכות
כתב בפסחים כגון קנמון וסנבאל שדומים
לתבן והנה דיאוסקורידי בספר הראשון שלו
פרק י"ח זכר המקומות אשר שם יצמח
הקנמון הזה נקרא בלשון יון סקינוס
ארומאטיקוס ובלאטינו יונקוס אודוראטוס
בערבי ארקיר באשכנז ראמילסרו בספרד

פאיא

longis, & projiciunt in terram, & deſerunt ſuper pavimento; & hi cortices ſine ullo humano auxilio, ſe convertunt ad interiorem partem, & convolvuntur in formam rotundam, quaſi quidam calamus perfectus & uno ramo craſſo inſtar digiti humani; quamvis ramus, qui inde ſumitur, aliquando ſit craſſior femore mediocris hominis; Et iſte cortex habet colorem inſtar roſæ, aut cineris vino rubro commixti propter colorem, quo ſol percutit corticem, optime præparatur; etenim quando non præparatur, & non purificatur juxta inſtitutum, in eo remanet color albus, aut cineri ſimilis; ſi vero ſol percutiat corticem magis quam conveniat, tum color inclinat ad nigredinem. Ceterum poſtquam ab arbore remotus eſt hic cortex, non attingunt, donec tres integri anni præterierint. Et arbor Ceilan, unde ſumitur hic optimus cortex, qui dicitur Cannella ſelecta, eſt minor arboribus Malabar & Javæ, unde ſumitur Cannella deterior; Atque ea de cauſa hæ arbores non ſunt ita parvæ, uti ſcribunt *Galenus* & *Plinius*. Et omner arbores Cannellæ generaliter ſponte naſcuntur & creſcunt nulla humana cultura indigentes. Hactenus deſcripſi ex *Garcia* ea omnia, quæ ad propoſitum noſtrum erant neceſſaria; quia reliquæ proprietates ad nos non referuntur, ſed ad medicos duntaxat.

Poſtremum ex aromatibus eſt Cinnamomum, quod *Ramban* ſ. m. ſcribit eſſe קשר סליחא, quod Arabice deſignat Caſiam ligneam, uti diximus. Et *Radach* ſ. m. in radice קנה dicit eſſe lignum Aloes; & quoniam ex verbis noſtris ſuperioribus clarum manifeſtumque eſt omnibus non eſſe neque hoc neque illud; accedendum eſt expoſitioni verborum *Ramban* ſ. m., quia innituntur verbis ſapientum noſtrorum ſ. m. in *Beraſchit Raba*, & in *Medraſch Chazith* dixerunt Cinnamomum creſcere in terra Iſrael, & de eo capras comedere. Hactenus dixit *Ramban*; & juxta meam ſententiam eſt palea odorata, quæ dicitur Arabice Adabar, & Latine Schoenanthum, & Italice Paglia della Mecca, i. e. palea, aut ſtipula ex urbe, quæ vocatur Mecca. De ea paſcuntur cameli in ſuis regionibus. Similiter præceptor noſter autor conſtitutionum ſcribit in tractatu *Peſachim*; ſicut cinnamomum, & ſenbal, quæ paleæ ſimilia ſunt. Et ecce *Dioſcorides* lib. primo cap. 18. commemorat loca, ubi germinat Cinnamomum: vocatur

Græ-

פאיא די לה מיקוה או פאיא די
קאמילליאוס בצרפת פאיוסטרי די
קאמיאבלקס יבלעז סקינאנטו וכתב התנאי
שיצטרכו להמצ' בקנמון הטוב הזה והשמיט
צורת הנטיעה בפרטות כי אמר דרך כלל
היונקו אודוראטו הוא צומח באפריקה
ובארצות הערב ובגלילות ההם הנקראים.
נאבאטיאי שמשם יביאו היונקו המובחר
והקרוב לזה במעלה קראו איתו טיבקיטי
ואשר הוא בשפלות הערך וחמעלה הוא
הבא מארץ אפריקה אמנם המובחר צריך
שיהיה אדום רב האדמימות עד שיטה
לצבע אדום בוער ויהיה רטוב ומלא פרחי'
ודק ושחלקיו הנשברים ידמו בצבעם לשני
תולעת ושאם ישפשפו אותו בידים יהיה
ריחו נודף כשושנ' וחד ללשון בלעיסה וחם
וכחו ופעולותיו שוה בפרחי' בקנים ובשרשי'
ואולם פליניאו בספר כ"א שלו פרק י"ח לא
העתיק דברי דיאוסקורידי באמונה כאשר
הם וגם אבן סיני בספר השני שלו פרק
תקצ"ז כתב שהיונקו אודוראטו לפי דעת
דיאוסקורידי הוא של שני מינים המין האחד
הוא שאינו עושה פרי והמין האחר הוא
שעושה פרי שחור וזה לא מצאתי
בדואוסקורידי והנה יצחק בן עמרם המכונ'
הישראלי כתב שהסקוינאנטי הוא עשב
הדומה לקש ושיש לו ענפים דקים וקשים
ושבראש הענפים יש במו שבולים מלאות
שערות שהם הפרחים מהסקוינאנטי ושריח
העשב הזה הוא טוב ושהרשמים של
הקליפות שלו הם שחורים מבחוץ ולבנים
מבפנים ושטעמו הוא מר והוסיף לכתוב
והשתמשים אנחנו מכל הנטיעה היינו
מהפרחים מהעשב ומהשרשים ונאלינו בספ'
השמיני מהסמים הפשוטים אמר יכול אני
להעיד באמת לאחרים כמו איש אשר חיא
בידו הנטיעה הזאת שקנה ושרש הנטיעה
הם חדים בטעמם כמו שהוא העשב הזה
בעצמו עד כי לדברי הכל הסקוינאנטי הוא
סבם ריחני טוב וערב ומתוקן לבא במניך
שאר סממני הקטרת אשר כתבנו

Græce σχοῖνος ἀρωματικὸς & Latine Juncus odoratus, Arabice Adcher, Germanice Ramelſtro, Hiſpanice Paya dela Mequa, aut Paya de Chamellios, Gallice Paiſture di Chameaux, & Italice Squinanto. Et deſcribit conditiones, quæ Cinnamomo optimo neceſſariæ ſunt; At præcipue planta figuram prætermiſit; Etenim generaliter dicit. *Odoratus juncus* [5] *in Africa & Arabia naſcitur* [6] *laudatiſſimus ex Nabathæa; Proximus Arabicus, quem aliqui Babylonium cognominant, alii Teuchitin; peſſimus ex Africa.* [7] *Eligendus eſt ruffus, recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmentis, qui manibus confricandis roſæ odorem emittit; igneæ mordacitatis ad linguam* [8]. *Floris & arundinum, radiciſque eſt uſus.* Ceterum *Plinius* lib. XXI. cap. 18. non deſcribit fideliter verba *Dioſcoridis* qualia ſunt. Similiter *Aben Sini* lib. ſecundo cap. 597. ſcribit Junci odorati juxta mentem *Dioſcoridis* duas eſſe ſpecies, alteram quæ fructus non producit, & alteram, quæ fructum nigrum producit; Hoc non inveni in *Dioſcoride*. *Iſaac ben Amram* baſis Iſraelitica, ſcribit Schoenantum eſſe herbam paleæ ſimilem, cui ſunt frondes tenues, & duræ, & in vertice frondium videri quaſi ſpicas capillatas, quæ ſunt flores, atque hujus herbæ odorem eſſe bonum, & ſigna ejus corticum foris eſſe nigra, & intus alba; & guſtu eſſe amaram; Et addit. Fit a nobis uſus de tota planta, i. e. de floribus, herba, & radicibus. Et *Galenus* lib. octavo de aromatibus ſimplicibus. Poſſum [inquit] ego vere teſtari aliis, cum in mea poteſtate ſit hæc planta, ejus calamum [9] & radicem naturaliter eſſe acres, uti eſt planta ipſa. Hinc ex omnium conſenſu Schoenamthum eſt aroma optimi odoris, quod miſcetur, & præparatur cum reliquis aromatibus ſuffitus, quæ deſcripſimus.

NOTÆ IN CAPUT OCTAVUM.

1 ET vana & falſa &c. *Herodotus* lib. III. c. III. ὅκου γάρ, καὶ ἥτις μιν γῆ ἡ τρέφουσά ἐστι, οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν; πλὴν ὅτι λόγῳ εἰκότι χρεώμενοι. ἐν τοῖσι δὲ χωρίοισι φασί τινες αὐτὸ φύεσθαι ἐν τοῖσι ὁ Διόνυσος ἐτράφη. Ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν ταῦτα τὰ κάρφεα τὰ ἡμεῖς ἀπὸ φοινίκων μαθόντες, κιννάμωμον καλέομεν. φορέειν δὲ τὰς ὄρνιθας ἐς νεοσσιὰς πεπλασμένας πηλῷ πρὸς ἀποκρήμνοισι οὔρεσι ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ οὐδεμίην εἶναι. πρὸς ὧν δὴ ταῦτα τοὺς Ἀραβίους σοφίζεσθαι τάδε. Βοῶν τε καὶ ὄνων τῶν ἀπογινομένων καὶ τῶν ἄλλων ὑποζυγίων ἐς ταῦτα τὰ χωρία. καὶ σφεαδέντας ἀγχοῦ τῶν νεοσσιέων, ἀπαλλάσσεσθαι ἑκὰς αὐτέων. τὰς δὲ ὄρνιθας καταπετομένας, αὐτῶν τὰ μέλεα τῶν ὑποζυγίων ἀναφορέειν ἐπὶ τὰς νεοσσίας. τὰς δὲ οὐ δυναμένας ἴσχειν, καταρρήγνυσθαι ἐπὶ τὴν γῆν. τοὺς δ' ἐπιόντας συλλέγειν οὕτω μὲν τὸ κιννάμωμον. Quomodo, aut qua in terra gignatur, illud nequeunt dicere, niſi quod probabili ratione utuntur; quod quidam volunt id gigni in his regionibus, ubi Donyſus educatus eſt; & ipſas Cinnamomi teſtucas afferri a grandibus quibuſdam alitibus ad nidos e luto conſtructos in præruptis montium, & homini inacceſſis. Contra quas hoc Arabes excogitarunt; boum aſinorumque delectorum, & aliorum jumentorum membra minutatim conciſa in ea loca portant, & ubi juxta nidos poſuere, procul abſcedunt. Ad hæc fruſta delapſæ volucres, ad nidos ſuos carnem comportant; cui ſuſtinendæ impares nidi ad terram diſciſſi labuntur; tunc ad eos colligendos accedunt: hac ratione cinnamomum ab illis legitur.

Thi-

Philes in his Jambis meminit avis, quæ a veteribus cinnamomum appellata eſt.

> Ὄρνις δ᾽ ὁ κιννάμωμος ὠνομασμένη
> Τὸ κιννάμωμον εὗρεν ἀγνοούμενον.

Heſychius: κιννάμωμον ἐκ τῶν λιβανωτῶν ἢ τῶν ἀρωματικῶν λιβάνιον, εἶδος ὀρνέου καὶ πόα εὐωδεστάτη. Cinnamon ex thuriferis aromatiferiſque libamen, ſpecies avis & herba odoratiſſima.

Dionyſius de ſitu orbis

> Ὄρνιθες δ᾽ ἑτέρωθεν ἀοικήτων ἀπὸ νήσων
> Ἦλθον φύλλα φέροντες ἀκηρασίων κινναμώμων.
> Volucres item aliunde deſertis ab inſulis
> Venerunt, folia ferentes immarceſcibilium cinnamomorum.

Avienus Dionyſii interpres.

> ---- interius etiam procul undique ab oris
> Ales amica Deo largum congeſſit amomum.

Ariſtoteles lib. IX. hiſt. Animal. cap. 20. φασὶ δὲ καὶ τὸ κιννάμωμον ὄρνεον εἶναι οἱ ἐκ τῶν τόπων ἐκείνων καὶ τὸ καλούμενον κιννάμωμον φέρειν. Πόθεν τοῦτο τὸ ὄρνεον καὶ τὴν νεοττιὰν αὐτοῦ ποιεῖσθαι. νεοττεύει δ᾽ ἐφ᾽ ὑψηλοῦ δένδρου καὶ ἐν τοῖς θαλλοῖς τῶν δένδρων, ἀλλὰ τοὺς ἐγχωρίους μόλυβδον πρὸς τοῖς οἰστοῖς προσαρτῶντας, τοξεύοντας κατὰ βάλλειν, καὶ οὕτω συνάγειν, ἐκ τοῦ φορυτοῦ τὸ κιννάμωμον. Ajunt etiam cinnamomum avem eſſe ex locis illis, eamque aliunde ferre, quod cinnamomum vocant, ex eo ſibi nidum ædificare, ſummis arborum ramis impoſitum incolas apto ad ſagittas plumbo dejicere, atque ita ex congeſto colligere cinnamomum. *Antigonus Caryſtius* in admirandis: λέγειν δέ τινας καὶ τὸ κιννάμωμον ὄρνεον εἶναι, καὶ ἀρώματα φέρειν, καὶ τὰς νεοττείας ἐκ τούτου ποιεῖσθαι. νεοττεύειν δ᾽ ἐφ᾽ ὑψηλῶν δένδρων καὶ ἀβάτων, τοὺς δ᾽ ἐγχωρίους μόλιβδον τοῖς οἰστοῖς περιτιθέντας τοξεύειν καὶ καταρρηγνύειν τὰς νεοττείας. Quoſdam narrare, eſſe etiam avem cinnamomum, quæ aromata ferat atque ex eo nidum conſtruat in celſis inacceſſiſque arboribus, incolas ſagittis plumbo præfixis jaculari, & dejicere nidos. *Statius* in Epiced. Pileti

> Et Cilicum meſſes, Phariæque exempta volucri
> ---------- Cinnama.

Martialis.

> Quod ſemper Caſia, Cinnamoque,
> Et nido niger alitis ſuperbæ
> Flagras plumbea nicerotiana.

Theophraſtus lib. IX. cap. 5. Λέγεται δέ τις καὶ μῦθος ὑπὲρ αὐτοῦ. φύεσθαι μὲν γάρ φασιν ἐν φάραγξιν. ἐν ταύταις δ᾽ ὄφεις εἶναι (πτερωτοὺς) πολλοὺς δῆγμα θανάσιμον ἔχοντας. πρὸς οὓς φραξάμενοι τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, καταβαίνουσι, καὶ συλλέγουσιν ἔνθ᾽ ὅταν ἐξενέγκωσι, διελόντες τρία μέρη, διακληροῦνται πρὸς τὸν ἥλιον, καὶ ἣν ἂν λάχῃ ὁ ἥλιος, καταλείπουσιν, ἀπιόντες δ᾽ εὐθὺς ὁρᾶν φασι καιομένην ταύτην. οὗτος μὲν οὖν τῷ ὄντι μῦθος. Fertur & fabula quædam. In convallibus enim exire id ajunt, in iiſque ſerpentes (alatos) plurimos verſari, morſum hominibus mortiferum inferentes, adverſum quos incolas ſeptis manibus pedibuſque deſcendere, atque ita legere cinnamomum, quod cum deportaverint, toto in ternas partes diviſo, ad ſolem ſortiuntur. Quodque ſoli ſorte ceſſerit, id ſolum relinquere, abeunteſque flagrare illud ſponte confeſtim cernere. Sed hæc plane fabula eſt. *Plinius* lib. XII. cap. 19. Cinnamomum & caſias fabuloſa narravit antiquitas, primuſve *Herodotus* avium nidis, & privatim phœnicis in quo ſitu Liber pater educatus eſſet, ex inviis rupibus arboribuſque decuti, carnis quam ipſæ inferrent pondere, aut plumbatis ſagittis. Item Caſiam circa paludes propugnante unguibus diro veſpertilionum genere, aligeriſque ſerpentibus, his commentis augentes rerum pretia. Commutata vero fabula eſt, ad meridiani ſolis repercuſſus inenarrabilem quendam univerſitatis halitum e tota peninſula exiſtere, tot generum auræ ſpirante concentu, Magnique Alexandri claſſibus Arabiam odore primum nunciatam in altum. ----- Quamobrem illi maxime id petunt, produntque vix quinto anno reverti negotiatores, & multos interire.

[a] De Caſia lignea &c. *Dioſcorides* l. c. putat Caſiam juxta Arabiam odoriferam naſci. *Theophraſtus* lib. IX. cap. 4. in ipſa Arabia gigni exiſtimat: γίνεται μὲν οὖν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασία, καὶ ἔτι τὸ κιννάμωμον ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ, νήσῳ περί τε Σαβὰ καὶ Ἀδραμύτα, καὶ Κιτίβαινα (Theod. χώρᾳ μέσῃ περί τε Σαβὰ, καὶ Ἀδράμυτα, καὶ Κατάβανα) Gignitur ergo thus, & myrrha & Caſia, & cinnamomum regione Arabum media, circa Saba, & Adramytta, & Citibæna (regione Arabum media circa Saba & Adramita, & Catabana. Arrianus lib. VII. Τῆς τε χώρας ἡ εὐδαιμονία ὑπεκίνει αὐτὸν, ὅτι ἤκουεν ἐκ τῶν λιμνῶν κασίαν γίγνεσθαι αὐτοῖς, ἀπὸ μὲν τῶν δένδρων τὴν σμύρναν τε καὶ τὸν λιβανωτόν. ἐκ δὲ τῶν θάμνων τὸ κιννάμωμον τέμνεσθαι. οἱ λειμῶνες δὲ ὅτι νάρδον αὐτόματοι ἐκφέρουσι. Invitabat eum præterea opulentia regionis (Arabicæ) quod audiſſet Caſiam paluſtribus locis apud eos naſci, ex arboribus myrrham & thus legi; ex fruticibus cinnamomum reſcindi, prata ſua ſponte nardum gignere. *Herodotus* lib. III. Πρὸς δ᾽ αὖ μεσαμβρίης ἐσχάτη Ἀραβίη τῶν οἰκεομένων χωρίων ἐστί. ἐν μὲν ταύτῃ λιβανωτός τε ἐστι καὶ μούνῃ χωρέων πασέων φυόμενος, καὶ σμύρνη, καὶ κασίη, καὶ κιννάμωμον, καὶ λήδανον. Ad meridiem ultima e regionibus, quæ habitantur, Arabia eſt, in qua ſola omnium naſcuntur thus, myrrha, Caſia, Cinnamomum, & Ledanum. *Papinius* lib. VI. Thebaid.

> Tertius aſſurgens Arabum ſtrue tollitur ordo
> Eoas complexus opes, incanaque glebis
> Thura, & ab antiquo durantia cinnama Belo.

Plinius vero l. c. in Æthiopia cinnamomum gigni ſcribit. Omnia falſa, ſiquidem cinnamomum idemque cinnamum naſcitur in Æthiopia Troglodytis connubio permixta. Ii mercantes id a conterminis, vehunt per maria vaſta ratibus, quas neque gubernacula regant, neque remi trahant, vel impellant, non vela non ratio ulla adjuvet; cum omnium inſtar ibi ſint homo tantum & audacia. Præterea hybernum mare exigunat circa brumam, euris tum maxime flantibus. Hi recto curſu per ſinus impellunt, atque a promontorii ambitu argeſtæ deferunt in portum Gebanitarum, qui vocatur Ocilia. Omnia falſa: ſiquidem neque cinnamomum, neque caſiam neque in Arabia neque in Æthiopia gigni *Garcias ab horto* in hoc capite demonſtrabit. Qui cum *Andromacho* conſentit

> Καὶ κασίην Ἰνδῆντε βάλοις εὐώδεα καρπὸν
> Jam caſia & nardus, quæ extremis fertur ab Indis.

Et cum *Strabone* lib. XV. Ἔχειν δὲ καὶ κιννάμωμον καὶ νάρδον, καὶ ἄλλα ἀρώματα τὴν νότιον γῆν τὴν Ἰνδικὴν ὁμοίως ὥσπερ τὴν Ἀραβίαν, καὶ τὴν Αἰθιοπίαν ἔχουσαν τι ἐμφερὲς ἐκείνοις κατὰ τοῖς ἡλίοις. Eſſe Indiæ auſtrali cinnamomum, nardum, & alia aromata, quemadmodum (in hoc fallitur) Arabiæ, ac Æthiopiæ, quoad radios ſolares attinet ſimilis eſt.

Caſia l. c. a *Dioſcorides* deſcribitur: ἔχει δὲ ῥάβδον παχύφλοιον; habet craſſi corticis ſarmentum; In aliis codicibus legitur: ἔχει δὲ ῥάβδον ὥσπερ ἰνοῦ παχύφλοιον: habet craſſi corticis ſarmentum, inſtar fibræ, folia vero ὥσπερ πεπέρεως. inſtar piperis. Theophraſtus l. c. ſcribit. Περὶ δὲ κινναμώμου καὶ κασίας ταῦτα λέγουσι. θάμνους μὲν ἀμφότερα ταῦτ᾽ εἶναι οὐ μεγάλους, ἀλλ᾽ ἡλίκους ἄγνου. πολυκλάδους μὲν καὶ ξυλώδεις. De Cinnamomo & Caſia illa narrant; fruticem eſſe utrumque non amplum, ſed magnitudine amerinæ, (viticis) verum permultis ſurculoſiſque ramis conſtare. *Plinius* l. c. Frutex & caſia eſt, juxtaque Cinnami campos naſcitur, ſed in montibus craſſiore ſarmento, tenui cute verius quam cortice, quem contra atque in cinnamomo levari, & exinaniri pretium eſt. Amplitudo fruticis trium cubitorum. Vid. infra *Garcias ab horto*.

Variæ Caſiæ ſpecies ibidem a *Dioſcoride* referuntur: ἐκλέγου τὴν ἐρκιρρὸν εὔχρουν, κοραλλίζουσαν, στενὴν λίαν μακρὰν καὶ παχεῖαν, τοῖς συριγγίοις πλήρη, δηκτικὴν ἐν τῇ γεύσει, καὶ στύφουσαν μετὰ πολλῆς πυρώσεως, ἀρωματίζουσαν, οἰνίζουσαν τῇ ὀδμῇ. &c.

Eligen-

Eligenda est fulvescens, pulchri coloris, coralii æmula, perque angusta longa crassa, fistulosa, gustu mordens, & cum aliquanto fervore adstringens, aromatica, vinoso odore; hujusmodi est, quæ ab incolis Achy appellatur, ab Alexandrinis negotiatoribus Daphnitis. Πρὸς δὲ ταύτης ἐστὶν ἡ μέλαινα, ϗ ἐμπόρφυρος παχεῖα ζίγιρ καλουμένη, ῥοδίζουσα τῇ ὀδμῇ, μάλιστα πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἐύθετος δευτερεύει μετὰ προειρημένην. Huic præfertur nigra, purpurascens simul, & crassa, quæ zigir. Aetius tetralib. I. serm. 2. cap. 169. κασίαν ἐκλέγου τὴν κιῤῥὰν κοραλίζουσαν, στενὴν, λείαν μακρὰν παχεῖαν ταῖς σύριγξι. δηκτικὴν ἐν τῇ γεύσει, ϗ στύφουσαν μετὰ πόσης πυρώσεως, ἀρωματιζούσης, ἡ δὲ ἐμπόρφυρος, ϗ παχεῖα ὄζει καλουμένη ῥοδίζουσα τῇ ὀσμῇ. Casiam elige fulvam, boni coloris, corallium referentem, arctam, lævem, longam, fistulis crassam, gustu mordacem & adstringentem. Verum purpurea & crassa ὄζει vocatur, rosam odore referens. *Galenus* lib. I. de Antidot. Ποῖον ἐμβλητέον ἐστὶ κασίαν, ἐπειδὴ τὴν μὲν γιζὶ μάλιστα ἐπαινοῦσιν ἐφεξῆς δὲ τὴν μοτὼ καλουμένην, εἰσὶ δὲ οἱ ϗ ἀρηβὼ ϗ τὴν δαφνίτην. ὅτι μὲν οὖν ἡ γίζι παραπλήσιον κινναμώμῳ κατὰ πάντα ἐστιν, εἴρηταί μοι ϗ πρόσθεν. Quæ Casia Theriacæ injicienda? Nam Gizi nuncupatam præcipue laudant, secundo autem loco Moto dictam. Sunt & qui Arebo & Daphnithin probant; ceterum Gizi quam vocant, in omnibus cinnamomo similem esse, superius quoque diximus. *Galenus* iterum lib. de Theriac. ad Pisonem: ὡς ἥγε καλλίστη κιῤῥά τε ϗ ῥοδίζουσα ὥσπερ ϗ ἡδὺ τὸ γευστικὸν ἐν τῇ γεύσει ποιουμένη, συριγγώδης τε οὖσα ϗ οἰνίζουσα, ϗ πολὺ τὸ ἀρωματίζον ἔχουσα, ζίγγιβερ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων οὕτω λεγομένη. Nam optima laudatissimaque rubescit, & rosam exspirat; sicut etiam dulcem gustum præfert, fistulis plena, & vinum obolens, & aromatum modo vehementer odorata, atque hæc Zingiber ab indigenis appellatur: Legendum γίζιρ. Sic legitur apud Neophitum, apud autorem *Peripli*, & apud ipsum *Galenum* l. c. de Antidot. ubi scribit. παραπλησία πῶς ἐστὶν ἀρίστη κασσία καλουμένη ὑπὸ τῶν κομιζόντων αὐτὴν ὀνόματι βαρβαρικῷ δισυλλάβῳ τὴν μὲν πρώτην συλλαβὴν ἐκ τοῦ γ ϗ ῖ ἔχοντι, τὴν δευτέραν ἐκ τοῦ ζ ϗ ῖ *Aben Sini* lib. II. tract. 2. cap. 151. Casia quid est? Est specierum plurium, quarum una est rubea boni saporis, & odoris. Et altera species ejus est, cujus sapor est sapor rutæ. Et est species alia nigra ad purpureitatem declinans, cujus odor est similis rosæ. Et est species altera nigra, horribilis odoris, subtilis corticis fissa? Et est altera species ad albedinem declinans porrini odoris; & est species nigra subtilis cannæ concava. Et dixerunt quidam, quod invenitur simile casiæ, quod convertitur ad cinnamomum. Et dixerunt alii quod invenitur super arborem cinnamomi casia hujusmodi. Et quandoque est conjuncta ipsi cinnamomo, & casia existit in virtute cinnamomi, sed est debilior. Et bona est illa quæ consequitur cinnamomum. Melior est illa quæ est rubei coloris clari, plana; longi ligni, grossæ cannæ, subtilis foraminis, solida, plena boni odoris, quæ mordicat linguam & stringit eam; nigra vero est mala, & quod de ea administratur, est cortex ipsius; & in ligno ejus non est bonitas. *Plinius* l. c. Colos triplex. Cum primum emicat, candidus pedali mensura; deinde rubescit addito semipede; ultra nigricans. Hæc pars maxime laudatur, ac deinde proxima; damnatur vero candida. Consecant surculos longitudine binum cubitorum; mox præsuunt recentibus coriis quadrupedum ob id interemtorum, ut iis putrescentibus vermiculi lignum erodant, & excavent corticem tutum amaritudine. Probatur recens maxime, & quæ sit odoris mollissimi, gustuve quammaxime fervens, potius quam lento tepore leviter mordens, colore purpureo, quæque plurima minimum ponderis faciat, brevi tunicarum fistula & non fragili. Lactam vocant talem barbaro nomine. Alia est balsamodes ab odore simili appellato, sed amara, ideoque utilior medicis, sicut nigra unguentis. Pretia nulli diversiora. Optimæ in libras X. L. ceteris X. V.

Reliqua casiæ genera ibid. describit *Dioscorides*: τρίτη δ' ἐστὶν ἡ καλουμένη βλαστὸς μοσυλίτης. Tertia, cui Moselytico blasto cognomen est. Sic dicta a Mosylo promontorio, & emporio Æthiopiæ, unde afferebatur. Atque hæc est Casia illa, de qua loquitur *Galenus* lib. de Antidot. ἐθεασάμεν γὰρ ἤδη πολλάκις ὑψηλοὺς ϗ εὐθαλοὺς κασίας, ὡς εἰς θάμνου μέγεθος ἀνήκειν, ἀκρέμονάς τινας ὁμοίους κινναμώμῳ, κατά τε τὴν ὄψιν ϗ τοῦ φλοίου τὴν λεπτότητα ϗ πρὸς τούτοις ἔστι τὰ βεβαιότατα γνωρίσματα κινναμώμου διὰ τῆς γεύσεώς τε ϗ ὀσφρήσεως γινόμενα. Vidimus etiam alias frequenter, Casiæ elatæ & auctæ tantum, ut fruticis magnitudinem æquaret, ramos quosdam cinnamomo similes, aspectu, & corticis tenuitate, præterea hisce signis, quæ cinnamomum certissime ostendunt, ac gustu olfactuque percipiuntur; Et paulo inferius. Ἐστι μὲν ἡ κασία πλησίον τοῦ κινναμώμου τῷ γένει ϗ γὰρ ϗ γίνεται ποτὲ κιννάμωμον ἐκ μεταβολῆς αὐτῆς ὥστε ὅλον μὲν ὁρᾶσθαι τὸ οἷον δένδρον ἀκριβῆ κασίαν, ἀκρέμονας μὲν τινας ἐν αὐτῷ τῷ κινναμώμῳ συγγενεῖς τοῖς κλάδοις τῆς κασίας εὑρίσκεσθαι. Casia siquidem genere, cinnamomo proxima usque adeo est, ut ex ipsa quandoque cinnamomon oriatur, ita ut integra cinnamomi arbor conspiciatur casiæ plane similis, reperianturque in ipso cinnamomo virgulta casiæ ramis cognata. *Plinius* lib. XII. cap. 19. His addidere mangones, quam Daphnoiden vocant, isocinnamomon cognominatam, pretiumque ejus faciunt X. CCC. adulteratur styrace, & propter similitudinem corticum lauri tenuissimis surculis. Quin & in nostro orbe seritur, extremoque in margine imperii, qua Rhenus alluit, vivit in alveariis apum sata. Color abest ille torridus sole, & ob id simul idem color. Sequitur *Dioscorides*. Αἱ μὲν λοιπαὶ εὐτελεῖς, ὡς ἡ καλουμένη ἀσυφήμων μέλαινα ϗ ἀηδὴς, ϗ λεπτόφλοιος ἡ φλοιοῤῥαγὴς, ὡς ϗ ἡ κιττὼ ϗ δάκαρ καλουμένη. Reliquæ viles habentur, velut ea quæ Asyphemon dicitur, nigra, injucunda, & cortice tenui, aut etiam rimoso, nec non & ea quæ Citto, & Dacar vocantur. Alii ἀφήκων ignobilis, incelebris legendum censent, alii ἀσύφη ex loco autoris Peripli, ubi variæ casiæ species memorantur; Γίνεται μὲν ἐν αὐτῷ κασία ϗ γίζιρ ϗ ἀσύφη ϗ ἄρωμα, ϗ μάγλα, ϗ μότω. Alii legunt ἀφυσήμων, quasi quod tenui & dirupto cortice, tibiarum, & fistularum modo inflari non poterat: Pro κιττῶ nonnulli legunt μότῳ autoritate *Galeni*, & autoris Peripli. *Galenus* enim scribit; ἐπειδὴ τὴν μὲν γίζιρ μάλιστα ἐπαινοῦσι, ἐφεξῆς μὲν τὴν μοτὼ καλουμένην. Pro δάκαρ in antiquo codice δάκρα, in Aldino δόκρα legitur. Postremo *Dioscorides* cap. 13. pseudocasiam commemorat. Ἐστι δέ τις ϗ ψευδοκασία ἀφανῶς ἐμφερὴς, ἣ τις ἐλέγχεται τῇ γεύσει οὐκ οὖσα δριμεῖα οὐδὲ ἀρωματώδης, προσεχόμενόν τε τὸν φλοιὸν ἔχει ἐντεριώνη. εὑρίσκεται ϗ πλατεῖα σύριγξ, ἁπαλὴ, κούφη, εὐέρνης, διαφέρουσα δὲ τῆς ἄλλης. ἀποδοκίμαζε δὲ τὴν ὑπόλευκον καὶ ψωρώδη, τραγίζουσαν ἐν τῇ ὀσμῇ καὶ τὴν μὴ ἔχουσαν μὲν τὴν σύριγγα παχεῖαν ψωρώδη δὲ καὶ λεπτήν. Est & quædam adulterina casia similitudine ineffabili, attamen gustu deprehenditur, quippe quæ neque sit acris, neque aromatica, adhærentemque medullæ corticem habeat; reperitur & lata fistula, tenera, levis, surculosa, quæ quidem illi alteri præstat. Rejice albicantem, scabram, hircinum virus redolentem, & quæ tenui fistula, & scabra cute sit. Serapio cap. 291. Et reperitur res quædam similis casiæ ligneæ, & non est casia lignea, quæ cognoscitur per saporem, quoniam non est acuti saporis, nec odorifera, & cortex ejus adhæret ligno: Quæ secundo loco a *Dioscoride* describitur, esse illa putatur, quæ σύριγγα l. c. a *Galeno* appellatur. Ἀλλὰ τῆς γε συριγγίδιος ὑπό τινων ὀνομαζομένης ὁ νεώτερος Ἀνδρόμαχος ἐμβάλλειν ἀξιοῖ. πᾶσι δ' αὐτὴ γινώσκεται καὶ γὰρ καὶ εὐωνοτάτη πασῶν ἐστὶ, τὸν μὲν ἔξωθεν φλοιὸν ὅνπερ καὶ σύριγγα καλοῦσιν, ἰσχυρὸν ἔχουσα κατ' ὀσμήν τε καὶ γεῦσιν, τὸ δὲ ἔνδον ἀσθενέστατον, ὡς μηδεμίαν αὐτοῦ χρείαν ἡμῖν γίνεσθαι. διὰ μὲν οὖν τῶν προγεγραμμένων ἐλεγείων ἀδιορίστως εἴρηται τὸ τῆς κασσίας ὄνομα. κατὰ δὲ τὴν πεζῇ γεγραμμένην ὑπὸ τοῦ υἱέως αὐτοῦ πρόσκειται τῷ κασσίας ὀνόματι τὸ τῆς σύριγγος, ἥ τ' ἀπ' ἐκεί-

ἐκείνου μέχρι νῦν ἡμῖν παραδεδομένη διαδοχὴ τῶν σκευαζόντων τῷ αὐτοκράτορι τῆς σύριγγος ὄνομα προσκείμενον ἔχει. Quanquam Andromachus junior caſiam a quibuſdam fiſtulam appellatam imponendam arbitratur; hæc omnibus cognita eſt, cujus exterior cortex fiſtula appellatur (quia obvolutus ipſam repræſentat) ſaporem & odorem validum habet; interior autem pars adeo debilis eſt, ut nullum uſum præſtet. In carminibus itaque patriis paulo ante a me tranſcriptis, caſiæ nomen abſolute pronuntiatum eſt, in ſoluta vero filii oratione, fiſtulæ nomen caſiæ adjectum eſt, atque ab eo ſeries per eos, qui ante nos Theriacam Imperatori compoſuerunt, in nos uſque derivata fiſtulæ nomen nunc uſque appoſitum ſervat.

[3] De cinnamomo &c. Ubi multa genera referuntur. Κινναμώμου ἐστὶ πλείονα εἴδη, ὀνομαζόμενα ἐπιχωρίως. διαφέρει δὲ τὸ μόσυλον διὰ τὸ ζώσειν ποσῶς ἐμφέρειαν πρὸς τὴν μοσυλίτιν καλουμένην κασσίαν. καὶ τούτου τὸ πρόσφατον τῇ χρόᾳ μέλαν τεφρίζον ἐν τῷ οἴνῳ. Cinnamomi genera plura, patrium ſibi nomen vendicantia. Excellit vero, quod Moſylon ex eo dicunt, quod aliquantulam retineat ſimilitudinem ejus caſiæ, quæ Moſylitis nuncupatur; In eo ipſo quod recens eſt, nigrum, ex vinoſo in cinereum vergens: *Aben Sini* lib. II. tract. 2. cap. 124. Cinnamomum quid eſt? Notum eſt, & ejus quidem eſt una ſpecies bona ad aliquantulam declinans nigredinem montana, craſſa, brevis, & ex eo eſt album laxum, habens radicem contractam frangibilem, & ſpecies nigra eſt plana, parum nodoſa, & eſt ex eo ſpecies odorem habens ſicut caſia lignea ad viriditatem declinans, cujus cortex eſt ſicut cortex ejus rubens. Et ex eis quorum virtus longo durat tempore, & proprie ſi teratur, & fiant ex eo trochiſci cum vino. --- Melius eſt illud quod eſt boni odoris, & acutum habet ſaporem ſine mordicatione, & color ejus eſt purus, non commixtus. Inquit *Dioſc.* melius eſt nigrum ad cinereitatem, & rubedinem declinans, planum, ramos habens propinquos ſubtiles, in quo ſunt dulcedo & ſalſedo, & mordicatio parva, & non eſt valde frangibile. Et ex bonitate quidem ipſius eſt, ut vincat omnem odorem præter ſuum, & non ſentiatur cum eo. *Galenus* in lib. de Theriaca ad Piſonem. τὸ δὲ πάντων κάλλιστόν ἐστι τὸ μόσυλον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων οὕτω καλούμενον. Optimum ominum eſt, quod ab indigenis Moſylon dicitur. Colorem cinnamomi deſcribit *Galenus* lib. I. de Antidot. Τῇ χρόᾳ δὲ τοιοῦτον ὡς εἴ τις μίξειε τὸ τοῦ γάλακτος χρῶμα τῷ φαιῷ καλουμένῳ μετὰ βραχέως τοῦ κυάνου καλουμένου. Colorem talem habere, qualem ſiquis fuſco vocato colori lactis colorem admiſceat, atque cærulei quem vocant aliquantulum addat. Sequitur *Dioſcorides*. λεπτὸν δὲ τοῖς ῥαβδίοις καὶ λείοις ὄζοις συνεχέσι κεχρημένον, σφόδρα εὐῶδες. σχεδὸν γὰρ ἡ τοῦ ἀρίστου κρίσις ἐστὶ περὶ τὴν ἐν τῇ εὐωδίᾳ ἰδιότητα. Tenuibus virgultis, læve, nodis frequentibus præditum, perquam odoratum, fere ſiquidem præſtantiſſimum ex odoris jucundi proprietate dijudicatur. *Galenus* loc. cit. καρπήσιον λεπτὰ κάρφη παραπλήσια τοῖς κινναμώμου ἀκρέμοσιν. Pergit *Dioſcorides*, σχεδὸν γὰρ ἡ τοῦ ἀρίστου κρίσις ἐστὶ περὶ τὴν ἐν τῇ εὐωδίᾳ ἰδιότητα εὑρίσκεται γὰρ μετὰ τοῦ ἀρίστου (vetus codex ἠδίστου) καὶ ἰδιάζοντες ἡ ὀσμὴ πηγανίζουσα ἢ καρδαμώμῳ ἐμφερής. ἔτι καὶ δριμὺ καὶ δηκτικὸν τῇ γεύσει καὶ ὑφαλμυρίζον μετὰ θερμασίας ἔν τε τῷ παρατρίψει μὴ ταχέως δασυνόμενον, καὶ ἐν τῷ θραύεσθαι χνοῶδες, καὶ λεῖον ἔχον τὸ μεταξὺ τῶν ὄζων. δοκίμαζε μὲν ἀπὸ μιᾶς ῥίζης λαμβάνων τὸν θαλλόν. εὐχερὴς γὰρ ἡ τοιαύτη δοκιμασία. τὰ γὰρ θραύσματα μίγματα τυγχάνει καὶ κατὰ τὴν πρώτην δοκιμασίαν τὰ κρείττονα περιπνέοντα καὶ πληροῦντα τὴν ὄσφρησιν, ἐμποδίζει τὴν τοῦ ἥττονος ἐπίκρισιν. Fere ſiquidem præſtantiſſimum ex odoris jucundi proprietate dijudicatur, etenim in optimo & ſingulari reperitur odor rutæ, aut cardamomo proximus. Præfertur & guſtu acre, ac mordacitatis particeps, necnon etiam cum calefactione quadatenus ſalſum, quodque inter atterendum non cito friatur, ac inter frangendum etiam ex ſe pulviſculum emittit, leviaque interim habens internodia: facturus periculum ſumito ab una radice ſurculum, ſiquidem facilis eſt hujuſmodi probatio. Enimvero fragmenta miſcellanea quædam ſunt, atque adeo cum primum fit experimentum, quæ præſtantiora fuerint, dum halitu efflatuque ſuo odoratum implent, deterioris judicium impediunt. *Galenus* lib. de Theriaca. καὶ τῇ γεύσει δριμὺ ἡμῖν καταφαίνεται καὶ δηκτικὸν λίαν καὶ διαμασώμενον πηγανίζειν δοκεῖ. Guſtu acre nobis apparet, mordax admodum, manſum rutam præſeferre videtur. Idem lib. de Antidot. γευομένῳ δὲ θερμὸν ἱκανῶς οὐ μὴν ὥστε δάκνειν λυπηρόν. Calidum guſtantibus ſe multum exhibere, non tamen ita ut mordicando triſtitiem palato inſerat. Vide *Aben Sini* l. c. *Galenus* præterea lib. I. de Antidot. reprehendit illos, qui optimum cinnamomum diu ſervare ſuam præſtantiam ſcribunt. Καὶ ὅτι οὐ γίνεται μακροχρόνιος ἡ κατὰ τὴν χρῆσιν ἀρετὴ τοῦ κινναμώμου. οὐδὲ γὰρ μέχρι λ χρόνων ὁ λοιπὸν αὐτοῦ τὴν ἀπ' ἀρχῆς διασώζεσθαι δύναμιν ληροῦσι δὲ ἔνιοι τῶν τοιούτων φαρμάκων τὸ κιννάμωμον ἀγήρῳ διαμένειν φάσκοντες οὐδὲ γὰρ ρ οὐδὲ διακοσίων ἐτῶν μεταξὺ γεγεννημένων, ἀλλ' ὀλίγων ὡς πρὸς τοῦτον ἀριθμὸν, ἤδη τινὰ μεταβολὴν ἑώρακα τοῦ παλαιοτέρου κινναμώμου γεγεννημένην --- καὶ παντάπασι τοῦ ὁμογενοῦς κινναμώμου σαφῶς ἀλλήλων ὑπερεῖχε, κατά τε τὴν τῆς γεύσεως καὶ τῆς ὀσφρήσεως καὶ τῆς ὀσφρήσεως ἀτονίαν, καὶ εὐτονίαν καὶ τῷ χρόνῳ. Neque vero cinnamomi virtus ad uſum apta longo tempore durat, a triginta ſiquidem annis, quam a principio vim habuit, integram non conſervat. Nugantur qui cinnamomum ex hiſce medicinis eſſe dicunt, quæ ſenectutem non ſentiunt: atqui ego non centum neque ducentorum annorum interventu, ſed pauciorum, ſiquis ad tantum numerum conferat, vetuſtius factum obſervavi --- omniaque ſeſe ſaporis & odoris imbecillitate, vehementiaque tantum plane ſuperabant, quantum & tempore differebant.

[4] Quatuor præter has cinnamomi ſpecies l. c. commemorat *Dioſcorides*: ἔστι δὲ ὀρεινὸν, παχὺ, κολοβὸν, σφόδρα ὑπόκιρρον τὴν χρόιαν. Eſt & montanum, craſſum, punulum, colore admodum fulveſcens. *Galenus* lib. de Theriac. ad Piſonem. Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ κινναμώμου τὸ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι γιγνόμενον οὐκ ὂν λεπτὸν οὐδὲ μακρὸν, μᾶλλον κιρρόν ἐστι τῇ χροιᾷ. Porro inter ipſius veri cinnamomi genera aliud in montibus naſcitur, non tenue, nec longum, magis rubens colore. *Serapio*. Alia ex eo quod eſt montanum, aſperum, breve in ſua altitudine, & groſſum, cujus color eſt ſubruffus. Καὶ τρίτον (pergit *Dioſcorides*) παρὰ τὸ μόσυλον μέλαν, καὶ λίαν εὐῶδες, εὐερνῶδες δὲ καὶ οὐ πολυγόνατον. Item tertium a Moſylo, quod eſt nigrum & valde odoratum, attamen fruticoſum, nec ita multis interſtinctum geniculis. *Galenus* ibid. ἕτερον δὲ ἐστι ποσῶς μέλαν καὶ ὥσπερ ἶνας ἔχον τινάς. Aliud aliquantulum nigricat, & tanquam fibris quibuſdam intertextum. *Serapio*. Tertia ſpecies eſt propinqua ſpeciei, quæ dicitur Maſolen, id eſt Caſiæ Maſoliten, cujus color eſt ſubniger, lene, non habens nodos multos. Quarta ſpecies ibidem a *Dioſcoride* deſcribitur: τέταρτον λευκὸν χαῦνον, ὀγκῶδες ἰδέσθαι, καὶ εὐτελὲς εὔθραυστόν τε, καὶ μεγάλην ἔχον ῥίζαν κασσίζουσαν. quartum vero album, fungoſum, adſpectu tuberoſum ac vile, fragile, grandique radice, caſiam repræſentante. *Galenus* ibid. ἄλλο τι λευκὸν εὑρίσκεται ἀκριβῶς, καὶ σκληρὸν ῥαδίως θραυόμενον, καὶ μικρὰν ἔχον τὴν ῥίζαν. Aliud ad amuſſim album reperitur, ſcabrum, ex facili fragile, parva radice; legendum μάκραν longam. *Serapio*. Species quarta cinnamomi, cujus color eſt albus, tenui tactu, tumens, cujus rami ſunt facile frangibiles, & tale cinnamomum eſt utile ad plantandum, nam radices habet magnas. Quinta denique l. c. a *Dioſcoride* memoratur. Πέμπτον τῇ ὀσμῇ πληκτικὸ, ὑπόκιρρον δὲ καὶ προσεμφερὲς, κασσίᾳ πυρρᾷ πρὸς τὴν ἁφὴν δὲ στερεὸν οὐ πάνυ ἰνῶδες, παχύρριζον. τούτων δὲ τὸ στεῖον λιβανωτοῦ ἢ μυρσίνης ἢ κασσίας ἢ ἀμώμου εὐωδίας ἧττον ἐστι. ἀποδέχου δὲ τὸ λευκὸν καὶ τὸ ψωρῶδες καὶ τὸ ῥυσόφον καὶ λεῖον καὶ τὸ ξυλῶδες δὲ κατὰ τὴν ῥίζαν ὡς ἄχρειον παραιτοῦ. Quintum odore nares ferit, fulveſcit, caſſiæ rufæ ſimillimum, tangenti vero ſolidum animadvertitur, non valde nervoſum, radiceque craſ-

craſſa firmatur; in hoc genere, quod thus myrrham, caſiam, aut amomum odoris ſuavitate, incitetur, deterius eſt. Deligito candidum, ſcabrum, rugoſum, leve, lignoſum; radicem autem, ut inutilem rejicito. *Serapio*. Eſt & ſpecies quinta, cujus odor eſt ſimilis odori caſiæ, habens odorem bonum ſubruffi coloris, cujus color eſt ſimilis cortici caſſiæ ligneæ rubeæ, & tale eſt durum tactu, & habet craſſam radicem, & odor illius eſt ſimilis odori myrrhæ, & caſiæ, & eſt odor ejus cum quadam pinguedine, & minus in bonitate quam optimum. *Galenus* ibid. ἔστι δέ τι καὶ τῇ κιῤῥᾷ κασσίᾳ ὅμοιον ἕτερον λεῖον καὶ εὐῶδες. Eſt aliud quoddam caſiæ rubenti ſimile leve & odoratum. Præter hæc quoddam adulterinum cinnamomum a *Dioſcoride* cap. xv. deſcribitur. Ἔστι δέ τι καὶ ἄλλο ὅμοιον τὸ καλούμενον ψευδοκιννάμωμον, εὐτελὲς, οὐκ εὔτονον τῇ ὀσμῇ ἐκλελυμένον δὲ καὶ τῇ δυνάμει. Καλεῖται δὲ καὶ ζιγγίβερ ξυλοκιννάμωμον ὂν, ἔχον δέ τινα ἐμφέρειαν κινναμώμῳ. Ἔστι δὲ ξυλῶδες κιννάμωμον ἔχον ῥάβδους μακρὰς, καὶ ῥωμαλέας, καὶ τὴν εὐωδίαν πολὺ καταδεεστέρας. Eſt & aliud quoddam ſimile, quod adulterinum cinnamomum cognominatur, vile, odoris invalidi, viribuſque defectum. Vocatur & quoddam Zingiber, quod habet aliquam cum cinnamomo cognationem, cum ſit Xylocinnamomum. Eſt vero lignoſum, virgultis longis robuſtiſque præditum, ſed odore longe cinnamomo inferioribus. *Galenus* lib. de Theriac. οὐκ ὀλίγη τις ἐστὶ διαφορὰ καὶ πολλοὺς τῶν σκευαζόντων ἐνίοτε πλανῶν. τότε καὶ καλούμενον ψευδοκιννάμωμον ὅμοιόν ἐστι τῷ ἀληθεῖ, κατὰ δὲ τὴν γεῦσιν καὶ τὴν ὀσμὴν, πολὺ ἐνδεέστερον εὑρίσκεται &c. τὸ δὲ ξυλοκιννάμωμον διαφέρει τῷ ξυλῶδες εἶναι καὶ ἰσχυροὺς τὰς ῥάβδους ἔχειν καὶ οὐχ ὁμοίαν τὴν εὐωδίαν. Haud modica differentia reperitur, & multos iis qui præparant, ſolet decipere. Nam quod vocatur cinnamomum mentitum veriſimile eſt, niſi quod guſtu & odore longe ſit inferius &c. Quod vero vocatur cinnamomum lignoſum, hac ſe differt, quod lignoſum ſit, validaque virgulta habeat, nec ſimilem ſuavolentiam præſeferat. A *Theophraſto* l. c. varia cinnamomi genera ſic diſtinguntur: ὅταν δὲ ἐκκόψωσι τὸ κιννάμωμον, ὅλον διαιρεῖν εἰς πέντε μέρη. τούτων δὲ τὸ πρῶτον πρὸς τοῖς βλαστοῖς βέλτιστον εἶναι. ὃ τέμνεται σπιθαμιαῖον, ἢ μικρῷ μεῖζον. ἑπόμενον δὲ τὸ δεύτερον. ὃ καὶ τῇ τομῇ ἔλαττον. εἶτα τὸ τρίτον καὶ τέταρτον. ἔσχατον δὲ τὸ χείριστον, τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ. φλοιὸν γὰρ ἐλάχιστον ἔχει χρήσιμος δ' οὕτως οὐ τὸ ζύλον διὸ καὶ τὸ ἀκροφυὲς κράτιστον. πλεῖστον γὰρ ἔχειν καὶ τὸν φλοιὸν οἱ μὲν, οὕτω λέγουσιν. ἄλλοι δὲ θαμνώδεις φασι. δύο δ' αὐτοῦ γένη, τὸ μὲν μέλαν, τὸ δὲ λευκὸν. Cinnamomum decerptum in quinas partes diſcerni. Et eſſe præcipuæ bonitatis, quod germinibus proximum fuerit; idque ad palmi longitudinem cædi, aut paulo majus. Secundum quod ſequitur, quod etiam minus cæſura eſt. Tertium deinde & quartum notatur; ultimum vero deterrimum quod proximum radici. Hoc enim minimum corticis habet; in quo ſumma gratia eſt, non in ligno; qua de cauſa præferri cacumina ſolent, quod corticis plurimum habeant. (Alii ſic legunt: φλοιὸν γὰρ πλεῖστον ἔχει, οὐ γὰρ οὕτως χρήσιμος, ἀλλὰ τὸ ξύζον διὸ καὶ ἀκροφυὲς κράτιστον, ἐλάχιστον γὰρ ἔχει. Hoc enim plurimum corticis habet, hujus enim uſus nullus, ſed ligni, qua de cauſa præferri cacumina ſolent, minimum enim corticis habent.) Quidam ſic ajunt. Alii vero cinnamomum fruticoſum enarrant, ejuſque genera duo, alterum nigrum, & candidum alterum. Conſentit cum *Theophraſto* *Plinius* l. c. Ipſe frutex duorum cubitorum altitudine ampliſſimus, palmique minimus, quatuor digitorum craſſitudinis, ſtatim a terra ſex digitis ſurculoſus, arido ſimilia. Cum viret non odoratus, folio origani, ſiccitate gaudens, ſterilior imbre, cæduæ naturæ. Gignitur quidem in planis, ſed denſiſſimis in vepribus rupiſque, difficilis collectu. Metitur non niſi permiſerit Deus: Jovem hunc intelligunt aliqui, Aſſabinum illi vocant. XLIV. boum caprarumque & arietum extis impetratur venia cædendi. Non tamen aut ante ortum ſolis aut poſt occaſum licet. Sarmenta haſta divídit ſacerdos, Deoque partem ponit: reliquum mercator in naſſas condit. Eſt & alia fama, cum ſole dividi, ternaſque partes fieri, deinde ſorte cremia diſcerni; quodque ſoli ceſſerit, relinqui, ac ſponte conflagrare. Præcipua bonitas virgultorum tenuiſſimis partibus, ad longitudinem palmi. Secunda proximis breviore menſura, atque ita ordine. Viliſſimum quod radicibus proximum, quoniam ibi minimum corticis in quo ſumma gratiæ; qua de cauſa præferuntur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipſum vero lignum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam: xylocinnamomum vocatur. Pretium eſt in libras xx. Quidam cinnami duo genera tradidere, candidum nigricanſque; & quondam præferebatur candidum, nunc contra nigrum laudatur. Atque etiam varium præferunt candido. Certiſſima æſtimatio ne ſit ſcabrum, atque ut inter ſeſe tritum tarde frietur; Damnatur in primis molle, aut cui albet cortex. Jus ejus a Gebanitarum rege ſolo proficiſcitur, is edicto mercatu vendit. Pretia quondam fuere in libras denariorum mille; auctum id parte dimidia eſt, incenſis, ut ferunt, ſylvis ira barbarorum. Id acciderítne ob iniquitatem præpotentium, an forte, non ſatis conſtat. Auſtros ibi tam ardenter flare, ut æſtatibus ſylvas accedant, invenimus apud autores. Coronas ex cinnamomo interraſili auro incluſas, primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicavit Imperator Veſpaſianus Auguſtus. Radicem ejus magni ponderis vidimus in palatii templo, quod fecerat divo Auguſto conjux Auguſta, aureæ pateræ impoſitam; ex qua guttæ editæ annis omnibus in grana durabantur, donec id delubrum incendio conſumtum. Quæ adhuc ex veteribus de variis cinnamomi ſpeciebus deſcripſimus, falſa & fabuloſa eſſe omnia infra *Garcias* ab *horto* demonſtrabit.

5 Paſcuntur cameli &c. *Galenus* lib. de Antidot. cap. 14. Σχοῖνον μὲν ἐπὶ τούτοις τὴν ἐξ Ἀραβίας ἐμβάλλειν κελεύει, καλουμένην ὑπὸ τῶν πολλῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἄνθος σχοίνου, καὶ τοίγε ἡμῶν οὐ πάνυ τι τοῦ ἄνθους εὐπορούντων, ὅλης τῆς κομιζομένης πόας, ἐπιβεβωμένης πολλάκις ἄνωθεν τῶν καμήλων, ἥδιστα γὰρ αὐτὴν νέμονται, καὶ πλείστην ἔχουσιν ἐν ταῖς Ἀραβίας ὁδοῖς γεννωμένην. Schoenum ex Arabia petitum ad hæc idem autor imponere præcipit. Neſcio quade cauſa σχοίνου ἄνθος, i. e. junci florem a vulgaribus appellatum, nobis ſiquidem cum florum copia non adſit, junco utimur ex Arabia comportato, cujus ſummitatem cameli ſæpe abroſerunt; jucundiſſime namque hunc juncum cameli paſcuntur, ſecus vias ibi naſcentem.

6 In Africa & Arabia &c. *Plinius* lib. XII. cap. 22. Calamuſquoque odoratus in Arabia naſcens communis Indis, atque Syriæ eſt, in qua vincit omnis, a noſtro mari CL. ſtadiis. *Theophraſtus* vero lib. IX. cap. 7. teſtatur inter Libanum, & alium montem gigni. Ὁ δὲ κάλαμος γίνεται καὶ ὁ σχοῖνος ὑπερβάλλοντι τὸν Λίβανον, μεταξὺ τοῦτε Λιβάνου καὶ ἄλλου τινὸς ὄρους μικροῦ ἐν τῷ αὐλωνίσκῳ τούτῳ. καὶ οὐ τὸ ὥς τινες φασι τοῦ Ἀντιλιβάνου, καὶ μεταξὺ τούτων ἐστὶν ὃν αὐλῶνα καλοῦσι πέδιον πολὺ καὶ καλὸν. ὅπου δὲ ὁ κάλαμος καὶ ὁ σχοῖνος φύεται, λίμνη μεγάλη τυγχάνει. πρὸς ταύτην μὲν ἐν τῷ ἕλει τῷ ἀνεξηραμένῳ πεφύκασι. τόπον δ' ἔχουσα πλεῖον ἢ τριάκοντα σταδίων. οὐ δοκοῦσι (alii οὐκ ὄζουσι) μὲν χλωροὶ, ἀλλὰ ξηρανθέντες τῇ προσόψει δὲ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν ἄλλων. εἰσβάλλοντι μὲν εἰς τὸν τόπον, εὐθὺς ὀσμὴ προσβάλλει. οὐ μὴν πορρωτέρω γε ἡ ἀποπνοὴ γίνεται, καθάπερ τινὲς φασι ταῖς προσφερομέναις ναυσὶν εἶναι (Al. Baſ. αὐτὰ ναυσὶν εἶναι, leg. ναυσὶν πρὸς) πρὸς τὴν χώραν. καὶ γὰρ ὁ τόπος οὗτος ἀπὸ θαλάττης ἀπέχει πλεῖους ἢ ἑκατὸν πεντήκοντα σταδίους. Calamus vero & juncus trans Libanum montem, inter ipſum Libanum & alium quendam montem parvum, valle minima exeunt. Non, ut quidam dixere, inter Libanum atque Antilibanum. Inter quos campus ampliſſimus, & pulcherrimus eſt, quem Aulonem appellant. Qua vero calamus & juncus proveniunt, lacus in amplum extenditur, juxtaque eum paluſtribus ſiccatis iſti aſſurgunt. Plus autem quam trigiuta ſtadiorum occupant locum. Virides nequaquam eſſe videntur (odorati

rati ſunt) ſed ſicci , forma vero nihil ab aliis differunt . Lacum ingredienti protinus odor adſpirat, non tamen longius , ut quidam referunt (referunt a navibus tamen quæ eo curſum tenent, ſentiri.) Hic enim locus pluſquam centum quinquaginta ſtadia abeſt a mari . Cum quo l. c. conſentit *Plinius*. Inter Libanum montem aliumque ignobilem, non (ut quidam exiſtimavere) Antilibanum , in convalle modica juxta lacum , cujus paluſtria æſtate ſiccantur , tricenis ab eo ſtadiis calamus & juncus odorati gignuntur . Reprehenditur a *Guillandino Plinius* lib. de papyro cap. 9. quod ſcripſerit calamum aromaticum in Arabia gigni . Nam calamus (inquit) aromaticus , quem *Dioſcorides* in India gigni tradit, ubi ingens ejus eſt proventus, tantum abeſt ut in Syria proveniat , ut nec uſquam in Arabia, niſi ex India importatus inveniatur. Quod cum ignoraverit *Plinius*, & res ſpecie diverſas pro una acceperit , mirum non eſt eum ſcribere calamum odoratum, qui in India atque Syria naſcitur , pullulare quoque in Arabia , errore per *Plutarchum* quoque confirmato in libello, cui titulus eſt, quod bruta ratione utuntur. *Garcias* quoque *ab Horto* lib. I. cap. 32. negat Juncum odoratum in Arabia naſci. In Guzerate vocatur Unz , in Dechan Bache, in Malavar Unzabal, in Malaia Dirimguo , in Perſia Heger, in Cucan , qui videtur eſſe locus maritimus, Vatican, ab Arabibus dicitur Caſſab , & Aldirira . *Serapio* lib. de ſimplic. cap. 205. corrupto vocabulo appellat Haſſabeldiriri . Omnes medici Arabes cum *Avicenna* lib. II. cap. 161. & 212. vocant Aldirira. Idem deſignat Caſſab , quod calamus , & idem Aldirira, quod aromata, quia Aldirira eſt idem, quod apud nos aroma . Quoniam incolæ Malaiæ uſum acceperunt ab Arabibus Corazonis , idcirco corrupto vocabulo appellant Diringe . Seritur in univerſa India , ſed plurimum in Guzerate , & in Balagnate &c. Cum dicatur ab *Hippocrate* & *Galeno* lib. de ſimplic. hic calamus Indicus calamus unguentarius; & a *Plutarcho* calamus Arabicus, videtur hinc probari poſſe , in aliis regionibus naſci præter Indiam . Ego vero , ut veritatem inveſtigarem , quæſivi a multis, qui habitant in Corazone , & a pluribus Arabibus , qui equos huc ferunt ad vendendum , num in eorum regionibus gigneretur calamus , & num illis notus & in uſu eſſet ; omnes reſponderunt , in ſuis regionibus non naſci , ſed ab India pro mercibus apportari ; dixeruntque , ſibi , quod multi ſit apud eos uſus , notiſſimum eſſe . Verumtamen non decipiuntur illi , e quibus appellatur Arabicus, eo quod in Arabiam, & inde in alias regiones transferatur.

7 Laudatiſſimus &c. *Plinius* lib. xxı. cap. 18. Laudatiſſimus ex Nabathæa , cognomine Teuchites, proximus Babylonius, peſſimus ex Africa , ac ſine odore.

8 Eligendus eſt &c. *Plinius* ibid. Eſt autem rotundus , vinoſæ mordacitatis ad linguam . Sincerus in contricando odorem roſæ emittit , rubentibus fragmentis.

tundum, aut ſphæricum, & intrinſecus vacuum; quod Italice dicitur *Volto*; ſicut diſcimus in principio *Gemaræ* c. VII. ad docendum quod aquæ accumulentur, & extollantur curvæ ſuper ripas. Ne mireris lector, ſi denominetur res ab nomine accidentali, aut forma, quæ illi extrinſecus attribuitur; etenim multa ita denominantur in ſcriptura; e. g. *lingua aurea;* quia cæſura auri erat ſimilis linguæ. Et unguis dicitur שחלת, quia eſt ſimilis ungui; Similiter ſpuma innatans aquis Jordanis vocatur כיפה propter ejus ſimilitudinem; quia hæc ſpuma ex vi venti, qui ex parte inferiori in illam penetrat in ſuperficie aquarum, fit vacua in eo ſpatio, ut contineat ventum incluſum; & cum hæc ſpuma ſit quaſi aqua craſſa, quæ natura ſua condenſatur, ejuſque partes ſunt invicem conjunctæ, propter vim motus & agitationis, quam in ea efficit ventus, ſpuma quaſi pars diviſa ab aquis, quæ naturaliter ſunt graves, ſponte fertur, ut deſcendat ad inferiorem partem, & conjungatur cum aquis, qui locus eſt illi naturalis; at ventus in ea incluſus, cum ſit levis & naturaliter ad ſuperiorem partem efferatur, premit partes ſpumæ ad partem fundamenti venti, ut illa quoque convertatur ad fundamentum, unde ſublata eſt; atque ita efformat virtute ſua orbiculare ejus ſpatium inferius, ut fornici aſſimiletur. Verum aquæ, quæ ſunt in parte ſuperiori, quando naturaliter inclinant ut deſcendant in partem inferiorem, efformantur in orbem declivem, qui innititur vento, ita ut extrinſecus ſpuma abſolute globo aſſimiletur; etenim natura ſua aquæ ſunt ſphæricæ, ſicut reliqua elementa ſublunaria, uti clarum & manifeſtum eſt omnibus ſapientibus in Phyſica. Et hæc eſt, juxta mediocre meum ingenium, quæ appellatur כיפת Jordanis, non res alia, quæ ad ejus oram germinet, uti dixerunt Geonim f. m.

Ceterum uſus hujus ſpumæ fit in præparandis aromatibus in contuſione; Ita enim faciunt unguentarii, quando res glutinoſas contundunt, ne adhæreant mortario, aut piſtillo, & eo deveniant, ut pereant, ungunt ea ex ſpecie aliqua oleorum, ne aromata diſſipentur; & quoniam cuncta olea depravant bonum odorem; præſertim muſcus, ſi cum eo miſceatur oleum olivæ, ne parum equidem de bono odore retinet. Inter omnia olea ſunt ſelectiſſima aut oleum amygdalarum dulcium aut oleum, quod conficitur ex nuci-

ישאר בו כמעט שום ריח טוב בין השמנים
כלם הם בוחרים או השמן של שקדים
מתוקים או השמן שנעשה מהבוטנים ההם
הנקראים בלשון יון באלאנוס מיריפסקי
בלאטינו גלנס אונגוינטאריאה בערבי היבן
או בין בספרד אבילאנה די לה אינדיאה
כי אלו לא יקלקלו הריח הטוב מהסמים
המבושמים והכיפה הזאת מפני שמצד גסות
הקצף יש בה שמנונית מה כשמושחין בה
המכתש והעלי שמגררין עמם מן
המכתש והעלי השרפים הדבוקים
בם יפרישו השרפים מהם בנקלה ולא יכלו
לאבוד בעד דבוקם בכלים בשעת הכתישה
ומפני שמהסממני׳ כלם של קטר׳ המעורבים
יחד יעשו בני אבטינס במלאכת היד חלקים
קטנים הנקראים בלעז טרוציסקי לשטוח
אותם לאויר עד שיבשו ויכתשו אותם אחר
כך היטב כאשר אומר בפרק שאחרי זה
בני אבטינס היו משתמשים בכיפה במקום
השמנים הנזכרים כי הכיפה תנוגב בנקלה
ולא ירטובו בה הסמנים כמו שירוטבו עם
השמנים או עם הדבש ירטובו הסמים עד
שלא יוכשרו עמו לשחיקה וגם הדבש ירבה
הריח מהסמים שלא על נכון כי אין אנו
רשאים לערב שום דבר אחר ריחני עם
הסממנים או רע או טוב שיהיה מצורף
למה שידענו שהדבש לא יוכשר להקטרה
כדכתיב כי כל שאור וכל דבש וגומר ועם
במשיחה הזאת במכתש ובעלי בכיפה
הירדן ישארו הסמנים במשקלם הצודק ולא
יפחתו מהשעור הנאמר בתורה ולא יעדיפו
עליו כמו שיעדיפו עם הדבש כי תיבש
הכיפה ותלך רטיבותה מהסמים תכף ומיד
ולכן אמר הכתוב בקטרת ממולח טהור
קדש ממלח כדאמרן טהור שלא יחסר כלום
כדברי רבותינו ז״ל זהב טהור נקרא טהור
שכשהיו מכניסים אותו לאור לא היה חסר
בלום.

nucibus Avellanis, quæ Græce vocatur βάλανος μιρεψική, & Latine glans unguentaria, Arabice Habben, aut Ben, Hiſpanice Avellana de la India; quia hæc non depravant bonum odorem ex aromatibus odoratis; & hæc ſpuma propter craſſitiem ſpumoſam habet pinguedinem, qua ungunt mortarium & piſtillum: Quando trahunt ex mortario & piſtillo aromata illis adhærentia, facile ab his ſeparantur, ne pereant, quando adhærent vaſis tempore contuſionis. Et quoniam omnia aromata ſuffitus ſimul commiſcentur, ope manuum filii Abtines efficiunt particulas, quæ Italice Trociſci appellantur, ut expandantur in vento, donec exſiccentur. Et poſthæc optime conteruntur, uti dicetur in capite, quod conſequetur. Et filii Abtines pro oleis memoratis ſpuma utuntur; quia ſpuma facile exſiccatur, neque per eam humida fiunt aromata, uti fieri ſolet cum oleis, aut cum melle; ideoque dixerunt; ſi in illum indiderit mel, profanatur; etenim cum melle humida fiunt aromata, ut præparari non poſſint ad contuſionem; & præterea mel auget odorem aromatum: non eſt conveniens; quia nobis non licet in eo rem aliam odoriferam miſcere cum aromatibus aut malam, aut bonam, qua conſolidetur; Unde cognoſcimus melle non præparatum fuiſſe ſuffitum; ſicut ſcriptum eſt *Levit.* 11. *Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur*. Præterea hac contuſione in mortario & piſtillo cum ſpuma Jordanis in juſto ſuo pondere remanent aromata, neque minuuntur ab menſura memorata in lege neque augentur, ſicut augerentur cum melle, quia exſicattur ſpuma & abiit humiditas extemplo & ſubito ab aromatibus; & ideo in textu dictum eſt de ſuffitu *Exod.* xxx. 35. ממולח טהור קדש ſc. *mixtum diligenter*, *purum*, *ſanctum*; ממולח, ſicut dictum eſt טהור ne quid deficiat juxta verba noſtrorum ſapientum f. m. aurum purum vocatur purum, quod ſi in ignem immitatur, nihil ex eo minuatur: ſimiliter compoſitio ſuffitus neceſſe eſt ut ſit pura, ſc. quando immittitur in mortarium, nihil minuatur ex eo, ſc. nequid illi aut piſtillo adhæreat; & hoc indicat ad permittendum additamentum ſpumæ in ſuffitu, quaſi rei, quæ præparet; præterea neceſſe eſt ut hæc compoſitio ſit ſancta; 25 non præciſe ſancta abſolute, ſc. quod facienda ſit in ſanctitate, & non ſit immunda; quia hic eſt ſenſus textus, ut ſit ſuffitus oblatio ex obla-

כלום כן המרקחת של קטרת צריך שיהיה שכשיכנס במכתש לא יחסר דבר מפני הדביקה בו או בעלי וזה רמז להתיר הוספת הכיפה בקטרת כמו דבר מכשיר וגם צריך שיהיה המרקח הזה קדוש לאו דוקא קדוש ממש היינו שיעשה בקדושה ולא יהיה טמא כי זה הוא דבר פשוט להיות הקטרת קרבן המובחר מהקרבנות וגם לא יהיה. קדוש שיעשה בלבד משל הקדש ומשל צבור דהא תנן המפטם את הקטרת ללמד בה על מנת למוסרה לצבור פטור וכולי אלא קדו׳ שתהיה הקטרת אסורה בהנאה להדיוט מלשון פן תקד׳ המלאה כי רבותינו ז״ל אמרו מנין לכלאי הכרם שאסורים בהנאה נאמר להלן ואי׳ כי יקדי׳ את ביתו קד׳ לה׳ ונאמר כאן פן תקד׳ מה להלן אסור בהנאה אף כאן אסור בהנאה או יהיה קד׳ מוכן ומזומן כנון ויקד׳ את ישי ואת בניו וכן התקדשו ובאתם אתי בזבח ודומיהם כי הנה צריך שתהיה הקטרת לעולם מוכנ ומזומנת ומתוקנת היינו שתהיה דקה היטב ונאותה להקטרה ולא גסה ובלתי נאותה

oblationibus selectissima; neque hoc significat קדוש, ut sit faciendus suffitus duntaxat de facultatibus sanctuarii, & coetus; etenim traditum est; Si quis componat suffitum ad discendum [26] ea lege, ut tradat cœtui, liber est &c. Sed hoc designat קדוש, ut privato ex illo utilitatem capere non liceat; ex significatione; *Cave sanctifices plenitudinem*; quia dixerunt sapientes nostri f. m.; unde probatur, non licere capere utilitatem ex [27] heterogeneis vineæ? Dictum est illic sc. *Levit.* XXVII. 14. *Homo si voverit domum suam, & sanctificaverit Domino*; Et dictum est hic: *Cave sanctifices*; sicut illic interdictum est capere utilitatem; ita pariter hic vetitum est capere utilitatem. Aut קדש hoc significat, ut sit destinatum, & præparatum juxta illud 1. *Sam.* XVI. 5. *Et invitabit Isai & filios ejus*. Pariter dictum est: *Præparamini, & venietis mecum ad sacrificium*: Et his similia. Etenim necesse est, ut suffitus semper sit dispositus, præparatus, & conveniens, sc. ut sit optime comminutus, & decens, ut adoleri possit, non vero crassus, & sine decore.

NOTÆ IN CAPUT DECIMUM.

1 VEteres Græci &c. Nota est fabula de sororibus Phaethontis, quæ in alnos transmutatæ lacrymas emittant, e quarum concretione electrum efformetur. *Diodorus* lib. IV. Biblioth. διὰ μὲν τὴν ὑπερβολὴν τῆς λύπης ὑπὸ τῆς φύσεως μετασχηματισθῆναι τὴν φύσιν, γενομένας αἰγείρους. ταύτας μὲν κατ' ἐνιαυτὸν κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν δάκρυον ἀφιέναι, καὶ τοῦτο πηγνύμενον ἀποτελεῖν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. Præ nimio luctu, exuta natura pristina, in alnos transmutatæ sunt, quæ quotannis sub hoc ipsum tempus lachrymas emittunt, e quarum concretione electrum hoc, quod nominant, effici perhibetur. *Strabo* lib. V. Geograph. τὰ δὲ πολλὰ τῶν μυθευομένων ἢ κατεψευσμένων ἄλλως ἐᾶν δεῖ, οἷον τὰ περὶ Φαέθοντα, καὶ τὰς Ἡλιάδας τὰς ἀπαιγειρουμένας περὶ τὸν Ἠριδανὸν, τὸν μηδαμοῦ γῆς ὄντα, πλησίον δὲ τοῦ Πάδου λεγόμενον. Nam fabulosa illa multa, & conficta alioquin omittenda sunt, ut de Phaethonte & Heliadibus, quæ in alnos fuerint mutatæ apud Eridanum, qui nullibi terrarum est, quanquam ab iis vicinus Pado dicitur.

2 Paulus Ægineta &c. qui lib. VII. hæc eadem fabulatur. Electrum (inquit) populi albæ lacrymam dicunt, quæ juxta amnem Eridanum destillat, & in spissitudinem coit, aureo colore &c.

3 Est qui dicit &c. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 3. In succinis causamne deliciæ quidem adhuc excogitaverunt. Occasio est vanitas Græcorum diligentiæ. Legentes modo æque perpetiantur me de ortu eorum, cum hoc quoque intersit vitæ, scire posteros quicquid illi prodidere mirandum. Phaethontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos, lachrymis electrum omnibus annis fundere juxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus, & electrum appellatum, quoniam sol vocitatus sit Elector, plurimi poetæ dixere, primique ut arbitror, *Æschylus*, *Philoxenus*, *Nicander*, *Euripides*, *Satyrus*. Quod esse falsum Italiæ testimonio patet. Diligentiores eorum Electridas insulas in mari Adriatico esse dixerunt, ad quas dilaberetur Padus. Qua appellatione nullas unquam ibi fuisse certum est. Nec vero ullas ibi appositas esse, in quas quicquam cursu Padi devehi possit. Nam quod *Æschylus* in Iberia, hoc est in Hispania Eridanum esse dixit, eundemque appellari Rhodanum, *Euripides* rursus & *Apollonius* in Adriatico littore confluere Rhodanum & Padum, faciliorem veniam facit ignorati succini, in tanta orbis ignorantia. Modestiores sed æque falsum prodidere, in extremis Adriatici sinus rupibus inviis arbores stare, quæ canis ortu hoc effunderent gummi. *Theophrastus* in Liguria effodi dixit. Phaethontem in Æthiopia Ammonis obiisse, ob id delubrum ibi esse atque oraculum, electrumque gigni. *Philemon* fossile esse, & in Scythia erui duobus locis. Candidum atque cerei coloris, quod vocaretur electrum, in alio loco fulvum, quod appellatur sualternicum. *Demonstratus* Lyncurion id vocat, & fieri ex urina lyncum bestiarum. E maribus fulvum & igneum, e foeminis languidius, atque candidum. Alii dixere langurium, & esse in Italia bestias langurias. *Zenothemis* longas vocat easdem, & circa Padum iis vitam affirmat. *Sudines* arborem quæ gignat in Liguria. In eadem sententia & *Metrodorus* fuit. *Sotacus* credidit in Britannia arboribus effluere, quas electridas vocavit. *Pytheas* Guttonibus Germaniæ genti accoli æstuarium oceani Mentonomon nomine, spatio stadiorum sex millium. Ab hoc diei navigatione insulam abesse Abalum. Illo vero fluctibus advehi, & esse concreti maris purgamentum. Incolas pro ligno ad ignem uti eo, proximisque Teutonis vendere. Hoc & *Timæus* credidit, sed insulam Baltiam vocavit. *Philemon* negavit flammam ab electro reddi. *Nicias* solis radiorum succum intelligi voluit. Hos circa occasum credit vehementiores in terram actos, pinguem sudorem in ea parte oceani relinquere, deinde æstatibus in Germanorum littora ejici. Et in Ægypto nasci simili modo & vocari Sa-

ri Sacal. Item in India, gratius thure eſſe Indis. In Syria quoque fœminas verticillos inde facere, & vocare harpaga, quia folia, & paleas veſtiumque fimbrias rapiat. *Theophraſtus* oceano id exæſtuante ad Pyrenæi promontorium ejici, quod & *Xenocrates* credidit, qui de iis nuperrime ſcripſit. Vivit adhuc *Aſarubas*, qui tradidit juxta Atlanticum mare eſſe lacum Cephiſida, quem Mauri vocant electrum. Hunc ſole excalefactum e limo dare electrum fluitans. *Mneſias* Africæ locum Sycionem appellatum & Cratin amnem in oceanum effluentem e lacu, in quo aves, quas Meleagridas, & Penelopas vocat, vivere. Ibi naſci ratione eadem, qua ſupra dictum eſt de electri lacu. *Theomenes* dicit, juxta Syrtim magnam hortum Heſperidum eſſe, ex quo in ſtagnum cadat, colligi vero a virginibus Heſperidum. *Cteſias* Indis flumen eſſe Hypobarum, quo vocabulo ſignificetur omnia vaſa terre bona, fluere a ſeptentrione in extortivum, juxta montem ſylveſtrem arboribus electrum ferentibus. Arbores eas Aphytacoras vocari, qua appellatione ſignificetur prædulcis ſuavitas. *Mithridates* in Germaniæ littoribus eſſe inſulam, vocarique eam Oſerictam, cedri genere ſylvoſam, inde defluere in petras. *Xenocrates* non ſuccinum tantum in Italia, verum etiam Thieum vocari, a Scythis vero Sacrium, & ibi naſcatur. Alios putare in Numidia gigni. Super omnes eſt *Sophocles* Tragicus poeta, quod equidem miror tanta gravitate cothurni, & præterea vitæ fama, alias principe loco genitus Athenis, rebus geſtis, exercitu ducto. Hic ultra Indiam fieri dixit e lachrymis Meleagridum avium Meleagrum deflentium. Quod & crediſſe eum, vel ſperaſſe aliis perſuaderi poſſe, quis non miretur? quamve pueritiam tam imperitam poſſe reperiri, quæ avium ploratus annuos credat, lachrymaſve tam grandes, aveſque e Græcia, ubi Meleager periit, ploratum iſſe in Indos? Quid ergo? non multa æque fabuloſa produnt poetæ? Sed hoc ea in re, quæ quotidie invehatur, atque abundet, & hoc mendacium coarguat, ſerio quenquam dixiſſe, ſumma hominum contemtio eſt, & intoleranda mendaciorum impunitas. *Nicolaus Monardes* cap. 15. Hoc invenitur in litore illius maris, ſc. Floridæ, ab Cannaveral uſque ac promontorium S. Elenæ. Reperitur projectum in litore. Putant eſſe ſemen ceti, ſicuti veteres exiſtimarunt; quod falſum eſt, uti demonſtratur ab Simeone Archiatro, Græco Scriptore, qui dicit. Succinum in variis locis emanat. Fontes, unde promanat, ſunt ſimiles fontibus bituminis. Peſſimum, quod guſtant, & deglutiunt piſces &c. Idem ſentire videtur *Serapio*. Exceptis memorato Simeone, & Aetio, nemo ex Græcis de illo mentionem fecit. Arabes de hoc egerunt ſumma inſcitia, & perturbatione, uti quivis videre poteſt, qui de ſuccino certior fieri velit. Eſt ſpecies bituminis, quæ emanat e fontibus, qui ſunt in profunditate maris, & liquor cum craſſus ſit, in aerem productus, congelatur, & condenſatur, & fit ſuccinum &c. Hinc refelluntur opiniones barbarorum, qui dicunt, ſuccinum eſſe ſemen ceti; Et hinc orta eſt hæc inſcitia, quod deprehenſum ſit ſuccinum in ſtomacho cetorum, & aliorum piſcium ejuſdem ſpeciei; Etenim cum adſcendat ſuccinum propter ſuam levitatem in altitudinem maris, ceti illud deglutiunt, putantes eſſe cibum; eaque de cauſa in eorum ventre deprehenditur. Si vero eſſet ſemen, deprehenderetur in alia parte corporis, juxta conſuetudinem naturalem omnium animantium. Mea ætate captus eſt cete in litore ex inſulis Canariis, qui pluſquam quatuor ſuccini amphoras continebat. Ex eo tempore multos occiderunt, in quibus nihil deprehenſum eſt. Qui ex Florida veniunt referunt multos in eo litore deprehendi cetos, quos cum occidiſſent, neque ſuccinum, neque rem aliam, præter piſces in eorum ſtomacho invenerunt.

4 Fructum arboris &c. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 3. Certum eſt gigni in inſulis ſeptentrionalis oceani, & a Germanis appellari Gleſſum; itaque & a noſtris unam inſularum ob id Gleſſariam appellatam, Germanico Cæſare ibi claſſibus rem gerente Auſtraviam a barbaris dictam. Naſcitur autem defluente medulla pinei generis, arboribus, ut gummi in ceraſis, reſina pineis. Erumpit humoris abundantia. Denſatur rigore vel tempore autumnali. Cum intumeſcens æſtus rapuit ex inſulis, certe in litora expellitur, ita volubile, ut pendere videatur, atque conſidere in vado: quod arboris ſuccum eſſe priſci credidere, ob id ſuccinum appellantes. Pineæ autem arboris eſſe indicio eſt pineus odor, & quod accenſum tedæ modo ac nidore flagret. Affertur a Germania in Pannoniam maxime provinciam. Inde Veneti primum, quos Græci Henetos vocant, rei famam fecere, proximi Pannoniæ, id accipientes circa mare Adriaticum. Pado vero annexa fabulæ videtur cauſa, hodieque tranſpadanarum agreſtibus fœminis, monilium vice ſuccina geſtantibus, maxime decoris gratia: Sed & medicinæ, quando tonſillis creditur reſiſtere, & faucium vitiis varia genere aquarum juxta illos infeſtante guttura, ac vicinas carnes. DC. fere M. paſſ. a Carnuto Pannoniæ abeſt litus Germaniæ, ex quo invehitur, percognitum nuper. Vidit enim eques Romanus, miſſus ad id comparandum a Juliano, curante gladiatorium munus Neronis principis, qui hæc commercia, & litora peragravit, tanta copia invecta, ut retia arcendis feris podium protegentia ſuccinis nodarentur, arma vero & libitina totuſque unius diei apparatus eſſet e ſuccino. Maximum pondus is glebæ attulit XIII. librarum. Naſci & in India certum eſt. Archelaus qui regnavit in Cappadocia, illinc cortice inhærente tradit advehi rude, polirique adipe ſuis lactentis incoctum. Liquidum primo deſtillare, argumento ſunt quædam intus translucentia, ut formicæ, aut culices, lacertæque, quas adhæſiſſe muſteo non eſt dubium, & incluſas indureſcenti. Genera ejus plura: Candida odoris præſtantiſſimi. Sed nec his nec cereis pretium. Fulvis major autoritas. Ex iis etiamnum amplior translucentibus, præterquam ſi nimio ardore flagrent, imaginemque igneam ineſſe, non ignem placet. Summa laus falernis a vini colore dictis, molli fulgore perſpicuis. Sunt & in quibus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc quoque notum fieri oportet, quocunque modo tingui libeat, hædorum ſevo, & anchuſæ radice, quippe etiam conchylio inficiuntur. Ceterum attritu digitorum accepta vi caloris attrahunt in ſe paleas, & folia arida, ut magnes lapis ferrum. Ramenta quoque ſuccini oleo addito flagrant dilucidius diutiuſque, quam lini medulla. Taxatio in deliciis tanta, ut hominis quamvis parva effigies, vivorum hominum vigentumque pretia ſuperet, prorſus ut caſtigatio una non ſit ſatis. In Corinthiis æs placet auro argentoque mixtum, in cælatis ars & ingenia. Murrhinorum & Cryſtallinorum diximus gratiam: uniones quod capite circumferuntur, gemmæ digitis, in omnibus denique aliis vitiis oſtentatio, aut uſus placet, in ſuccinis deliciarum tantum conſcientia. Domitius Nero in ceteris vitæ ſuæ portentis, capillos quoque conjugis ſuæ Poppeæ in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine ſuccinos appellando. Et quoniam nullis vitiis deſunt pretioſa nomina, ex eo tertius hic quidem, colos cepit expeti a matronis. *Nicolaus Monardes* l. c. Nonnulli dicunt, ſuccinum fieri ex quibuſdam fructibus, qui ſunt in litore maris, ubi ceti deprehenduntur, eoſque menſibus Aprili & Majo, quando maturi ſunt & odoriferi, a cetis comedi; atque ex his fieri ſuccinum; quaſi fructus hoc modo comeſtus in aliud quam in ſanguinem & carnem poſſit converti. Multas alias legi opiniones de ſuccino, quæ refelluntur ex eo quod conſtet eſſe ſpeciem bituminis, quod emanat e fontibus, qui in quibuſdam præcipuis locis in profunditate maris deprehenduntur.

5 De fontibus &c. *Aben Sini* lib. II. tractat. 2. cap.

cap. 62. Ambra quid eſt? Ambra eſt manatio fontis in mari. Illud vero, quod dicitur, quod eſt de ſpuma maris, aut ſtercore animalis maris, longinquum eſt aſcleheti: (ſc. ex quadam regione, quæ aſclethi appellatur:) deinde alazarach, ſc. cinericia; poſt eam citrina, & deterior eſt nigra; & adulteratur cum gypſo, & cera, & laudano, & ex ambra bona ejus ſpecies nigra mala, quæ multoties aſſumitur ex ventre piſcis, qui eam comedit, & moritur.

[6] Hortum roſarum &c. *Miſna Maaſeroth* II. 5. אמר ר׳ יהודה מעשה בגנת ורדים שה׳תה בירושלם והיו התאנים נמכרות משלש ומארבע באיסר. Dicit R. Jehuda; de hiſtoria de horto Roſarum, qui fuit Hieroſolymis, ubi ficus ternæ & quaternæ aſſario vendebantur. *Maimonides* Beth Habechira VII. 14. ואין מקיימין בה אילנות חוץ מגינת ורדים שהיתה שם מימות נבאים הראשונים. Nullæ arbores ibi ſervantur, præter hortum roſarum, qui ibi fuit a temporibus primorum Prophetarum. Quinam fuerint priores prophetæ, declaratur. *Babyl. Sotah* c. IX. פיסקא משמתו נביאום הראשונים בטלו אורים ותומים מאן נביאים הראשונים אמר ר׳ הונא שמואל ודוד ושלמה ר׳ נחמן אמר בימי דוד זימנין סליק זימנין לא סליק שהרי שאל צדוק ועלתה לו אביתר ולא עלתה לו שנ׳ ויעל אביתר מתיב רבה בר שמואל ויהי לדרוש אלהים בימי זכריהו המבין בראות האלהים מאי לאו באורים ותומים לא בנביאות ת״ש משחרב מקדש ראשון בטלו ערי מגרש ופסקו אורים ותומים ופסק מלך מבית דוד ואם לחשך אדם לומר ויאמר התרשתא להם אשר לא יאכלו בקדש הקדשים עד עמוד הכהן לאורים ותומים כאדם שאומר לחברו עד שיחיו מתים ויבא משיח בן דוד אלא אמר ר׳ נחמן מאן אינון נביאים הראשונים לאפוקי חגי זכריה ומלאכי דאיקרו אחרונים דתניא משמתו נביאים האחרונים חגי זכריה ומלאכי נסתלקה רוח הקדש מישראל ועדין היו משתמשין בבת קול. Commentatio. Simul ac prophetæ priores fato functi ſunt, deſierunt Urim & Thummim. Quinam ſunt illi prophetæ priores? Dicit R. Huna; Samuel, David, & Salomon. R. Nachman dicit; Davidis ætate, aliquando ceſſarunt, & aliquando non ceſſarunt. Zadoch conſuluit, & reſponſum retulit. Abjathar conſuluit, at reſponſum non retulit; dictum eſt enim 2. *Sam.* XV. 24. *Et adſcendit Abjathar.* Objecit Raba bar Samuelis; dictum eſt 2. *Paral.* XXVI. 5. *Et exquiſivit Dominum in diebus Zachariæ intelligentie & videntis Deum.* Probabile eſt hic agi de Urim & Thummim, non de prophetiis; quod ex eo probari poteſt quod dicitur. Ex quo devaſtatum eſt primum templum, ſublata ſunt ſuburbia, & ceſſarunt Urim & Thummim, ceſſavitque rex de domo David. Si quis contra probare conetur, & dicat ex eo quod ſcriptum eſt *Nehem.* VII. 65. *Dixitque Atherſatha eis, ut non manducarent de ſanctis ſanctorum, donec ſtaret ſacerdos cum Urim & Thummim.* (Reſpondendum eſt hunc loquendi modum) eſſe ſimilem illi, quo alter alteri dicit. Quando mortui reſurgent, & Meſſias Davidis filius aderit. Verum dicit R. Nachman, hic prophetas priores commemorari, ad excludendos Haggæum, Zachariam, & Malachiam, qui poſteriores appellantur. Exſtat enim traditio: Prophetis poſterioribus, Haggæo, Zacharia, & Malachia mortuis receſſit Spiritus Sanctus, & uſi ſunt filia vocis. *Hieroſ. Sotah* 24. 2. משמתו נביאים הראשונ׳ פסקו אורים ותומים ר׳ שמואל בר נחמן בשם ר׳ יונתן זה שמואל ודוד ר׳ בא בר כהנא בשם רב זה גד ונתן ר׳ ירמיה ר׳ שמואל בר יצחק בשם רב זה ירמיה זכרוה מילתיה דר׳ יהושע בן לוי אמרה זה ירימיה וברוך דא״ר יהושע בן לוי ויהי לדרוש אלהים בימי זכריהו המבין ביראת אלהים מאן קם מבתריה ירמיה וברוך משמתו נביאים האחרונ׳ חגי זכריה ומלאכי פסקה מהן רוח הקודש אע״פ כן משתמשין היו בבת קול. Poſtquam mortui ſunt Prophetæ priores, ceſſarunt Urim, & Thummim. R. Samuel bar Nachman nomine R. Jonathan; Iſti ſunt Samuel & David. R. Ba bar Chaana nomine Rab; iſti ſunt Gad & Nathan. R. Jeremia, R. Samuel bar Iſach nomine Rab; iſti ſunt Jeremia & Baruch. Opinio R. Jehoſuæ ben Levi; dicitur: iſti ſunt Jeremia & Baruch; dicit enim R. Jehoſua ben Levi; ſcriptum eſt 2. *Paral.* XXVI. 5. *Et exquiſivit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deum.* Hinc probatur poſt Jeremiam & Baruch. Poſtquam mortui ſunt profetæ poſteriores, Haggæus, Zacharia, & Malachia, receſſit ab iis Spiritus Sanctus, & uſi ſunt filia vocis.

[7] Roſam Hierichuntinam &c. Vide de hac fabuloſa roſa *Jo. Bodæi* notas ad *Theophraſti* lib. IX. cap. 7. pag. 1016. ubi probatur, hanc roſam non eſſe amomum.

[8] Decem parſas &c. *Babyl. Jomæ* 20. 2. ואמר רבה בר בר חנה אמר ר׳ יוחנן מירושלם ליריחו עשרה פרסי. Et dicit Raba bar bar Chana, dicit R. Jochanan; diſtat ab Hieroſolyma Jericho decem Parſas. Ibid. 39. 2. אמר רבה בר בר חנה מירושלם ליריחו עשרה פרסאות וציר דלתות ההיכל נשמע בשמונה תחומי שבת. Diſtat ab Hieroſolyma Jericho decem Parſas, & cardo portarum templi auditur uſque ad octavum terminum Sabbathi. Diſſentit *Joſephus* in ſuis Antiquit. lib. V. in definiendo intervallo inter Hieroſolymam & Hierichuntem. Ἀπέχει δὲ Ἱεροσολύμων μὲν σταδίους ἑκατὸν πεντήκοντα. Diſtat Jericho Hieroſolymis CL. ſtadia, ſc. XVIII. M. paſſuum & $\frac{3}{4}$

[9] Duodecim milliariis &c. *Hieroſol. Scheviith* 36. 2. תני אסור לתלמיד להורות הלכה בפני רבו עד שיהא רחוק ממנו שנים עשר מיל כמחנה ישראל ומה טעם ויחנו על הירדן מבית הישימות עד אבל השיטים וכמה הן שנים עשר מיל. Traditio. Vetitum eſt diſcipulo docere coram magiſtro, donec ab eo remotus ſit duodecim milliaria juxta caſtra Iſraelis; & qua de cauſa? quia dictum eſt *Num.* XXXIII. 49. *Supra Jordanem caſtrametati ſunt de Bethſimuth uſque ad Abelſatim.* Et quantum erat ſpatium? duodecim milliarium. *Mekiltha* 27. 2. ויעמדו העם מרחוק אלו שנים עשר מיל מגיד שהיה מחנה של ישראל שנים עשר מיל ומנין שהיה מחנה ישראל שנים עשר מיל שנ׳ ויחנו על הירדן מבית הישימות שנים עשר מיל. *Steterunt procul.* *Exod.* XX. 18. Hæc ſunt duodecim milliaria; demonſtratur caſtra Iſraelis duodecim milliaria patuiſſe. Et unde probatur caſtra Iſraelis duodecim milliaria patuiſſe? Ex eo quod dictum eſt *Numer.* XXXIII. 49. *Supra Jordanem caſtrametaci ſunt de Bethſimuth.* Hæc ſunt duodecim milliaria. *Siphri* 60. 4. מחנה ישראל שנים עשר מיל על שנים עשר מיל. Caſtra Iſraelis patebant circumquaque duodecim milliaria. *Toſaphtha Erachin* I. 8. וכן מצינו שהיו ישראל עומדין לפני הר סיני נמשכין לאחוריהם י״ב מיל באין לפנים י״ב מיל על כל דיבור ודיבור כ״ד מיל. Atque ita invenimus, quod Iſraelitæ conſiſterent coram monte Sinai, retrahebantur duodecim milliaria, & procedebant duodecim milliaria p o ſingulis allocutionibus XXIV. milliaria.

[10] Spatium &c. *Babyl. Sotah* cap. 7. בא וראה כמה נסים נעשו באותו היום עברו את הירדן ובאו להר גזירי׳ ולהר עיבל יותר מששים מיל ואין כל בריה יכולה לעמוד בפניהם וכל העומד בפניהם נתרז שנ׳ את אימתי אשלח לפניך והמותי את כל העם אשר תבא בהם ונתתי את כל אויביכם אליך עורף ואומר תפול עליהם אימתה ופחד בגדול זרועך ידמו כאבן עד יעבור עמך יי׳ זו ביאה ראשונה עד יעבור עם זו קנית זו ביאה שניה אמור מעתה ראויין היו ישראל לעשות להם נס בביאה שניה כביאה ראשונה אלא שגרם החטא ואחר כך הביאו האבנים ובנו את המזבח וסדוהו בסיד וכתבו עליו את כל דברי התורה בשבעים לשון שנ׳ באר היטב והעלו עולות ושלמי׳ ואכלו ושמחו וברכו וקללו וקפלו את האבנים ובאו ולנו בגלגל שנ׳ והעברתם אותם עמכם והנחתם אות׳ במלון יכול בכל מלון ומלון ת״ל אשר תלינו בו הליל׳ וכתי׳ ואת שתים עשרה האבנים האלה אשר לקחו מן הירדן הקים יהושע בגלגל. Veni & vide, quot miracula eo die facta ſint. Trajecerunt Jordanem, & venerunt ad montem Garizim & Ebal ultra ſexaginta milliaria diſtantes; neque ulla creatura coram illis conſiſtere poterat; quicumque coram illis conſiſtebat, ſtatim expellebatur; dictum enim *Exod.* XXIII. 27. *Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam.* Pariterque dictum eſt ibid. XV. 16. *Irruat ſuper eos formido & pavor in magnitudine brachii tui; fiant immobiles quaſi lapis, donec pertranſeat populus*

lus tuus, Domine. Hic eſt ingreſſus primus. *Donec pertranſierit populus, quem poſſediſti*. Hic eſt ingreſſus ſecundus. Digni tum erant Iſraelitæ, quibus fieret miraculum in ingreſſu ſecundo, ſicut in primo, verum peccatum obſtitit. Et poſtea allatis lapidibus exſtruxerunt altare, illudque calce illeverunt, ibique deſcripſerunt omnia verba legis ſeptuaginta linguis; Dictum eſt enim *Deut*. XXVII. 8. *Plane & lucide*. Et obtulerunt holocauſta, & pacifica, & comederunt, lætati ſunt, benedictiones & maledictiones recitarunt, lapides abraſerunt, abeunteſque pernoctarunt in Gilgal; dictum eſt enim *Joſ*. IV. 3. *Et tranſportantes eos vobiſcum, ponetis in loco caſtrorum*. Crederem hæc de ſingulis ſtationibus, in quibus pernoctaturi erant, intelligenda eſſe? Idcirco dictum eſt. *In ea ſtatione, in qua hac nocte pernoctaturi eſtis*. Pariterque ibid. ſcriptum eſt. *Duodecim quoque lapides, quos de Jordanis alveo ſumſerant, poſuit Joſue in Galgalis*. *Toſaphtha Sotah* VIII. 8. בוא וראה כמה ניסים נעשו לישראל באותו היום עברו מי הירדן ובאו אל הר גריזי' ואל הר עיבל שבצד סכם שבאצל אלוני מורה שנ' הלא המה בעבר הירדן אחרי דרך מבוא השמש יותר משישים מיל ולא עמד איש בפניהם וכל שעמד בפניהם מיד נתרז שנ' אימתי אשלח לפניך וגו' ואומר תפול עליהן אימתה ופחד וגו' עד יעבור עמך ה' זו ביאה ראשונה עד יעבור עם זו קניתה ביאה שנייה אמור מחתה ראויין היו ישראל לעשות להם נסים כדרך שנעשה על הים אלא שחטאו ואחר כך הביאו את האבנים ובנו את המזבח והעלו עליו עולות ושלמים וישבו ואכלו ושתו ונטלו ובאו ולנו במקומן שנ' והעברתם אותם עמכ' והנחתם אותם במלון יכול בכל מלון ומלון ת"ל במלון אשר תלינו בו הלילה ונאמר ואת שתים עשרה האבנים האלה וגו' הא למדת שבגלגל העמידים. Veni & vide, quot miracula eo die facta ſint Iſraelitis. Trajecerunt aquas Jordanis, & venerunt ad montes Garizim & Ebal, qui erant ad latus Sichem prope planitiem More; dictum eſt enim *Deut*. XI. 30. *Qui ſunt trans Jordanem poſt viam, quæ vergit ad ſolis occubitum*; ultra ſexaginta milliaria; nemoque reſtitit coram illis; & qui coram illis reſiſtere voluit, ſtatim ejiciebatur; dictum eſt enim *Exod*. XXXIII. 27. *Terrorem meum mittam in præcurſum tuum &c*. Pariterque dictum eſt ibid. *Irruat ſuper eos formido & pavor &c. donec perſtranſeat populus tuus Domine*. Hic eſt primus ingreſſus. *Donec pertranſierit populus quem poſſediſti*. Hic eſt ingreſſus ſecundus. Dic igitur, quod digni fuiſſent Iſraelitæ, quibus fierent miracula, ſicut facta ſunt in mari; niſi peccaſſent. Et poſtea allatis lapidibus extruxerunt altare, ibique obtulerunt holocauſta & pacifica, & confidentes comederunt & biberunt, & acceptis lapidibus abeuntes pernoctarunt in locis ſuis; Dictum eſt enim; *Joſ*. IV. 3. *Et tranſportantes eos vobiſcum ponetis in loco caſtrorum*. Crederem in ſingulis caſtris? Idcirco dictum eſt; *In ea ſtatione, in qua hac nocte pernoctaturi eſtis*. Pariterque dictum eſt ibid. *Et duodecim lapides iſtos &c*. ad docendum, quod poſiti ſint in Galgalis. *Kimchi* ad *Joſ*. cap. IV. ואמרו רז"ל כי יותר משישים מיל הוא הדרך שהלכו באותו היום מן הירדן ועד הגלגל וע"י נס הלכו הדרך ההוא אנשים ונשים וטף יותר משישים מיל באותו היום. Et dixerunt Sapientes noſtri f. m. quod ultra ſexaginta milliaria patebat via, qua proceſſerunt eo die ab Jordane ad Gilgal, & propter miraculum hoc iter fecerunt viri, & mulieres ultra ſexaginta milliaria illo die.

[11] Libani &c. *Joſephus* Antiquit. lib. V. cap. 2. ὅιδε ὐ πόῤῥω τῦ Λιβανῦ ὄρυς, καὶ ἐλάσσον... Ἰορδάνυ τῶν πηγῶν &c. Illi autem non longe a monte Libano, atque a fontibus Jordanis minoris &c.

[12] Et alter Dan &c. *Joſephus* ibid. lib. VIII. loquens de duobus fanis exſtructis a Jeroboamo vitulis aureis, quorum alterum ſitum erat in Bethel: ἕτερον δ' ἐν Δάνῃ, ἣ δὲ ἐςι πρὸς ταῖς πηγαῖς τῦ μικρῦ Ἰορδάνυ: alterum vero in Dan, quæ eſt ad fontes Jordanis parvi. *Lightfootus* cap. 67. in centuria Chorographica *Matthæo* premiſſa pag. 220. merito mihi videtur negare duos fuiſſe fontes Jordanis. Mireris certe (inquit) atque abſtupeſcas, tam celebri fama & notitia inclareſcere fontem *parvi Jordanis*, atque interea latere, ſileri, atque in æterna obſcuritate ſepeliri fontem *magni Jordanis*. Quid? *Minor* tanta fama dignus, & *major* nulla? Liceat nobis libere loqui cum bona Chorographorum venia, quæ ſentimus. I. Non conſtat ullum alium Jordanis rivum fluere in lacum *Samochonitiden*, præter iſtum, qui oritur e *Paneade*. Apud quemnam autorem comperies talis rivi vel volam vel veſtigium? Niſi quod ex verbis *Joſephi* antea allegatis, male conceptis, in tabulas irrepſerit talis conjectura, atque in animos hominum. II. Opinamur ergo *Jordanem majorem* & *minorem* dici non ratione duorum fontium, aut duorum rivorum diſcretorum, & diſtantium, ſed ratione diſtinctæ magnitudinis ejuſdem rivi. Oriens a *Paneade Jordanes, parvus* vocabatur, uſque dum flueret in lacum *Samochonithin*: poſtea vero e lacu iſto exiens, cum incrementum magnum ab iſta palude obtinuiſſet, exinde vocabatur *Jordanes major*. *Samochonithis Jordanem parvum* recepit, *magnum* emiſit: nam cum eſſet & lacus iſte, & regio adjacens paludoſa admodum, ut patet ex *Joſepho*, tam auctus eſt lacus a *Jordane* influente, quam *Jordanem* effluentem auxit. Κόπτει, inquit *Joſephus*, de *bello* lib. III. cap. 35. τὰ τῆς Σεμεχωνίτιδος λίμνης ἕλη τε καὶ τέλματα. Videtur ergo fluvius infra *Samochonithin* vocari *Jordanes*, ſupra *Samochonithin Jordanes parvus*.

[13] De ſpecu Pamias &c. *Babyl. Bava Bathra* fol. 74. 2. ירדן יוצא ממערת פמיים. Jordanes egreditur de ſpecu Pamias. *Joſephus* Antiquit. lib. XV. cap. 13. Prope Panium, quod vocant ſpelunca eſt in monte amœniſſima, eique ſubjecta, in immenſum hians terræ devexitas, plena aquis ſtagnantibus. Ei mons magnus valde imminet, ſub ſpelunca autem ſcatent fontes Jordanis fluvii. Idem de bello lib. I. cap. 16. Παρὰ τὰς Ἰορδάνυ πηγὰς καλεῖται μὲν Πάνιον ὁ τόπος. Ibid. lib. III. cap. 35. Δοκεῖ μὲν Ἰορδάνυ πηγὴ τὸ Πάνιον. *Plinius* lib. V. cap. 15. Jordanis amnis oritur e fonte Paneadæ. Fons Pamias dicitur *Hieroſ. Kilaim* 32. 1. Mare Apamiæ. ימא דאפמיא איכא ימא דחמיץ. Mare Apamiæ idem eſt ac mare Chamats. Pamias primum dicta eſt Leſhem. *Babyl. Megill*. 6. 1. לשם זו פמיים. Leſhem eſt Pamias. *Gloſſa*. Leſhem eſt civitas, quam ſubjugarunt Danitæ (*Judic*. XVIII. 29.) Pamias eſt locus unde oritur Jordanes. *Raſchi* ad Judic. loc. cit. לישה שם העיר ובספר יהושע קורא שמה לשם על שמצאו שם אבן טובה ששמה לשם והיא היתה על החשן לשבט דן שמו כתוב על לשם. Laish: nomen urbis; & in libro *Joſ*. dicitur Leſhem, quia ibi invenitur lapis pretioſus, qui vocatur Ligurius, qui in pectorali aſſignatur tribui Dan, cujus nomen inſcriptum erat in Ligurio. Lacum Phiala non longe a lacu Samochonite eſſe verum fontem Jordanis primus deprehendit rex Agrippa injectis in Phialam paleis, & juxta Paneada redditis. Vid. *Reland. Palæſt*. cap. 41. Ad fontem Jordanis Paneada condita fuit Cæſarea Philippi. *Joſephus* Antiquit. lib. XVIII. cap. 3. Φίλιππος πρὸς ταῖς Ἰορδάνυ πηγαῖς ἐν Πανεάδι πόλιν κτίζει Καισάρειαν. Idem de Bello lib. III. cap. 13. Πανεάδα κατασκευάσας ὀνομάζει Καισάρειαν.

[14] In mare &c. Lacus in Scriptura maria appellantur. *Cyrillus* in *Jeſai*. lib. II. tom. 1. ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ αὐτὰς τὰς λίμνας θαλάσσας ἀποκαλεῖν. Solet ſacer codex lacus appellare maria. *Hieron*. lib. quæſt. Hebr. in *Geneſ*. ad cap. 1. Notandum quod omnis congregatio aquarum ſive ſalſæ ſint ſive dulces juxta idioma linguæ Hebrææ maria nuncupantur. Fruſtra igitur *Porphyrius* Evangeliſtas ad faciendum ignorantibus miraculum, eo quod Dominus ſuper mare ambulaverit, pro lacu Geneſareth mare appellaſſe calumniatur: quum omnis lacus & aquarum congregatio maria nuncupentur. Idem ad *Geneſ*. XXXVI. 24. Aquarum congregationes repeꝛiſſe, quæ juxta idioma linguæ Hebrææ maria nuncupentur: quod ſcilicet ſtagnum reperit. Præter Judæos aliæ quoque gentes lacus maria appellarunt. *Ariſtoteles* Meteorol. lib. I. cap. 13.

ὑπὸ

ὑπὸ τὸν Καύκασον λίμνη ἣν καλοῦσιν οἱ ἐκεῖ θάλατταν. Lacus ſub Caucaſo, quem accolæ vocant mare. *Plinius* lib. III. cap. 16. de paludibus Atrianorum. Egeſto omnis impetu per tranſverſum in Atrianorum paludes, quæ ſeptem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuſcorum Atriæ, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum. Contra a Græcis mare λίμνη dicitur. *Homer.* Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην. *Sophocles* Trachin. Μηλίδα παρὰ λίμναν. *Scholiaſtes.* λίμναν φησὶ τὴν θάλασσαν. Septem maria in Terra Iſraelitica ab Judæis numerantur. *Hieroſ. Kelaim* 32. 1. Septem maria, & quatuor fluvii ambiunt terram Iſraeliticam. ימא רבא ימא דטיבריא ימא דמילחא ימא דכובכו ימא דחילתה ימא דשלחת ימא דאפמיא. Mare magnum, mare Tiberiadis, mare Salſum, ſeu Sodomiticum, mare Samochonitis, mare arenoſum, mare Scheliith, ſeu Algoſum, mare Apamiæ. Vide *Baby*l. *Bava Bathra* 74. 2.

[15] Sichnæ &c. Quod *Babylonicis* loc. cit. ימה דסבכי mare Sibbechæna, & *Hieroſolymitanis* aliquando ימא דכובכו & aliquando ימא דסמכי eſt lacus Samochonitis, qui *Joſ.* II. 5. dicitur *Aqua Merom*. De lacu Samochonitis ſcribit *Joſephus* de Bello lib. III. cap. 18. ἀρχόμενον δὲ φανεροῦ ῥεύματος ὁ Ἰορδάνης ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἄντρου κόπτει μὲν τὰ τῆς Σεμεχωνίτιδος λίμνης ἕλη τε καὶ τέλματα. Jordanes conſpicuo curſu fluens ab illo antro ſecat quidem lacus Samochonitides paluſtria, & cœnoſa. Idem ibid. lib. IV. cap. 1. τριάκοντα μὲν εὖρος ἑξήκοντα δὲ μῆκος στάδια. διατείνει δὲ αὐτῆς τὰ ἕλη μέχρι Δάφνης χωρίου. Lacus Semechonitis eſt triginta ſtadiorum latitudine, longitudine ſexaginta. Extenduntur paluſtia ejus ad Daphnen regionem: ut alias amœnam, ita fontes continentem. αἳ τρέφουσαι τὸν μικρὸν καλούμενον Ἰορδάνην ὑπὸ τὸν τῆς χρυσῆς βοὸς νεὼν, προπέμπουσι τῷ μεγάλῳ. Fontes, qui Jordanem parvum, ut vocatur, nutrientes ſub templo aurei vituli, eum immittunt in magnum. *Toſaphta Bechorath.* VII. 5. נהר שיוצא ממערת פמיים ועובר בימה של סופני. Fluvius, qui egreditur de ſpecu Pamias, & defluit in mare Sophni. *Hieroſ. Schekalim* 50. 1. כתיב ויאמר אלי המים האלה יוצאים אל הגלילה הקדמונה זה ים סמכו וירדו אל הערבה זה ים של טיבריא ובאו הימה זה ים המלח אל הימה המוצאים זה הים הגדול. Scriptum eſt *Ezechiel.* XLVII. 8. *Et ait ad me exeunt hæ aquæ in oram Orientalem*; hoc eſt mare Samochonitis. *Et deſcendent in planiciem*; hoc eſt mare Tiberiadis. *Et exibunt in mare*; hoc eſt mare Salſum, i. e. Sodomiticum. *Exbibunt*; hoc eſt mare magnum. Hic locus *Ezechielis* aliter explicatur in *Toſaphta Sucah* III. 5. לאן הולכין לים הגדול לימה של טיבריא ולימה של סדום כדי לרפאת את מימיהן שנ' ויאמר אלי המים האלה יוצאין אל הגלילה הקדמונה וירדו אל הערבה ובאו הימה אל המיה וגו' המים האלה יוצאין אל הגלילה הקדמונה זה ימה של סדום וירדו אל הערבה זה ימה של טיבריא ובאו הימה אל הימה המוצאי' ונרפאו המים זה הים הגדול. Quo defluent? in mare magnum, in mare Tiberiadis, & in mare Sodomæ ad medicandas aquas; dictum eſt enim *Ezech.* l. c. *Et ait ad me. Exeunt hæ aquæ in oram Orientalem, & deſcendent in planitiem, & venient ad occidentem in mare &c. Ad medicandas eorum aquas. Hæ aquæ exeunt in oram orientalem*; hoc eſt mare Sodomæ: *Et deſcendent in planitiem*; hoc eſt mare Tiberiadis: *Ee venient ad occidentem in mare & exibunt, & ſanabuntur aquæ*; hoc eſt mare magnum. *Kimchi* ad loc. cit. *Ezech.* הקדמונה פי' מזרחית הערבה כתרגומו מישרא ובאו הימה אל הימה המוצאים כתרגומו ועליך ברמא לימא רבא מתפקין כלומר יכנסו לים ומשם לים הגדול ויתכן פירוש הפסוק כן שני חלקים יעשה הנחל אחד ילך לים מזרחי ואחר ילך לים מערבי והוא שאמר כנבואת זכריה חצים אל הים הקדמוני וחצים אל הים האחרון וכן פירושו ובאו הימה אל המזרחי כמו שאמר אל הגלילה הקדמונה ר"ל כי מדרך מזרח יבאו לים אל הימה המוצאים פירושו לא הים המערבי יהיו מוצאים כמו כן וארז"ל להיכן היו יוצאים לים טיבריא ולים סדום ולים אוקינוס לרפות מימיהן המלוחים ולמתקן וירדו על הערבה זה ימה של טיברוא ובאו הימה זה ימה של סדום אל הימה המוצאים זה ים אוקיינוס שהוא מוצא מן הישוב להקיף את העולם. Quod dicitur; הקדמונה interpretatur *orientalem*; הערבה juxta ejus *Targum planitiem*; ובאו הימם אל הימה המוצאים. Juxta ejus *Targum*; *& venient in occidente in mare magnum*; ſc. quod ingredientur in mare, & inde in mare magnum; atque ita debet explicari textus; Duas enim partes efformat fluvius; quarum altera in mare orientale, & altera in mare occidentale defluit; & hoc eſt quod dicitur, in prophetia *Zachariæ* XIV. 8. *Medium earum ad mare orientale & medium earum ad mare noviſſimum.* Et ſic interpretantur: *Et venient in mare ad orientem*; ſicuti dictum eſt; *in oram orientalem*; ſc. quod per viam orientis defluerent in mare ad occidentem. *Exibunt*; interpretantur; in mare occidentale exibunt; ſicut iſtæ. Et dixerunt ſapientes noſtri f. m. Quo exibant? in mare Tiberiadis, & in mare Sodomæ, & in mare Oceani, ad medicandas eorum aquas ſalſas, & præparandas. *Et deſcendent in planitiem*; hoc eſt mare Tiberiadis. *Et venient in mare*; hoc eſt mare Sodomæ; *ad occidentem exibunt*; hoc eſt mare Oceani, quod de terra egreditur, & mundum circumdat. *Raſchi* ad l. c. הקדמונה המזרחית שנו רבותי' בתוספתא של סוכה להיכן יוצאין לימה של טבריא ולימה של סדום ולים הגדול לרפות ארץ מימיהם המלוחים ולמתקם וירדו הערבה זה ימה של טבריא ובאו הימה זו ימה של סדום אל הימה המוצאים זו ימה של אוקיינוס שהוא מוצא מן היישוב להקיף העולם. Quod dicitur הקדמונה *orientalem*. Docent Sapientes noſtri in *Toſaphta Sucah*. Quo defluent? in mare Tiberiadis, & in mare Sodomæ, & in mare magnum, ad medicandas & præparandas eorum aquas. *Et deſcendent in planitiem*; hoc eſt mare Tiberiadis: *Et venient in mare*; hoc eſt mare Sodomæ; *in occidente exibunt*; hoc eſt mare Oceani, quod e terra egreditur, & mundum circumdat.

[16] In mare Tiberiadis &c. *Num.* XXXIV. 11. dicitur ים כנרת *Mare Kinnereth*, & *Joſ.* XII. 3. ים כנרות *mare Kinneroth*; Hinc Judæi duas *Kinneroth* fuiſſe contendunt. *Hieroſ. Megillah* 70. 1. התיב ר' לוי והכתיב והערבה עד ים כנרות מעתה שני גניסריות היו או לא היו אלא שני אבטוניות כגון ביתירח וצינברי שהן מגדלות כינרים והחרב הכרך ונעשה של גוים. Reſpondit R. *Levi*; Nonne ſcriptum eſt *Joſ.* XII. 3. *Et a ſolitudine uſque ad mare Kinneroth*? Inde ſunt duæ Geneſarethæ? Aut non fuerunt niſi duæ arces, ut Beth-Jerach, & Sinnabris, quæ ſunt turres Kinnerethanorum; at munitio deſtruitur, & ceſſit Gentilibus. In *Targum* dicitur *Num.* XXXIV. 11. ים גינסר *mare Ginaſar*; & *Joſ.* XII. 3. ים גינוסר *mare Ginoſar*, aliquando ימא דגניסר aliquando גניסור. *Mach.* XI. 67. ὕδωρ Γεννησάρ. Apud *Joſeph.* lib. XIII. Antiquit. cap. 19. Γεννησαρὰ ὕδατα. Et ibid. lib. XVIII. cap. 3. Γεννησαρῖτιν λίμνην. Et lib. II. de bello c. 25. & lib. III. c. 17. Γεννησὰρ λίμνην. *Plinius* lib. V. cap. 15. Lacum Geneſaram appellat, Pariterque *Lucæ* V. 1. λίμνη γεννησαρὲτ dicitur, lacus Geneſareth. Apud *Matth.* IV. 18. XV. 29. *Marc.* VII. 31. θάλασσα τῆς γαλιλαίας *mare Galilææ*; & apud *Joh.* VI. 1. & alibi θαλάσσα τῆς Τιβεριάδος *mare Tiberiadis* appellatur. Aliquando a Talmudicis ימא דגניסר ſed frequentius ימא של טבריא *mare Tiberiadis* dictum eſt. Λίμνη Τιβεριὰς aliquando dicitur. *Euſebius* in onomaſtico ad vocem Σαρών. ἡ ἀπὸ τοῦ ὄρους Θαβὼρ ἐπὶ τὴν Τιβεριάδα λίμνην χώρα. Regio inter montem Thabor, & *lacum Tiberiadem*. *Cyrillus in Jeſai.* lib. I. Orat. 5. Φασὶ γάρ τε καὶ ὅρια Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλεὶμ τῇ Τιβεριάδι παρακεῖσθαι λίμνῃ. Ferunt enim fines Zabulon & Nephtali *lacui Tiberiadi* adjacere. Et paulo poſt Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας τὴν Τιβεριάδα λίμνην τὸ γράμμα φησὶ τὸ ἱερόν. Sciendum autem mare Galilææ, dici *lacum Tiberiadem* in ſacro Codice. Et mox Βηθσαϊδὰ --- παράκειται τῇ θαλάσσῃ τῇ Τιβεριάδι. Bethſaida adjacet *Mari Tiberiadi*. Et in commentario ad *Jonam* legitur; τὴν Τιβεριάδος θάλασσαν. *Mare Tiberiadis*. *Pauſanias* quoque λίμνην Τιβερίδα *lacum Tiberidem* appellat. *Mare Ginaſar* fuiſſe in regione Tribus Nephtali probari videtur ex *Deut.* XXXIII. 23. ים ודרום ירשה; *Mare & meriedem poſſidebit*. Et *Targum*. ים גינוסר ודרומא ייתר. *Mare Giniſar*,

& meridiem poſſidebit. Ubi *Raſchi*. ים ודרום ירשה ים כנרת נפלה בחלקו. *Mare & meridiem poſſidebit. Mare Kinnereth* cecidit in ejus portionem. *Hieroſ. Bava Bathra* 15. 1. ונותנין ליפתלי מלא חבל לדרומו של ים שנ׳ ים ודרום ירשה דברי ר׳ יוסי הגלילי ר׳ עקיבא אומר ים זה ים של סמכו ודרום זה ים של טבריה. Et dederunt Nephtali plenum funiculum ad auſtrum maris; dictum eſt enim l. c. *Deut. Mare & meridiem poſſidebit*. Verba R. Joſe Galilæi. R. Akiba dicit; *Mare*; hoc eſt mare Sichnæ; & *meridiem*; hoc eſt *mare Tiberiadis*. *Babyl. Bava Kama* 81. 2. ת״ר ימה של טבריה בחלקי של נפתלי וגו׳. Tradunt Sapientes. *Mare Tiberiadis* in portione Nephtali. Imo plenum funiculum ea recipit pro retibus a parte auſtrali; dictum eſt enim l. c. *Deut. Mare & meridiem poſſidebit*. Conſentit cum his *Joſephus* Antiquit. lib. v. c. 1. *Ζαβυλωνῖται τὴν μέχρι Γεννησαρίτιδος καθήκουσαν μετὰ περὶ Κάρμηλον καὶ θάλασσαν ἔλαχον*. Zabulonitæ portionem ſortiti ſunt uſque ad *Geneſaritida*, protenſam etiam ad Carmelum & mare. Vide *Ligthfootum* c. 71. in Centur. Chorograph. *Matthæo* præmiſſa. *Joſephus* lib. III. de bello c. 35. hunc lacum in longitudine centum, in latitudine centum, in latitudine quadraginta ſtadia patere teſtatur. Ἡ *λίμνη Γεννησὰρ μὲν ἀπὸ τῆς προσεχοῦς χώρας καλεῖται σταδίων εὖρος οὖσα τεσσαράκοντα, καὶ πρὸς τούτοις ἑτέρων ἑκατὸν τὸ μῆκος, γλυκεῖά τε ὅμως ἐστὶ, καὶ ποτιμωτάτη*. Et *Plinius* lib. v. c. 15. Jordanes, ubi prima convallium fuit occaſio, in lacum ſe fundit, quem plures *Geneſaram* vocant, XVI. M. paſſ. longitudinis; VI. M. paſs. latitudinis. At *Geographus Nubienſis* contra omnium ſententiam duodecim milliaria in longitudine, totidemque in latitudine patuiſſe ſcribit. Ab *Joſepho* de Bello lib. III. cap. 35. *Genneſaritici* agri amœnitas, & fertilitas celebratur. Παρατείνει *δὲ τὴν* (*λίμνην*) *ὁμώνυμος χώρα, θαυμαστὴ φύσιν τε καὶ κάλλος. οὔτε γὰρ αὐτὴν τι φυτὸν ἀρνεῖται διὰ τὴν ποιότητα, καὶ πᾶσαν πεφυτεύκασιν οἱ νεμόμενοι. Τοῦ δὲ ἀέρος τὸ εὔκρατον ἁρμόζει καὶ τοῖς διαφόροις*. Κ*αρύαι μέν γε, φυτὸν τὸ χειμεριώτατον ἄπειροι τεθήλασιν, ἔνθα φοίνικες, οἳ καύματι τρέφονται, συκέαι τε, καὶ ἐλαῖαι πλησίον τούτων, αἷς μαλθακώτερος ἀὴρ ἀποδέδεικται. φιλοτιμίαν αὐτὰς εἴποι τῆς φύσεως, βιασαμένης εἰς ἓν συναγαγεῖν τὰ μάχιμα, καὶ τῶν ὡρῶν ἀγαθὴν ἔριν, ἑκάστης ὥσπερ ἀντιποιουμένης τοῦ χωρίου*. Κ*αὶ γὰρ οὐ μόνον τρέφει παρὰ δόξαν τὰς διαφόρους ὀπώρας, ἀλλὰ καὶ διαφυλάσσει*. Τ*ὰ μέν γε βασιλικώτατα, σταφυλήν τε, καὶ σῦκον, δέκα μησὶν ἀδιαλείπτως χορηγεῖ*. Τ*οὺς δὲ λοιποὺς καρποὺς δι᾽ ἔτους ὅλον περιγηράσκοντας αὐτοῖς*. Adjacet lacui Genneſar cognominis regio admirandæ naturæ, & amœnitatis. Neque enim illa, ut eſt uberrima, plantam negat, cum eam omnem plantis cultores conſeverint. Cœli temperies diverſiſſimis etiam fructibus convenit. Idcirco hic nuces; fructum maxime hiemis patientem, illic palmas æſtu gaudentes, iſthic ficus, & oleas, mollioris aeris indigas, florentes licet intueri. Putes naturam hic in rerum inter ſe, at cum temporum, locique ingenio pugnantium arcta conjunctione, gloriam quæſiiſſe. Nec vero idonea tantum terra eſt ad fructus diverſiſſimæ indolis nutriendos. Præcipuos enim, ut ſunt uvæ ac fici, continuis decem menſibus præbet, ceteros per totum annum, veluti cum illis conſeneſcentes. Vid. *Babyl. Peſachim* 8. 2. *Berachoth* 44. 1. *Maaſeroth* cap. 3. hal. 7. & *Aruch* in גנסר.

Tiberias civitas, a qua lacus iſte mare *Tiberiadis* appellatus eſt, olim dicta fuit *Rakkath*, quæ memoratur *Joſ.* XIX. 35. *Hieroſol. Megillah* fol. 70. 1. רקת היא טבריא. *Rakkath* eſt *Tiberias*. Uberius *Babyl. Megillah* 5. 2. וקיימא לן רקת זו טבריא וגו׳. Conſtat nobis *Rakkath* eſſe *Tiberiada* &c. Oppoſitio R. Jochananis. Cum puer eſſem, rem quandam dixi, de qua interrogavi ſeniores, atque inventum eſt, ſicut dixi, quod ſcilicet *Chammath* eſt *Tiberias*, & *Rakkath* Zipporis. Rabba dixit; quiſnam eſt, cui dictum eſt, quod *Rakkath* non ſit *Tiberias*? Nam ecce, cum moritur quis hic (ſc. in Babylone) eum illic (ſc. *Tiberiade*) deplorant hoc modo. Feretrum viri clari in Scheshach (Babylone) defuncti, cujus nomen etiam celebre eſt in *Rakkath*, huc affertur: eum ſic plangite. O amatores Iſraelis, o cives *Rakkath*, prodite, & deflete mortuos Babylonis. Cum quieſceret anima R. Zeiræ, ſic eum deflevit quidam: Delicias concepit peperitque terra Babylonica, eas enutrivit terra Iſraelitica: væ ſibi, inquit, *Rakkath*; quia deliciarum ſuarum vaſa perdidit. Dicit ergo Rabba, Chammath eſt eadem cum Thermis Gadar, & *Rakkath* eſt *Tiberias* &c. R. Ezechiah legit librum Eſther *Tiberiade* die decimoquarto (menſis Adar) atque etiam die decimoquinto, dubitans num muris cincta eſſet a diebus Joſue necne. Quis autem hoc dubitaret de *Tiberiade*? Cum ſcriptum eſt *Joſ.* l. c. *Et civitates munitæ Ziddim, Zer, Chammath, Rakkath, & Kinnereth*. Conſtat autem nobis *Rakkath* eſſe *Tiberiada*. Ratio ergo, cur ille dubitaret, hæc erat, quod ab uno latere cincta eſſet mari pro muro. Si autem ſic, erat, quare dubitaret? quia plane non erat murus; Exſtat enim traditio; Civitas, cui eſt murus, & non mœnia, domus contiguæ ſunt pro mœnibus. Excipitur autem *Tiberias* cui mare eſt pro muro? Ibid. 5. 2. negatur *Tiberiada* eſſe *Rakkath*. אמר ר׳ יוחנן כי הוינא טלייא אמינא מילתא רשאילנא לסבייא ואשתכח כוותי חמת זו טבריא ולמה נקרא שמה חמת על שום חמי טבריא רקת זו צפורי ולמה נקרא שמה רקת משום דמידליא כרקתא דנהרה Dicit R. Jochanan. Cum adhuc puer eſſem, quæſtionem poſui, de qua quiſque ſuo arbitratu loqueretur. Inveni omnes mecum ſentire, ſc. *Chammath* eſſe *Tiberiadem*, & cur vocatur *Chammath*? propter Thermas *Tiberiadis*; Et *Rakkath* eſſe Tſipporim; & cur vocatur *Rakkath*, quod elata eſſet ſicut ripa fluvii. Ab *Hieronymo* in *Ezech.* XLVIII. dicitur כנרת. Sexta, Nephtalim in Galilæa uſque ad Jordanem, ubi *Tiberias*, quæ olim appellabatur כנרת. *Chammath* & *Rakkath* ſc. *Tiberiada* fuiſſe urbes pervicinas demonſtratur *Hieroſ. Erubin* 23. 4. בראשונה היו בני טיבריא מה לב יך את כל חמתה ובני חמת אינן מגיעין אלא עד הכיפה ועכשיו בני חמתה ובני טיבריא עיר אחת היא אמר ר׳ ירמיה מעשה ברועה אחד זקן שבא ואמר לפני רבי זכור אני שהיו בני מגדל עולין לחמתה ומהלכין את כל החמתה ומגיעין לחצר החיצונה וסמוכה לגשר והתיר רבי שהיו בני מגדל עולין לחמתה ומהלכין את כל חמתה ומגיעין לחצר החיצונה עד הגשר ועוד התיר רבי שהיו בני גדר יורדין לחמתה ועולין לגדר ובני חמתה אינן עולין לגדר. In principio viri *Tiberienſes* incedebant per totam *Chammath*; at incolæ *Chammath* non tranſibant ultra fornicem; & nunc *Chammathenſes*, & *Tiberienſes* conſtituunt unam civitatem. Dicit R. Jeremia; Hiſtoria de quodam paſtore ſene, qui venit & dixit coram Rabi; memini ego, quod Migdalenſes adſcenderent ad *Chammath*, & incederent per totam *Chammath*, & pervenirent ad atrium exterius uſque ad pontem. Et permiſit Rabi, quod Migdalenſes adſcenderent ad *Chammath*, incederent per totam *Chammath*, & pervenirent ad atrium exterius uſque ad pontem. Et præterea permiſit Rabi, quod Gadarenſes deſcenderent in *Chammath*, & reverterentur in Gadar; at *Chammathenſibus* non licebat adſcendere in Gadar. *Babyl. Megillah* 2. 2. מחמתן לטבירא מיל. Ab *Chammath* ad *Tiberiadem* eſt milliare. *Babyl. Megillah* ibid. *Chammath* eſt *Tiberias*; & quare dicitur *Chammath*? על שום חמי טבריא. Propter Thermas *Tiberiadis*. *Hieroſ. Schabb.* 3. 1. מסחי בההן דימוסין דטבריא. Lavit in Thermis *Tiberiadis*. Ibid. 6. 1. התירו להן מי מערה וחמי טיבריא, Permiſerunt iis aquas Mearæ, & Thermas *Tiberiadis*. *Babyl. Sanhedr.* 108. 1. חמי טבריא. Thermæ Tiberiadis; *Joſephus* in vita ſua. Scripſit ad me Johannes (Giſchalita) ut ei permitterem orans, *χρήσασθαι τοῖς ἐν Τιβεριάδι θερμοῖς ὕδασι*, uſum Thermarum, quæ *Tiberiade*. Idem de Bello lib. II. cap. 43. *Σκηψάμενος δὲ νόσον, ἱκέτευε, δι᾽ ἐπιστολῆς τὸν Ἰώσηπον ἐπιτρέψαι πρὸς θεραπείαν αὐτῷ χρήσασθαι τοῖς ἐν Τιβεριάδι θερμοῖς ὕδασιν*. Simulans autem morbum per epiſtolam oravit *Joſephum*, ut concederet ſibi uti calidis aquis, quæ ſunt in *Tiberiade* propter valetudinem. *Plinius* lib. v. cap. 15. Ab occidente *Tiberiade*, aquis calidis ſalubri. Vide *Jo. Chriſtophori VVichmanshauſſen* diſſ. de *Thermis Tiberien-*

rienſibus Theſaur. tom. VII. Sed celebratior fuit conſeſſu Synhedrii magni, & *Gemara Hieroſolymitana*, quæ *Tiberiade* compoſita, & conſcripta eſt. *Babyl. Roſch haſhanah* 31. 1. Migravit Synhedrium a conclavi Gazith ad Tabernas, a Tabernis in Hieroſolymam, ab Hieroſolyma ad Jaſne, a Jaſne ad Osham, ab Osha ad Shepharaamam, a Shepharaama ad Beth Shaaraim, a Beth Shaaraim ad Tſipporim, a Tſippori ad *Tiberiadem &c.*

Tiberias appellata eſt, ſeu potius exſtructa ab Herode Tetrarcha in honorem *Tiberii Cæſaris*. *Joſephus* lib. XVIII. cap. 3. Ἡρώδης ὁ τετράρχης ἐπὶ μέγα γὰρ ἦν τῷ Τιβερίῳ φιλίας προηλθὼν, οἰκοδομεῖται πόλιν ἐπώνυμον αὐτῷ Τιβεριάδα, τοῖς κρατίστοις ἐπικτίσας τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ λίμνῃ τῇ Γεννησαρίτιδι. Σύγκλυδες δὲ ᾤκησαν οὐκ ὀλίγον δὲ καὶ τὸ Γαλιλαῖον. Καὶ ὅσοι μὲν ἐκ τῆς ἀπ' αὐτῶν γῆς ἀναγκαστοὶ, καὶ πρὸς βίαν εἰς τὴν κατοικίαν ἀγόμενοι. Τινὲς δὲ καὶ τῶν ἐν τέλει. Ἐδέξατο δὲ αὐτοῖς συνοίκους καὶ τοὺς πανταχόθεν ἐπὶ συναγομένους, ἄνδρας ἀπόρους, ἔτι δὲ οὓς μήτε σαφῶς ἐλευθέρους. Πολλὰ μὲν αὐτοὺς καὶ ἐπὶ πολλοὺς ἠλευθέρωσεν, καὶ εὐηργέτησεν, ἀνάγκασμα τοῦ μὴ ἀπολείψειν τὴν πόλιν ἐπιθεὶς, κατασκευαῖς τε οἰκήσεων τελείαις τῇ αὐτῷ καὶ γῆς ἀποδόσει, εἰδὼς παράνομον, τὸν οἰκισμὸν ὄντα, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰουδαίοις πατρίου, διὰ τὸ ἐπὶ μνήμασιν, ἃ πολλὰ τῇ δε ἦν ἀνῃρημένοις ἵδρυσιν Τιβεριάδι γενέσθαι. *Bereſchith rabba* ſect. 23. קראו בשמותם עלי ארמות טיבריה על שם טיבריאוס אלכסנדריה על שם אלכסנדרוס אנטיוכיא על שם אנטיוכוס. *Vocarunt nominibus ſuis terras. Tiberias* vocatur a nomine *Tiberii*, Alexandria a nomine Alexandri, Antiochia a nomine Antiochi. Alia legitur etymologia apud Judæos. Quare appellatur טבריא? quia ſita eſt בטיבורה של ארץ in umbilico terræ. Quare vocatum eſt nomen ejus טבריא *Tiberias*? שטובה ראיתה, quod elegans eſſet adſpectus ejus, nempe propter גנות ופרדסים hortos & pomaria, quæ illic fuerunt.

17 In mare Sodomæ &c. *Plinius* lib. V. c. 15. Jordanis amnis e fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæſareæ, de qua dicemus: amnis amœnus, & quatenus locorum ſitus patitur, ambitioſus, accoliſque ſe præbens, velut invitus Aſphaltitem lacum dirum natura petit, a quo poſtremo ebibitur, aquaſque laudatas perdit peſtilentibus mixtas &c. Aſphaltites --- longitudine excedit CM. paſſuum, latitudine maxima XXV. implet minima ſex. Proſpicit eum ab oriente Arabia Nomadum, a meridie Macherus, ſecunda quondam arx Judææ ab Hieroſolymis. *Pauſanias* lib. V. cap. 7. Ἐν δὲ τῇ γῇ ποταμὸν τινα Ἑβραίων καὶ αὐτὸς οἶδα Ἰόρδανον λίμνην Τιβερίδα ὀνομαζομένην διοδεύοντα, ἐς δὲ τὴν λίμνην ἑτέραν καλουμένην θάλασσαν νεκρὰν, εἰς ταύτην ἐσιόντα, καὶ ὑπὸ τῆς λίμνης αὐτὸν ἀναλούμενον. In terra Hebræorum ipſe vidi flumen Jordanem, qui lacum Tiberiadem permeat, & poſtea in alterum lacum, mare mortuum dictum exiens illic evaneſcit. *Scherif Ibn Idris*. واب الما بن بحيرج مد بذ ر ة طبر ية ويصب من دحبر ة سادوم وغمورا. Flumen *Jordanis* egreditur ex mari *Tiberiadis*, & illabitur mare Sodomæ & Gomorræ. Appellatur hic lacus *Deuter.* III. 17. *Joſ.* III. 16. ימא דמילחה *Mare planitiei*. *Targum* ים הערבה *Mare planitiei*. Ibid. vocatur ים המלח. *Targum* ימא דמישרא *Mare Salſum*. A Græcis νεκρὰ θάλασσα *Mare mortuum*, & λίμνη Ἀσφαλτῖτις lacus *Aſphaltite*. *Galenus* de ſimplicium medicamentorum facultatibus lib. IV. cap. 19. τὸ δὲ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Συρίᾳ λίμνης ὕδωρ ἣν ὀνομάζουσιν, οἱ μὲν θάλασσαν νεκρὰν, οἱ μὲν λίμνην Ἀσφαλτῖτιν. Aqua autem lacus, qui in Syria Palæſtina eſt, & *mare mortuum* a quibuſdam, ab aliis *lacus Aſphaltites* nuncupatur. *Pauſanias* lib. V. cap. 7. Ἡ δὲ θάλασσα ἡ νεκρὰ πάσχει παντὶ ὕδατι ἄλλῳ τὰ ἐναντία. Mare autem *mortuum* patitur omnia aliis aquis contraria. *Julius Africanus*. Συνέβαλον παρὰ τὴν θάλασσαν ἁλικὴν, ἣ καλεῖται νῦν θάλαττα νεκρά. Manus conſeruerunt ad *Mare Salſum*, nunc *Mare Mortuum* appellatum. Dicitur νεκρὰ θάλασσα, quia nullum animal in eo inveniatur. *Galenus* l. c. φαίνεται ἐν ἐκείνῳ τῷ ὕδατι μήτε ζῶον ἐγγιγόμενόν τι, μήτε φυτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς αὐτὴν ἐμβαλόντων ποταμῶν ἀμφοτέρων, μεγίστους καὶ πλείστους ἐχόντων ἰχθύας, καὶ μάλιστα τοῦ πλησίον Ἱεριχοῦντος, ὃν Ἰορδάνην ὀνομάζουσιν, οὐδ' εἷς τῶν ἰχθύων ὑπερβαίνει τὰ στόματα ποταμῶν. κἂν εἰ συλλαβὼν δέ τις αὐτοὺς ἐμβάλλει τῇ λίμνῃ, διαφθειρομένους ὄψεται ταχέως. οὕτως τ' ἀκριβῶν πικρὸν ἅπασιν ἐστὶ, καὶ ζώοις καὶ φυτοῖς πολέμιον, αὐχμῶδες τε καὶ ξηρὸν, καὶ τὴν φύσιν ὥσπερ αἴθαλος ὑπὸ τῆς καταπτήσεως γεγενημένον. Nullum in hoc lacu animal, aut planta conſpicitur. Imo quum duo in eum fluvii illabantur, maximos & plurimos piſces alentes, quorum præcipuus Jordanes, qui prope Jerichuntem fluit nullus omnino piſcium oſtia fluminum excedit; quod ſi quis eos captos in lacum immittat, celeriter mori videt. Adeo eſt omnibus tum hominibus tum plantis inimicum, quod exacte amarum eſt, quodque ſquallidum pariter, & ſiccum eſt, atque natura fuliginem quaſi ab aſſatione referens. *Hieronymus* in comment. ad *Ezech.* XLVII. *Mare mortuum*, in quo nihil poterat eſſe vitale & *Mare amariſſimum*, quod Græci λίμνην Ἀσφαλτῖτιν, id eſt ſtagnum bitumnis vocant --- Revera juxta literam huc uſque nihil quod ſpiret & poſſit incedere præ amaritudine nimia in hoc mari reperiri poteſt: nec cochleolæ quidem parvique vermiculi, & anguillæ, & cetera animantium ſive ſerpentium genera, quorum magis corpuſcula poſſumus noſſe, quam nomina. Denique ſi Jordanes auctus imbribus piſces illuc influens rapuerit ſtatim moriuntur, & pinguibus aquis ſupernatant. *Julius Africanus*. Ζῶον τε γὰρ οὐδὲν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ φέρει καὶ νεκροὶ μὲν ὑποβρύχιοι φέρονται, ζῶντα δὲ οὐδ' αὖ ῥαδίως βαπτίσαιντο. Nullum animal nutrit illa aqua, & mortua quidem in ea cito merguntur, viva ſupernatant, nec fundum facile petunt. *Pauſanias* l. c. Ταύτῃ ἄκαρπος καὶ ἰχθύων ἡ λίμνη. ἅτε ἀπὸ τοῦ φανερωτάτου κινδύνου ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἀναφεύγουσιν ὀπίσω τὸ οἰκεῖον. Nec piſces ille lacus producit, piſcibus ſe ſubducentibus manifeſto periculo, & ad loca convenientia tendentibus. *Plinius* l. c. Nullum corpus animalium recipit. Vid. *Geograph. Nubiens.*

Dictus eſt λίμνη Ἀσφαλτῖτις, quod Aſphaltum ſeu bitumen producat. Memoratur lacus Aſphaltitis circa Babylonem, qui producebat bitumen, ex quo illius urbis muri exſtructi ſunt. *Vitruvius* lib. VIII. cap. 3. Babylone lacus ampliſſima magnitudine, qui *limne Aſphaltitis* appellatur, habet ſupernatans liquidum bitumen. Quo bitumine & latere teſtaceo ſtructo muro Semiramis circumdedit Babylonem: *Scholiaſtes Lycophronis* verſ. 704. qui cum dixiſſet λίμνην ἄορνον eſſe prope Cumas, pergit. Ἄλλοι δὲ τὴν Ἄορνον, Σωτίων τε καὶ Ἀγαθοσθένης, καὶ Δίων καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἱστορικῶν οὐ λίμνην οὐδὲ πέτραν φασὶ στόμιον δέ τι περὶ Ἀδιαβηνὴν, ὃ στόμιον ὄρνεον ὑπερπετασθῆναι οὐ δύναται, ἀπὸ τῆς ἐκεῖθεν ἀναφερομένης ἀναθυμιάσεως, τελευτᾷ καὶ πᾶν ζῶον ἄλογον. Ἡ Ἀδιαβηνὴ δὲ χώρα τῆς Μεσοποταμίας ἐστι, καὶ τῆς περὶ Νῖνον Συρίας ἐν τῇ Ἀδιαβηνῇ τοῦτο τὸ Ἄορνον στόμιον καὶ ἡ Κτησιφῶν πόλις, καὶ ἡ Ἀσφαλτῖτις λίμνη ἄσφαλτος δὲ ἐστιν ἡ νάφθα. Περὶ δὲ τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης Ἰώσηπος λέγει περὶ Ἰορδάνην καὶ Ἱεριχοῦντα εἶναι πικρὰν καὶ ἄγονον τῇ κουφότητι. ἐν ταύτῃ φησὶ τῇ Ἀσφαλτίτιδι τὰ ἐμβαλλόμενα πάντα ἄνω φέρεσθαι, καὶ ἀνθρώπους δὲ ὀπισθάγκωνας δῆσαι φησιν Οὐεσπασιανὸν, καὶ ἐμβαλεῖν ταύτῃ τῇ λίμνῃ. καὶ ἀναχθῆναι μόνους μὴ ἐπισταμένους νήχεσθαι. Καὶ Ξενοφῶν καὶ ἕτεροι μύριοι περὶ τοῦ Ἀόρνου στομίου καὶ τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης ἱστόρησαν. Alii vero, quos inter *Sotion*, *Agathoſtenes*, & *Dion*, & reliqui Hiſtoricorum, Ἄορνον non pro lacu aut petra, ſed hiatu terræ habent circa Adiabenen, quem avis nulla tranſvolare poteſt, ob halitum, qui ex eo ſarſum fertur, & quaſvis beſtias necat. Eſt autem Adiabene regio Meſopotamiæ, & Syriæ, quæ circa urbem Ninum eſt. In ea oſtium Ἄορνον, & Cteſiphon urbs, & lacus Aſphaltites. Aſphaltos eſt Naphte. De *Aſphaltite* lacu autem *Joſephus* ſcribit eum eſſe circa Jordanem, & Jerichunta, amarum & ſterilem, ob levitatem omnia in eum injecta fluitare dicit, & Veſpaſianum aliquando homines manibus poſt ter-

ga revinctis, in eam projici juſſiſſe, qui ſurſum ferebantur, natare autem non ſciebant. Sed & Xenophon, & alii ſexcenti de hoc oſtio A'opro & lacu *Aſphaltite* ſcripſerunt.

[18] In Mare Magnum &c. Hoc mare ſimpliciter *Jeſ.* xlix. 12. dicitur ים *mare*, *Exod.* xxxii. 31. ים פלשתים *Mare Philiſtæorum*, & *Joſ.* I. 4. ים הגדול *mare Magnum* appellatur. Nuncupatur quoque ים המלח *mare Salſum*, uti videre eſt in Cippis Hebraicis ab *Hottingero* editis, ubi Aco ſita eſſe dicitur ad *mare Magnum*, ſive *Salſum*; עכו היא על שפת הים הגדול ים המלח.

[19] Non eſt Jordanes &c. *Toſaphta Becboroth* vii. 5. נהר היוצא ממערת פמיים ועובר בימה של סופני ובימה של טבריה אף על פי ששמו ירדן אין מתחשב עם הירדן אי זהו ירדן מבית ירחו ולמטה. Fluvius, qui egreditur de ſpelunca Pamias, & perfluit in mare Sophni, & in mare Tiberiadis, quamvis appelletur Jordanes, tamen non conſideratur uti Jordanes. Quinam eſt Jordanes? intus ab Hierichunte & infra.

[20] Undecim &c. *Babyl. Kerithuth* 78. 6. אחד עשר סמים נאמרו למשה בסיני אמר ר׳ הונה מאי קרא קח לך סמים תרי נטף ושחלת וחלבנה הא חמשה וסמים אחריני חמשה והא עשרה ולבונה זכה חד הא חד סרי. Undecim aromata memorata ſunt Moſi in Sinai. Dicit R. *Huna*; quid textus? *Sume tibi aromata*; ſunt duo; Balſamum, & Myrrham, & Chalbanum; ecce quinque; & poſtrema aromata; quinque; & thus purum; unum; ecce undecim.

[21] Si deficiat &c. *Hieroſ. Joma* 39. 2. הא אם לא נתן בה מעלה עשן או שחיסר אחת מסממניה חייב מיתה. Ecce ſi in illum non indiderit herbam fumum adſcendere facientem, aut ſi unum ex aromatibus defuerit, reus eſt mortis. *Hieroſ. Joma* iterum 41. 4. חיסר בה אחת מסממניה או שנתן בה מעט דבש היתה פסולא. Si defuerit unum ex aromatibus, aut in illum parum mellis indiderit, eſt illegitimus. *Babyl. Kerithuth* l. c. חיסר א׳ מכל סממניה חייב מיתה. Si unum ex omnibus aromatibus defuerit, reus eſt mortis. *Siphra* 40. או מחיסר אחת מכל סממניה חייב מיתה. Aut ſi unum ex omnibus ejus aromatibus defuerit, reus eſt mortis.

[22] De omnibus &c. *Siphra* 7. 4. אלו או׳ ועל כל קרבנך תקריב מלח יכול אף על העצי׳ אף על הדם ת״ל קרבן מנחתך מה קרבן מנחתך דבר שאחרים באין חובה לו יצאו העצים והדם שאין אחרים באין חובה להן אי מה קרבן מנחתך דבר שהוה מתיר אף אני אביא את הדם שהוא מתיר ת״ל מעל מנחתך לא מעל דמך אי מעל מנחתך יכול תהא מנחה כולה טעונה מלח ת״ל קרבן הקומץ טעון מלח ואין מנחה כלה טעונה מלח אין לי אלא הקומץ ומנין לרבות את הלבונה ת״ל על כל קרבנך תקריב מלח ארבה את הלבונה הבאה עם המנחה מנין לבונה באה בפני עצמה ולבונה הבאה עם לחם הפנים ואימורי חטאת ואימורי אשם ואימורי קדשי קדשים ואימורי קדשים קלים מנחת כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים ואברים עולה ועולת העוף מנין ת״ל וכל קרבן ר׳ שמועאל בנו ר׳ יוחנן בן ברוקא אומר ומה קרבן מנחתך דבר שי שבו טומאה ועולה לאישים על מזבח החיצון יצאו העצים שאין בהן טומאה יצא הדם שאינו עולה לאישים יצאת הקטרת שאינה על מזבח החיצון במלח יכול תבונהו ת״ל תמלח אי תמלח יכול במי מלח ת״ל במלח לא תשבית מלח להביא מלח שאינה שובחרת ואי זו זו סרומית ומנין אם לא מצא סרומית יביא סלקודריט ת״ל תקריב מלח ריבה יכול המתנרב מנחה יהא עמה מלח כדרך שהוא מביא לבונה מתוך ביתו ודין הוא נאמ׳ הבא מנחה והבא לבונה הבא מנחה והבא מלח מה לבונה משל בעל המנחה אף המלח משל בעל המנחה או כלך לדרך הזו נאמ׳ הבא מנחה והבא עצים הבא מנחה והבא מלח מה עצים משל ציבור אף המלח משל ציבור נראה למי דומה דנין דבר שהוא קרב עם כל הזבחים מדבר שהוא קרב עם כל הזבחים ואל תוכיח לבונה שהינה קרבה עם כל הזבחים או כלך לדרך הזו דנין דבר שהוא קרב עם מנחה עצמה מדבר שהוא קרב עם מנחה עצמו ואל יוכיחו עצים שאינן קרבים מנחת לעצמן ת״ל ולא תשבית מלח ברית אלהיך מעל מנחתך ולהלן הוא אומר מאת בני ישראל ברית עולם מה ברית אמורה להלן משל צבור אף כאן משל צבור תקריב אף בשבת תקריב אף בטומאה תקריב מלח כל שהוא תקריב מלח מכל מקום. Si diceret; *Et ſuper omne ſacrificium tuum offeres ſalem*; crederem vel ſuper ligna, vel ſuper ſanguinem? Idcirco dictum eſt: *ſacrificium tui muneris*, ſicuti *ſacrificium muneris tui*, eſt id cujus cauſa alia pro debito adducuntur; excluduntur ligna & ſanguis, quorum cauſa nulla alia pro debito afferuntur. Aut dicam; ſicut *ſacrificium muneris tui* eſt res quæ permittit; ego quoque includam ſanguinem, qui permittit. Idcirco dictum eſt; *ſuper munus tuum*, non vero ſuper ſanguinem tuum. *Si ſuper munus tuum*; crederem quod totum munus ſale teneretur? Idcirco dictum eſt; *ſacrificium*; pugillus tenetur ſale; at munus totum non tenetur ſale. Non probo niſi de pugillo; unde probatur ad includendum thus? Ex eo quod dictum eſt; *Super omne ſacrificium tuum offeres ſalem*. Includam thus, quod cum munere afferebatur. Unde probatur thus, quod ſeorſim afferebatur; & thus, qui cum pane facierum afferebatur, & adipes ſacrificii pro peccato, & adipes ſacrificii pro delicto, & adipes ſanctiſſimorum, & adipes ſanctitatum levium, munus ſacerdotum, & munus ſacerdotis uncti, & munus libaminum, & membra holocauſti, & holocauſtum volucris, unde probantur? Ex eo quod dictum eſt; *& omne ſacrificium*. R. Iſmael filius R. Jochanan ben Beroka dicit; ſicut *ſacrificium muneris tui* eſt res, quæ poteſt immundari, & in ignem offerebatur ſuper altare exterius; excluduntur ligna, quæ non recipiebant immunditiem; excluditur ſanguis, qui non offerebatur in ignem; excluditur ſuffitus, qui non adolebatur ſuper altare exterius. *Sale*; Crederem fuiſſe operiendum ſale? Idcirco dictum eſt; *ſalies*; ſi *ſalies*, crederem aquis ſalitis? Idcirco dictum eſt; *ſale*? *Non facies ceſſare ſalem*; ad includendum ſalem, qui non ceſſat: Et quinam ille eſt? Sodomiticus. Et unde probatur, quod ſi non inveniatur Sodomiticus, liceat afferre ſalem lapideum? Ex eo quod dictum eſt; *offeres ſalem*; includit. Crederem quod offerens munus, afferre deberet ſecum ſalem, ſicut affert thus de domo ſua? Et eſt argumentum. Dictum eſt; *affer munus, & affer thus, affer munus, & affer ſalem*; Sicut thus erat de facultatibus domini muneris, ſal quoque de facultatibus domini muneris. Aut hoc modo; Dictum eſt; *affer munus, & affer ligna, affer munus, & affer ſalem*; ſicut ligna de facultatibus cœtus, ſal quoque de facultatibus cœtus. Videamus cinam ſit ſimilius. Explicanda eſt res, quæ offertur cum omnibus ſacrificiis, ab re, quæ offertur cum omnibus ſacrificiis; at non probet thus, quod non offertur cum omnibus ſacrificiis. Aut hoc modo; Explicanda eſt res, quæ cum ipſo munere offerebatur, ab re, quæ cum ipſo munere offerebatur; at non probent ligna, quæ cum ipſo munere non offerebantur. Idcirco dictum eſt; *Non facies ceſſare ſalem fæderes Dei tui ſuper munus tuum*. Et alibi, ſc. *Levit.* xxiv. 8. dictum eſt; *a filiis Iſrael fædere ſempiterno*. Sicut ibi fœdus commemoratum ex cœtu, ita pariter hoc loco ex cœtu. *Offeres*, vel in Sabbatho; *offeres*; vel in immunditie; *offeres ſalem*; in quavis quantitate; *offeres ſalem*; ex quovis loco. *Peſiktha* 4. 3. וכל קרבן מנחתך במלח תמלח קרבן שאחרים באין לידן חובה יצאו עצים והדם שאין אחרים באין חובה להן יכול תהא מנחה כולה טעונה מלח ת״ל קרבן הק ומץ טעון מלח אין מנחה כולה טעונה מלח דבר אחר וכל קרבן לרבות הלבונה הבאה עם לחם הפנים ואימורי חטאת ואימורי אשם ואימורי קדשים ואימורי קדשים קלים במלח יכול תבנהו ת״ל תמלח אי תמלח יכול במי מלח ת״ל במלח ולא תשבית מה מלח ברית האמורה מלח שאינה שובתת ואי זו זו מלח סרומית ברית נאמר ברית במלח ונאמר ברית ביסורין מה ברית האמורה במלח מלח תמתיק את הקרבן אף ברית האמורה ביסורין יסורין ממתיקין את הגוף על כל קרבנך תקריב מלח ריבה אפילו מלח סרקנית תקריב מלח כל שהוא. *Et omne ſacrificium muneris tui ſale ſalies*; ſacrificium, cujus cauſa alia ex debito afferuntur; excluduntur ligna, & ſanguis, cujus cauſa alia ex debito non afferuntur. Crederem, totum munus fuiſſe ſaliendum? Idcirco dictum eſt; *ſacrificium*; pugillus erat ſaliendus, at totum munus non erat ſaliendum. Alia explicatio. *Et omne ſacrificium*; ad inclu-

den-

dendum thus, quod affertur cum panibus facierum, & adipes ſacrificii pro peccato, & adipes ſacrificii pro delicto & adipes ſanctiſſimorum & adipes ſanctitatum levium. *Sale*; crederem fuiſſe operiendum ſale? Idcirco dictum eſt: *Salies*; ſi *ſalies*; crederem aquis ſalitis? Idcirco dictum eſt; *ſale*. *Neque ceſſare facies ſalem fœderis*; *Sal fœderis* commemoratus eſt ſal, qui nunquam ceſſat. Quinam ille eſt? Sal Sodomæus: *Fœderis*; commemoratur fœdus in ſale, & memoratur fœdus in caſtigationibus; ſicut fœdus memoratum in ſale eſt ſal, qui dulcificat ſacrificium, ita pariter fœdus memoratum in caſtigationibus; caſtigationes dulcificant corpus. *Super omne ſacrificium tuum offeres ſalem*; includit vel ſalem lapideum; *offeres ſalem*, quantulumcunque. *Babyl. Menachoth* 20. נאמר קרבן תמלח שומע אני אפילו עצים ודם שנקראו קרבן ת״ל מנחה מה מנחה מיוחדת שאחרים באין לה חובה אף כל שאחרים באין חובה לה אי מה מנחה מיוחדת שמתרת אף כל שהתיר אביא דם שמתיר ת״ל מעל מנחתך ולא מעל דמיך יכול תהא מנחה כולה טעונה מלח ת״ל קרבן קרבן טעון מלח ואין מנחה כולה טעונה מלח ואין לי אלא קומץ מנין לרבות את הלבונה מרבה אני את הלבונה שכן באה עמה בכלי אחד מנייך לרבות את הלבונה הבאה בפני עצמה ולבונה הבאה בבזיכין והקטרת מנחת כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים אימורי חטאת ואימורי אשם ואימורי קדשי קדשים ואימורי קדשים קלים ואיבר׳ עולה ועולה העוף מניין ת״ל על כל קרבנך תקריב מלח אמר מראין לי אלא קומץ מנחה מניין לרבות את הלבונה מרבה אני את הלבונה שכן באה עמה בכלי אחד. Dictum eſt; *ſacrificium ſale condies*; crederem vel ligna, & ſanguinem, quæ ſacrificium vocantur? Idcirco dictum eſt; *munus*; Sicut munus eſt peculiare, cujus cauſa ex debito alia adducuntur, ita pariter omnia, quarum cauſa alia ex debito afferuntur. Aut, ſicut munus eſt peculiare, quod permittit; ita pariter omnia quæ permittunt; Includam ſanguinem, qui permittit. Idcirco dictum eſt; *deſuper munere tuo*, non vero ſuper tuo ſanguine. Crederem totum munus fuiſſe ſaliendum? Idcirco dictum eſt; *munus*; pugillus erat ſaliendus; at totum munus non erat ſaliendum. Non probo niſi de pugillo; unde probatur ad includendum thus? Includam thus, quod ita uno vaſe affertur; Unde probatur ad includendum thus, quod ſeorſim affertur, & thus, quod cum acerris affertur, & ſuffitum, & munus ſacerdotum, & munus ſacerdotis uncti, & munus libaminum, adipes ſacrificii pro peccato, & adipes ſacrificii pro delicto, & adipes ſanctiſſimorum, & adipes ſanctitum levium, & membra holocauſti, & holocauſtum volucris, unde probatur? ex eo quod dictum eſt; *Ex deſuper omni munere tuo offeres ſalem*. Dicit Mor; Non probo niſi de pugillo muneris; Unde probatur ad includendum thus? Includam ego thus, quod ita uno vaſe afferatur.

[23] Et operiat &c. *Babyl. Joma* 53. תנו רבנן ונתן את הקטור׳ על האש לפני ה׳ שלא יתקן מבחוץ ויכנים להוצי׳ מלבן של צדוקי׳ שאומרי׳ יתקן מבחוץ ויכנים מאי דרוש כי בענן אראה על הכפר׳ מלמד שיתקן מבחוץ ויכנים אמרו לה׳ חכמים והלא כב׳ נאמר ונתן את הקטורת על האש לפני ה׳ אם כן מה ת״ל כי בענן אדא׳ על הכפורת מלמ׳ שנותן בה מעל׳ עשן ומנין שנותן בה מעלה עשן שנ׳ וכסה ענן הקטור׳ את הכפורת הא לא נתן בה מעלה עשן או שחסר אחת מכל סמניה חייב מיתה. Tradiderunt Sapientes. *Et dabit ſuffitum ſuper ignem coram Domino*; ne foris præparet, & inferat; ad improbandam ſententiam Sadducæorum; qui dicunt; quod foris præparet, & inferat. Qua de cauſa? *Quia in nube apparebo ſuper propitiatorium*; ad docendum, quod foris præparet, & inferat. Reſponderunt illis Sapientes; Nonne jam ſcriptum eſt; *& dabit ſuffitum ſuper ignem coram Domino*? Si ita eſt, cur ſcriptum eſt; *quia in nube apparebo ſuper propitiatorium*? ad docendum, quod cum eo miſcenda eſſet herba fumum adſcendere faciens. Et unde probatur, cum eo fuiſſe miſcendam herbam fumum adſcendere facientem? Ex eo quod dictum eſt; *& operiat nubes ſuffitus oraculum*. Ecce ſi aon miſceatur cum eo herba fumum adſcendere faciens, aut unum ex omnibus aromatibus defuerit, reus eſt mortis. *Siphra* 40. 4. והביא אל מבית לפרוכת ונתן את הקטורת על האש לפני יי׳ שלא יתקן מבחוץ ויכנים מבפנים שהרי הצדוקים אומרים יתקן מבחוץ ויכנים מבפנים אם לפני בשר ודם עושים כן קל וחומר לפני המקום ואומר כי בענן אראה אל הכפורת אמרו להם חכמים והלא כבר נאמר ונתן את הקטורת על האש לפני יי׳ אינו נותן אלא בפנים אם כן למה נאמר כי בענן אראה אל הכפורת מלמד שהוה נותן בה מעלה עשן ומנייך שהוא נותן בה מעלה עשן ת״ל וכסה ענן הקטורת את הכפורת אשר על העדות ולא ימות הא אם לא נתן בה מעלה עשן או שחיסר אחת מכל סממניה חייב מיתה. *Et adducet intra velum, & dabit ſuffitum ſuper ignem coram Domino*; ne foris præparet, & inferat; quia Sadducæi dicunt; quod foris præparet, & inferat. Si coram carne & ſanguine ita faciunt, multo magis coram Domino; & dictum eſt; *quia in nube apparebo ſuper propitiatorium*. Reſponderunt illis Sapientes; nonne jam dictum eſt; *dabit ſuffitum ſuper ignem coram Domino*? Non dabit niſi intus; ſi ita eſt; cur dictum eſt; *quia in nube apparebo ſuper propitiatorium*? Ad docendum, cum eo fuiſſe immiſcendam herbam fumum adſcendere facientem; & unde probatur fuiſſe cum eo immiſcendam herbam fumum adſcendere facientem? Ex eo quod dictum eſt; *& operiat nubes ſuffitus oraculum, quod eſt ſupra teſtimonium; & non moriatur*; Ecce ſi non miſceatur cum eo herba fumum adſcendere faciens, aut defuerit unum ex omnibus aromatibus, reus eſt mortis. *Hieroſ. Joma* 39. כתיב ואביא מבית לפרכת ונתן את הקטורת על האש לפני ה׳ שלא יתקן מבחוץ ויכנים מבפנים שהרי הצדוקין אומרים יתקן מבחוץ ויכנים אם לפני בשר ודם עושין כך קל וחומר לפני המקום ואומר כי בענן אראה על הכפנרת אמרו להן חכמים והלא כבר נאמר ונתן את קטורת על האש לפני ה׳ אינו נותן אלא מבפני׳ אם כן למה נאמר כי בענן אראה על הכפורת מלמד שהוא נותן בה מעלה עשן ומנייך שהוא נותן בה מעלה עשן ת״ל וכסה ענן הקטורת את הכפורת אשר על הארון ולא ימות הא אם לא נהן בה מעלה עשן או שחיסר אחת מסממניה חייב מיתה. Scriptum eſt: *& adducet intra velum, & dabit ſuffitum ſuper ignem coram Domino*; ne foris præparet & inferat; quia Sadducæi dicebant; quod foris præparet & inferat. Si coram carne & ſanguine ita faciunt, multo magis coram Domino. Et dictum eſt; *quia in nube apparebo ſuper propitiatorium*. Reſponderunt illis Sapientes; Nonne jam dictum eſt; *& dabit ſuffitum ſuper ignem coram Domino*? Non dabit niſi intus. Si ita eſt; cur ſcriptum eſt; *quia in nube apparebo ſuper propitiatorium*? ad docendum fuiſſe in eo immiſcendam herbam fumum adſcendere facientem. Et unde probatur, fuiſſe in eo immiſcendam herbam fumum adſcendere facientem? Ex eo quod dictum eſt; *Et operiat nubes ſuffitus propitiatorium, quod eſt ſuper arcam, & non moriatur*; Ecce, ſi in eo non miſceatur herba fumum adſcendere faciens, aut ſi unum ex omnibus aromatibus defuerit, reus eſt mortis.

[24] Nec quicquam fermenti &c. *Siphra* 7. 3. אלו אשר תקריבו ליי׳ לא תעשה חמץ יכול אין לי בלה תעשה חמץ אלא חקומ׳ בלבד ומנין לרבו׳ את המנח׳ ת״ל מנח׳ ומנין לרבות את כל המנחות ת״ל וכל המנחה אין לי אלא מנחות ששיריהו נאכלין מנחות שאין שיריהן נאכלין מנין ת״ל וכל המנחה אשר תקריב ליי׳ לא תעשה חמץ ר׳ יוסי הגלילי אומר להביא את לחם הפנים ר׳ עקיבא אומר להביא מנחת נסכים לא תעשה חמץ יכול לאו אחד לכלם ת״ל לא תאפה חמץ אפייה בכלל הייתה ולמה יצאת להקישא ליה ולומ׳ מה אפייה מיוחדת ומעשה יחידי וחייבין עליה מפני עצמה אף אני ארבה לישתה ועריכתה וכל מעשה ומעשה שיש בה לחייב עליו בפני עצמו שאור לא תקטירו אין לי אלא המרובה הממועט מנין ת״ל כל שאור אין לי אלא הוא עצמו עירובו מנין ת״ל כי כל שאור יכול מנחות שהן במצה תהיה בהו בבל תקטירו חמץ מנחות שאינן כמצה תהיה לא יהו בבל תקטירו חמץ ת״ל כי כל שאור וכל דבש לא תקטירו אין לי אלא המרובה הממועט מנין ת״ל וכל דבש אין לי אלא הוא עצמו עירובו מנין ת״ל וכל דבש אין לי אלא דברים שאין הדבש יפ׳ להן דברים שהדבש יפה להן מנין שהפטמין אומרין יפה הדבש לקטורת מנין ת״ל וכל דבש מה ת״ל כל שאור ומה ת״ל

וכל

וכל דבש לפי שיש בשאור מה שאין בדבש ובדבש מה שאין בשאור שאור הותר מכללו למקדש ודבש לא הותר מכללו למקדש דבש הותר בשירי מנחות שאור לא הותר בשירי מנחות הא לפי שיש בשאור מה שאין בדבש ובדבש מה שאין בשאור צ"ל כל שאור וצ"ל כל דבש . Si dixisset ; *quicquid offeretis Domino, non erit fermentatum* ; crederem in hoc præcepto negativo, non fiet fermentatum, non comprehendi nisi pugillum duntaxat? Unde probatur ad includendum munus? Ex eo quod dictum est ; *munus*. Et unde probatur ad includenda omnia munera? Ex eo quod dictum est; *Et omne munus*. Non probo nisi pro iis muneribus, quorum reliquiæ comedebantur, munera, quorum reliquiæ non comedebantur, unde probantur? Ex eo quod dictum est; *& omne munus, quod offeretis Domino, non fiet fermentatum*. R. Jose Galilæus dicit ; ad includendum panem facierum. R. Akiba dicit; ad includendum munus libaminum. *Ne fiat fermentatum*. Crederem ex præcepto negativo pro toto? Idcirco dictum est ; *Non coquetur fermentatum*. Coctio nonne erat in genere? Cur egressa est? ad argumentandum, & dicendum ; Sicut coctio est peculiaris, & opus particulare, & cujus unius causa tenentur seorsim; ita pariter includam depsionem, & ordinationem, & quodvis aliud opus, cujus causa seorsim tenentur. *Fermentum non adolebitis* ; non probo nisi pro multo, pro parvo unde probatur? Ex eo quod dictum est ; *Omne fermentum*. Crederem omne munus, quod azymum esse debet, comprehendi in præcepto : *Non adolebitis fermentum*, & munera, quæ ex præcepto azyma est non debebant, non comprehendi præcepto ; *Non adolebitis fermentum*? Idcirco dictum est ; *omne fermentum, & omne mel non adolebitis*. Non probo nisi pro multo, pro parvo unde probatur? Ex eo quod dictum est; *& omne mel*. Non probo nisi pro ipso melle, ejus commixtio unde probatur? Ex eo quod dictum est ; *& omne mel*. Non probo nisi pro iis rebus, quibus mel non convenit ; pro iis, quibus mel convenit unde probatur? Uti dicunt Aromatarii, mel suffitui convenire ; unde probatur? Ex eo quod dictum est ; *& omne mel*. Quid dicendum erat *& omne fermentum*? & quid dicendum erat ; *& omne mel*? Quia est in fermento, quod non est in melle, & est in melle, quod non est in fermento. Fermentum permissum est Sanctuario ab genere sui interdicti ; at mel non est permissum ab suo genere Sanctuario. Mel permissum est in reliquiis munerum; at fermentum non est permissum in reliquiis munerum. Idcirco quoniam est in fermento, quod non est in melle, & in melle, quod non est in fermento; dicendum fuit ; *omne fermentum*, pariterque dicendum fuit; *& omne mel*. Si parum mellis in eo misceatur ; suffitus profanus est. *Maimonides* de vasis Sanctuarii II. 8. תן לתוכ׳ דבש כל שהוא פסלה . Si in illum vel parum mellis indiderit profanus est. *Hieros. Joma* 41. 4. תני בר קפרא הפטמין שבירושלם היו אומרים אילו נותן לתוכה מעט דבש לא היה כל העולם כולו יכול לעמור בריחה . Traditio Bar Chaphra. Aromatarii in Hierosolyma dicebant ; si in illum parum mellis indiderit, nihil erat ; crederem ad conservandum ejus odorem? *Babyl. Keritbuth* l. c. ואם נתן בה דבש פסלה . Si suffitui indat mel, reddit illum illegitimum.

[25] ממולח &c. *Raschi* in loc. cit. ממלח כתרגמו מערב שיערב שחיקתן יפה יפה זה עם זה ואומר אני שדומה לו וייראו המלחים מלחיך וחובליך על שם שמהפכן את המים במשוטות כשמנהיגים את הספינ׳ כאדם במהפך בכף בצים נקופות לערבן עם המים וכל דבר שאדם רוצה לערב יפה מהפכו באצבע או בכזך . Memullach secundum ejus *Targum* ; *permixtum* ; ut misceat optime alterum cum altero. Et ego dico, hoc assimilari illi quod dicitur *Jon.* I. 5. *Timuerunt nautæ*. Et *Ezech.* XXVII. 27. *Nautæ tui, & Naucleri tui, quoniam sic subvertunt mare remis* ; ut mos est nautarum : sicut & homo, qui cochelari subigit ova, ut misceantur aquæ ; Nam quicquid homo vult quam optime miscere, illud aut digito, aut scutella quadam invertit. Quam absurda sit hæc sententia, nemo est qui non videat. Nec probatior mihi videtur *Abarbanelis* opinio, qui in commentario legis 207. col. 2. ita scribit. ואומרו ממולח טהור קדש המתרגם תרגמו מעורב ויתכן שבא לפרש הכונת זו הקטרת שירקחו אותה בצורת אבק דק כאלו הוא מלח שחוק ובלעז קוריץ אותו גראנ״יא וכן ראוי שיהיה הקטרת כדי שכאשר יפוזר על גבי הגחלים יעלה עשן במהרה אם מעט ואם הרבה אבל אם היתה הקטרה גסה ועבה לא יבעל בה האש כל כך במהרה והנה לא אמר בשמן המשחה ממולח לפי שהיה בצורת מרקחת משיחה לא בצורת אבק ואמר טהור קדש להזהיר שעם היות שישחקוהו מאד עד אשר דק יזהרו שלא יגע בו דבר טומאה אבל יהיה תמיד בקדושתו והנשאר בכברה ישוב לשחוק עד אשר דק ונקרא זה בדברי ח׳ ז״ל דקה מן הדקה ואמרו כי בשעת שחוקתן היה אומר היטב הדק הדק היטב מפני שהקול יפה לבשמים והטע׳ בזה הוא מפני שהשוחק בערך הקול ששומע יתכוין להשמיע קול העלי במכתשת כפי ערך הקול של המנגן ותהיה אז שחיקתו בסדר ובערך משקל קול המנגן ויתערבו על ידי כן הסמים במכתש׳ בערך שוה ויתהפכו בשווי וידוקדקו ויתעצמו יפה מה שלא יהיה כן כשישחקו שלא בסדר כי אז יהיה חלק ממנו דק וחלק ממנו עב והכתוב אומר ושחקת ממנה הדק . Et quod dicitur ממולח טהור קדש *Targum* interpretatur ; *mixtum*. Sed convenientius est, quod textus veniat ad demonstrandam hanc dispositionem suffitus, quod redigatur in formam minutissimi pulveris, ac si esset sal contusum ; & vernacule Granula vocant ; & sic convenit, ut fiat suffitus, ut quando super prunas spargitur, statim fumus adscendat, sive parum, sive sit multum. Si vero fuerit suffitus crassus, aut densus, in illum ignis non statim ita operatur. De oleo autem unctionis non ita dicitur ממולח, quoniam illud in modum condituræ unguenti, non autem in formam pulveris præparatur. Dictum est enim ; טהור קדש, *purum, sanctum sit* : ad monendum, ut quoniam illud valde contundent, donec fuerit minutissimum caveant ne quicquam immundi illum attingat, sed ut semper in sanctitate sua permaneat ; & illud quod in cribro remanet, denuo contundatur, donec fuerit minutissimum; & illud vocatur in verbis Sapientum nostrorum f. m. *Tenue ex tenui*. Et dicunt, quod tempore contusionis, dicat ; bene contere, contere bene ; quoniam hæc vox bene convenit aromatibus. Et ratio hujus est, quod qui illa tundit, secundum proportionem vocis, quam audit, intendat etiam auscultare clangorem pistilli in mortario, secundum proportionem vocis pulsantis instrumentum musicum. Et tum fiet confusio suffitus in dispositione, & proportione analogiæ vocis pulsantis instrumentum musicum, & miscentur hac ratione aromata in mortario æqualiter ; ut & æqualiter subvertuntur, & comminuuntur, seque pulchre roborant. Quod non fiet hoc modo, cum absque proportione, & æqualitate contunduntur, nam tum pars ex illis erit tenuis, pars vero erit crassa. Textus autem dicit; *Et contundes illa minutim*.

[26] Non præcise &c. Non idem sentit *Maimonides* l. c. וכל מעשיה בקד׳ בתוך העזרה ומשל הקדש והמפטם את הקטרת מן החולין פסולה . Et omnis ejus operatio sit in sancto intra atrium, & de facultatibus sanctuarii ; & si componatur suffitus ex profanis, est illegitimus.

[27] Ea lege &c. *Tosaphtha Macboth* III. המפטם את הקטורת במתכונת׳ הרי חייב בין שפיטמה כולה בין שפיטמה חציה אבל אם היה מתעסק להתלמד בה או למוסר׳ לרבים אם חיסר א׳ מכל סמניה אינו חייב אלא משם תועל בלבד . Qui componit suffitum juxta ejus compositionem, reus est, sive totum, sive dimidium composuerit, at si in eo operam dat, ut addiscat, aut tradat multis (sive cœtui) aut si unum ex aromatibus desit, non est reus nisi propter prævaricationem. *Abarbanel* loc. cit. ואמר הקטרת אשר תעשה במתכנתה לא תעשו לכם להזהיר שבזאת המתכונה הידועה אשר זכר בקטרת המיוחדת לצורך גבוה לא יעשה אדם כתורה לא מעט ולא הרבה ממנה לריח ניחוחם אך תהיה תמיד זאת המתכונת קדש להם לעבודת המקדש שהיא קדש ליי׳ ואיש ההדיוט אשר יעשה כמוה קטרה באותה מתכונת להריח בה ונכרת מעמיו והיה זה לפי שקדש יי׳ חלל להשתמש ממנו בחול ואמנם שיעור מה שהיו

מקירי

מקטירי מהקטרת בכל פעם ופעם לא נתבאר בתורה זולתי מה שיקטירו ממנה ביום הכפורים שהוא מלוא חופני הכ"ג וכבר קבלה איש מפי איש שהשיעור שהיו מקטירין בכל פעם היה משקל שנים עשר שקלים וחצי שקל . Et dictum est . *Suffitum quem facies in proportione sua , non facietis vobis* ; ad monendum , ne in nota proportione , quam commemorat in suffitu peculiari ad necessitatem excelsi, quisquam faciat illi similem ; neque parum , neque multum ex illa proportione , ut inde voluptatis gratia caperet odorem ; sed tantum hæc proportio sit res sancta , ad ministerium sanctuarii ; *sancta enim est Domino* . Siquis privatus fecerit suffitum huic similem , in illa proportione , ad percipiendum inde odorem , exscindetur ex populis suis ; quia rem Deo sacram profanam fecerit , ea profane utens . Quam quantitatem singulis vicibus adolere debeant , non exponitur in lege , præter illam , quam adolebat in die expiationum , quæ est plenitudo pugilli summi sacerdotis . Verum ex traditione docetur , quod quantitas , quæ singulis vicibus adoletur , sit pondus duodecim siclorum cum dimidio . Vide *Maimonidem* l. c.

[28] Heterogeneis &c. *Hierof. Celaim* 31. 2. מנייך שהוא אסור בהנייה נאמר כאן פן תקרש ונאמר להלן פן תוקרש בו מה פן האמור להלן אסור בהנייה אף פן שנ' כאן אסור בהנייה ראית דבעי מימר נאמר כאן פן תקרש ונאמר להלן ולא יהיה מבני קרש ישראל מה קרש שנ' להלן אסור בהנייה אף כאן אסור בהנייה . Unde probatur ejus usus fuisse interdictus? Dictum est hic פן תקרש , pariterque illic dictum est פן תוקרש בו . Sicuti פן eo loco dicto , interdictus est usus, ita pariter פן hoc loco dicto interdictus est usus. Et est dicendum; dictum est hic תקרש , pariterque illic dictum est ולא יהיה קרש מבני ישראל . Scuti קרש eo loco dicto , interdictus est usus , ita pariter hoc loco interdictus est usus .

פרק י'א

בפטום הקטרת ומשקל המנה וכמה הוא הדינר כפי דעת הרופאים הערביים או כפי דעת הרופאים יונים או לדעת הרמב"ם ז"ל וה"ר קארו ז"ל גם הודיע משקלו המכוון לדברי רבינו כפי מה שמצא אברהם במדרשו של הגאון משה מנורצי ז"ל עם פירו' הסלע הדינר המעה הפונדיון האסר המסמס הקנטר החכה והפרוטה וכתב גם כן אברהם מה שנתקשה בו במשקל היין ששורין בו הצפורן ומה שחשב במשפט השרייה הזאת וגם כתב מה שידע בנסיון גמור במשקל היין הממלא הלוג האחד של יין וכתב עוד כמה היה הבורית אם היה מיץ העשב שזכר או כמה יהיה במשקל הבורית שחור במקום הבורית כרשינא הדומה במשקלו לדבש דאגב גררא זכר על פי הגאון משה מנורצי ז"ל כמה הוא ביבש משקל הקמה שהוא חייב בחלה ואברהם על פי חשבון הלוגים שעשה כתב כמה הם הארבעים סאה של מים שנצרכו למקוה הכשר במשקל צודק וחזר לפרש פטום הקטרת ומעשהו בשלמות ופירש מה שאמרו רבותינו ז"ל שהקול יפה לבשמים וגם באר אופן כתישת הסממנים

איך

CAPUT UNDECIMUM.

De compositione suffitus, & pondere minæ , & quantus erat denarius juxta opinionem medicorum Arabicorum, aut juxta sententiam medicorum Græcorum, aut juxta mentem Maimonidis , & Joseph Kaaro *f. m. Demonstratur pariter justum ejus pondus juxta verba præceptoris nostri ex eo, quod invenit Abraham in commentario Gaon* Mose Minorzo, [*memoria justi sit in benedictionem .*] *Præterea explicatur siclus, denarius, Meba, pondium, assarium, semissis, quadrans, & granum, & prutha. Scribit pariter Abraham , quod sibi difficile fuit in pondere vini, quo onyx maceratur , & quid putet in explicanda hac maceratione . Præterea describit , quid cognovit in perfecto experimento ponderis vini, implens vini logum . Seribit præterea , quantus erat sapo, si esset succus herbæ , qui commemoratur , aut quantum erat pondus saponis nigri pro sapone Chraschinæ , qui in pondere æquiparatur melli . Et per accidens commemorat ex ore Gaon* Mose Minorzo (*memoria justi sit in benedictionem*) *quantum esset in arido pondus farinæ, quæ obligaretur ad placentam , juxta computum logorum , quem fecit . Describit Abraham quanta erant quadraginta sata aquarum , quæ necessaria erant lavacro legitimo in justo pondere . Atque iterum particulariter explicat suffitum , atque ejus opus absolutum ; & exponit , quod dixerunt sapientes nostri f. m. ; quod vox conveniens esset aromatibus , pariterque declarat modum contundendi aromata , & quomodo fieret ; repetitque pecu-*

lia-

איך היתה וחזר לפרש זה אחר זה הסמני
הקטרת כדי שיהיו לכם כלם מן המוכן

השבח וההודאה לה׳ בכל אשר גמלנו
ברחמיו וברב חסדיו בפירוש סממני
הקטרת ומכשיריה כן יזכני למען טובו הרב
והעצום להשלים חבורי זה כאשר עם לבבי
ויהיה עמדי בכל אשר אלך לפאר את
שמו הגדול והקדו״ ויתן לי רחמים שיזכו
רבים בסדורי זה העורך שלהם לקריאת
התורה שבכתב ושבעל פה ובקר וצהרים
כחיי ובנו

והנה כדי שלא יחסר דבר ממה שצריך
לדעת מתנאי הקטרת אכתוב בקצרה משקל
סממניה ופטום מרקחיה ואם לא תהיה
המלאכה הזאת כמעשה בית אבטינס
הקדושים אשר קרא אותם ה׳ בשם ולא זכו
שום אחד מישראל לדעת בטוב תקונה לא
ביתם ומשפחתם בלבד עם כל זה לא
תהיה המלאכה הזאת נמבזה ונמס בעיניכם
כי כתבתי אותה כפי תנאי הרקחים עד
שבאולי לא תהיה קריאת פטומה אשר
אכתוב לכם מכל וכל לזרא וחוץ מהשיטה
ועתה על דבר משקל סממני הקטרת בכלל
הכל מודים שהם שלש מאו׳ וששים ושמנה
מנה כאשר אמרו רבותינו ז״ל והמנה לדברי
הכל הם מאה דינרים לכל מנה אמנם
במשקל הדינר רבו הדעות כי קצת
מהרופאים הערביים אמרו שהדינר הוא
שני אובולו וחצי בלבד והאובלו כאשר
כתבתי בפרק המדות לדעת כל הרופאים
הוא חצי סקריפטולו והסקריפטו׳ הוא של
עשרים גרעיני חטה או שעורה שמשקלם
אחד עד שהדינר יהיה לפי דעת הרופאים
האלה משקל של חמשה ועשרים גרעיני
חטה אך גאלינו בספר השמיני של עשיית
התרופות כפי טבע אברי האדם הנוטים
מהבריאות פרק ג כתב בפירוש שהדינר
הוא א׳ דראגמה היינו ששים גרעיני חטה
או שעורה לכל דראגמה ורבינו ז״ל בפרק
קמא דכריתות משנה ראשונה כתב כבר
בארנו פעמים שהמנה מאה דינרין ומשקל
הדינר ששה דרכמונים ומשקל הדרכמון
ששה

liariter unum post aliud aromata suffitus, ut omnia vobis promta & disposita essent.

Sit laus & confessio Domino in omnibus, quæ retribuit mihi in misericordia sua, & in multitudine miserationis suæ in explicandis aromatibus suffitus, & iis rebus, quibus præparatur; Sic me dignum faciat propter bonitatem suam magnam & potentem ut perficere possim hunc librum, sicut in corde meo judicavi, & sit mecum in omni loco, quo ibo ad glorificandum nomen ejus magnum & sanctum, & impertiatur mihi misericordiam, qua multos dignatus est in hoc meo seculo, ordinandi mensam perfectam ad lectionem legis scriptæ, & oralis vespere & mane, uti debemus.

Ne quid deficiat, quod necessarium sit ad cognoscendas conditiones suffitus, breviter describam pondus aromatum, & conditaram compositionis; & si hoc opus non fuerit juxta compositionem domus Abtines sanctæ, quam Deus nomine appellavit; & nemo alius ex Israelitis dignus fuit, excepta hac familia, qui optime cognosceret præparationem & institutum, tamen non erit hoc opus aspernabile, & turpe in oculis vestris, quia composui juxta conditiones unguentariorum, ut in hoc non sit lectio conditaræ; neque omnino vobis scribam de re absurda & contraria constitutioni.

Quod spectat pondus aromatum suffitus, omnes generaliter consentiunt esse 368. minarum, uti dixerunt sapientes nostri f. m. & [1] mina juxta omnium sententiam est centum denariorum pro singulis minis. At [2] in pondere denarii multæ sunt opiniones; quia nonnulli ex medicis Arabicis dixerunt, denarium esse duorum obolorum cum dimidio duntaxat; [3] & obolus, sicuti scripsi in capite mensurarum, juxta sententiam omnium medicorum, continet dimidium scrupulum, & scrupulus vigintiquatuor grana tritici, aut hordei quorum pondus est æquale, ut denarius juxta sententiam horum medicorum sit pondus 25. granorum tritici. Sed *Galenus* lib. octavo de medic. compos. sec. gen. plane scribit denarium esse unius drachmæ, i. e. 60. granorum tritici aut hordei pro singulis drachmis. Et Præceptor noster f. m. cap. primo sect. prima *Cherithuth* scribit. Explicavimus sæpe; quod mina sit centum denariorum, & pondus denarii sex drachmarum, & drachmæ pondus sedecim

ששה עשר גרעיני שעורה עד שיהיה הדינר משקל ששה ותשעים גרעיני חטה או שעורה וכן הרי קארו כתב בהלכות כלי המקדש פרק ב׳ דע שהדינר הוא משקל מיתקאל שהוא דראגמה וחצי והדראגמה היא משקל ששים וארבעה שעורות בינוניות וגם במעשה ידי הגאון כמה״ר משה מנורצי המכונה מהטוראצו ז״ל כאשר ראיתי במדרשו של בר אוריין ואבהן כמה״ר שלמה בנו יצ״ו מצאתי חשבון הדינר כסדר הזה שהוא מבוון עם דברי רבינו ז״ל ואני לתוספ׳ ביאור אפרט לכם הגרעינים כי הגאון הנ״ל סמך על דעת המבין ולא פירש אותם עם כל המטבעות שזכר אמר הסלע הוא ארבעה דינרין היינו שלש מאות ושמנים וארבעה גרעינין הדינר הוא שש מעין היינו ששה ותשעים גרעינין המעה היא שני פונדריונין שהם ששה עשר גרעינין הפונדריון הוא שני איסרין שהם שמנה גרעינין האיסר הוא שני מסמסין שהם ד׳ גרעינין המסמס הוא שני קנטרין שהם שני גרעינין הקנטר הוא שתי פרוטות שהוא חכה אחת היונו גרעין אחד הפרוטה היא חצי חכה וכתב הר״ף ז״ל פ״ק דקדושין נמצא פרוטה חצי חקה ופירושו גרעין וכן בחשבונו הוירוניסו הוא שמנה גרעינין ושוה ששה עשר פשוטים הוירוניסו הרי שהפשוט הוא חצי גרעין משעורה או חטה והאונקיא מהכסף שוקלת שמנים וירוניסי שהם לפי חשבונו אני אברהם י׳ דראגמי כפי משקל הרופאים ועוד שני סקריפטולי שהם שני שלישי דראגמה של ששים גרעיני חטה לכל דראגמה על כן על פי שלשה עדים מובהקים כאלה אניח מן הצד דעת הרופאים ואשקוט על דעתם של גאונים הללו היינו על דברי רבינו והר״י קארו והרמ״ז ז״ל ואעשה הדינרים של משקל ששה ותשעים שעורות עד שיהיה המנה האחד של קדש כפי הערך האמור תשעת אלפים ושש מאות גרעיני חטה שהם מאה וששים דראגמי של ששים גרעיני שעורה או חטה לכל דראגמה כאשר אמרו הרופאי׳ היינו עשרים אונקיות שלנו של שמנה דראגמי לאונקיא לכל מנה וכל סכום משקל הקטרת בכלל נוסף על המלח סרומי ומעלה עשן יהיה שמנה וחמשים אלף שמנה מאות ושמנים דראגמי היינו שבעת אלפים שלש מאות ששים

cim granorum tritici aut hordei. Atque ita scribit *R. Joseph Kaaro* in constitutionibus de vasis sanctuarii cap. secundo. Scito denarium esse pondus appensum, sc. continere drachmam cum dimidia, & drachmam esse pondus 64. hordeorum mediocrium. Similiter opera insignis R. Mose *Minorzo*, qui cognominatur *a Torazo* f. m. uti vidi in commentario sapientis, & filii sapientis R. Salomonis ejus filii, quem Deus servet: Inveni denarii supputationem juxta hunc ordirem convenire verbis præceptoris nostri f. m. At ego ad confirmandam demonstrationem, vobis declarabo particulariter grana, quia Gaon supra nominatus innititur sententiæ intelligentis, & non explicat cum omnibus monetis, quas commemorat. Dicit [5] siclum esse quatuor denariorum, [6]. i. e. 384. granorum; [7] denarium sex Mein, i. e. 76. granorum, maah duorum pondiolorum, i. e. sedecim granorum, pondiolum duorum assariorum, i. e. octo granorum, assarium esse duorum semissium, i. e. quatuor granorum, & semissem duorum quadrantium, i. e. duorum granorum, & quadrantem duarum prutharum, quæ continent unum granum, & prutha dimidii grani: & scribit *R. Joseph* Kaaro f. m. cap. primo *Kiduscin*: deprehenditur prutha esse dimidium granum. Et explicatur granum; similiter in nostra computatione Veronensi est octo granorum, & æqualis sedecim obolis Veronensibus; ecce obolus est dimidii grani ex hordeo, aut tritico; & uncia ex argento æquivalet octo Veronensibus, quæ sunt juxta supputationem mei *Abraham* viginti drachmarum juxta pondus medicorum, & amplius duorum scrupulorum, qui sunt duæ tertiæ partes drachmæ, sexaginta granorum tritici pro singulis drachmis. Qua de re ex ore trium testium illustrium, quales isti sunt, deseram opinionem medicorum, & acquiescam sententiæ horum insignium virorum, sc. verbis præceptoris nostri, [*Maimonidis* videlicet] & *R. Joseph Kaaro*, & *Araman* f. m. & efficiam denarios ponderis 96. granorum; ut una mina sanctuarii juxta memoratam supputationem sit 9600. granorum tritici, quæ sunt 160. drachmæ, si computatentur in singulas drachmas 60. grana hordei, uti dixerunt Medici, i. e. viginti nostrates unciæ aut tritici, octo drachmarum pro uncia in singulas minas. Et tota summa ponderis suffitus generaliter cum additamento salis Sodomitici, & herbæ fumum adscendere facientis erit 58880. drach-

ששים אונקיות של שמנה דראגמו של
ששים גרעינין הדראגמה לכל אונקיא שהם
בכל כך ליטרין וארבעה אונקיות וסימניך
תר״יג מצות שבתורה שהם ארבעה ועשרים
שקלים ושלשה עשר ליטרין וארבעה אונקיות
אמרו רבותינו במדבר רבה סדר נשא
פרשה י״ג מלאה קטרת שתר״יג מצות
בלולות בהן וכן את מוצא תר״יג אותיות
שיש מן אנכי עד אשר לרעך כנגד תר״יג
מצות והשבעה אותיות היתרות הן כנגד
שבעת ימי בראשית ללמדך שכל העולם
לא נברא אלא בזכות התורה הוי מלאה
קטרת שכן קוף מתחלפת בדלת באת בש
גר דק ועולה חשבון התיבה אחרי כן למניך
תר״יג ואם נוכל אנחנו להוסיף דבר מדעתנו
על דברי רבותינו אומר גם אני אברהם
אחרי הרשות הנתונה מלאה קטרת שתר״יג
ליטרין היו משקל סממניה כאשר כתבתי
והוא פירו׳ למה שאמרו שתר״יג מצות
כלולות בהן כדלעיל והארבעה אונקיות
היתרות האחר מהן היא כנגד המצות
התלויות בארץ והאחרת היא כנגד המצות
גם כן הנעשות בחוצה לארץ והשתים
האחרות הן כנגד מצות עשה ומצות לא
תעשה שבאו בכל התורה בכלל כן הכ״ד
שקלים הם כנגד הכ״ד ספרי תורה שבכתב
והשלשה עשר ליטרין הנותרים הם כנגד
הי״ג שבטים שחייבים בתורה אם נמנה גם
לוי עמהם והארבעה אונקיות הם כנגד
הארבעה דגלים של מחנה ישראל שעל
כלם הקטרת מכפר וגם המעלה עשן הנכנס
בקטרת הוא רמז לתורה שנתנה בהעלאת
עשן כדכתיב והר סיני עשן כלו ויעל עשנו
כעשן הכבשן וכו׳ וכיפת הירדן שהיא מים
שקמו בנד אחד ונעשו כיפה היא גם היא
רמז לתורה שנמשלה למים כדאיתא בתענית
מאימתי אמר רבי חנינא בר אידי למה
נמשלו דברי תורה למים וכו׳ והמלח סדומית
ירמוז לנצחיות התורה שלא ימיר אותה
ה׳ אלהינו לעולמים כי כן כל דבר נצחי
יכונה בשם מלח כדכתיב ד״ה ב׳ י״ג הלא
לכם לדעת כי ה׳ אלהי ישראל נתן הממלכה
לדוד על ישראל לעולם לו ולבניו ברית
מלח

drachmarum, i. e. 7360. unciarum, quarum singulæ sunt octo drachmarum, & drachmæ 60. granorum pro singulis unciis, & duodecim unciæ pro libra; 613. libræ & quatuor unciæ. Et signum tibi sint 613. præcepta legis; quæ sunt 24. pondera, & 13. libræ, & 4. unciæ. Dixerunt sapientes nostri f. m. in *Midbar* Raba ordine נשא. Parascha 13. vox קטרת, quia 613. præcepta in his comprehenduntur; & sic invenies 613. literas, quæ deprehenduntur in textu ubi dicitur אנכי usque ad אשר לרעך contra 613. præcepta; & septem literæ, quæ supersunt, sunt contra septem dies creationis, ut doceare, quod universus mundus non est creatus nisi propter legem, & hæc est expositio vox קטרת, si ita Chaph mutetur in Daleth, Alphabeto inverso eruitur summa vocis posthæc juxta numerum 613. Si liceat nobis addere aliquid de nostra opinione verbis sapientum nostrorum, dicam ego quoque Abraham, post concessam facultatem, quod vocis קטרת, qua designantur 613. libræ, sint pondus ejus aromatum, sicut scripsi; & hæc est expositio pro eo quod dixerunt, 613. præcepta his comprehendi sicut supra. Ex quatuor unciis, quæ supersunt, altera refertur ad præcepta, quæ pendent a terra, & alia ad præcepta, quæ perficiuntur extra terram. Et duæ postremæ ad præcepta affirmativa & negativa, quæ generaliter in lege comprehenduntur. Similiter 24. pondera referuntur ad 24. libros legis, in quibus scripta est, & 13. libræ quæ supersunt ad tredecim Tribus, quæ lege obligantur; Si Levi quoque cum his numeretur; & quatuor unciæ contra quatuor vexilla castrorum Israelis, pro quibus omnibus suffitus expiabat; similiter herba suffitum adscendere faciens præseferebat legem, quæ fumi adscensione lata est; uti scriptum est *Exod.* XIX. 110. *Mons Sinai fumabat ------ & adscenderet fumus ex eo quasi de fornace &c.* Et spuma Jordanis, quæ sunt aquæ quæ in cumulum sublatæ fornicem efformabant similiter referebat legem, [8] quæ aquis comparatur, sicut refertur *Taanith* cap. primo. Dicit R. Chanina bar Idi, cur assimilantur aquis verba legis &c. Et sal Sodomiticus præseferebat æternitatem legis, quam non immutabit Dominus Deus noster in æternum, quia pariter omne, quod æternum est, nomine salis demonstratur, sicuti scriptum est 2. *Paral.* XIII. 5. *Num ignoratis quod Dominus Deus Israel*

מלח והקטרת הנקרב בכל יום היה מנה אחד ליום היינו עשרה אונקיות שחרית ועשרה אונקיות בין הערבים רמז לעשרת הדברות

ואולם זה בלבד קשה לי מאד שלא ידעתו איך יכלו לשרות את הצפורן ביין ההוא שאמרו רבותינו ז״ל כי הנה היין הזה שלש סאין וקבין תלת׳ ואני רציתי לדעת באמתות כמה היה משקל היין הזה כי לקחתי כלי חרס אחד ומלאתי אותו יין על כל גדותיו ושקלתי היין ונתתי אותו אחר כך בכלי אחר ריקן אחרי כן נתתי ששה ביצות בינוניות בכלי הראשון אשר היה בו היין מלפנים ושמתי עליהם בנחת מהיין שהיה בו בראשונה ומצאתי שנשאר מן היין ההוא חוץ לכלי תשעה אונקיות וכן עשיתי שני פעמים לראות אם המדה הזאם היתה מכוונת אם לאו ומצאתי שמשקל היין שלו נכנס בכלי היה בכל פעם תשעה אונקיות ער שהיין שיצטרך למלאת לוג אחד הוא תשעה אונקיות במשקל והקב יהיה שלשה ליטרין של שנים עשר אונקיות לליטרא והסאה האחרת תהיה שמנה עשר ליטרין ער ששלשה סאין וקבין תלתא יהיו בין הכל שלשה וששים ליטרין של שנים עשר אונקיות ואם נעיין במשקל הצפורן שהיה שבעים מנה של עשרים אונקיות לכל מנה יהיה משקלו אלף וארבע מאות אנקיות שהם מאה וששה עשר ליטרין ושמונה אונקיות בין הכל ואיך נוכל לשרות קי״ו ליטרים ושמנה אונקיות של צפורן בתוך שלשה וששים ליטרים של יין על כן צריך אני למודעי שילמד אותו הדבר הוה על נכון וגם אני ידעתי שהטבול הוא כמועט כמו שכתב רד״ק ז״ל בשורש טבל שאמר שכל אפסוקים שהביא שם בשרש ההוא הם כלם בענין רחיצה אך יש הפרש ביניהם כי הרחיצה היא לנקות הדבר והטבילה היא פעמים נגיעה הדבר בדבר הלה מקצת הדבר או כלו אמנם השרייה ליכא מאן דפליג שצריך שתהיה בכמות מרובה מהטבול עם שהיא למטה מהרחיצה כדתנן בשבת אין שורין דיו כו׳ ובפסחים אין שורין את המורסן לתרנגולים כו׳ ולהיות שהיין בא בצפרן כדי לעשות אותה עזה כפי נוסח הקריאה

Israel dederit regnum David super Israel in sempiternum, ipsi & filiis ejus in pactum salis? Et suffitus, de quo quotidie una mina in singulos dies adolebatur, i. e. decem unciæ mane, & decem vesperi, assimilatur decem verbis, i. e. Decalogo.

Ceterum hoc mihil tantum molestum & perdifficile est, quod non intelligam, quomodo potuerit macerari onyx vino, quod dixerunt sapientes nostri f. m. vini fuisse tria sata, & tres cabos; At ego volui certo scire, quantum esset hujus vini pondus; Etenim sumsi quoddam vas testaceum, inplevique illud vino usque ad omnia latera & appensum vinum effudi in vas alterum vacuum; posthæc posui sex ova mediocria in primo vase, ubi ante erat vinum, & super hæc placide effudi de vino, quod ibi primum erat, & inveni de hoc vino superesse extra vas novem uncias; quod bis feci, ut viderem, an hæc mensura recta esset an non; & deprehendi pondus vini; quod non in vas introibat singulis vicibus novem unciarum; ita ut vinum necessarium ad implendum logum sit pondere novem unciarum: [9] Et cabus est trium librarum, quarum singulæ continebant duodecim uncias; [10] & satum unum est octodecim librarum; ita ut tria sata, tres cabi simul contineant 63. libras duodecim unciarum. Si consideretur pondus onychis, quod erat 70. minarum, quarum singulæ viginti uncias continebant; erit ejus pondus 1400. unciarum, quæ sunt 116. libræ, & octo unciæ; quomodo poterant macerari 161. libræ & octo unciæ onychis in 23. libris vini? Ideo necesse est mihi indicari, qui me doceat rem ex proposito. Illud vero non ignoro, quod in parvo fiat lotio, sicut scribit *Radach* f. m. in radice טבל, dicens omnes textus, quos adducit in ea radice, pertinere ad lotionem; sed est discrimen inter illos, quia lotio fit ad rem purificandam, & immersio aliquando fit attingendo aliquid cum re humida in ejus aliqua parte, aut in tota. At in maceratione non est differentia, quia necesse est ut sit in quantitate major lotione, quamvis sit inferior ablutiore sicuti traditur in *Schab*. Non macerant atramentum &c. Et in *Pesachim*. Non macerant surfures pro gallinis &c. Et cum vinum ea causa sit, ut eo onyx fiat robusta, juxta exemplar primæ lectionis vulgaris, aut ut ab ea removeatur graveolentia Castorei, juxta meam interpretationem; Mihi diffi-

הקריאה הראשונה הנהוגה או כדי שיסיר
מסנה עזות הריח של קאסטוריאו שבה כפי
הנוסחא שלי קשה לי מאד איך ביין מועט
כזה תחזור הצפורן להיות עזה או שיסיר
ממנה בעבור היין המועט הריח העז שבה
ובאמת צריך בזה עיון דק

והנה לא אדבר דבר בבורית כי היא כדברי
רז״ל תשעה קבין ואם הבורית היה מיץ
הראדיציטה האמורה למעלה יהיו התשעה
קבין שבעה ועשרים ליטרין מיץ לערך שלש
ליטרין לכל קב ואם היה בורית כרשינא
דומה לבורית השחור אשר כתבתי יהיו
התשעה קבין ששה ושלשים ליטרין חמשה
אונקיות שלשה דראגמי ושנים עשר גרעיני
חטה מפני שהבורית השחור הוא בעצמותו
כמו דבש וכאשר ידעו הרופאים דדבש
הנמדד בכלי ההוא עצמו שנמדד בו היין
כולי הוא יותר ממה שהם המי׳ היין והמיץ
הנמדדים בו הרביע ואחד מעשרה יותר
ממשקלם

ומפני שזכרתי לשבח הרב המופלא
משה מנורצי אודיע גם כן לכם כי
לזכות את הרבים רצה בחייו לראות בשלם
שבפנים כמה הוא שעור החלה בצדק
ובמדת היבש מצא שהשלשה וארבעים
ביצות וחומש ביצה שהוא עשירית האיפה
הם ששה וששים אונקיות היינו חמשה
ליטרין וחצי משנים עשר אונקיות לליטרא
והוא חשעור האמיתי מהחלה וגם אני
שכאשר אמרתי עשיתי הנסיון בלח אומר
בימצאתי ששעור המקוה שהוא ארבעים
סאה הם שבע מאות ועשרים ליטרין של
מים שהם שמנה ועשרים שקלים וליטרין
עשרים של מים לחשבון חמשה ועשרים
ליטרין של שנים עשר אונקיות לכל שקל
הרי שכתבתי לכם בחשבון צודק משקל
סממני הקטרת כאשר ידעתי לכם

אמנם במה שייוחס לעניו פטומו של קטרת
דבר ברור הוא שצריכים היו בני אבטינס
ז״ל בראשונה להכיר הסממנים כלם ביחוד
עד שידעו בשלמו׳ תנאי הסמים המובחרים
והזמן הראוי ללקטם ולקנותם ולהביאם
למקדש אחרי כן היה צריך להם לדעת
משקלם במשפטם וגם תכונת הסמים כלם
עד שידעו תקונם קודם שיביאום לידי
שחיקה וגם יכירו הסמים שיוכשרו לשחיקה
מבלי חברת סמים אחרים וכן יכירו הסמים
שהיו צריכים לערוב הסממנים היבשים עמם
בעת הכתישה ולכן קודם כל דבר לפני

הכתישה

difficile est, quomodo in modico vino circumvolvatur onyx, ut robusta fiat, aut ab ea removeatur graveolens odor? Equidem in hoc summa opus est consideratione.

Nihil vero dicam de sapone, quia juxta verba sapientum nostrorum f. m. erat novem caborum; si sapo erat succus radiculæ supra commemoratæ, novem cabi erunt 27. libræ succi juxta æstimationem trium librarum in singulos cabos; si vero sapo Chraschinæ similis sit saponi nigro, quem descripsi, novem cabi erunt 33. libræ, quinque unciæ, tres drachmæ, & duodecim grana tritici; quia sapo niger sua substantia est quasi mel; & sicuti medici norunt, [11] si mel mensuretur in vase, quo mensuratur vinum, erit illo uberius, quia aquæ, vinum, & succus mensurantur quartario; & una ex decima parte crescet in pondere.

Et quoniam commemoravi in laudem admirabilis *R. Mose Minorzo*, demonstrabit hoc quoque vobis, ab benemerendum de multis: voluit in vita sua demonstrare cum intrinseca perfectione in pace, qui ante fuerunt, quanta esset justa mensura [12] placentæ in humido, & in arido, [13] invenit 43. ova, & quintam ovi partem esse decimam ephæ, quæ sunt *66.* unciæ, i. e. quinque libræ, & dimidia, duodecim unciis in libram, & hæc est vera mensura placentæ; Ego quoque, sicut dixi, feci experimentum in humido, dicens; quoniam inveni mensuram lavacri esse quadraginta satorum, quæ sunt 720. libræ aquarum, quæ sunt 28. pondera, & 20. libræ duodecim unciarum pro singulo pondere; Ecce vobis descripsi justum pondus aromatum suffitus, sicut vobis demonstravi.

Verum quod proprie spectabat ad compositionem suffitus, manifestum est, quod deberent primum filii Abtines f. m. cognoscere peculiariter omnia aromata, ut perfecte noscerent qualitates peculiarium aromatum, & tempus idoneum, quo essent colligenda, præparanda, & afferenda in sanctuarium. Deinde necesse illis erat cognoscere eorum pondus juxta eorum institutum, & præterea constitutionem omnium aromatum, ita ut cognoscerent eorum dispositionem priusquam ad contusionem adducerentur, & viderent aromata, quæ apta essent, ut contunderentur, sine admixtione aliorum aromatum, pariter-

הכתישה היו מתקנים הצפורן היטב והיו שפין אותה בכל עוז מבית בבורית להסיר בשר הבריה המדובק בתוכה וכן היו שפין אותה מבחוץ עד שיסירו העפרורי' מהקליפ היבשה החצונה וכל דבר רע שבא ממימי הים או ממקום אחר עליה כדי שתהיה נאותה כשתשורף באש לתמר ולהעלות עשן עם ריח טוב זך ונקי מכל דבר שיקלקל הריח הטוב שבה אחרי כן היו רוחצין הצפורן כלה בשלמות ביין עתיק חיור להעביר הבורית המדובק בה ממנה ואחר כך היו כותשין אותה כתישה גסה והיו שורין ומערבין אותה בכל יום פעמים הרבה ביין קפריסין המובחר שהיה כמשקל סאין תלת וקבין תלתא ומפני שהיין היה מועט כאשר כתבנו היו מניחין אותה בו עד שיבש בימים מועטים היין מכל וכל מעליה אחרי כן היו כותשין אותה לבדה מבלי ערוב שאר סממנים ולא היתה צריכה לכיפת הירדן כי היא אינה נדבקת לא במכתש ולא בעלי אחרית מבלי תקון אחר אלא בברירה פשוטה להסיר גרעיני הלבונה המכוערת היו כותשין הלבונה וגם זאת לא היתה צריכה לחברת סממנים ולכפת הירדן אחריה היו שוחקין הקקיעה מבלי חברת סממנים אחריה היו כותשין השבלת נרד והכרכום אחרי שיחממו הכרכוס על טבלא חמה או על כלי חרס הנתון על אפר חם וגם היו שוחקין בכתישה נאה הקושטי הקליפה והקנמון כלם בד בבד מבלי חברת בשמים אחרים ובלי כיפה ובעת שחיקת כל הסמים הנזכרים האיש השוחק היה אומר היטב הדק הדק היטב כרבי נתן שהוא זרוז לעצמו לעשות השחיקה בתכלית השלמות ועוד מפני שהקול הוא יפה לבשמים ויהיה משמעות הדבר הזה לעניית דעתי בשני פנים היינו או מצד השוחק או מצד הסממנים מצד השוחק כי הקול הזה הוא

terque cognoscerent quæ aromata admiscenda essent aromatibus aridis contusionis tempore. Eaque de causa præ omnibus ante contusionem præparabant optime onychem, ipsamque fricabant omni robore interiori sapone ad removendam carnem animantis intrinsecus adhærentem, pariterque extrinsecus fricabant ad removendos pulveres ex cortice sicco exteriori, omnique graveolentia, quæ illi adhærere possit ab aquis marinis, aut ab alio loco, ut sit conveniens, quando igni comburitur, ut adscendat quasi columna fumus cum grato odore, nitido, & puro ab omni re, quæ bonum illius odorem currumpere possit: Posthæc lavabat totam onychem perfecte vino vetusto ad removendum saponem illi adhærentem: posteaque illam crassa contusione contundebant, & macerabant, & miscebant quotidie multis vicibus vino Capparino selectissimo, cujus pondus erat trium satorum, & trium caborum; & quoniam vinum erat modicum, uti scripsimus, effundebant illud, donec paucis diebus omnino super illo vinum aresceret. Deinde separatim illam contundebant, nullis aliis admixtis aromatibus; neque opus erat spuma Jordanis, quia non adhærebat neque mortario neque pistillo. Posthæc sine alia præparatione, sed simplici purificatione, qua a granis thuris inquinatio removeatur, thus contundebant, cum quo non erat necessaria commixtio aromatum, neque spuma Jordanis. Deinde contundebant casiam, nullis aliis admixtis aromatibus. Posthæc contundebant spicam nardi, & crocum, postquam fuerat calefactus crocus super tabula calida, aut cineri calido fuerit impositus; & præterea in vase convenienti contundebant costum, & corticem, & cinnamomum, omnia seorsim, nullis admixtis aliis aromatibus, & amota spuma; & quo tempore memorata aromata contunduntur, contundens dicit; bene contunde, contunde bene, juxta verba Nathanis, quia se excitat ad perficiendam contusionem summa perfectione. Et præterea quod hæc vox pulchra est aromatibus; Et hoc explicari potest, juxta mediocre meum ingenium, duobus modis, aut respectu contundentis aut respectu aromatum; respectu contundentis, quia hæc vox illi prodest contra detrimentum aromatum, quia quando perfecte comminuuntur, evolat & adscendit pulvisculus aromatum in gulam contundentis, & detrimentum patitur in gula & propter multum calorem aromatum, attra-

הוא טוב לו נגד היזק הבשמים כי כשיודקו
היטב תפרח ותעלה עפרורית הבשמים
בגרונו של שוחק ותזיק בגרונו ומרוב חומם
של בשמים יעוררו הסמים העטוש הרב או
השעול החזק או יחממו חלקי הגרון בפנים
באופן שלפעמים חעפרורים העולה שם
תסבב התלהבות בפנים בגרון ומביאה
כמעט השוחק לידי אסכרה מסוכנת על כן
באימרו היטב הדק הדק היטב הוא מוציא
המלות האלה בלשון ובאמרי הנשימה
ברחיפה וכמשפט הזה הוא דוחף עלית
הבשמים ומוציא אותם חוץ מהגרון ולא
יוזק האיש השוחק בעבור הסממנים העולים
או יהיה הקול יפה לבשמים עצמם כי עם
הרחיפה באברי הנשימה ובלשון יחזיר
הכותש עפרורית הבשמים הפורחת באויר
תוך המכתש וכן הוא טוב לבשמים שלא
ילכו לאבוד לא לפי דעתי שהקול יעשה
בעצמות הבשמים דבר כי לא ידעתי מה
ירויחו הבשמים בהשמעת הקול אחריהם
יכתשו החלבנה וזאת מפני שהיא נדבקת
והיא רכה תצטרך לחברת הסממנים היבשים
וגם תצטרך לכיפרת הירדן וכן המור ועל
כלם הצרי הוא צריך לכפת הירדן ולשאר
הסממנים כלם יחד היבשים בטבעם
והנה האמנתי שאחרי שחיקת כל הבשמים
היו מערבין אותם שחוקים כאשר הם עם
הצרי ואז מפני שהסמים היו רבי הכמות
היו צריכים לאנשים רבים שיגנעו יחד
ובזמן אחד העלי הכבד ויעלו אותו לצד
מעלה להורידו אחרי כן ברחיפה עזה לצד
מטה במכתש עד שיכתשו היטב כל
הבשמים כי כן יעשו הסבלים כשירצו לעלות
דבר אחד כבד שהם קושרים בחבלים הרבה
הדבר ההוא הכבד ובשלשה או ארבעה
חבלים המתוקנים לדבר זה קצת מהסבלים
אוחזים בחבלים המעליה למעלה הדבר
ההוא וקצת מהם אוחזים בחבלים המורידים
אותו למטה וכדי שידעו זמן ההעלאה
והירידה בכוון הם מנגנים ומזמרים בקולם
פעמים בהרמת קול שהוא סימן לעלייה
ופעמים בדממה דקה שהוא סימן לירידה
וכן בשחיק׳ כל הסממני׳ יחד היו השוחקים
הרבים האוחזים בחבלי העלי המעלים בזמן
ההעלאה היו מרימים קולם ואומרים הדק
היטב נקראת הרמת הקול גם יחד בלשון
לאטינו ציליאוסמה וכשינוחו מהרמת הקול
היה סימן לאחרים שיורידו העלי בחבלים
ואימרים

trahunt aromata multam ſternutationem, aut validam tuſſim, aut interiores gulæ partes incaleſcunt; ita ut aliquando pulviſculus adſcendens in circuitu inflammet gulæ partem interiorem, & adducat aliquando contundentem propter anginam in periculum. Idcirco quando dicitur bene contunde, contunde bene; pronunciat has voces lingua & membris halitus cum impetu; atque juxta hoc inſtitutum repellit adſcenſionem aromatum, & expellit ab gula, neque contundens detrimentum patiebatur propter aromata adſcendentia; aut erit vox utilis ipſis aromatibus, quia pariter repulſione, membris halitus, & lingua reſtituetur contuſus pulviſculus per aerem devolans in mortarium; ideoque proderit ipſis aromatibus, ne poſſint diſperdi; non quod, juxta meam ſententiam, vox in ipſis aromatibus quidpiam efficiat; etenim non novi, quomodo vocis ſonitu aromata fiant odorata: Poſthæc contunditur thus; & hoc, quia conglutinatur, & eſt tenerum, conjungendum eſt cum aromatibus aridis, & opus habet ſpuma Jordanis, ſicuti myrrha; & præ omnibus balſamum opus habet ſpuma Jordanis, & reliquis omnibus ſimul aromatibus natura ſua aridis.

Ego puto poſt contuſa omnia aromata; illa contuſa, qualia erant una cum balſamo commixta fuiſſe, & tum, eo quod aromata eſſent multarum qualitatum, multos homines neceſſarios fuiſſe, qui moverent ſimul & eodem tempore piſtillum grave, & extollerent ad ſuperiorem partem, & poſtea immitterent valida impulſione ad partem inferiorem in mortarium, ut optime omnia aromata contunderentur; ſicut operantur bajuli, quum volunt extollere rem gravem, quam alligantes pluribus funibus, & catenis, aut quatuor funibus, ad hoc præparatis, pars bajulorum apprehendit funes, qui ſurſum rem extollunt, & pars funes apprehendit, qui deorſum demittunt; atque ut recte agnoſcant tempus extollendi, & demittendi, pſallunt & canunt in eorum cantu, aliquando voce elata, quod eſt ſignum extollendi, & aliquando tenui ſilentio, quod eſt ſignum demittendi. Similiter in contundendis ſimul omnibus aromatibus, multi contundentes, apprehendentes extremitates piſtilli, quod extollebant tempore extollendi, elevabant vocem ſuam, dicentes; bene comminue; vocatur elatio vocis, quæ fit una ſimul, Latine Celeuſma; &

quan-

ואימרים נם הם היטב הדק בנחת אחריהם
המעלים העלי מושכים אותו בחבלים
ואומרים הדק היטב ובסוף השמעת הקול
האחרים מורידים אותו ואומרים חיטב הדק
וכן חוזרים חלילה עד כלות זמן השחיקה
ומפני שכמות הגדול מהסממנים היה מעיק
השחיקה חטובה והמוחלטת בהם אחרי
הכתישה החזקה והארוכה הזאת היו לשין
עם כפת הירדן הסממנים הנסים הנשארים
והכפה לא היתה מרובה אלא כדי שיהיה
בה ספק להעמיד יחד חלקי הסממנים
הבלתי כתושים היטב והיו עושים מהם
טרוציסקי והם חלקים קטנים דקים ומרובעים
ושוטחים אותם לאויר עד שיבשו בשלמות
והכפה תגונב מכל וכל אחרי כן היו כותשין
הטרוציסקו האלה בהשתדלות רב ומנפים
אותם בנפה דקה מאד והסממנים היורדים
ממנה היו גונזים אותם בכלי נכון עד
שיושחקו כלם בשלם שבפנים והחלק הגס
מהסמים שאינו יורד בנפה היו לשין אותו
פעם אחרת ושוטחין הטרוציסקי הנעשים
לאויר עד שיבשו וחוזרין וכותשין אותן
מחדש במאד מאד ומנפין אותן בנפה
הדקה וכשירדו כל הסמים הכתושים היו
חוזרים לערב הסמים הראשונים הנשמרים
בכלי עם הסמים שירדו באחרונה וכותשים
כלם יחד פעם אחרת היטב במכתש ומנפין
אותם בהשתדלות נמרץ בנפה דקה מן
הדקה והסמים היורדים הם הקטרת שנעשה
כהלכה ושכיוכשר להקטרה וכזה היו
משתמשין כל השנה וחכמים אמרו שהיו
מחזירין גם כן הקטרת הזה במכתשת
פעמים בשנה אחת בימות החמה שהיו
מנערין אותה כדי שלא תתעפש ואחרת
בימות הנשמים שהיו צוברין אותה כדי
שלא תפוג את ריחה ואתה הקורא דע לך
כי לא שקטה נפשי בסוגית התנו רבנן
הלזה האומר תנו רבנן היו מחזירין אותה
במכתשת

quando cessabant ab elatione vocis, erat signum ceteris demittendi pistillum in extremitatibus, similiter illi dicunt placide; bene comminue; Qui post hos extollebant pistillum, attrahebant illud funibus, & dicebant; bene comminue; Et cessante sonitu vocis alii illud demittentes dicebant; bene comminue; & sic reciprocabant toto tempore contusionis; & quoniam magna quantitas ex aromatibus comprimebatur ab optima contusione, & commiscebatur post validam & diuturnam contusionem, pinsebant spuma Jordanis aromata crassa, quæ residua sunt; neque multa erit spuma, sed tanta quæ sufficiat ad conglutinandas partes aromatum, quæ non sint optime contusa, ex quibus fiunt Trocisci; qui sunt particulæ tenues & quadratæ, & extenduntur in aere, donec perfecte exsiccentur, & spuma omnino arescat. Deinde contundunt Trociscos summa diligentia, & tenuissimo cribrant cribro, & aromata, quæ ab eo demittuntur, in vase præparato reconduntur, donec omnia, quæ in eo continentur, optime conterantur; partemque crassam aromatum, quæ non est demissa per cribrum, iterum pinsunt, & Trociscos, qui ex ea confecti sunt extendunt in aere, donec exsiccentur, atque iterum summa diligentia contundunt, tenuique cribrant cribro, ex quo quum demissa fuerint omnia aromata contusa, iterum commiscentur primo aromata, quæ in vase asservantur, cum his, quæ postremo excussa sunt, iterumque omnia simul optime in mortario conteruntur, & cribrantur summa simul diligentia cribro tenuissimo; & aromata, quæ ex cribro excutiuntur, sunt suffitus, qui juxta institutum componitur, & aptus est, qui adoleatur, quo toto anno utuntur. Dixerunt, quod bis in anno hic suffitus in mortarium restitueretur; Semel diebus æstivis commovebatur, ne mucesceret; & altera vice diebus hyemalibus coacervabatur, ne ejus odor languesceret. Scito lector, quod mea anima non acquiescit lectionibus sapientum; in quibus dictum est; Tradiderunt sapientes; restituebatur in mortarium bis in anno; diebus æstivis commovebatur, ne mucesceret; diebus hyemalibus coacervabatur, ne ejus odor languesceret; ego equidem ignoro, quomodo mucescerent aromata diebus æstivis, quandoquidem calor est causa substantialis contraria mucori in eo, quod mucescit; Et si illum virtute sua removet omnino calor quando deprehenditur in rebus humidis, quanto magis

במכתשת פעמים בשנה בימות החמה מנערה כדי שלא תתעפש בימות הגשמים צוברה כדי שלא תפיג את ריחה כי הנה לא ידעתי נאמנה איך יתעפשו הסממנים בימות החמה הואיל כי החום הוא סברה עצמית המתנגדת לעפוש במה שהוא עפוש ואם יסיר אותו החום מכל וכל כשימצא בדברים הלחים בכח כל שכן שלא יביא אותו בדברים היבשים בפועל כמו שהם כמעט כל סממני הקטרת גם נפלאת היא ממני איך בימות הגשמים תפיג הקטרת את ריחה ממנה הואיל כי לדברי הכל הקור הוא יותר נכון לאסוף את הריח המפוזר לחוץ בדברים ולסתור אותו בם בטבעו לפני לפנים ממה שהוא מרוקן להפיג הריח שבקרבם ולהוציא אותו מהם מעולם לחוץ על כן לבי אמר לי שיש בזה סגיאה מצד המדפיסים ושהסוגיא האמיתית לע׳ד היא בימות החמה היה צוברה כדי שלא תפיג ריחה ובימות הגשמים מנערה כדי שלא תתעפש ואתם ברו לכם הסוגיא שתרצו כי אני לא באתי חס ושלום להרהר אחר דברי רבותינו ז׳ל ואם אני שגיתי אתי לא תליך משוגתי זאת כי אחזור כי תכף ומיד כשארע שהסוגיא האמיתית היא הכתובה בספר ולא אבוש

ואני טרם לא אכלה לחתום דברי פרק׳ זה אמרתי כי טוב הוא לדרוך בעקבות רבינו הרמ׳בם ז׳ל אשר לתוספת באור סממני הקטרת קרא להם שם בלשון ערבי כהלכות כלי המקדש פרק שני פיסקא רביעית על כן גם אני עתה בדרכיו אלך לכתוב לכם אותם ומכשיריהם בלשון לעז רצופים זה אחר זה פעם אחרת עם כי כתבתי שמם ביחוד בפרקים הקודמים כאשר דרשתי מהותם והיו לכם לזכרון לרצון לכם לפני ה׳

הצרי הוא שרף הנוטף בזמן הקיץ מהאילנות שלו הקטופים בחד׳ש האביב בעבורו והאילן הזה נקרא בלשון יון גסילוכאלסאמו והשרף שהוא הוא הנכנס בסממני הקטרת נקרא אופו באלסאמו והפרי שלו הוא הקארפו באלסאמו וכבר כתבתי בפרקי אלה שהרומיים שהחריבו בית אלהינו העידו שהיה האילן הזה צומח בארצנו וגם כי עתה אין שם לא שורש ולא ענף מהנטיעה הזאת כאשר ידענו עם כל זה אין להאמין שכבר אבד וגוע הצרי מן העולם כי הנה כל מה שהוציאה הארץ במצות ה׳ בששת ימי בראשית מהאלנות והעשבים והבעלי חיים הם קיימים ברצונו תמיד עד שיחזור במאמרו העולם הזה לתהו ובהו כבראשונה ועל כן כתוב בכלם למינהו למיניהם להודיע לנו שהם קיימים

במין

magis operatione amovebit a rebus aridis, uti ſunt fere omnia aromata ſuffitus ? Similiter mihi mirum videtur, quomodo diebus hyemalibus langueſcat odor ſuffitus, quandoquidem ex omnium conſenſu, frigus eſt magis conveniens ad colligendum odorem in rebus extrinſecus diſperſum, & ad retinendum natura ſua intrinſecus, quam ſit aptum ad infirmandum odorem, qui ſit in partibus interioribus incluſus, & ad extrahendum. Qua de re puto in hoc eſſe mendum Typographorum, & hanc veram eſſe lectionem; Diebus æſtivis coacervabatur, ne ejus odor langueſceret, & diebus hyemalibus expandebatur, ne muceſceret; Vos vero vobis ſeligite eam, quæ magis placuerit, lectionem; quia ego non veni (quod abſit) ad exhibendam moleſtiam verbis ſapientum noſtrorum f. m. & ſi erravi, non ero contumax in hoc errore, ſed convertar ſtatim ac ſubito, quando cognoſcam veram lectionem in libro ſcriptam, & non erubeſcam.

Et ego antequam obſignem verba hujus capitis, dicam quod bonum ſit perſequi veſtigia præceptoris noſtri *Maimonidis* f. m. qui ad illuſtranda aromata ſuffitus, ea Arabice appellat in conſtitutionibus de vaſis ſanctuarii cap. ſecundo ſect. 4. Idcirco ego quoque eadem via incedam ad deſcribenda vobis vernacule illa, & eorum permittentia ſimul conjuncta iterum, quamvis eorum nomina peculiaria in ſuperioribus capitibus deſcripſerim, ſicut explicavi, eruntque vobis in memoriale, ut vobis ſit acceptabile coram Domino.

Balſamum eſt aroma deſtillans æſtivo tempore ab arboribus inciſis in novilunio menſis Abib, & hæc arbor Græce vocatur ξυλοβάλσαμον, & ſuccus, quod in ſuffitu miſcetur ὀποβάλσαμον, & fructus καρποβάλσαμον; Et jam ſcripſi in hoc capite, quod Romani, qui diruerunt domum Dei noſtri, teſtati ſint hanc arborem naſci in terra noſtra, pariterque hoc tempore ibi non inveniri: neque radicem neque palmitem ex hac planta, ſicut cognovimus; quamvis non ſit verum, periiſſe, & abſciſſum fuiſſe ab mundo hoc aroma; quia quod produxit terra Dei juſſu in ſex diebus creationis ex arboribus, & herbis, & animantibus, conſervata ſunt ſemper in terra noſtra donec hic mundus ejus dicto ad inanitatem & vaſtitatem revertatur, ſicut in principio; eaque de cauſa ſcriptum eſt de omnibus *Gen. 1. juxta ſpeciem ſuam,*

jux-

במין כל ימי הארץ והנה כאשר יסופו
ויתמו בוראי ה׳ בזמן מהזמני׳ ממקום אחר
הארץ בעצמה מבלי השתדלות האדם
תצמיח אותם במקום אחר הלא תראו כי
כגלילותינו במקום נקרא לה וילטה שגבעות
רבות סביב לה והיא תחת ממשלת מעלת
רוממות אדוננו הדוכוס וינצינצו יר״ה שם
הארץ מעצמה מוציאה אילנות של רמונים
וידי אדם לא היו בה ובזה יובדלו הנבראים
במצות ה׳ מהנפשי׳ בידי אדם כי אלו יכלו
אם לא יחזרו מחדש בני העולם להשתדל
בהם והם לא יכלו צאו וראו כי דדראגוני
שהוא עשב דומה בעליו לעלי האזוב
ומצמיחים אותו בזריעת זרעוני פשתן בתוך
בצל אחד או בתוך מין ממיני השומים
הנקראים בלעז סקאלוניי בזמן קרוב יאבד
מהארץ מכל וכל ולא יצמח עוד עד שיחזרו
להוציאו כאשר בשכבר עשו וכן הפרד הבא
בידי אדם בהרכבת מין של בעל חי בשאינו
מיני לא יצלח לקיומו אם לא יחזרו להרכיב
הסוס על החמורתה או החמור על הסוסיא
כי הפרד לא יוליד והפרדה לא תלד לעול׳
ועל כי הארץ במצות ה׳ תוציאה אילן
הצרו בימי בראשית דבר גלוי ומפורסם
הוא שתחזור גם כן להולידו ולהצמיחו פעם
אחרת בארצנו הקדושה כשירצה ה׳ ויחיה
לנו למשמרת בעבור פטום הקטרת שנקטיר
במצותו במקדש העתיד אחרי ביאת משיחנו
שיבא במהרה בימינו אמן

ואתם בני דעו כי פרוספירו אלפינו הרופא
מפאדובה הקורא לעת עתה לתלמידי
הרופאים בטיאטראות שלהם שהם שם כתב
בספרו מהנטיעות המצריות פרק י״ה
ובדיאלוגו שלו מהצרי פרק שני כי שקר
דברו הרופאים הקדמונים כאשר כתבו
שהיה נטיעת הצרי עצמית וטבעית ליריחו
ולמצרים כי הנה ליריחו הביאה הנטיעה
הזאת מלכת שבא לשלמה המלך ע״ה
ולמצרים

juxta species suas; ad demonstrandum nobis, quod conservantur in specie cunctis mundi diebus; & ecce quando cessarunt & perierunt Dei creaturæ post multum tempus ab loco aliquo, terra sponte, nulla hominis obstetricatione, sc. ope; producit in alio loco. Nonne hoc vidistis in nostra regione in loco, qui dicitur *la volta*, qui pluribus undique collibus circumdatur sub ditone excelsissimi Domini nostri Ducis Vincentii, quem Deus servet? Ibi sponte terra producit malogranata, quo in loco manus hominum opitulari non potuerunt; Hinc distinguuntur ea quæ jussu Dei creata sunt, ab eis, quæ hominum manu facta sunt; quod hæc deficiant, nisi homines curent, ut iterum generentur; at illa non pereunt. Venite & videte, quod Ascalonia, quæ est herba, quæ in suis foliis assimilatur foliis Hyssopi, & germinat in satione seminum lini in quadam cepa, aut in quadam specie ex speciebus alliorum, quæ Italice *Scalogne* appellantur; proxima ætate omnino ab universa terra perierit, neque germinaverit, donec data est opera, ut iterum produceretur, sicut jam fecerunt; Similiter mulus opera humana generatur congressu speciei animantis cum alia specie, quæ non conservatur, nisi iterum equus cum asina, aut asinus cum equa congrediatur; quia mulus non generat, neque mula unquam parit. Quum igitur terra Dei jussu produxerit arborem balsami in diebus creationis, certum & manifestum est, quod iterum producetur & germinabit in terra nostra sancta, quando voluerit Deus; eritque nobis in custodiam propter compositionem suffitus, quem ejus mandato adolebit in sanctuario futuro Messias noster, qui cito veniat in diebus nostris; amen.

Vos mei filii nostris, quod *Prosper Alpinus* medicus Patavinus, qui nunc docet discipulos suos medicos in eorum theatris, scribat in libro de Plantis Ægypti cap. 24. & in Dialogo de Balsamo cap. 2. quod falsa locuti sint veteres Medici, qui scripserint plantam Balsami peculiarem & naturalem fuisse Hierichunti, & Ægypto. Etenim Hierichuntem attulit hanc plantam regina Saba ad Salomonem regem; super quo sit pax & in Ægyptum arbor Balsami, ubi antiquitus plantata fuit, & adhuc hodie plantatur in horto, quem modo Ægyptii el Mattharia appellant, semper allata fuit ab Arabia felici, quæ eorum lingua dicitur Arabia feli-

ולמצרים נטיעת הצרי שנטעו אותם מקדם ושנוטעים אותה עוד היום בגן ההוא שקוראים אותו המצרים לעת עתה איל מאטאריאה דיל קאירו של מצרים בא להם לעולם מארץ הערב המאושרת בלשונם אראביאה פיליצי כי בארץ הזאת כלה משׁשת ימי בראשית וגם בזמננו זה צומחים אילנות הצרי בטבע לרוב מבלי השתדלות בני אדם ובפרט סביבות העיר ההוא הנקראת מיקה אשר שם קבורת מחמד ובשדות של עיר אחרת גדולה נקראת מדינה ואפילו במקום ציה וצלמות אשר לא יצמח שם דבר חוצא הארץ הזאת מהאראביאה פליצי מבלי עבודת האדם אילנות רבים מהצרי כמו בהר גדול מלא חול שהוא בין דמשק ולמיקה אצל עיר פרוזה אין חומה נקראת בירדוניאה ואמר שמהחבורות הנעשות בידי אדם בנזעי האילנית האלה יוצא בקיץ ובימים הכלביים בפרט שרף הנוטף מהם שרתכף אחרי הנטיעה הוא לבן כחלב ואחרי ימים מועטים יבא לידי ירקות העשבים הרטובים וידמה לשמן זית זך אחרי כן יתהוה לצבע דומה לזהב הטוב ולבסוף יטה לקבע הדבש של דבורים וכתב שהשרף הזה בראשונה אחרי הנטיפה מהאולן הוא עכור וגס כמו שהוא השמן זית תכף אחרי מעיכת הזיתים במעצר ושאחרי זמן מה הוא צלול מאד ודק בכל חלקיו העצמיים ולבסוף ישוב להיות גס כשרף ההוא היוצא מעץ הטיריבינטו והוסיף שהשרף הזה תכף אחרי הנטיפה הוא ריחני וטוב מאד וחזק הריח עד שלפעמים יביא חמריח בו מפני חדותו לידי רעיפת דם הנחירים מורידי האף ואז טעמו הוא מר וחד ותקיף ועוצר אמנם בשיזקין מאד סר ממנו חדות הריח עד שכמעט לא יכירו בו שום ריח טוב או רע אלא כשיושם על הגחלים על האש ואם תרצו לדעת יתר פרטי הצרי בשלמות תקראו ספריו אלה שהם בלשון לאטינו כי שם תמצאו כל חפצכם ותראו שבזמננו יש לנו השרף הזה שלא יבצר ממנו לעולם בחסד ה יתברך שמו אמן והמחבר הנזכר שקר דבר כשאמר שהצרי לא היה עצמי וטבעי ליריחו

הצפורן היא תיבה או מכסה של רמש הים ממיני הקונקוליאו והמכסה הזה הוא הנכנס בקטרת לא הרמש והוא בטבעו עז היינו קשה או עז שיש לו ריח דומה לקאסטוריאו ונקרא הרמש הזה בלשונם אונניה אזדוראטה

החלבנה היא שרף היוצא מאחד ממיני השרביטים הנקראים בלשונם פירולי ויש לו ריח רע קראוהו הרופאים כלם גאלבאנו

הלבונה היא שרף היוצא מקטיפות האילן שלו

ce; etenim in hac regione ab ſex diebus creationis, & noſtra quaque ætate naturaliter, nulla humana ope obſtetricante, naſcuntur multæ arbores Balſami, & præſertim circa urbem appellatam Mecham, in qua eſt ſepulcrum Mahemetis, & in agris alteris magnæ civitatis, quæ Medina vocatur; & quamvis locus ſit aridus, ita ut ibi nulla res germinet, tamen hæc regio ex Arabia felici producit, ſine ulla cultura, multas arbores Balſami, uti in monte prægrandi & arenoſo inter Damaſcum & Meccham prope urbem *Peruzam* muro non circumdatam, Berdoniam appellatam. Dicit præterea. Ex inciſuris ramorum opera humana factis egreditur quidam liquor in canicularibus diebus; Opobalſamum ſtatim eductum ut audio, colore eſt albo, qui paulo poſt in viridem, tertio in aureum, & demum in melleum mutatur. Et ſcribit. Ejus ſucci etiam ſubſtantia in primis, turbida craſſaque, ut oleum ſtatim ab olivis expreſſum cernitur, poſtea tenuiſſima, atque clariſſima, demum terebinthi modo craſſeſcit, odore eximio in primis, atque acutiſſimo, terebinthum redolens, cum ſuaviori odoris fragrantia obſervatur, ſaporeque amaro, acri & adſtringenti. Leviſſimum eſt in primis diebus, atque uſque adeo validi & acuti odoris, ut aliquibus inter odorandum ſanguis e naribus erupuerit &c. Quanto hic ſuccus annoſior, eo fit inodoratior, ita ut pene non cognoſcatur odor bonus aut malus; niſi quando prunis ignis imponatur. Si vobis lubet perfecte cognoſcere reliquas Balſami qualitates, legite ejus librum Latine ſcriptum, ubi invenietis ea omnia, quæ deſideratis, & videbitis noſtra quoque ætate hoc aroma reperiri, neque nobis eſſe detractum Dei miſericordia, cujus nomen ſit benedictum; amen. Memoratus autor falſa locutus eſt, quum dixit, Balſamum non eſſe Hiericunthi preculiare & naturale.

הצפורן eſt arca vel latibulum conchylii de ſpeciebus Conchyliorum; & hoc operimentum, non conchylium ingreditur in ſuffitum, & naturaliter eſt עז, ſc. durum, aut עז, quod ejus odor ſit ſimilis Caſtoreo, & eorum lingua hoc conchylium appellatur unguis odorata.

החלבנה eſt aroma ex una ex ſpeciebus virgarum, quæ eorum lingua ferulæ dicuntur, & eſt gravis odoris; & omnes medici Galbanum appellant.

הלבונה eſt reſina ex inciſionibus arboris,

שלו הצומח בגבעות שהם במלכות שבא
כדכתיב בירמיהו ו׳ למה זה לי לבונה משבא
תבא וקנה הטוב מארץ מרחק נקרא
בלשונם אוליבאנו או אינצינסו

המור הוא גם כן שרף היוצא מחבורות
האילן שלו הצומח על הר גבוה של מלכות
שבא ושלמה המלך ידע זה בבירור עד כאן
בשיר השירים ד׳ כתב אלך לי אל הר
המור ואל גבעת הלבונה נקרא המור בלעז
מירה וכן תרגם אנקלוס הגר ז״ל מירא
דכיא

הקציעה היא כמו שתרגם יונתן בן עוזיאל
ז״ל בלשון יוני גסילאלואי בחירק האלף
האחרונה והוא עץ מלא שמנונית שריחו
טוב כשישרפו העץ על הגחלים נקרא
בלשון לועז ליגייו אלואי ויש ממנו שהוא
טוב בחנויות הבשמים שלנו

השבלת נרד היא הנקראת בלעז ספיקו
נארדי

הכרכום הוא הצפראנו שהם כמו חוטים
כרכומים וארוכים שיוצאים מאמצעיתו של
פרח אחד לבן ויפה שהעשב שלו יש לו
שורש בשריי כמו הבצל או הסקאלוני
וצומח גם כן בגנות ופרדסים שלנו

הקושט הוא שורש לבן הטוב מלא מתוכו
וקל במשקלו שיש לו ריח טוב ולא אכלו
עש נקרא כן בכל הלשונות קוסטו ולא
יביאו אותו אלינו הסוחרים הערביים על כן
גם אני עד היום לא ראיתי הקושטו
האמיתי

הקלופא הנקראת בתורת ה׳ קנה בושם היא
הקאנילת שלנו על כן דעו כי הקאסיאה
אודוראטה הקאסיאה ליגייאה הקאנילה
והקנמון שחלמו היונים הקודמים דבר אחד
הם והיא טובה ורעה כפי טבע האיקלם
הבאה משם או אם היא נקלפת מחדש
או מימים רבים

הקנמון אינו קנמון היונים האמור אבל הוא
הקנמון שאמרו רבותינו ז״ל שהיה מרעה
לצבאים בארץ ישראל ועל כן ישעיהו הנביא
כשהוכיח ישראל סימן מ״ג שהיו יותר
להוטים אחרי׳ הפשעים משיהיו זריזים להביא
למקדש הסממנים טובים אמר לא קנית לי
בכסף קנה שבא מארץ מרחק כמו שאמר
ירמיהו סימן ו׳ ולא אמר קנמון כי לא היו
קריכים להביאו בכסף הואיל שהיה צומח
שם

boris, quæ naſcitur in collibus regni Saba; uti ſcriptum eſt *Jerem.* VI. 20. *Ut quid mihi thus de Saba affertis, & calamum ſuave olentem de terra longinqua?* Græce λίβανος & Italice Incenſo vocatur.

המור quoque eſt reſina defluens ex inciſuris arboris, quæ germinat in editiſſimo monte regni Saba, quæ certo nota fuit Salomoni; ideoque ſcriptum eſt Cantic. IV. 6. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris;* המור Italice dicitur Mirra, ſimiliter interpretatur *Onkelos* proſelytus f. m. *myrrham puram*.

הקציעה eſt ſicut interpretatur *Jonathan ben Uzielis*, Græce ξυλοαλόη, & eſt lignum plenum pinguedine, cujus odor eſt præſtantiſſimus, quando ejus lignum prunis comburitur, Italice legno d'Aloe vocatur, & eſt præſtantiſſimum in noſtris officinis aromatum.

השבולת נרד Italice ſpica nardi appellatur.

הכרכום eſt crocus, cui ſunt quaſi fila convoluta & longa egredientia de medio cujuſdam floris albi & pulchri, cujus herbæ eſt radix carnoſa ſicut cæpæ aut Aſcaloniæ; germinat quoque in noſtris hortis & viridariis.

הקשט eſt radix alba, ſuccoſa, intus plena, & pondere levis, cui eſt odor præſtantiſſimus, neque a tinea comeditur; omnibus linguis vocatur Coſtus; neque ad nos afferunt mercatores Arabes; ideoque ego uſque ad hanc diem non vidi verum Coſtum.

הקלופא appellatur in lege Dei calamus odoratus, qui eſt noſtra Cannella; Idcirco ſcitote, quod Caſia odorata, Caſia lignea, & Cannella, & Cinnamomum, quod veteres Græci ſomniarunt, ſunt una & eadem res; & eſt bona & mala juxta climatis naturam, unde affertur, aut ſi recens, aut a multis diebus collecta fuerit.

הקנמון non eſt cinnamomum a Græcis memoratum, ſed eſt cinnamomum, de quo dixerunt ſapientes noſtri f. m. ſc. fuiſſe paſculum Capreis in terra Iſrael; ideoque *Iſaia* propheta, quando increpat Iſraelitas cap. XLIII. 24. qui magis adhærebant prævaricatoribus, quam ſoliciti eſſent ad afferenda in ſanctuarium aromata optima, dicit illis: *Non emiſti mihi argento calamnm, allatum de terra longinqua;* ſicut dicit *Jeremias* VI. 20. Neque memorat cinnamomum, quia non erat illis neceſſe, ut argento afferrent; quandoquidem germinabat in terra Iſrael; hoc cinnamomum Græce dicitur σχοίνανθος, aut noſtra lin-

שם כארץ ישראל נקרא הקנמון הזה בלשון יון אינואנטי או סקוינאנטו בלשוננו וצבעו הוא אדום מאד ועל כן הסקוינאנטו הזה שמביאים לנו עתה אינו מובחר כי הוא כרכומי כקש ואין לו הריח ההוא הטוב שיש לו בטבעו

הבורית כרשינא הוא הסאפוני המלאכותי שהיו עושים במקום ההוא שנקרא כרשינא והסאפונו השחור אשר כתבתי לפי דעתי היה טוב כמוהו לתקון הצפורן

היין קפריסין לפי דעתי אליבא דר׳שי ז׳ל׳ היין המלאכותי שהיו עושים מקליפת שרשי הקאפרס שהנטיעה הזאת היא העושה פירות הנקראים קאפארי

המלח סדומי הוא המלח שנעשה בגזרת ה׳ מארץ עצמה של סדום מהפך ה׳ באפו ובחמתו ואינו מעשה אדם ולא בא ממימי הים אך הוא אדמה סדומית שרופה בגפרית ואש שירדו מן השמים

המעלה עשן היא עשב המתמר עשן הקטרת הידוע בלבד לבית אבטינס ואני לא ידעתי מה הוא ואין ספק שהוא עשב צומח מעצמו במקום מדבר מבלי השתדלות אדם ואנחנו נקרא אותו תימר עשן כלשון הכתוב מי זאת עולה מן המדבר כתמרות עשן ובלשון יון יהיה שמו איגסאניסטיקאפנוס ובלשון לאטינו מוריגינס פומוס בו׳ו שורק ופרה רפה שר׳ל מעלה עשן

הכפת הירדן הוא הקצף כפין כפין השט על פני מי הירדן בסערתו בשירומם גליו נקרא בלעז ספומה רוטונדה וככר כתבתי תשמישה מה הוא

lingua Squinanto, ejusque color summam præsefert rubedinem; ideoque Schœnanthum, quod noſtra hac ætate ad nos affertur non eſt optimum quia eſt flavum quaſi palea, neque eſt illi odor optimus, quem naturaliter habet,

הבורית כרשינא eſt ſapo artificialis, qui perficitur in quodam loco, qui vocatur Chraſchina, & ſapo niger, quem deſcripſi, juxta meam ſententiam, eſt æque bonus ac iſte, ad præparandum onychem.

היין קפריסין juxta meam ſententiam: opinio *Raſchi* f. m. eſt vinum artificiale fuiſſe quod fit cortice radicis Capparis; quæ planta producit fructus, qui Italice Cappari dicuntur.

המלח סרומי eſt ſal, qui Dei decreto fit ex ipſa terra Sodomæ, quam ſubuertit Deus furore, & ira ſua; neque eſt opus humanum, neque producitur ex aquis marinis, ſed eſt terra Sodomitica ſulphure combuſta, & igne, qui de cœlo deſcendit.

המעלה עשן eſt herba, quæ ad inſtar columnæ faciebat adſcendere fumum ſuffitus, unique tantum familiæ Abtines nota fuit; & ego ignoro, quænam fuerit; & non eſt dubium, quod hæc herba ſponte germinaverit in loco deſerto ſine humana cultura; & a nobis vocatur תימן עשן, columna fumi, juxta ſtylum ſcripturæ *Cantic.* III. 6. *Quæ eſt iſta quæ adſcendit per deſertum, ſicut columna fumi*; & Græce dicitur אינסאניטיקאפנוס & Latine ſurgens fumum (Latine & Græce iſte Judæus ignorabat) i. e. fumum adſcendere faciens.

הכפת הירדן eſt ſpuma inſtar fornicis vagans in ſuperficie aquarum Jordanis, venti impulſione, quando ſuper illum effertur; vernacule dicitur ſpuma rotonda; & jam deſcripſi, qualis ſit ejus uſus.

NOTÆ IN CAPUT UNDECIMUM.

[1] Mina &c. Mina pendebat drachmas Atticas centum. *Plinius* lib. XXI. cap. ult. Mina, quam noſtri Minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. *Fannius*

Accipe præterea patrio, quam nomine Graii
Μνᾶν vocitant, noſtrique Minam dixere priores
Centum hæ ſunt drachmæ; quod ſi modo demſeris illis
Quatuor efficies hanc noſtram denique libram.

Fannius iterum.

Cecropium ſupereſt poſthæc docuiſſe talentum
Sexaginta Minas, ſeu vis, ſex millia drachmas,
Quod ſummam doctis perhibetur pondus Athenis.

Drachma æquivalebat denario Romano. *Plinius* lib. XXI. cap. ult. Drachma Attica (fere enim Attica obſervatione medici utuntur) denarii argentei habet pondus. Idem lib. XXXV. c. II. Talentum Atticum (6000. drachmarum) X. VI. (i. e. denarium ſex millibus) taxat *M. Varro*. *Celſus* ad *Natalem* epiſtola prefixa operi *Marcelli* Empyrici. Græci Medici pondera medicamentorum ad drachmas redigunt; quæ quia ad denarium conveniunt (84. in libram incurrunt) pro nota Græcæ drachmæ notam denarii poſui, & ad ejus pondus drachmas redegi. *Scribonius Largus* ad *Calliſtum*. Erit nota denarii pro Græca drachma: æque enim in libra denarii 84. apud nos, quot drachmæ apud Græcos incurrunt. Minam Hebræorum pependiſſe centum denarios in notis ad cap. primum jam demonſtratum eſt.

[2] In pondere denarii &c. Uti teſtatur *Galenus* lib. III. cap. 3. de Med. compoſ. ſec. gen. Etenim Heras recte faciens omnium pharmacorum pondus in denarios redegit. Crito autem ampelitudinem terram, bitumen, argenti ſpumam, non pro denariorum pondere ſcripſit, ſed duas ſingu-

ſingulorum minas injiciendas cenſuit. At ab his diſſentiunt, qui de ponderibus, & menſuris ſcripſerunt, quantum videlicet Minæ pondus exiſtat; Nonnulli enim ſexdecim unciarum eſſe dicunt, quidam viginti, alii etiam diſtinctionem faciunt, Alexandrinam ponentes xx. uncias pondere, aliam ſexdecim, atque hoc quidam adhuc levius eſt. Verum ex his, qui minam in denarios redigunt, alii centum, alii plurium denariorum eſſe confirmant: quin & unciam plerique ſeptem denarios & ſemiſſem valere malunt, alii ſeptem duntaxat, reliqui octo. Hæc cum ita ſe habeant, quot denariorum minam a Critone poſitam æſtimare oporteat, invenire operoſum eſt. *Celſus* de re Medica lib. v. cap. 17. Sciri volo in uncia pondus denariorum ſeptem eſſe. Variaſſe denarium pro temporum varietate apud Romanos teſtatur *Plinius* lib. XXXIII. cap. 3. Populus Romanus ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem devictum uſus eſt. Librales (unde etiam nunc libella dicitur, & dupondius) appendebantur aſſes. Quare æris gravis pœna dicta — — Servius rex primus ſignavit æs. Antea rudi uſos Romæ *Timæus* tradit. Signatum eſt nota pecudum; unde & pecunia appellata. Maximus cenſus CX. M. aſſium fuit illo rege. Et ideo hæc prima claſſis. Argentum ſignatum eſt anno urbis 485. Q. Ogulnio, C. Fabio Coſſ. quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarium pro decem libris æris, quinarium pro quinque, ſeſtertium pro dupondio ac ſemiſſe. Librale autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impenſis Reſp. non ſufficeret: conſtitumque ut aſſes ſextentario pondere ferirentur. Ita quinque partes factæ lucri, diſſolutumque eſt æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera roſtrum navis; in triente vero & quadrante, rates. Quadrans antea teruncius vocatus a tribus unciis. Poſtea Hannibale urgente Marcum, Q. Fabio Maximo Dictatore, aſſes unciales facti: placuitque denarium ſedecim aſſibus permutari, quinarium octonis, ſeſtertium quaternis. Ita Reſpublica dimidium lucrata eſt. In militari tamen ſtipendio ſemper denarius pro decem aſſibus datus. Nota argenti fuere bigæ, atque quadrigæ; & inde bigati, quadrigatique dicti. Mox lege Papiria ſemiunciales aſſes facti: Livius Druſus in Tribunatu plebis octavam partem æris argento miſcuit. Qui nunc Victoriatus appellatur, lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Eſt autem ſignatus victoria, & inde nomen. Aureus nummus poſt annum LXII. percuſſus eſt, quam argenteus, ita ut ſcrupulum valeret ſeſtertiis vicenis: quod effeit in libras, ratione ſeſtertiorum, qui tunc erant, ſeſtertios DCCCC. Poſthæc placuit x. XL. ſignari ex auri libris: paulatimque principes imminuere pondus: Minutiſſime Nero ad XLV.

3 Et obolus &c. *Suidas* ex *Diodoro*: ὀβολὸς παρ' Ἀθηναίοις ἕξ ἐστι χαλκῶν. Obolus apud Athenienſes ſex eſt æreolorum. *Plinius* lib. XXI. cap. 13. Obolo decem chalcos attribuit. Obolus (inquit) x. chalcos. Juxta *Cleopatram* & *Pollucem* lib. IX. chalci octo, & ſecundum *Dioſcoridem* nonniſi tres tribuuntur.

4 Grana tritici &c. Varium erat granorum pondus juxta varietatem triticorum. *Plinius* lib. XVIII. cap. 17. Nunc ex his tritici generibus, quæ Romam invehuntur, leviſſimum eſt Gallicum, atque e Cherſoneſo advectum; quippe non excedunt in modium vicenas libras, ſi quis granum ipſum ponderet. Adjicit Sardum ſelibras, Alexandrinum & trientes: Hoc & Siculi pondus. Bœoticum totam libram addit: Africum & dodrantes. Idcirco granis ſiliquarum veteres ponderare conſuevere. *Fannius*

Semina ſex alii ſiliquis latitantia curvis
Attribuunt ſcripulo.

Erat ſiliqua minimi ponderis apud Romanos menſura, quæ a Græcis *Ceration* dicitur, conficiens ſcrupuli ſextam partem, drachmæ vero decimam octavam; ſex itaque ſiliquæ conficiebant ſcrupulum. Scrupula autem tria conficiebant drachmam, uti teſtatur *Fannius*

Scripla tria drachmam faciunt, quo pondere doctis
Argenti facilis ſignatur nummus Athenis.

5 Siclum &c. *Maimonides* conſtitut. de Siclis cap. I. 3. הסלע ארבעה דינרין והדינר שש מעין ומעה היא הנקראת בימי משה רבינו גרה ומעה היא שני פונדיונין ופונדיונין שני איסרין ופרוטה אחת משנת באסיר נמצא משקל המעה והיא הגרה ששעשרה שעורות ומשקל האיסר ארבע שעורות ומשקל הפרוטה חצי שעורה. Selang valet quatuor denarios, & denarius ſex Mein; & Maah tempore Moſis magiſtri noſtri vocabatur Gera; & Maah eſt dupondium; pondium vero duorum Aſſariorum; & Prutha eſt octava pars Aſſarii. Deprehenditur pondus Maah, quæ eſt Gera, eſſe ſedecim granorum hordei; Aſſarii vero pondus quatuor granorum hordeaceorum; pondus vero Pruthæ eſt dimidii grani hordacii. *Raſchi* ad *Levit.* XXVII. 25. כל ערכך שכתוב בו שקלים יהיה במשקל הקדש עשרי׳ גרה עשרים מעות כך היו מתחילה ולאחר מכאן הוסיפו שתות ואמרו רבותינו שם שש מעה כסף דינר עשרים וארבע מעות לסלע. *Omnis æſtimatio tua*, ubi memorantur ſicli, *ſiclo ſanctuarii ponderabitur*. *Siclus viginti obolos habet*. Viginti Mein; ſic erat a principio; & poſthæc addiderunt ſextam partem, ut ibi dixerunt magiſtri noſtri: ſex Mein continebant denarium argenteum, & 24. Mein ſiclum.

6 i. c. 384. granorum &c. *Maimonides* ibidem. ומשקלו שלש מאות ועשרים שעורה וכבר הוסיפו חכמים עליו ועשו משקלו כמשקל חמטבע הנקרא סלע בזמן בית שני וכמה הוא משקל הסלע שלש מאות וארבע ושמונים שעורה בינוניות. Cujus pondus eſt 320. granorum hordeaceorum. Auxerunt vero illud Sapientes, ut pondus ejus æquaret ſelang ſub domo ſecunda. Quantum eſt pondus ſelang? 384. granorum hordei mediocrium. *Babyl. Bechoroth* 50. אמר רבא סלע דאוריתא תלתא ותילתא הוי וכתיב עשרים גרה השקל ומתורגמינן עשרין מעין ותניא שש מעה כסף דינר מתיבי סלע של קדש מ״ח פונדיונין בתר דאוסיפו עלייהו ותניא עשרים גרה השקל מנין שאם רצה להוסיף יוסיף ת״ל יהיה יכול יפחות ת״ל הוא. Dicit Rabba; Siclus legis trium & trium eſt; ſicuti ſcriptum eſt; *viginti Gerarum eſt ſiclus*. Nos interpretamur per 20. Mein; & traditio eſt, quod ſex Mein argenti conficiant denarium. Reſpondent; ſiclum ſanctuarii eſſe 48. Pondiorum; poſtquam auxerunt illum; docetur autem; *viginti Gerarum eſt ſiclus*; unde hoc? at ſi velit addere, addat: Scriptura dicit יהיה *erit*. Forſan diminuet illum? Scriptura dicit הוא *ille*.

7 Denarium &c. *Hieroſ. Kiduſcin* 58. 4. וכמה היא פרוטה אחד משמונה באיסר האיטלקו תני האיסר אחד מעשרים וארבעה בדינר כסף דינר כסף אחד מעשרים וארבעה לדינר והב תני רבי חייה סילעא ארבעה דינרין שש מעה כסף דינר שני פונדיונין מעה מעה שני איסרין פונדיון שני מסומסין איסר שני קרדיונטס מסומס שני פרוטות. Et quanta erat Prutha? una ex octo partibus Aſſarii Italici. Traditio. Aſſarium erat una ex viginti quatuor denarii argentei; partibus denarius argenteus erat una ex viginti quatuor partibus denarii aurei. Docet R. Chjia. Selang conſtabat quatuor denariis; & denarius argenteus ſex Mein, & Maah dupondio; & Maah duobus Aſſariis, & pondium duobus ſemiſſibus; & Aſſarium duobus Quadrantibus, & ſemiſſis duabus Pruthis. *Raſchi* ad *Cherithuth* 10. 2. מעה שתי פונדיונין ופונדיון שתי איסרין תהר ואיסר ב׳ מסמסין מסמס שני קונטרקין קונטרק שתי פרטות דהיינו ל״ב פרוטות למעה ולמעה וחצי שהוא רובע דינר הוו מ״ח פרוטות. Maah valet dupondium, & Pondium duo aſſaria, & Aſſarium duos ſemiſſes, & Semiſſis duos Cuntaricos, & Cuntaricus duas Pruthas, ita ut ſint 32. Prutæ in ſingulis Mein cum dimidio, quod pars quarta denarii eſt, ſint 48. Pruthæ.

8 Quæ aquis comparantur &c. Igni quoque comparatam fuiſſe legimus in *Siphri* 60. 4. מגיד הכתוב שדברי תורה נמשלו באש מהאש נתנה מן השמים כך דברי תורה נתנו מן השמים שנ׳ אתם ראיתם כי מן השמים דברתי עמכם מה אש חיים לעולם אף דברי תורה חיים לעולם מה אש קרוב לה גבוה

נכוה רחוק ממנה צונן כך דברי תורה כל זמן שאדם עמל בהם חיים הם לו ליפרש מהם ממיתים אותו מה אש משתמשין בה בעולם הזה ובעולם הבא כך דברי תורה משתמשין בהם בעולם הבא ומה אש כל המשתמש בו עושה בגופו רושם אף בני אדם שעמילים בה ניכרים הם בין הבריות כך תלמידי חכמים ניכרים בהילוכם ובדיבורם ובעטיפתם בשוק . Declarai textus , quod verba legis igni comparentur ; ſicut ignis datus eſt de cœlo, ita quoque verba legis data ſunt de cœlo; dictum eſt enim ; *Vos vidiſtis , quod ſim locutus vobis de cælo* . Sicut ignis vivit in æternum ; ita quoque verba legis vivunt in æternum ; ſicut ſiquis ad ignem accedat, aduritur , at ſi recedat , frigeſcit ; ita pariter verba legis , quandiu quis in his laboraverit, vivificant illum , ſi ab his receſſerit , illum mortificant; ſicut ignis fit uſus tam in hoc quam in altero ſeculo ; ita pariter verborum legis fit uſus tam in hoc quam in altero ſeculo , ſicut ignis in eo, qui utitur, facit in ejus corpore ſignum ; ita quoque filii hominum, qui in ea laborant , innoteſcunt inter creaturas ; pariterque diſcipuli ſapientum innoteſcunt in viis ſuis , in verbis ſuis , & in veſtimentis ſuis in foro . *Peſiktha* דבר אחר מימינו אש דת למו מה האש כל המשתמש בה חם לו פירש ממנה צונן כך כל שהוא עוסק בהורה יש לו חיים פירש ממנה כלו חייו דבר אחר מימינו אש דת למו מה האש ניתנה מן השמים אף התורה ניתנה מן השמים דבר אחר מימינו אש דת מה האש חיים לעולם אף התורה חיים לעולם דבר אחר מימינו אש מה האש עושה רושם כך התורה כל חמשתמש בה עושה בו רושם הינו ותנן ודישתמש בתגא חלף דבר אחר מימינו אש דת למו מה האש כל המשתמש בה נוכר כך תלמידי חכמים ניכרין מכל דבריות בהליכתן ובעטיפתן ובדיבורן דבר אחר אש דת למו מה האש אור לעולם אף דברי תורה אור לעולם שנ׳ מימינו אשדת למו . Dictum eſt כי נר מצוה ותורה אור . Sicut ignis calefacit illum , qui eo utitur , & recedens ab eo frigeſcit ; ita pariter quivis operam dat legi , vivit , ſi recedat , deficit ejus vita . Altera explicatio . מימינו אש דת למו . Sicut ignis datus eſt de cœlo ; ita quoque lex data eſt de cœlo . Altera explicatio מימינו אש דת . Sicut ignis vivit in æternum ; ita pariter lex vivit in æternum . Altera explicatio . מימינו אש . Sicut ignis facit ſignum , ita quoque lex in eo , qui utitur , facit ſignum . Traditum eſt *Pirke Avoth* cap. I. 13. Qui proprii commodi cauſa ſervit coronæ , ſc. legi , peribit . Altera explicatio . מימינו אש דת למו . Sicut qui utitur igni , innoteſcit , ita quoque diſcipuli ſapientum ab omnibus creaturis innoteſcunt in viis ſuis , in veſtimentis ſuis , & in verbis ſuis . Altera explicatio . אש דת למו . Sicut ignis æternum illuminat, ita pariter lex æternum illuminat ; Dictum eſt enim *Proverb.* VI. 23. *Quia mandatum lucerna eſt* , *&* *lex lux* . Hinc luci lex quoque comparatur . *Gemara Babyl.* in cap. III. *Sotah* . כי נר מצוה ותורה אור תלה הכתוב את המצוה בנר ואת התורה באור לומר לך מה נר אינו מאיר אלא לפי שעה אף מצוה אינה מגינה אלא לפי שעה ומה אור מאיר לעולם אף תורה מגינה לעולם ואמור בהתהלכך תנחה אותך וגו׳ בהתהלכך תנחה אותך בעולם הזה בשכבך תשמור עליך זו מיתה והקיצותה היא תשיחך לעולם הבא משל לאדם שהיה מהלך בדרך באישון לילה ואפלה ומתיר׳ מן הקוצי׳ ומן הברקנים ומן הפחתי׳ ומחיה רעה ומן הלסטי׳ ואינו יודע נזדמנ׳ לו אבוק׳ של אור ניצל מן הקוצי׳ ומן הברקני׳ ומן הפחתים ועדייך מתירא מחיה רעה ומן הלסטים ואינו יודע באיזו דרך מהלך כיון שעלה עמוד השחר ניצל מחיה ומן הלסטים ועדיין אינו יודע באיזו דרך מהלך כיון שהגיע לפרשת דרכים ניצל מכלם . Scriptum eſt *Prover.* VI. 23. *Quia mandatum lucerna eſt* , *&* *lex lux* . Comparat textus præceptum lucernæ , & legem luci ; ut doceare ; ſicut lucerna non illuminat niſi per horam ; ſic præceptum non protegit niſi per horam ; & ſicut lux æternum illuminat , ita lex æternum protegit. Et dictum eſt ibid. verſ. 22. *Cum ambulaveris , gradietur tecum* : Hoc deſignat vitam præſentem : *Cum dormieris , cuſtodiet te* ; hoc deſignat mortem . *Et cum evigilaveris , loquetur tecum* . Hoc explicandum pro vita futura . Simile eſt homini , qui iter facit nocte tenebroſa , & obſcura ; is metuit ſibi a ſpinis , a tribulis , a foveis , & latronibus ; neſcit præterea , qua via incedat : Si obtingat illi fax accenſa , liberatur quidem a ſpinis , tribulis , & foveis ; attamen formidat adhuc feras , & latrones ; lignoratque qua via incedat . Exorto lucifero a feris & latronibus liberatur , nec dum tamen perſpectum habet , qua via ambulet ; tandemque in viam regiam delatus , ab omnibus liberatur .

[9] Et cabus &c. *Schilthe Haggibborim* cap. 72. היו מדות היבש ומדות הלח נבדלות זו מזו כי הנה ביבש היתה לנו האיפה שהיא שלש סאין והסאה שהיא ששה קבין והקב שהוא ארב׳ לוגין והלוג שהוא שעור ששה ביצים ועשירית האיפה שהיא ארבעים ושלשת ביצים וחומש ביצה והוא לחלה ולמנחות . Hæ ſunt menſuræ aridi , & humidi , quæ inter ſe differunt . Qui in arido eſt nobis Epha , quæ continet tria ſata , & ſatum tres chabos , & chabus quatuor logos , & logus ſex ova , & decima Ephæ tria & quadraginta ova , & quintam ovi partem , & hæc eſt menſura pro placenta , & pro muneribus . Epha æquivalebat Batho , uti legitur *Ezech.* xlv. 11. *Epha & Bath menſuræ unius ſunto , ut capiat decimam Chomeris Bath , & decimam Chomeris Epha* .

[10] Et ſatum &c. Quod valebat modium unum & dimidium Italicum teſte *Joſepho* lib. IX. cap. 2. ἰσχύει δὲ τὸ σάτον μόδιον καὶ ἥμισυ Ἰταλικόν . Valet autem Satum modium unum & dimidium Italicum . Et *Hieronymo* in *Matth.* cap. XIII. Satum genus menſuræ juxta morem Palæſtinæ provinciæ , unum & dimidium capiens modium .

[11] Si mel menſuretur &c. *Schilthe Haggibborim* ibid. והנה במדת הלח קים לי בהדיא שבין היין והשמן והדבש יש הפרש כי הנה היין עולה בכבודת על השמן אחד על תעשה ממשקלו והדבש עולה על היין הרביע ואחד מעשרה חלקים יותר ממנו וגם עולה בכבודות החצי יותר ממה ששקול השמן כמו שתראו משל במדה הקיראמיאו שהקירמיאו האיטלקי יביל שבעים ושנים ליטרין של שמן ואם אחרי אסרת השמן והנעלת ושטיפת המידה הזאת היטב נמלא אותה יין ונשקל יין נגד השמן נמצא שמתקל היין יהיה שמונים ליטרין עד כי היין ההוא עולה על השמן בכבודות אחד על תשעה לעולם ואם תמלאו הקירמיאו דבש יהיה הדבש מאה ושמנה ליטרים וכן חקוטולה שוקלת תשעה ליטרים שמן ועשרים אונקיות יין ושבעה ועשרים אונקיות דבש חמיסטרו הגדול הוא שלש אונקיות שמן ונ׳ אונקיות ושמנה סקריפטולי יין וארבע אונקיות וחצי דבש האצטבולו הוא שני אונקיות ושני דראגמי שמן ב׳ אונקיות וחצי יין שלשה אונקיות ושלשה דראגמי דבש הציאטו במדת הלח הוא א׳ אונקיא וחצי שמן א׳ אונקי׳ וחצי וארבע׳ סקריפטולי יין ושני אונקיות וגם שני דראגמי דבש המוסטרי הקטן הוה ששה דראגמי שמן וגם ששה דראגמי ושני סקריפטלי יין וא׳ אונקיא וא׳ דראגמה דבש וכל זה אשר כתבתי במדת הלח ידעו היונים הקדמונים גם הם אמנם רבותינו ז״ל הירו בחכמתם יותר מהם הבדל נגלה במדת הלח בינו ובין עצמו מבלי שייקש אל דבר אחר נבדל ממנו כמו שעושים היונים אמרו בבבא מציעא בריש גמרא דפרק אי זהו נשך לא תעשו עול במשפט וכו׳ ובמשורה שלא ירתיח פירוש מסורת קבלה בידם שהמרתיח ומודד כל דבר לח בין שיהיה יין או שמן או דבש כאמור תוספת המדת שלו בהרתחה על מדתו שבצונע הוא חלק אחד משלשים וששהב לוג וזהו פי׳ רבינו חננאל ז״ל אמנם יש מפרשים אחרים שאמרו שכשתמלא המדה בדבר לה בכח מבלי רתיחה על אש אז עולה הקצף למעלה ונראית המדה מלאה וכשתנוח היא נחסרת כאמור כי הנה תרגומו של פסוק זה כקצף על פני מים הושע י׳ הוא כרתיחא על אפי מיא ע״כ כשאמרו במשורה שלא ירתיח רצו בו שלא ימודד הדבר הלח בכח עד שיעלה עליו הקצף כן כתב בעל הערוך ז״ל בערך רתח ואני כאשר כתבתי דברי אלה עשיתי גם כן נסיון במדת היבש וראיתי בה הפרש נגלה כי לקחתי מדה אחת נקראת בלעז בוצולה שבה בלי ספק נוכל להקיש לכל מדות היבש ובאתי על אמתת הדבר ומצאתי שבין מדת החטה והקמח יש הפרש ובין קמח וקמח יש במשקלם הבדל צאו וראו כי הסק שלנו הוא שלשה סאים וכל סאה היא של ארבע׳ רביעי׳ סאה וכל רביע הוא של שנים עשר בוצולי מלאתי אם כן בוצולה אחת מחוקה חטים כהלכתה ושקלתי החטי׳ במאזני׳ ומצאתי שהיו עשרים אונקיות במשקל ועוד רביע אחד של אונקיא עליהם אחרי כן מלאתי המדה ההיא עצמה עם קמח מניפה היטב של חטים במדה מחוקה כמו שעשיתי בחטים ושקלתי הקמח והיה הקמח ארבעה עשר אונקיות ועוד רביעית אונקיא

עד שהקמח חסר בהשקל החטים שנים עשר חלקים מעשרים ושבעה חלקים אחרי כן הכהבתי שעורים באבוב כהלכה והוצאתי מהם כמו שהיו עושים בעומר התנופה קמח סלת מנופה היטב ושמתי בבצולה ההיא במדה מחוקה ושקלתי קמח סלת שעורים הזה ומצאתי שהיה שלש עשרה אונקיות ושלשה רביעי' של אונקיא הרי שסלת שעורים חסר מקמח חטים שני חלקים משבעה וחמשים חלקים עם כל זה תורתנו הקדושה לא רצתה להט ריח אותנו לשקול היין והשמן במשקלות שונות והקמחים והסלתות במדות מתחלפות כי מחלה לנו החסרון שהוא בין מדה למדה זינתרצה ה' למען טובו הגדול שהמשורה האחת תשמש כיבש לכל הדברים היבשים והאחרת בלח מבלי קפידא אמנם בקטרת גזרת חכמתו ית' שיבואו הסממנים במשקל הטוב ולא יגרעו ממשקלם ובר כי הקטרת חשובת היא על כל הקרבנות העולים לריח ניחוח לפני ה' ועל כן לא באו סממניה במדה אלא במשקל הנעשה בדיוק רב ועתה למען לא ימצא הפרש גדול בין מדה למדה מהמדו' של יבש ושל לח דקדקו מאד רבותינו ז"ל בכלם כדי שקרבו אל השווי כפי מאמצי כח המדוד וקודם התימת פרקי זה לא אוכל להתעלם מלהגיד לך אתה הקורא כי החכם רד"ק ז"ל האמין שהמשורה היא מדה קטנה מאד כמו שכתב בשרש שור וסמך דעתו זאת על דברי רבותינו ז"ל כשאמרו ומה משורה שהיא אחת משלשים ושלשה בלוג הקפידה התורה עליה קל וחומר ללוג וחצי לוג ורביעית לוג ההין וחצי ההין ורביעית ההין ואני באמת נוטה אך הפעם במחילה רבה מכבודו מדעתו זאת כי הנה לכאורה נראה שהוא ז"ל יחשוב שהמדות האלה מדה ומשורה יהיו שני שמות משותפים ואולי אין הדבר כן כי המדה תקרא בלבד האמה או הקנה או הקבל המודדים בם הדברים הצריכי' למדה כפי ארכן וכפי רחבן ומשורה תקרא בפרטות הכלי הנכון להכיל בתוכו או היבש כמו הסאה ואיפה או הלח כמו הלוג והחין והדומיהן ועל כן כשאמרו רבותינו ז"ל ומה משורה שהיא וכו' לא רצו שהמשורה היא ביחוד מדה קטנה מאד של אחד ושלשים בלוג כי ההין והלוג שהן גדולים בערך יקראו בשתוף גם יחד משורה אך רצו שהתורה היא מקפדת על כל מין ממשורה איך שתהיה ואם הקפידה על משורה קטנה גם שתהיה כמו אחד משלשי' ושלשה בלוג מפני מה לא תקפיד על משורה גדולה שהיא כמו חצי לוג הלוג וההין והראיה על זה הוא מה שאמר הכתוב יחזקאל ד' ומים במשורה תשתה ששית ההין כו' כי הפירוש שעשה הוא ז"ל שם הוא לדעתי זר וקשה מאד ועל כן האמנתי שכל מה שכתבתי על המשורה יהיה נכון ושלא יטה כלל ממה שכתבה התורה ושאמרו רבותינו ז"ל עליה.

Et ecce in menſura humidi mihi plane conſtat, eſſe diſcrimen inter vinum, & oleum, & mel, quia vinum adſcendit in pondere ſuper oleum unam partem ex novem in ejus pondere; & mel adſcendit ſuper vinum præ illo quartarium, & unam ex quindecim partibus; pariterque adſcendit in ponderibus dimidium magis quam pondus olei; uti videbitis e. g. in menſura Ceramii, quia Ceramium Italicum continet duas & ſeptuaginta libras olei; ſi vero poſt remotum oleum optime detergatur, & abluatur, & impleatur vino pro oleo, deprehendetur pondus vini eſſe octoginta librarum, ita ut vinum ſemper adſcendat ſupra oleum in pondere unam partem ex novem. Si vero impleatur Ceramium melle, erit mel centum & octo librarum. Et ſic Cotyla continebit novem libras olei, & decem vini, & tredecim mellis. Sextarius in menſura humidi contineat duodecim uncias olei, & viginti vini, & ſeptem & viginti mellis. Myſtrum majus continet tres uncias olei, & tres uncias, & octo ſcripula vini, & quatuor uncias cum dimidia mellis. Et Acetabulum continet duas uncias, & duas drachmas olei, duas uncias cum dimidia vini; tres uncias, & tres drachmas mellis. Cyathus in menſura humidi eſt unius unciæ cum dimidia olei; unius unciæ cum dimidia & quatuor ſcripulorum vini, & duarum unciarum cum duabus drachmis mellis. Myſtrum minus eſt ſex drachmarum olei, & ſex drachmarum & duorum ſcripulorum vini, & unius unciæ cum una drachma mellis. Hæc omnia, quæ ſcripſi de menſura humidi innotuerunt pariter Græcis veteribus; at Sapientes noſtri f. m. ſapientia ſua, accuratius cognoverunt diſcrimen manifeſtum in menſura humidi inter ipſam & ſeipſam ſine ulla comparatione rei alterius, qua ab ipſa differret, ſicuti fecerunt Græci. Dixerunt in *Bava Metzia* cap. v. *Non facietis iniquitatem in judicio &c.* Et in menſura, quæ non ſit ſpumata; ex traditione habetur, quod deſpumandum ſit, & menſurandum quodvis humidum, ſive ſit vinum, ſive oleum ſive mel, uti dictum eſt; Augumentum ejus menſuræ propter ejus ſpumam præ ejus menſura, tum cum res eſt frigefacta erit una pars ex tribus & triginta in logo; & hoc explicat præceptor noſter *Chananel* f. m. Tamen ſunt nonnulli ex aliis interpretibus qui dixerunt, quando impletur menſura re humida, ex natura ſua, quamvis non ebulliat in igne, tunc adſcendit ſpuma ad ſuperiorem partem, & plena apparet menſura, & quando quieſcit, ceſſat, ſicut dictum eſt; Quia *Targum* textum illum *Oſe*. x. 7. *Quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ* interpretatur על אפי מיא *ſuper faciem aquarum*. Idcirco, quando dixerunt; in menſura ne ſit ſpuma; ſenſus eſt, ne menſuretur res humida, donec adſcendat ſuper ea ſpuma. Ita ſcribit auctor *Aruch*, in ordine רתח. Et ego, poſtquam hæc ſcripſi, feci experimentum in menſura aridi; & in ea vidi diſcrimen manifeſtum; quia accepi quamdam menſuram, quæ vernacule בוצולה dicitur, (*neſcio quidnam ſit*) qua certe fieri poteſt comparatio pro omnibus menſuris aridi; & veritatem aſſecutus ſum, & deprehendi inter menſuram tritici, & farinæ, eſſe diſcrimen, & inter farinam, & farinam eſſe differentiam in earum menſura. Venite, & videte, quod noſter ſaccus contineat tria ſata, & ſingula ſata contineant quatuor quartaria ſati, & ſingula quartaria capiant duodecim בוצולי. Implevi pariter unam בוצולה abraſam triticis, juxta ejus inſtitutum, & pependi tritica trutina, & deprehendi continere in pondere viginti uncias, & præterea quartam unciæ partem. Poſthæc implevi hanc menſuram farina triticea optime cribrata menſura abraſa, ſicuti feci in triticis, & demenſa farina erat decem unciarum, & præterea quadrans unciæ, ut farina minueretur in pondere tritici duodecim partibus, ex ſeptem & viginti partibus. Deinde attuli hordea in ſartaginem, juxta inſtitutum, eduxique, uti fit in Omer, ex farina ſimilam optime cribratam, quam poſitam in eadem בוצולה in menſura abraſa appendi ſimilam hanc hordeaceam, & deprehendi eſſe tredecim unciarum, & trium partium quadrantis unciæ: Ecce ſimila hordeacea diminuitur præ farina triticea duabus partibus ex ſeptem & quinquaginta partibus. Tamen noſtra lex ſancta noluit nos defatigare in pondere vini, & olei in variis ponderibus farinarum, & ſimilarum in diverſis menſuris, quia condanavit nobis defectum, qui eſſet inter menſuram, & menſuram; Et complacuit Deus propter magnam ejus bonitatem, ut una menſura aridi inſerviret omnibus rebus aridis, & altera in humido ſine ulla ſolicitudine. Verum in ſuffitu conſtituit Dei ſapientia, ut adducerentur aromata in optimo pondere, nequid in eorum pondere diminueretur, quia ſuffitus eſt pretioſus ſuper omnia ſacrificia quæ offeruntur in odorem ſuavitatis coram Domino; ideoque aromata non adducuntur menſura ſed pondere, quod magna diligentia faciendum erat. Et nunc ne magnum deprehendatur diſcrimen inter menſuram, & menſuram ex menſuris aridi & humidi, perpenderunt diligenter ſapientes noſtri f. m. in omnibus, ut accederent ad æqualitatem juxta poſſibilitatem naturæ menſurandæ &c. Et antequam concludam hoc caput. Non poſſum te celare, lector, quod ſapiens *Radach*, putet המשורה. ſc. menſuram eſſe minimam, ſicuti ſcribit in radice שור, & fulcit ſuam ſententiam in verbis ſapientum noſtrorum f. m. quando dixerunt; & ſicut המשורה ſc. menſura, quæ continet unam partem ex tribus & triginta in logo, curam habuit ſcriptura, multo magis de logo, & dimidio logo, & quartario logi, de Hin, & dimidio Hin, & quartario Hin;

At

At ego profecto nunc declinabo cum multa venia ejus honoris ab ejus sententia; quia certissime apparet, quod existimet, quod hæ mensuræ sc. מדה & משורה sint duo nomina homonyma; & fortasse non ita se res habet: quia המדה vocatur tantum cubitus, aut canna, aut funis, quibus metiuntur res quæ opus habent mensura juxta earum longitudinem, & latitudinem. Et משורה peculiariter vocatur vas destinatum ad comprehendendum aut aridum, e. g. satum, & epham, aut humidum, e. g. logum, & Hin, & his similia; ideoque quando dixerunt sapientes nostri f. m., & sicut mensura &c. non voluerunt, quod משורה particulariter esset mensura perparva 31. partium in logo; quia Hin & logus, quæ sunt mensuræ magnæ in proportione, conjunctim singulariter appellantur משורה; sed significarunt, quod scriptura curam habuerit de quavis specie ex mensura, qualis illa fuerit. Et si curam habuit de mensura minima, qualis erat ea quæ comprehendebat unam ex tribus & triginta partibus in logo, qua de causa non curavit de mensura magna, qualis erat dimidius logus, & Hin? Et demonstratio de hac re deducitur ex eo quod scriptum est *Ezech.* IV. 11. *Et aquam in mensura bibes sextam partem Hin &c.* Quoniam interpretatio, quam fecit hic auror f. m. juxta meam opinionem est peregrina & maxime absurda; ideoque putavi id omne, quod scripsi de משורה sc. de mensura esse conveniens; neque omnino declinavi, ab eo, quod scribit Lex, & dixerunt sapientes nostri f. m.

[11] Placentæ &c. De qua fit mentio *Num.* XV. 17. ubi *Siphri*. וידבר יי׳ אל משה בבאכם אל הארץ אשר אני מביא אתכם שמה ר׳ ישמעאל אומר שינה הכתוב ביאה זו מכל ביאות שבתורה שבכל ביאות שבתורה הוא אומר והיה כי תבאו אל הארץ והיה כי יביאך יי׳ וכאן הוא אומר בבואכם ללמדך שכיון שנכנסו לארץ מיד נתחייבו בחלה אשר אני מביא אתכם שמה מיכן אתה אומר פירות חוצה לארץ שנכנסו בארץ חייבים בחלה ובמעשר יצאו מיכן לשם ר׳ אליעזר מחייב ור׳ עקיבה פוטר ר׳ יהודה אומר אפילו פירות חוצה לארץ שנכנסו לארץ ר׳ אליעזר פוטר שנ׳ והיה באכלכם מלחם הארץ למה נאמר לפי שהוא אומר ראשית עריסותיכם שומע אני אף שאר פירות במשמע הרי אתה דן נאמר כאן לחם עוני ונאמר להלן לחם מה לחם האמור להלן חמשת המיני׳ אף לחם האמור כאן חמשת המינין ואילו הן חוטים ושעורים וכוסמים ושיבולת שועל ושיפון יצאו אורז ודוחן והפרגים והשומשים שאינן באים לידי מצה וחמץ אלא לידי סירחון תרימו תרומה בתרומה גדולה הכתוב מדבר או אינו אלא בתרומת חלה כשהוא אומר חלה תרימו תרומה הרי חלה אמורה הא מה אני מקיים תרימו תרומת יי׳ בתרומה גדולה הכתוב מדבר דברי ר׳ יאשיה ר׳ יונתן אומר לפי שהוא אומר והיה באכלכם מלחם הארץ שומע אני אף הקמחים במשמע ת״ל מראשית עריסותיכם משיתערם מינן אמרו אוכלים עראי מן העיסה עד שתתגלגל בחיטים ותיטמטם בשעורי׳ גילגלה בחיטים וטימטמה בשעורים האוכל ממנה חייב מיתה כאן שנותנת מים מגבהת חלתה ובלבד שהא שם חמשת רביעים קמח ועוד כדי שיהיה כשיעור שאין מפרישים קמח מן החלה איזו היא גמר מלאכתה קרימתה בתנור דברי ר׳ עקיבא ר׳ יוחנן בן נורי אומר עד שיתגלגל בחוטים ומטמטם בשעורים הרי שלא הפריש חלה מן העיסה שומע אני׳ שלא יפריש חלה מן הלחם ת״ל והיה באכלכם מלחם האר׳ בתרומת גורן כן תרימו אותה מה תרומת גורן אחת אף חלה אחת מה תרומת גורן מדמעת עולה באחד ומאה אם זו אם נפלה לתוך מאה מדמעת וחייבים בחומש אף תרומת חלה כיוצא בה דברי ר׳ יאשיה ר׳ יונתן אומר אתה מקישו לתרומ׳ גורן שהתרומה אני אקישינו לתרומת מעשר המפורשה אמור לו והינטל אחר מעשרה אמור לו תינטל אמור לו הרי הוא אומר בתרומת גורן כן תרימו אותה לתרומת גורן הקשתה ולא הקשתה לתרומת מעשר מראשית עריסותיכם למה נאמר לפי שהוא אומר ראשית עריסותיכם שומע אני את הראשונ׳ שבעיסו׳ ת״ל מראשית עריסותיכם מקצתה ולא כולה מראשית עריסותיכם להביא לקט שכחה ופיאה שחייבים בחלה שהיה בדין ומה שאר הפירות שחייבי׳ במעשר פטורים מן החלה לקט שכחה ופיאה שפטורים מן המעשר אינו דין שיהו פטורים מן החלה ת״ל מראשית עריסותיכם להביא לקט שכחה ופיאה שחייבים בחלה ראשית עריסותיכם להביא שאר פירות שפטרים מן החלה שהיא בדין ומה לקט שכחה ופיאה שפטורים מן המעשר וחייבים בחלה שאר פירות שחייבים במעשר אינו דין שיהו חייבים בחלה ת״ל לחם מה לחם האמור להלן מחמשת המינים אף לחם האמור כאן מחמשת המינים מראשית עריסותיכם שומע אני אף עיסת תרומה ועיסת מעשר שני במשמע ת״ל חלה תרימו תרומה את שמורם קודש והשאר חולין ולא שזה וזה קודש אבל אמנו עיסת מעשר שיני בירושלם חייבת בחלה תתנו ליי׳ תרומה למה נאמר לפי שהוא אומר חלה תרימו תרומה אבל לא שמענו שיעור חלה תתנו ליי׳ תרומה עד שיהא בזו כדי מתנה מינן אתה אומר שיעור חלה של בעל הבית אחד מעשרי׳ וארבעה ושל נחתום אחד מארבעי׳ ושמונ׳ לפי שהאיש עינו יפה והאשה עינו רעה וכשתפחות לא תפחות מארבעים ושמונה לכך נאמר תתני ליי׳ תרומה עד שיהא בה כדי תרומה לכהן ובוה כדי מתנה לכהן מיכן אמרו בעל הבית שעושה משתה לבניו אחד מעשרים וארבעה והאשה שהיא עושה ומוכרת בשוק אחד מארבעים ושמונה ניטמת עיסתה שוגגת או אנוסה אחד מארבעים ושמונה ניטמת מן ידה נוטלת א׳ מעשרים וארבעה כדי שלא יהיה חוטא נשכר ר׳ שמעון בן יוחי אומר אפילו לא עלת אלא א׳ מששים יצא ובלבד שלא יתכוין לדור ותיכם להביא את עיסת שביעית שהיא חייבת בחלה שהיה בדין מה שאר פירות שחייבים במעשר ופטורים מן החלה עיסת שביעית שפטורה מן המעשר אין דין שהא פטורה בחלה והרי לקט שכחה ופיאה יוכיחו שפטורים מן המעשר וחייבים בחלה והן יכיחו לעיסת שביעית שאף על פי שפטורה מן המעשר שתהיה חייבת בחלה לא אם אמרה בלקט שכחה ופיאה שמינם חייבת במעשרות לפיכך חייבים בחלה תאמר בעיסת שביעית שמינן פטורים מן המעשרות לפיכך תהית פטורה מן החלה ת״ל לדרותיכם להביא את עיסת שביעית שתהא חייבת בחלה מיכן אמרו ואוכל מעיסת שביעית עד שלא תרומה חלתה חייב מיתה. *Locutus est Dominus ad Moysen dicens. Loquere filiis Israeli, & dices ad eos. Cum veneritis in terram, quam dabo vobis.* R. Ismael dicit; variat textus in hoc adventu ab omnibus aliis adventibus Legis; quia in omnibus adventibus in lege dictum est; *& erit, cum veneritis in terram; & erit, cum deducet te Dominus*; & hoc loco dictum est; *cum veneritis in terram*; ut doceare, quod statim ac ingressi sunt in terram, obligarentur ad placentam; *quod ego illuc vos adduco*. Hinc dicis, quod fructus extra terram, qui inducuntur in terram, obligentur ad placentam, ad decimam; si hinc illuc extrahantur; R. Elieser obligat, & R. Akiba liberat. R. Jehuda dicit; vel fructus extra terram, qui inducuntur in terram. R. Elieser liberat ex eo quo dictum est; *& erit, cum comederitis panes terræ*. Cur dictum est? Quia dictum est; *de primitiis massarum vestrarum*. Crederem vel reliquos fructus comprehendi? Tu ita argumentaris; Dictum est hic: *panem afflictionis*; pariterque illic dictum est; *panem*; sicut panis eo loco dictus affertur ex quinque speciebus; ita quoque panis hoc loco memoratus afferendus erit ex quinque speciebus; quæ sunt frumenta, hordea, spelta, avena, & secale; excluduntur oriza, millium, papaver, & sesamum, quæ non afferuntur ex azymo, neque fiunt fermentata, nisi propter corruptionem. *Separabitis ablationem*; De ablatione magna textus loquitur; aut crederem non loqui nisi de ablatione placentæ? Quando vero dicitur; *placentam ablationis separabitis*. Ecce jam dicta est placenta; quomodo ergo explicabo; *separabitis ablationem Domino?* De ablatione magna textus loquitur; verba R. Josiæ. R. Jonathan dicit; cur dictum est; *& erit, cum comederitis de pane terræ?* Ego crederem comprehendi etiam farina? Idcirco dictum est; *de primitiis massarum vestrarum*; postquam subactæ sunt. Hinc dixerunt; Comedi potest accidentaliter ex massa, priusquam convoluta fuerit in tritico, aut fuerit agitata in hordeis. Si vero convoluisset in triticis, aut agitasset in hordeis, qui ex ea comederit, reus est mortis. Quando in eam aquam indiderit, separabit suam placentam; dummodo in ea fuerint quinque farinæ partes; & præterea quod in ea sit sua quantitas; quia non potest separari placenta ex farina. Quænam intelligitur perfectio suæ præparationis?

Quan-

Quando crustam obduxerit in furno; verba R. Akibæ. R. Jochanan filius Nuri dicit; donec convolvat in triticis, & agitet in hordeis; Si igitur non separaverit placentam ex massa; crederem posse separari ex pane? Idcirco dictum est; *juxta ablationem areæ separabitis illam*. Areæ ablationi æquiparatur, at non æquiparatur ablationi decimæ: *De primitiis massarum vestrarum*. Cur dictum est? Quia cum dictum sit *de primitiis massarum vestrarum*; crederem fuisse primam ex partibus? Idcirco dictum est: *de primitiis massarum vestrarum*; ad includendum spicilegium, manipulum oblivionis, & angulum, ut obligentur ad placentam. Etenim erat argumentum: Si reliqui fructus, qui obligantur ad decimam, absolvuntur a placenta, spicilegium, manipulus oblivionis, & angulus, qui absolvuntur a decima, non erit æquum ut absolvantur a placenta? Idcirco dictum est; *de primitiis massarum vestrarum*; ad includendum spicilegium, manipulum oblivionis, & angulum, quod placenta teneantur. *De primitiis massarum vestrarum*; ad excludendum reliquos fructus, quod absolvantur a placenta. Etenim erat argumentum; Si spicilegium, manipulus oblivionis, & angulus, qui absolvuntur a decima, tenentur placenta, reliqui fructus, qui tenentur decima, non erit æquum, ut teneantur placenta? Idcirco dictum est; *panis*. Sicuti panis alibi commemoratus est ex quinque speciebus, ita panis hic memoratus est ex quinque speciebus. *De primitiis massarum vestrarum*; Crederem vel massam ablationis, & massam secundæ decimæ comprehendi? Idcirco dictum est; *placentam ablationis separabitis*. Quod est separatum, est sanctum, reliquum est profanum; non vero utrumque est sanctum. Verum dixerunt, quod massa secundæ decimæ Hierosolymis placenta teneretur. *Dabitis Domino ablationem*; cur dictum est? quia dictum est; *placentam ablationis separabitis*. At non intelleximus quantitatem placentæ; idcirco dictum est. *Dabitis Domino ablationem*. Ut in ea satis sit doni pro sacerdote. Hinc tu dicis; quantitas placentæ patrisfamilias est una ex quatuor & viginti partibus; & pistoris est una ex octo & quadraginta partibus; Idcirco dictum est; *Dabitis Domino ablationem*. Atque ita dixerunt; Si quis convivium pro filio faciat dabit pro placenta unam ex quatuor & viginti partibus. Et mulier, quæ confecerit ad vendendum in platea, dabit unam ex octo & quadraginta partibus, quia vir est liberalior, & mulier avarior; & quando minuere voluerit, non dabit minus una ex octo & quadraginta partibus; idcirco dictum est; *Dabitis Domino ablationem*; ut satis sit de ablatione pro sacerdote; & hæc pars est sufficiens ablatio pro sacerdote. Si massa mulieris polluta fuerit ex errore aut vi, dabit unam ex octo & quadraginta; si de industria polluerit, unam de quatuor & viginti separabit, ne lucretur peccator. R. Simeon ben Jochai dicit; si non separasset unam ex sexaginta partibus, satisfacit debito, dummodo ad id non attendat. *Pro generationibus vestris*; ad includendum massam anni Saabathici, quod teneatur placenta. Etenim erat argumentum: Si reliqui fructus, qui obligantur ad decimam, absolvuntur a placenta; massa anni Sabbathici, quæ absolvitur a decima, non erit æquum, ut absolvatur a placenta? Ecce spicilegium, & manipulus oblivionis, & angulus, qui contra probabunt, qui absolvuntur a decima, & obligantur ad placentam; & ipsi probabunt pro massa anni Sabbathici, quæ quamvis absolvatur a decima, tamen obligabatur ad placentam. Non probas: Si enim dixisti de spicilegio, manipulo oblivionis, & angulo, quod ex eorum specie obligantur ad placentam, si idcirco obligantur ad placentam, dices de massa anni Sabbathici, cujus species absolvitur a decimis, idcirco absolvetur quoque a placenta? Idcirco dictum est; *generationibus vestris*; ad includendum massam anni Sabbathici, quod obligetur ad placentam. Hinc dixerunt; Qui comedit de massa anni Sabbathici, priusquam separetur ejus placenta, reus est mortis.

[12] Invenit &c. Quantitas massæ quæ teneretur placenta, explicatur a *Bartenora* in commentario ad cap. II. 6. *Misnajoth Challa*. Quinquies quarta pars Cabi tenetur de placenta, quia *Num.* XV. 18. ראשית עריכותיכם; massa vero deserti conficiebat Omer pro unoquoque homine: Omer autem erat decima pars Ephæ, Epha continebat tria sata, satum autem sex cabos, unde fiet, ut octodecim cabi sint in Epha, cabus continet quatuor logos: unde fiet ut Epha contineat septuaginta duos logos; decima pars septuaginta septem efficit logos; & decima pars duorum logorum efficit quintam ovi partem, & ovum, quia logus conficit sex ova: Quando autem Hierosolymas advenerunt, & sextam addiderunt mensuris, factum est ut sex logi confecerint quinque logos, & septimus logus quinque ova, quia ex singulis sex fiunt quinque logi, & ovum cum quinta parte ovi facit unum ovum; unde fiet ut Omer, qui in deserto valebat septem logos, & ovum cum quinta parte ovi, Hierosolymis valeat sex logos. Quando autem venerunt Sipori, & addiderunt sextam mensuris Hierosolymitanis, sex logi facti sunt quinque, & hæc est *quinquies quarta pars farinæ*: Vocantur autem logi *quarta pars*, quia logus est quarta pars cabi, quoniam cabus conficit quatuor logos. Et a *Maimonide* ibid. *Quinquies* (inquit) *quarta pars*, supple cabi, sed scias oportet quartam partem & cabos etiam, de quibus hic in tractatu *Challa* sermo est, non esse cabos, quorum mensuram explicavimus; neque quarta illa pars, de qua hic mentio, in quantitate placentæ, est quarta pars cabi de qua mentio fit in hoc tractatu: neque etiam omnes cabi sunt æquales in hoc tractatu memorati; sed omnia hæc explicuimus in tractatu *Edyot*, nimirum quantitates mensurarum in casu quantitatis placentæ, sic etiam quod quinquies quarta pars plus conficit quam cabi, de quibus superius dictum est Mischna tertia יעשנה קבים ולא יעשנה בטומאה, sed sunt cabi, de quibus sermo est Mischna quinta העושה עיסתו קבים; & quod quinquies illa quarta pars conficit quantitatem cabi, de quo in Mischna fit mentio, hoc loco excepto, cujus quantitatem explicuimus in fine tractatus *Peah*; *Cabus, & decima pars octies cabi*. Ex eo quod tibi ex posuimus in fine tractatus *Peah* de mensuris, constabit quantitatem dicti cabi conficere quatuor digitos super quatuor digitos, in altitudine decem digitorum, & octies quartam partem digiti: unde fiet juxta computum, ut mensura quæ tenetur de placenta, necessario contineat mensuram decem digitorum super decem digitos, in altitudine trium digitorum, & decimam partem digiti, & decimam de decima parte digiti, & unam partem de millenis & quingentis partibus digiti, quæ omnia hic accurata sunt. Exposuimus etiam in fine tractatus *Peah* digitum quo æstimant, aut mensurant esse pollicem; Sic etiam omnis mensura, quæ continuerit hanc dictam quantitatem, tenetur de placenta; at si computemus id quod hæc mensura continebit in pondere, vario id se habebit modo juxta varietatem rei mensurandæ, quia gravitas ponderis hordei & tritici non est æqualis, neque omnium specierum farinæ in pondere æquales sunt, imo & si unica sit species; neque etiam quantitatem placentæ ei tradunt pondere, sed mensura uti vides. Idem in commentario ad Cap. I. 2. Misnajoth *Edyoth*. Cabus est sexta pars sati; sed illius mensuram jam exposuimus in tractatu *Peah*. *Quum vero majores fecerint mensuras*; si quarta pars adjecta fuerit mensuræ cabi, nam רובע est quarta pars Cabi; & placentæ massa constituta fuerit quinque quartariorum, sive cabi & illius quartæ partis de mensura ista magna, quæ est cabi & dimidii de mensura priori in deserto obtinente. Ceterum cap. II. tractatus *Challah* exposuimus quantitatem placentæ cognosci mensura, non pondere, propter magnam rerum mensuratarum differentiam in gravitate, & levitate, una licet mensura sit, Et ibidem exposuimus, quod placentæ mensura

ſit menſura , quæ decem digitorum ſpatium in quadrum continet, & trium digitorum , & decimæ partis digiti ſpatium in altitudine ſua , cum decima decimæ , & duarum millium una parte, cum quarta digiti accurate. Si vero quis dicere velit , menſuram hanc eſſe paulo minorem dicat unam menſuram continere ſeptem digitos duabus novenis partibus exceptis in altitudine ſeptem digitorum duabus novenis partibus exceptis . Sed jam aliquoties expoſuimus , quod per digitos, quibus menſurare ſolent, intelligatur pollex. Ceterum ego accuratum menſuræ calculum feci , & comperi , quod רביעית *quartarius* , cujus ubique in lege mentio fit , continet ferme viginti & ſex denarios vini , qui in lingua Arabica vocantur דרחם *Drachmæ*; aquæ autem viginti & quinque drachmarum fere ; & tritici viginti & unius drachmæ , & triticeæ farinæ novemdecim drachmarum fere . Placentæ vero quantitatem in hac menſura deprehendi fere quingentarum & viginti drachmarum farinæ triticeæ ; ſed omnes hæ drachmæ ab Ægyptiis provenerunt , ut & illæ , quibus metimur .





JACOBI MEIERI DISSERTATIO DE SUFFITU.

PRÆFATIO.

THEOCRATIAM si appellaveris formam Reipublicæ Judaicæ, cum gravissimo rerum Hebraicarum scriptore Josepho Lib. I. contra Appionem, veritati cum maxime litaveris. Deum enim T. O. M. imperium in Israelem tenuisse, seque instar regis gessisse, quis hominum negare ausit? Semetipsum Deus מלך גדול *Regem magnum*, Malach. I. vs. ult. nuncupat. Et quid quæso desiderares, quod esset regale, & in ipso non reperires? Ipsine fuit Regia, urbs ea quæ loci eminentia, cœli solique felicitate cunctas Mundi urbes superabat, & in ipso regni meditullio sita erat, ירושלים קדושה *Hierosolyma Sancta*, quam sibi ad habitandum elegerat, inque sedem concupiverat? Eratne ipsi ibidem Palatium, Mundi totius miraculum, quam magnifice exstructum, omnibus necessariis instructum, & apparatu regio ornatum? Eratne vero & hoc, ut ministros taceam, regii palatii in morem, in varias partes recessusque distinctum, divisumque? in atrium, quo unicuique subditorum ex lege non pollutorum, venire licebat; in palatium ipsum, in quod amici proximique admittebantur; In penetrale tandem, quo nemini nisi intimæ admissionis ministro intrare dabatur: Hic se Deus vere ut מלך גדול *Monarcham splendidissimum* inter Cherubinorum alas Arcæ fœderis ut regali suo throno insidentem, exhibebat. Quid denique commemorem lautissimum apparatum, quo singulis diebus mensa Domini (hoc quippe nomine Altare Malach. I, 7. 12. insignitur) opipare instruitur. Non enim credide-

rim a quoquam ullius penuriæ injuria quicquam deficere, animadverti; erant enim ut decet tantum regem & Dominum omnia plusquam Basilice. Videas ibi alios cursantes mensamque instruere, alios cernas gradientes eandemque dapibus onerare; Videas rursus alios bellaria portantes, alios denique ubi sat mensæ epulisque datum, scyphis & crateribus vino & libaminibus plenis, mensam claudere. Ne vero quicquam, quod ad magnificentiam quotidiani hujus convivii faceret intermitteretur, adolebatur quoque ante juge sacrificium matutinum, vespertino autem peracto, suavissimi odoris Thymiama seu suffitus, [nam & id in conviviis ab Orientis incolis adhiberi consueverat, ut colligere est ex Misna Berachot cap. *6.* §. *6.* quod & diserte Bartenora ibidem edisserit, inquiens, רגילין היו להביא אחר הסעודה עצי בשמים במחתה על האש לריח טוב *Moris est inferre finito convivio ligna aromatica in thuribulo super igne suavis odoris gratia*,] & tum grata & sonora Musica aures mulcebantur. Sedet jam animo consilium de gratissimo illo suffitu, qui in cultu Summi Dei fuit adolitus, paulo uberius differere. Permovit me ad hoc propositum, quod circa jucundissimam hanc simulque utilissimam materiam, neminem totum fuisse occupatum invenerim; quæ enim hinc inde sparsim reperiuntur apud Auctores, avido lectori satisfacere nequeunt; neque tamen ego mihi ita Suffenus sum, ut omne punctum me tulisse prædicem: Sum enim probe meæ tenuitatis mihi conscius: tum ut experirer, quid humeri mei valerent, in themate aliquo elaborando; denique ut exhiberem testimonium publicum, me omne tempus meum, quo Patriis Musis litavi, in otio non trivisse, sed & præceptoribus meis longe Charissimis aurem commodasse. Imprimis, si qua mihi forte hocce in genere studiorum, quod Antiquitates Judaicas concernit, erit notitia, hanc omnem lubenter acceptam fero Dissertationis hujus Clarissimo Præsidi, Viro quo hisce in Studiis non facile peritior alter, cujus jam per aliquod tempus fidelissima institutione ut fruerer, mihi tam felici esse licuit. Dum vero in eo eram ut ad Colophonem opusculum hoc perducerem, incidunt in manus meas Viri Summi, Theologi & Philologi, imo & Philosophi hujus ævi ad invidiam usque felicissimi, Johannis Braunii, *Selecta Sacra*, atque primo intuitu oculis meis sese exhibet inscriptio quarundam paginarum *de Thymiamate*. Hic ego mecum; Ohe! abscondas modo in tempore tua, quæ manu indocta, in chartam conjecisti: hoc enim esset Γλαῦκας εἰς Ἀθήνας post tanti Viri commentationes amplius quid velle commentari. Quanto vero magis consternabar prius, tanto effusius deinceps perlecta, & quidni pellecta, hac materia, lætabar, cum viderem Viri hujus hac in literatura longe versatissimi, (cujus quoque discipulum se fuisse, gratissima mente sæpissime recolit Cl. Præses) intentionem non esse eandem ac meam, dum modo ea in lucem profert, quæ ad explicationem loci Apoc. VIII. vs. 1. 5. faciunt; cumque mea sæpissime ejus sententia stabilita & comprobata, aliquando quoque adjuta cernerem. Et utinam brevi, ea quæ hac eadem de materia ibidem promisit, cum orbe erudito communicaret! Ad opus autem hoc præsens feliciter absolvendum, regulæ instar mihi erunt verba Exodi XXX. a vs. 34. ad finem ejusdem capitis, quibus Suffitus hujus Sanctissimi ratio omnis comprehenditur. Sunt tamen & necessario consulendæ Pandectæ Talmudicæ, & Doctissimorum Rabbinorum commentationes, sine quibus stadium hoc nullo modo quis feliciter decurret. Quatuor autem partes horum verborum esse nullo negotio nemo non videt. Comprehendunt nimirum Præceptum de sumendis aromatibus; Præceptum ex illis conficiendi Suffitum; Præceptum de illo adolendo; Interdictum demum de non faciendo simili suffitu, quod tamen secundo statim annectimus. Primum absolvitur vs. 34. & quidem ne εἰς κόπρον θυμιᾶν videar non indicata & explicata unaquaque specie horum aromatum, paulo fusius de iis differo, unius cujusque speciei, patriam, effectus, præstantiam, & quod propterea apud alias gentes quoque in celebriores usus fuerint adhibitæ &c. ex optimis auctoribus commemoro.

§. I. Ver-

§. I. VErba ipſa verſus 34. hæc ſunt ויאמר יהוה אל משה קח לך סמים נטף ושחלת וחלבנה סמים ולבנה זכה *Et dixit Deus ad Moſen; Accipe tibi aromata Guttam & Onychen & Galbanum aromata & Thus purum*. Primum, quod in his verbis notandum eſt vocabulum סמים quod duplicem agnoſcit ſignificationem vel *Venenum* vel *Aroma* deſignans; Eadem ratione ut apud Græcos φαρμακὸν pro *medicamento* & *veneno* ſumitur. Differt autem ſecundum quoſdam interpretes a בשמים cum hoc in cibis, illud vero in ſuffimentis & odoribus uſurpetur, ſed id non ſemper obſervari experientia docet; nam Chaldæus habet loco סמים vocabulum בוסמים, ſolentque Rabbini plerumque poſteriore uti. Hic autem *Aroma* denotare circumſtantiæ ſatis exhibent. Hinc LXX. vertunt Ἡδύσματα, Latini interpretes plerique *Aromata*, Caſtalio *Odores*, Belgæ *VVelriekende Specereien*, Luth. *Specerei*. Cum vero vocabulum hoc in plurali numero ſeu multitudinis obveniat, quid inde Judæorum Magiſtri elicere voluerint, cum & iterum in hoc verſu occurrat, videbimus quum primum ſpecies has ſuffitum noſtrum conſtituentes, explanare abſolverimus.

§. II. Prima itaque Species eſt נטף *Nataph*. Si vim vocis examinemus, apparet, nativam ſignificationem eſſe aliquid quod ſtillat, proprie *Guttam*. Sed qualis *Gutta*? In hac interpretanda non eadem eſt omnium ſententia. Paraphraſtes Chaldæus reddit נטופא LXX. σακτὴν, hos ſecuti Latini, quotquot inſpicere licuit, Belgæ *Myrrhenſap*, & in notis *Balſamdrop*, Luth. *Balſam*. Schindlerus in Lexico ſuo Pentaglotto ſcribit; נטף *eſt Gutta, ſtilla* κατ᾽ ἐξοχὴν *ſtacte, liquor, ſuccus deſtillans ex myrrha, ſeu arboribus inciſis*. Τῶν ὁ Interpretum vocabulum σακτὴν, ſi penitius inſpicimus, primum quid per σακτὴν communiter intelligatur conſiderandum. Suidas reputat pro ſpecie Aromatis, Στατὴ, inquiens, ἐςὶν εἶδος ἀρώματος. Sed clarius hac de re nos inſtituet Theophraſtus in ſuo περὶ ὀσμῶν libello his verbis: Ex κινναμώμυ, καὶ ἐκ σμύρνης κοπτομένης ἔλαιον ῥεῖ. Στακτὴ δὲ καλεῖται διὰ τὸ σμικρὸν ςαζειν. Id eſt, *Ex cinnamomo & Smyrna contuſa*, ſeu dum contunditur, *oleum manat; Stacte autem appellatur quia paulatim & guttatim ſtillat*. Et Dioſcorides lib. I. cap. 74. σακτὴν vocari ait, προσφάτυ σμύρνης τὸ λιπαρὸν κεκομμένης μεθ᾽ ὕδατος ὀλίγου ἀποπεθλιμμένης τε δὲ ὀργάνυ. Ευώδης δὲ λίαν καὶ πολυτελὴς ἐςι. Καὶ καθ᾽ ἑαυτὴν ὗσαν μύρον τὸ καλύμενον ςακτή. I. e. *Stacte nominatur pingue recentis myrrhæ, cum exigua aqua contritæ, perque inſtrumentum quoddam expreſſum; & perquam odorata ac pretioſa eſt, atque unguentum per ſe facit, quod Stacte vocatur*. Hinc manifeſto liquet, Stacten eſſe myrrhæ liquidioris partem, eamque pretioſiſſimam, ſed quæ unguentum conſtituebat. Verum cum inferius de myrrha de induſtria agendum, plura hac de re heic loci agere ſuperſedebimus. Cur enim nos illam ſignificationem admittere non poſſimus, rationes infra allegandæ docebunt. Neque forte LXX. ſenſu illo ſtrictiori, ubi pro liquore Myrrhæ ponitur, ſumſerunt, ſed latiori, quando convenit cum Hebræo נטף a radice נטף *Nathaph* ſtillavit, ſic σακτὴ a ςάζω *deſtillo*; & ita ςακτὴ poneretur pro *Gutta*, *Succo* & κατ᾽ ἐξοχὴν *Opobalſamo*.

§. III. Facimus ergo cum illis qui נטף interpretantur per Guttam Opobalſami. Forſterus & ex illo, ut videtur, Avenarius in ſuis lexicis reddunt *Guttam ſc. Balſami ſua ſponte e ligno ſtillantis*. Quod eleganter Claudianus in Nupt. Hon. & Mar. exprimit:

Tardaque ſudanti prorepunt Balſama ligno.

Virg. Georg. II. vſ. 118.

Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſama?

Oſiander in ſua verſione poſt *Stacte* in parentheſi ponit *BALSAMUM*. Belgæ ut vidimus ambigunt; Luth. pro *Opobalſamo* agnovit. Inſpiciamus quoque Judæos, quid illi ſentiant. Targum Onkelos habet נטופא ut ſupra vidimus quod plerumque pro Opobalſamo accipitur. Targum Jeruſchalmi ponit קטף *Balſamum* arborem ipſam pro ſucco inde deſtillantem. Nam cum in Miſchna Tractatu Scheviith cap. 7. §. 6. diſputatur utrum קטף etiam pertineat ad Jus anni ſeptimi, & affirmatur, רש״ אומר אין לקטף שביעית מפני שאונו פרי h. e. *Rabbi Schimeon inquit Ketaph non annumeratur iis quæ juri anni ſeptimi ſubjiciuntur, quoniam non eſt fructus*. Ubi Bartenora in notis קטף per אילן אפרסמון *Arborem Opobalſami*, explicat. Maimon in Jad Chaſaka Tract. Kele Hammikdas cap. 2. §. 4. נטף האמור בתורה הוא עצי הקטף שיוצא מהן הצורי i. e. *Nataph cujus in lege fit mentio eſt arbor Balſami ex qua defluit Opobalſamum*. Videturque Maimonides ſentire, lignum ipſum arboris Balſami

ſuffi-

ſuffitui eſſe inditum, qua de re graviter ab Auctore Ceſeph Miſchne reprehenditur. Nam אינו אלא שרף מעצי הקטף *nihil aliud præter ſuccum arboris Balſami* eſſe, etiam antea jam in Gemara Kerithuth fol. 78. 1. Rabbi Schimeon tradiderat. Rabbi Salomo Jarchi in ſuo ad Exod. XXX. cap. commentario נטף his verbis explicat הוא צרי ועל שאינו אלא שרף שנוטף מעצי הקטף קרוי נטף ובלעז גומא והצרי קרין לו טריאקה i. e. *Nataph eſt reſina, & propterea quod nihil aliud eſt, niſi ſuccus, qui deſtillat ex arboribus Balſami, inde appellatur* נטף *Gutta; & in lingua barbara Gumma: & hæc reſina ipſis appellatur Theriaca*. Verum quid Raſchio cum Theriaca? Sed id mihi videre videor, feliciſſime explicari poſſe ex Proſperi Alpini præfatione in ſuum de Balſamo Dialogum, quem in gratiam Pharmacopolarum, qui Theriacam, Mithridatiumque erant paraturi, conſcripſit, in quo veri Opobalſami Carpobalſami & Xylobalſami veritatem & hiſtoriam tradit, ut his ad prædicta medicamenta paranda libere uti poſſent. Nam Theriacam Mitridatiumque his ablatis ab antiqua ſua excellentia non parum deficere, indicat. Idem etiam probat Johannes Veslingius, Medicus quondam Patavinus & itineribus in plagas Orientales inſignis, in ſuis Opobalſami Veteribus cogniti Vindiciis, tum in præfatione pag. 39. Ut itaque Raſchius totum pro parte ſumſerit, quemadmodum Rhetores loqui amant.

§. IV. Cum & Deus præſtantiſſima quæque in miniſterio ſui voluerit adhiberi, multo eſt convenientius Opobalſamum primum obtineat locum: defectu enim Opobalſami ejus loco Stacte in conficienda Theriaca ſuccedit, ut Idem Ibid. p. 39. recenſet. Et Plinius lib. 12. cap. 25. Hiſt. Nat. ſcribit, *Omnibus odoribus præfertur Balſamum*. Narrat quoque Idem quod in loco ubi provenit, *cum duplo rependebatur argento*. Imo & ipſum nomen Arabicum בעל כמין id ſatis indicat, idem enim eſt ac ſi dicas *Dominus Aromatum*. Cur autem Abarbaneli in Thora pag. 207. col. 2. rectius videatur נטף reddere per Maſtichen, cum rationem non addat, neque ego id ſuſpicari potero. Niſi hæc forte ratio ſit, quod Maſtiche, guttarum fere figuram retineat, adeoque gutta κατ᾽ ἐξοχὴν dici poſſit, quod etiam de voce נטף & ϛακτὴ ad fin. §. II. obſervatum eſt. Sed hæc ratio ſola, ut facile eſt conjicere, ſufficere neutiquam poteſt.

§. V. Hac veritate jam adſtructa, primariam hanc præſtantiſſimamque hujus ſuffitus ſpeciem contemplabimur. Plinius Hiſt. Nat. l. c. patriam ipſi aſſignat Judæam ſolam, his verbis; *Balſamum uni terrarum Judææ conceſſum*. Huic accedit Juſtinus lib. XXXVI. cap. 3. *Opes*, inquiens, *genti ex vectigalibus opobalſami crevere, quod in his tantum regionibus gignitur*. Et Statius Opobalſamum Palæſtinos liquores vocat lib. V. Sylv. I. v. 211.

Omne illic ſtipatum agmine longo,
Ver Arabum Cilicumque fluit, floreſque Sabæi
Indorumque arſura ſeges, præreptaque templis
Thura, Palæſtini ſimul Hebræique liquores.

ad quem locum Vide Caſp. Barthium Animadverſ. Tom. I. p. 187. Negari equidem non poterit, Judæam bene multam Opobalſami copiam produxiſſe. Nam Ezech. XXVII. 19. memoratur Iſraelitas illud Tyrum negotiandi cauſa detuliſſe. Sed qui id ſoli Judææ adſcribunt falluntur: nam Strabo lib. XVI. ſuæ Geographiæ, Sabæis etiam tribuit; Judææ & Ægypto Dioſcorides lib. IV. cap. 18. & Claudianus ſtatim citandus. Pauſanias in Bæoticis ſive lib. IX. cap. 9. Balſami arbores in Arabia deſcribit myrtorum magnitudine, foliis Amarycini. Verum, his omnibus ſuſque deque habitis Arabia tam felicis proventus feliciſſima mater, & ex hac regione in alias (quo tempore autem, non definimus) eſt tranſportata. Nam ſi Joſepho fides eſt habenda, Judæa demum Balſamum eſt nacta temporibus Salomonis, cum regina Auſtri, de qua I. Reg. X. ad ipſum inviſeret. Sic enim ille Antiq. lib. VIII. cap. 2. Λέγουσι δ᾽ ὅτι καὶ τὴν τοῦ ὀποβαλσάμου ῥίζαν, ἣν ἔτι νῦν ἡμῶν ἡ χώρα φέρει, δούσης ταύτης τῆς γυναικὸς ἔχομεν. i. e. Gelenio interprete: *Ajunt etiam quod Balſami plantam, cujus hodieque ferax eſt regio noſtra, illius reginæ munificentiæ ferri acceptam oporteat*. Succum illum quem Opobalſamum vocant, hunc in modum elici ſcribunt Theophraſtus & Dioſcorides. Arbor ipſa ferreis unguibus ſcalpitur ſeu inciditur, quod & Claudianus in Epithalamio Palladii innuit;

Gemmatis alii per totum Balſama tectum
Effudere cadis, duro quæ ſancius ungue
Niliacus pingui deſudat vulnere cortex.

Sed ferrum extimeſcere ſcribit Plinius l. c. Hinc *inciditur vitro, lapide oſſeiſve cul-*

ve cultellis. Ferro lædi vitalia odit. Emoritur protinus, eadem amputari supervacua patiens. Incidentis manus liberatur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet. Idem Tacitus Hist. lib. v. pag. 528. *Balsamum modica arbor: ut quisque ramus intumuit, si vim ferri adhibeas, pavent venæ; fragmine lapidis, aut testa aperiuntur.* Josephus Antiq. lib. XIV. cap. 7. ὀξεῖ λίθῳ *acuto lapide incisis fruticibus succum scatere* meminit; & de Bello Judaico lib. I. cap. 5. περὶ Ἱεριχοῦντα ἔνθα τὸ τῆς Ἰουδαίας πιότατον, φοινικά τε πάμπολυν, καὶ βάλσαμον τρέφει. Τοῦτο λίθοις ὀξέσιν ἐπιτέμνοντες τὰ πρέμνα συλλέγουσι κατὰ τὰς τομὰς ἐκδακρύον. Hoc est Rufino interprete. *Circa Hierichuntem ubi pinguissima Judææ regio & palmarum plurimum & Balsamum nutrit: cujus inciso lapidibus acutis robore stillantem lachrymam ex vulneribus colligunt.* Quod vero hi scribant Balsamum ferrum pavere, id forte de arbustis junioribus, vel de iis quæ decorticatæ, vel alio modo intelligendum: nam Dioscorides expresse meminit ferro etiam vulnerari. Sed ne curiosarum rerum scrutatoribus fraudi sim, non pigebit verba ipsa Dioscoridis libri primi de materia Medica capite 18. cum multa contineat scitu jucunda, heic transcribere, ubi sic infit. Βάλσαμον τὸ μὲν δένδρον . . . μέγεθος λυκίου (λευκοίου) ἢ πυρακάνθης βλέπεται, φύλλα ἔχον ὅμοια πηγάνῳ, λευκότερα δὲ πολλῷ καὶ ἀειθαλλέστερα. Γεννώμενον ἐν μόνῃ Ἰουδαίᾳ κατά τινα αὐλῶνα, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ. Διαφέρον αὐτὸ ἑαυτοῦ τραχύτητι, καὶ μήκει, καὶ ἰσχνότητι. λέγεται γοῦν τὸ λεπτὸν καὶ τριχῶδες τοῦ θάμνου, θεριστόν. Ἴσως, διὰ τὸ εὐχερῶς θερίζεσθαι, ἰσχνὸν ὄν. Τὸ δὲ ὀποβάλσαμον λεγόμενον ὀπίζεται ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν ἐντεμνομένου σιδηροῖς ὄνυξι τοῦ δένδρου. ῥεῖ δὲ ὀλίγον, ὡς καθ' ἕκαστον ἔτος μὴ πλεῖον ἢ ἓξ ἢ ἑπτὰ χόας συναθροίζεσθαι. Πωλεῖται δὲ ἐν τῷ τόπῳ σταθμὸς αὐτοῦ πρὸς διπλοῦν ἀργύριον. Ἔστι δὲ ὀπὸς καλὸς ὁ πρόσφατος, τῇ ὀσμῇ εὔτονος, καὶ εἰλικρινὴς, καὶ μὴ παροξίζων, εὐδιάλυτος, λεῖος, στύφων καὶ δάκνων μετρίως τὴν γλῶσσαν. Δολοῦσι δὲ ποικίλως· οἱ μὲν γὰρ χρίσματα μίσγουσιν αὐτῷ ὡς τὸ τερεβίνθινον, κύπρινον, σχίνινον, σούσινον, βαλάνινον, μετώπιον, μέλι, κηρωτὴν μυρσίνην, ἢ κυπρίνην ὑγρὰν λείαν. Ἐλέγχεται δὲ εὐχερῶς ὁ τοιοῦτος. Ἐπισταχθεὶς γὰρ ὁ ἀκέραιος εἰς ἐρεοῦν ὕφος καὶ ἐκπλυνθεὶς, κηλῖδα οὐ ποιεῖ, οὐδὲ σπίλον. Ὁ δὲ δεδολωμένος προσμένει. Καὶ γάλακτι δὲ ἐπισταχθεὶς πήγνυσι τοῦτο, ὅπερ δεδολωμένος οὐ δρᾷ. Ἔτι ὁ ἀκέραιος ἐπιχυθεὶς γάλακτι ἢ ὕδατι χεῖται ταχέως, καὶ γαλακτοῦται, ὁ δὲ δεδολωμένος ἐπιπλεῖ καθάπερ ἔλαιον συστρεφόμενος ἢ διαχεόμενος ἀστεροειδῶς. Τῷ μέν τοι χρόνῳ ὁ ἀκέραιος παχυνόμενος ἑαυτοῦ χείρων γίνεται. Πλανῶνται δὲ οἱ νομίζοντες τοῦτον ἀκέραιον ἐπισταχθέντα ὕδατι χωρεῖν εἰς βάθος πρῶτον, εἶτα ἀναπλεῖν εὐδιάχυτον. Quæ Joh. Veslingius in Vindiciis l. c. ita reddit: *Balsamum quidem arbor secundum magnitudinem Lycii aut pyracanthæ cernitur. Folia habens similia rutæ, candidiora vero multo, & perpetuo magis virentia. Genitum in sola Judæa in quadam valle* (nempe Hierichuntis) *& in Ægypto. Præstans a se ipso asperitate, & tenuitate. Dicitur itaque tenue & capillaceum fruticis demessile, forsan quia facile demetatur, gracile existens. Opobalsamum vero dictum excipitur sub canis ardoribus, incisa ferreis unguibus arbore. Fluit autem modicum, sicut singulis annis non plus quam sex & septem congii colligantur. Venditur in loco* [quo nascitur] *argenti duplo. Est autem bonus succus qui recens, odore validus, & sincerus, & non subacidus, facile solubilis, lævis, adstringens & mordens modice* [linguam.] *Vitiatur autem per fraudem varie, sunt enim qui unguenta ipsi miscent, velut terebinthinum, ligustrinum, lentiscinum, lileacinum, nucinum, metopium, mel, ceratum myrtinum, & ligustrinum valde humidum. Arguitur autem facile qui talis. Instillatus enim sincerus, in laneum pannum, & elotus, maculam non facis, neque notam; qui vero dolo vitiatus, immanet. Lacti vero instillatus densat illud; id quod dolo corruptus non efficit. Amplius qui sincerus, infusus lacti aut aquæ confunditur celeriter, fitque lacteus; at per fraudem vitiatus innatat sicut oleum, conversus, & diffusus in modum stellæ. Cum tempore vero sincerus crassefactus, se ipso deterior fit. Hallucinantur autem qui existimant, hunc sincerum super aquam stillatum, petere fundum prius, deinde sursum meare, facile solubilem.* Vide hac de re quoque Plinium l. c. ubi etiam addit, quod dein durescat & transluceat, quod & in nostro Opobalsamo necessarium erat, quo minutim posset contundi. Quanto autem in pretio hodienum etiam sit nostrum hoc opobalsamum, inde licet colligere, quod cum quotannis Turcarum Imperator Principi Medinæ, quem Seriph appellant, [hoc nomine omnes vocant qui a Mahomet oriundi sunt, & se illius cognatos scripto ostendunt] mittat munera hæc, nempe Chlamydem auratam, ejusque filiis & fratribus centum & quinquaginta millia aureorum, pro

quibus

quibus muneribus ipſe Regi Turcarum dono mittit quadringentas petias lineas Indicas ſubtiliſſimas, cujuſmodi eſſe byſſum, de qua meminerunt ſacræ literæ, exiſtimari poteſt. Amplius cum ea byſſo mittit etiam Imperatori Opobalſami tres quatuorve libras, & præfecto Cayri libram, atque Hamirag ſeu duci peregrinorum ſem libram, & reliquis duobus præfectis parum Opobalſami. Plura qui deſiderat, inſpiciat Proſperi Alpini Dialogum de Balſamo, & Eundem de Plantis Ægypti [quo in loco diu commoratus fuit] cap. 14. p. 48. Item, Veslingii ad Alpini librum notas p. 17. & in Vindiciis Opobalſami Veteribus cogniti. Adde Reiſebuch des heipligen Landes paſſim, pag. 169. De horto Balſami in Ægypto p. 195. 315. ſeqq. p. 769. Vide etiam de Horto Engaddi ſupracitatos & Virum illuſtrem Samuelem Bochartum in Hierozoico Part. I. lib. 2. c. 52. Part. II. lib. 5. c. 9.

§. VI. Secunda ſpecies quæ in ſacris literis memoratur, eſt שחלת *Scechelet*. Onkelos in ſua paraphraſi reddit per טופרא (quod nomen cum Hebr. צפורן convenit, & ex illo natum videtur) vulgo quod vertitur *Onyx*. Targum Jeruſchalmi habet שובלא מוריא i. e. *Spica Myrrhæ*. Putat Cl. Bochartus Hieroz. part. II. lib. V. c. 20. p. 803. Paraphraſten fortaſſe שובלא דנרדא *Spica Nardi* ſcripſiſſe, quod deinceps in שובלא מוריא mutatum, quippe nullam Spicam myrrhæ dari. Si hæc Philologi ſummi conjectura locum inveniret, exiſtimarem ego Targumiſtam hunc confudiſſe Onychem cum Spica nardi, cum Dioſcorides tantum meminerit Onychem in Indiæ nardiferis lacubus inveniri, inibique nardi pabulo veſci. LXX. habent ὄνυχα. Hos ſecuti interpretes Latini plerique & Belgæ *Onychem* ſeu *ungulam* interpretantur. Caſtalio, *Crocum* vertit, ſed qua ratione inductus neſcio, cum & crocus per ſe ſub nomine ſuo proprio כרכום ſpeciem hujus ſuffitus conſtituat. Luth. *Stachte* poſuit, credo a Targum Jeruſchalmi deceptus, Stacte enim ex Myrrha conficitur, ut ſupra §. 11. vidimus. Sunt quidam perſuaſi, vocis originem derivari debere a שחר ut שחלת dicatur, quaſi שחורת quia unguis, ſaltem Babylonicus niger ſit; ſed nobis nihil rei eſt cum iſta immutatione. Neque cum illis facimus, qui putant eſſe ſtercus ſive ſudorem cati indomiti ſive felis Zibethi quod Oleaſtro placet; num enim Deus, animalis impuri excrementa paſſus fuiſſet in miniſterio ſui ut adhiberentur, cujus uſu Iſraelitis omnino interdixerat? Si autem neceſſario ad radicem alludere debeat, potius cum Avenario ſentiamus, qui hunc unguem ad confectionem ſuffitus inſtar *prædæ* eſſe abraſum in ſuo Lexico ſcribit; שחל quippe denotat Leopardum ſive Leonem, animal quod ex raptu & præda vivere conſuevit. Cur quoque oculos non defigeremus ad animalis hujus ungues, quibus in diſcerpendis dilaniandiſque predis utitur, vocatur quippe ob ſplendorem ſuum inſtar ungularum a Rabbinis צפורן. Explicatur autem Schechelet a Rabbi Salomone his verbis. שחלת שורש בשם חלק ומצהיר כצפורן ובלשון המשנה קרוי צפורן וזהו שתרגם אנקלוס וטופרא: i. e. *SCHECHELET eſt radix aromatis lævis & ſplendet inſtar ungulæ, & dialecto Miſchnæ vocatur* צפורן *ZIPPOREN UNGULA, & hoc eſt quod Onkelos vertit* וטופרא *VETUFRA ET UNGULA*. Maimon in Kele Hammikdaſch, cap. 11. §. 4. nude explicat per צפורן שנותנין אותה בני אדם במוגמרות *ungulam quam filii hominum ſolent adhibere in ſuffimentis*. Verum Abarbanel hoc in loco non uſus, qua alias ſolet ἀκρίβεια, ſi שורש pro *radice* uſurpaverit; poneret enim contraria. Nam citat ex Raſchio verba quæ modo allegavimus שחלת שורש בושם &c. hiſque ſubjicit ובלשון רומי ביזנציא *& Zipporen in lingua Latina vocatur Bizantia*. Verum Blattam Byzantiam non eſſe radicem arboris, ſive aromatis nos docet Serapion lib. Aggregat. *Blattæ Bizantiæ*, inquit, *ſunt ex ungulis Oſtracorum, & ſunt coopercula quibus teguntur in foramine ſuo, & meliores ſunt quæ vergunt ad albedinem, & ſunt odoriferæ, quarum odor trahit aliquantum ad odorem Caſtorei*. Et apud Nicol. Alexium in quorundam vocabulorum expoſitionibus, ut & apud Actuarium recentioreſque Medicos legitur, Βλάττιον βυζάντιον, ὀστοῦν τῆς ῥινὸς τῆς πορφύρας, *Blatta Byzantia eſt os anterius narium purpuræ*. Videturque Henrico Stephano, cui quid Græcæ literæ debeant nemo ignorat, in Theſauro Ling. Græcæ Tom. IV. in append. pag. 635. diverſum quid eſſe ab Onyche; & appellationis rationem explicare Leonh. Fuchſium de Compoſ. Medicam. lib. I. indicat. Sed ſi Serapionis & Dioſcoridis deſcriptiones conferamus, non erit abſimile vero, non multum a ſe diſtare. Verum Blatta Byzantia ſumitur ex purpura proprie dicta, onyx ex conchylio quod purpuræ quidem ſimile, non tamen idem eſt. Neque ungue

gue aromatico panni tinguntur, quomodo Blatta Byzantia; ut apud Lampridium de Elagabalo cap. 33. *Paraverat funes Blatta & ſerico & cocco intortos, quibus ſi neceſſe eſſet laqueo vitam finiret*. Onychis autem ſive Unguis aromatici, quem ad ſuffitum ſacrum adhibitum fuiſſe firmiter credimus, deſcriptionem nobis exhibet Dioſcorides lib. II. cap. 10. his verbis. Ὄνυξ ἐςὶ πῶμα κογχυλίου ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας εὑρισκόμενον ἐν τῇ ἰνδίᾳ, ἐν ταῖς ναρδοφόροις λίμναις. Διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμομένων τῶν κογχυλίων τὴν νάρδον. Συλλέγεται δὲ, ἐπειδὰν ὑπὸ τῶν αὐχμῶν ἀναξηρανθῶσιν αἱ λίμναι. διαφέρει δὲ ὁ ἀπὸ τῆς ἐρυθρᾶς κομιζόμενος, ὑπόλευκος ὢν καὶ λιπαρός. μέλας δὲ ὁ Βαβυλώνιος καὶ μικρότερος. Ἀμφότεροι δὲ εὐώδεις θυμιώμενοι καςορίζοντες πως τῇ ὀσμῇ. i. e. Joh. Ruellio interprete. *Unguis ſive Onyx, conchylii tegumentum eſt, ei ſimile quo purpura integitur: quod in Indiæ nardiferis lacubus invenitur; ſuavem ideo ſpirans odorem, quia conchylia inibi nardi pabulo veſcantur. Colligitur poſtquam ſtagnantes aquæ æſtivis ſqualloribus inaruerunt. Laudatiſſimus qui a rubro mari defertur, candicans, pinguis; Babylonicus nigreſcit, atque minor conſpicitur. Ambo odoris gratia ſuffiuntur, ſed aliquatenus caſtoreum olent*. Facit quoque mentionem hujus Onychis Plinius H. N. lib. XXXII. cap. 10. Si de hoc Onyche Arabum teſtimonia deſiderares, evolve Bochartum libro ſupra citato c. 20. Verſus autem ille qui ex Propertio lib. III. Eleg. 8. a Pagnino citatur in Lexico,

Et croceo nares murrheus ungat Onyx.

hic nihil ad rem facit. Nam myrrheus onyx hodie creditur eſſe Porcellana. Vide de Vaſis Murrhinis Pancirollum de rebus deperditis part. I. tit. VII. & Salmuth, in notis.

§. VII. Verum enim vero ſi Virum illuſtrem Sam. Bochartum Part. II. lib. V. cap. 20. Hierozoici conſulimus, exiſtimat ille, gravius huic ſententiæ opponi poſſe verba Salomonis Jarchi, qui radicem aromaticam intelligit, cujus verba §. præced. jam allegata vides, huncque in finem ſuperadducit Pomarii שחלת שורש בסמיי הנקרא צפורן *Schechelet eſt radix aromatica quæ vocatur Unguis*. Indicat quoque Kimchium, Eliam, Aquinatem, & Gloſſam Talmudis in Kerithut idem ſequi, niſi quod loco שורש *radix*, סם aut בשם *aroma* vel *planta aromatica* ponatur. Illos igitur putaverim, verba ipſiſſima ſunt Bocharti, Bdellium intellexiſſe, quod a Damocrate & Galeno vocatur βδέλλα ὄνυξ ut ſic diſtinguatur a Sanguiſuga, quæ eſt βδέλλα λιμναία. Vide ſis Galenum in libro de compoſ. medicament. κατὰ τόπους & in Damocratis malagmate libro octavo & libro ſecundo de Antidotis &c. Vid. ibid. plura.

§. VIII. Sed pace Viri tantopere de re literaria meriti & πολυγλωττάτου, dicam, me in his ipſi aſſenſum præbere non poſſe. Reſolvuntur enim omnia quæ Vir illuſtris adducit in auctoritatem Raſchii. Non autem ſola Auctoritas Raſchii tanta eſt, ut id quod ſolidis rationibus ante probatum dedi, propter ipſum deſeram. Neque tamen & Raſchius, quod quidem putat Bochartus, pro ipſo militat. Vocabulum enim שורש quod Vir Clariſſimus & nos hactenus una cum eo ſecundum communem ſignificationem per *Radicem* interpretati ſumus, aliam quandoque per Metaphoram, ut in Scholis loqui conſueverunt, poſſe induere, aſſirmamus. Ut Eſaiæ XV. 10. שורש ישי *radix Jeſſæ* h. e. is ex quo Jeſſe eſt, & in N. T. Chriſtus dicitur ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαυὶδ Apoc. V. 5. XXII. 16. h. e. & cauſa filius Davidis, notante Viro ſummo Joh. Coccejo, ſeculi noſtri, patriæque noſtræ ſingulari ornamento, in Lexico, rad. שרש. Similiter apud Latinos Auctores. Plautus Moſtell. Act. V. Sc. I.

Imo etiam cerebrum quoque omnem
e capite munxiſti meum,
Nam omnia malefacta veſtra reppe-
ri radicitus
Non radicitus quidem hercle, verum
etiam eradicitus &c.

quæ omnia denotant uſque a radicibus, prorſus, ſecundum partem principalem: evulſa enim radice, tota arbor peſſumit. Unde &, quod notandum, Exod. XXX. 23. dicitur בשמים ראש, ad quæ verba V. R. Salomo Ben Melech; & profecto, quod caput eſt corpori animalis, id radix eſt arbori aut frutici. Apud Rabbinos autem hac locutione nihil eſſe communius, qui modo a limine ſtudia hæc ſalutavit, mecum confitebitur. Sic שורש שכחתי *fundamentum* ſive *rem principalem oblitus ſum*, שורש דבר *fundamentum rei*, *rei præcipuum*, ab illis dicitur. Ut audeamus hic affirmare & a Raſchio & a Pomario שורש heic loci non eo, quo vulgo, ſumi ſignificatu, ſed illo quem nos indigitavimus. Atque hanc ſignificationem heic locum invenire, mire ſavet Abarbanelis locus antea §. VI. citatus. Num enim dicamus, Virum hunc plane non illiteratum, ignoraſſe Byzantiam eſſe con-

conchylii genus, cum & hodienum in in Apothecis, vulgo sic dictis, inveniatur. In eo quidem levem commisit errorem, Byzantiam existimans esse unum cum nostro *Schechelet*, sed & hoc alii facile eveniret. Ut ergo hi Auctores nihil aliud per *Schoresch* voluerint, quam si dixissent; *Schechelet* est species quædam principalis & excellens inter aromata. Quod & satis indigitant reliqui a Cl. Bocharto Auctores citati, qui ex puncto שורש ad vitandam ἀμφιβολίαν nude posuerunt סם *aroma*, quod & ipse Raschius in commentario suo ad Kerithut l. c. facit. Quod autem Vir illustris סם aut בושם explicat per *aroma* aut *plantam aromaticam*, ubi videtur statuere non aliud dari *aroma* סם aut בושם dictum, nisi quod ex arboribus sive plantis proveniat, id gratis diceretur. סם quippe est generale nomen, quo insigniuntur omnis generis condimenta, quæ vel in cibis vel in suffimentis, saporis sive odoris causa adhibentur. Hæc autem omnia non ex arboribus & plantis procreari, sed & quædam mari, alia animantibus originem suam debere tam clarum est quam quod clarissimum. Verbi gratia ex odoribus, Succinum, Onyx, Vide Dioscorides l. c. &c. Muscus &c. Vidimus quoque §. I. סם ad Venenum referri. Num autem omnis veneni principium solis arboribus sive plantis assignabimus? Neque credo ullum (me saltem observare non memini, atque si extaret, nullus dubito, quin diligentiam doctissimorum Virorum huc usque fugere non potuisset) ex Rabbinis posse adduci exemplum ubi legatur שורש אילן *radix arboris*, aut שורש עשב *radix fruticis* aut *herbæ*. Videtur autem III. Bochartus seductus forte esse, ab iis verbis, quæ Aben Esra habet ad Exod. XXX. quæ §. XII. allegata videbis. Sed omnino male ibi Aben Esra negat, מור comprehendi posse sub בשם, quia distinguatur ab eo Cant. v. I. Nam etsi ibidem propter peculiarem emphasin ab eo distinguatur, ut species a genere, alibi tamen sub eo contineri videas; ut Exod. XXX. 23. & alibi verum & ipse Doctissimus Bochartus causæ suæ fit desertor, non enim id quod antea gravius opponi posse affirmabat jam retinet, sed abit in alia omnia: putat enim Rabbinos intellexisse Bdellium. Num autem Bdellium est radix? Plane aliter describit Dioscorides lib. I. cap. 81. Βδέλλιον, inquit, οἱ δὲ μάδελκον οἱ δὲ βαλχὸν καλοῦσι, δάκρυον ἐστὶ δένδρου σαρακηνικοῦ. δόκιμον δὲ ἐστιν αὐτοῦ τὸ τῇ γεύσει πικρὸν, διαυγὲς, ταυροκολλῶδες, λιπαρὸν διὰ βάθους, καὶ εὐμάλακτον, ἀμιγὲς ξύλων καὶ ῥυπαρίας, εὐῶδες, ἐν τῇ θυμιάσει ἐοικὸς ὄνυχι. Quæ ex versione Joh. Ruellii, hac & deinceps semper utemur in verbis Dioscoridis latine reddendis, ita se habent. *Bdellium alii Bolchon appellant, alii Madelcon. Lachryma est Saracenicæ arboris. Probatur gustu amarum, translucidum, taurini glutinis in morem, intus pingue, liquescens facile, ligni ac sordis expers, suffitu odoratum simile ungui.* Atque postremum comma quidem forsan viro huic longe eruditissimo ansam suæ meditationis præbuit. Sed in Talmude non scribitur quod *Schechelet* sit כצפורן *simile ungui*, quod quidem Raschi ponit, sed צפורן absque *caph* similitudinis. Et etiamsi in Talmude poneretur cum illo *caph* similitudinis, quod fit a Raschio, est tamen similitudo ista ab ungue digitorum in corpore humano desumpta. Hinc & absolute צפורן UNGUIS vocatur, quia est ὑπόλευκος *subalbidus*, quod Ruellius reddit *candicans*, quo nimirum colore ungues in corpore humano conspiciuntur, ad rubedinem paulum vergentes; de Bdellio autem dicitur quod sit διαυγὲς *pellucidum*, *translucidum*, ut plerumque gummi esse solet. Neque negari, opinor, poterit, bdellium ab onyche differre; cum Dioscorides l. c. expresse, alterum alteri componens, etiam alterum ab altero distinguat. Ita enim loquitur: Βδέλλιον - ἐοικὸς ὄνυχι. i. e. *Bdellium - simile est onychi*. Sed quem tandem usum Cl. Bochartus assignaret יין כפריסין *Vino Capparisino* & בורית כרשינה *Saponi Carschinæ*, in quibus *Schechelet* est macerata & subacta, ut eo melius poliretur; cum Dioscorides mentionem faciat, Bdellium esse εὐμάλακτον *liquescens facile*, quod tamen in speciebus hujus suffitus non requiritur, sed potius conducit ut sint duræ, quo felicius in pulverem redigi possint. Cum vero infra de Vino Capparisino & Sapone Carschinæ dicendum est, iis heic supersedebimus.

§. IX. Tertia quæ pertractanda venit species in sacris literis occurrit sub nomine חלבנה Onkelos חלבנתא Targum Jeruschalmi חלבניא, in eoque consentiunt interpretes quotquot datum fuit inspicere, *Galbanum* esse, nisi quod LXX verterint χαλβάνην ἡδυσμοῦ hosque secuti Vulg: Castalio, Osiander *Galbanum boni odoris*, cum, ut videtur, conjunxerunt quæ erant disjungenda, nempe סמים חלבנא cum tamen סמים per se

hic

hic sumi debeat separatim, neque inde סמים verti deberet *boni odoris*, cum, ut supra vidimus, sit generale nomen, quo Aromata designantur. Nec ullibi aliquid de Galbano boni odoris inveni. Sed e contrario omnes asserunt, mali & ingrati odoris esse. Sic Talmud Gemara Kerithut fol. 6. b. אמר רב חנה בזנא א״ר שמעון חסידא כל תענית שאין בה מפושעי ישראל אינה תענית שהרי חלבנה ריח רע ומנאי הכתוב עם סממני קטרת: H. e. *Raf Chana filius Basna inquit, nomine Simeonis Chasida: Omne jejunium in quo non sunt ex defectoribus Israelis, illud non est jejunium. Nam ecce Galbanum malum odorem spirat, Scriptura tamen illud inter Aromata suffitus numerat*. Vel, ut verbis ipsorum Judæorum Germanicis hunc textum illustrem, ita illi in Zena ureena, Parasch. כי תשא. *Und dernach hot die Thora geheissen machen Besamim zu dem Ketores, das man hot gethan eilfarley gute Besamim, und hot gemacht daraus ein Rauch in das Mikdasch. Und unter den Besamim hat man genomen Chelbona, das is, Teiffelskot: Und vvievvol dach dasz das hat ubel geschmeckt; das is darumb gevvesen, das* הקב״ה *(Gott) nit verscheemt die* רשעים *(Gottlosen) vvenn sie* תשובה *[busz] tunen, und mischt sich unter die* צדיקים *[gerechten] mit fasten und* תפילה *(betten) as unsere* חכמים *[Rabbiner] haben gesagt: in einem* קהל *(gemeinde) die* תשובה *[busse] tun, und sein nit darunter* רשעים *[gottlose] das heist kein recht* קהל *(gemeind) nit.* כלומר הקב״ה *(Gott) ist gelobet, vven die* רשעים *(Gottlosen) buss thun, und lasen sich zelen under Israel die* צדיקים *(Gerechten). Den vven der* רשע *(Gottlose) nit bei sie is zu thun* תשובה *(buss) da vverd der* צדיק *gestraft. Den itlicher von Israel is* ערב *[burge] einer vor den andern. Und darum auch bey der* מצוה *von lulaf, nemen mir auch slechte VVeiden zu hoschainos, die haben kein gut geschmak, und sie sein auch nit zu essen; das is kegen den gottlosen, das kein guts bei ihnen is. Sie haben kein Thora und kein Mizvos nit. Und die andere haben alle vvegen ebbes guts an sich. Das* אתרוג *[Citrone] is gut zu essen, und schmekt auch vvol, und das* הדס *[Myrte] schmekt vvol, und auff dem* לולב *[Palmen] vvachsen Tatelen: Noch gleichvvol nehmen mir das alles mit einander, und vveisen, das* הקב״ה *begehrt* תשובה *[busse] von den* רשעים *[Gottlosen]*. Hunc in modum etiam Raschi in Thora. חלבנה, infit, est בשם שריחו רע וקרין לו גלבנ״ה ומנאה הכתו׳ בין סמני חקטרת ללמדנו שלא יקל בעינינו לצרף עמנו באגודת תעניותינו ותפילתינו את פושעי ישר׳ שיהו נמני׳ עמנו: i. e. *Chelbona est Aroma, cujus odor est malus, & vocatur illud Galbanum, illud a Scriptura annumeratur Aromatibus suffitus, quo nos doceat, ne nobis vile videatur, nos associare in conventibus nostrorum jejuniorum precumque nostrarum cum defectoribus ex Israele, quoniam & illi una nobiscum reputantur*. Idem etiam Abarbanel in Thora fol. רז col. b. testatur. Addit Rambam in Kele Hammckel. cap. 2. §. 4. quod sit החלבנה כמו דבש שחור וריחו קשה והוא שרף אילנות בעירי יון: *Chelbanum simile melli nigro ejusque odor durus* vel gravis, *provenitque in urbibus Græciæ*. Verum de ejus Patria nos aliter instituit Dioscorides lib. 3. c. 97. de cœtero conveniunt; Nam Χαλβάνη, verba sunt Dioscorides, ὀπὸς ἐστιν νάρθηκος ἐν Συρίᾳ γεννωμένου, ἣν ἔνιοι μετώπιον καλοῦσιν. Ἔστι δὲ αὐτῆς ἀρίστη λιβανοειδὴς, χονδρώδης, καθαρὰ, λιπαρὰ, ἄξυλος, ἔχουσα δέ τι τοῦ σπέρματος καὶ τοῦ νάρθηκος μιγνυμένου, ὀσμὴ βαρεῖα. οὔτ᾽ ἄγαν ὑγρὰ, οὔτε πάλιν κατάξηρος. δολοῦσι δὲ αὐτὴν μιγνύντες ῥητίνην, καὶ ἐρεγμὸν καὶ ἀμμωνιακόν. Et post intervallum Θηρία τε θυμιωμένη διώκει, τοὺς τε συγχριομένους ἀδήκτους τηρεῖ, σὺν σφονδύλῳ δὲ τρὸ ἐλαίῳ περιτεθεῖσα, ἑρπετὰ κτείνει. i. e. Joh. Ruellio interprete. *Galbanum succus est nascentis in Syria ferulæ, quod nonnulli metopium vocant. Maxime laudatur cartilaginosum, merum, thuris effigiem præbens, pingue, minime lignosum, retinens non nihil adjecti seminis & ferulæ, GRAVI ODORE. Neque valde humidum neque nimis aridum. Adulteratur faba fresa, resina, & ammoniaco. Si uratur fugat nidore serpentes, & perunctos feriri non patitur: Serpentes cum oleo & spondylo circumpositum, necat*. Et Plinius H. N. lib. XII. cap. 25. in fine. *Dat & Galbanum Syria in eodem Amamo monte e ferula, quam ejusdem nominis resinæ modo Stagonitin appellant. Quod maxime laudant Cartilaginosum, purum ad similitudinem Hammoniaci, minimeque lignosum. Sic quoque adulteratur faba aut sagapeno. Syncerum si uratur, fugat nidore serpentes*. Vide Eundem quoque lib. 24. 5. Galbani quoque odorem Virgilius lib. 3. Georg. ℣. 414. commendat ad fugandos serpentes, his verbis.

> *Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,*
> *Galbaneoque agitare graves nidore chelydros.*

Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit, cœlumque exterrita fugit.

Vide quoque eundem Georg. 4. 264. & quare ibidem incendere suadeat. Et Nikander in ΘΗΡΙΑΚΑ vers. 51. &c.

Ναὶ μὲν καὶ βαρύοδμος ἐπὶ φλογὶ μοιρηθεῖσα
Χαλβάνη, ἄκνηστίς τε, ἡ πελόνεσσι τομαίη
Κέδρος πουλυόδουσι καταψηχθεῖσα γενείοις,
Ἐν φλογιῇ καπνηλὸν ἄγει καὶ φύξιμον ὀδμήν.

quæ Jacobus Grevinus his versibus Latinis transtulit:

Præterea graveolens candentibus indita prunis
Galbana, & ignitum faciens urtica dolorem.
Dentatisque Cedrum maxillis sectile lignum,
Omnibus invisum serpentibus efflat odorem.

Existimat Vir omni encomio major Johannes Coccejus in Lexico suo, Galbanum nomen forte nactum esse a loco Chelbon in Syria. Neque id ab simile vero apparet, cum & locus iste, & Galbanum, nomen esse sortita a *pinguedine* חלב videntur. Galbanum quippe oleosum quid & pingue continere satis liquet ex Suetonio Tranq. lib. VII. cap. 3. in Serg: Sulp: Galba, qui inde Imperatori nomen impositum esse secundum quorundam opinionem recenset, *quod oppidum Hispaniæ frustra diu oppugnatum, illitis demum GALBANO facibus succenderit.*

§. X. Quarta & ultima species, cujus in sacris literis expressa fit mentio, est לבונה זכה, nullaque de eo interpretum fovetur lis, quin omnes uno ore pro *thure* agnoscant, nisi quod alii cum LXX. זכה per διαφανῆ *pellucidum*, reliqui *purum* interpretentur. Sed differentia non ita magna; quo enim purius eo magis quoque, sine dubio, fuit pellucidum. Quare & לבונה *Lebona* nomen suum ab albedine nacta est. Hinc forte Abarbenel deceptus, quod dicat: הלבונה היא שרף הנלקט בהרי לבנון *Lebona* sive *Thus esse succum, qui colligatur in montibus Libanon*. Vel & ipsum nomen Græcum λίβανος ipsi errandi ansam præbuit. Hujus vero Natales in Arabia celebrantur teste Dioscoride lib. I. c. 82. Λίβανος inquit, γεννᾶται μὲν ἐν Ἀραβίᾳ τῇ λιβανοφόρῳ καλουμένῃ. πρωτεύει δὲ ὁ ἄῤῥην καλούμενος σταγονίας, στρογγύλος φυσικῶς. ἔστι δὲ ὁ τοιοῦτος ἄτομος, λευκός τε καὶ θλασθεὶς ἔνδοθεν λιπαρὸς, ἐπιθυμιαθεὶς τε ταχέως ἐκκαιόμενος. i. e. J. R. J. *Thus in ea gignitur Arabia, quæ Thurifera cognominatur. Primatum tenet in eo genere masculum, stagonias appellatum, suapte natura rotundum: tale autem individuum est, candidum cum frangitur, intus pingue, in suffitu statim ardens*. Et e vestigio subjicit Dioscorides dari quidem Indicum, verum illud non multum valere; possuntque ibidem plura legi. Vide quoque Theophrastum lib. IX. cap. 4. Plinius lib. XII. cap. 15. idem testatur pluribus. *Thura, præter Arabiam, nullis, ac ne Arabiæ quidem universæ. In medio ejus fere sunt Atramytæ pagus Sabæorum, capite regni Sabota, in monte excelso, a quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera, Saba appellata &c. Attingunt & Minæi pagus alius, per quos evehitur uno tramite angusto. Hi primi commercium thuris fecerunt, maximeque exercent, a quibus & Minæum dictum est. Nec præterea Arabum alii thuris Arborem vident, ac ne horum quidem omnes. Feruntque M M M. non amplius esse familiarum, quæ jus per successiones id sibi vendicent. Sacros vocari ob id, nec ullo congressu fœminarum funerumque, cum incidunt eas arbores aut metunt, pollui; atque ita religione merces augeri. Quidam promiscuum jus iis populis esse tradunt in sylvis, alii per vices annorum dividi. Nec arboris ipsius quæ sit facies, constat &c. Meti semel anno solebat, minore occasione vendendi. Jam quæstus alteram vindemiam affert. Prior atque naturalis vindemia circa Canis ortum flagrantissimo æstu, incidentibus qua maxime videatur esse prægnans, tenuissimusque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde prosilit spuma pinguis. Hæc concreta densatur &c. Secunda vindemia est vere, ad eam hyeme corticibus incisis. Rufum hoc exit, nec comparandum priori &c. Micas concussu elisas mannam vocamus &c. Thus collectum Sabotam camelis convehitur porta ad id una patente: Digredi via capitale leges fecere. Ibi decimas Deo, quem vocant Sabin, mensura non pondere sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet: inde impensæ publicæ tolerantur &c.* Quorundam nominum propriorum elucidationem vide apud Bochartum Phaleg. lib. II. cap. 21. & seq. Sic invenies Arabicos odores pro thure apud Plautum in Mil: Glor: Act. II. Sc. 4.

Inde ignem in Aram, ut Ephesiæ Dianæ laudes latas,
Gratesque agam, eique ut Arabico fumicem odore amœne.

Vide

Vide eundem in Trinummo Act. III. Sc. 5. Et apud Virgilium Georg. I. verf. 57. notus ille verfus occurrit.

India mittit Ebur molles fua thura Sabæi.

Ad hæc Servius in notis. *Sabæi populi funt juxta Syriam & Arabiam: dicti Sabæi ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod apud eos Thus nafcatur, quo Deos placamus.* Apud eundem II. Georg. 117.

Solis eft thurea virga Sabæis.

Thus autem mafculum tanquam optimum Diis oblatum itidem Virgilii Ecl. 8, 65. docet:

Verbenafque adole pingues & mafcula thura.

Mafculum thus autem dici, ut Plinius l. c. refert, aliqui putant a fpecie teftium, idque Servius ad modo citatum Virgilii verfum repetit. Plautum illud vocare *granum* thuris in Pœnulo Act. II. Sc. I.

Quive ullum thuris GRANUM facrificaverit

Dalechampii opinio eft: fed id gratis dici, patet unicuique locum iftum qui infpexerit. Plura de thure non addam cum ejus ubique fere mentio fiat, unicum tamen hoc animadverfione dignisfimum, quod Thus igni immiffum, colorem ignis rutilum in pallidum vertat, Martialis lib. III. Epigram. 65. verf. 5.

Quod myrtus, quod meffor Arabs, quod fuccina trita,
Pallidus Eoo thure quod ignis olet.

§. XI. Atque hæ fuerunt hactenus fpecies Suffitus, quarum Sacra Scriptura expreffam fecit mentionem. Hic Tibi priufquam ad reliquas explanandas nos accingeremus, Benevole Lector, eximendus effet fcrupulus, unde nobis conftaret fuperioribus alias effe fuperadditas. In anteceffum fcito, id nos diligentiæ Judæorum & Rabbinorum debere. Sed forfan illorum Auctoritas apud Te non magni erit pretii. Nec fane apud me, ubicunque locorum extra vel contra fcripturam fapiunt: verum ubi prælucente facem Sacra Scriptura fuas explanationes nobifcum communicant, non plane rejiciendi, imo vero maximi faciendi, & pretiofi Cimelii inftar æftimandi. Cum igitur e Sacris literis aperte elici poffit, plures his quatuor fupra adductis fpeciebus fuffitui effe inditas, & nos, facrilegium non commiffuri, illas ordine non interrupto præcedentibus annectemus: his expenfis, fubjiciemus unum alterumve Sacræ Scripturæ locum teftefque fide dignisfimos in auxilium vocabimus, quibus id fumus probaturi. Quæ itaque ex mente Rabbinorum adduntur in Kerithut cap. I. fol. 78. I. hæ funt, & numero feptem מור קציעה שבולת נרד כרכום קושט הקלופה הקנמון.

§. XII. Prima harum fpecierum eft המור. Maimonides id putat effe *Mufcum* in Kele Hammikd. cap. I. §. 3. הוא הדם הצרור בחיה המור inquit, שבהודו הידוע לכל שמתבשמין בה בני אדם בכל מקום i. e. *Hammor eft fanguis coagulatus in fera quadam Indiæ omnibus notus, cum eo fe condiant filii hominum ubivis locorum.* Verum, dignus eft error qui virga cenforia a הראבד, qui eft *Rabbi Abraham Ben David*, notetur. Statim enim ad marginem ponit, אא אין דעתי מקבלת שיכנסו במעשה הקדש דם שום היה בעולם כל שכן דם חיה טמאה אבל המור הוא האמור בשיר השירים באתי לגני אחותי כלה אריתי מורי עם בשמי והוא ממין עשב או ממין אילן וריחו נודף i. e. *Ego vero inquio; a me impetrare non poffum ut credam, quod indatur confectionibus rerum Sacrarum quidquam fanguinis ullius animalis, multo minus fanguis animalis immundi. Mor vero eft cujus in Cantico Canticorum* [cap. 5. verf. 1.] *fit mentio. Veni in hortum meum, foror mea fponfa, decerpfi myrrham meam cum aromate meo; & ifte Mor eft fpecies fruticis aut arboris cujus odor eft fragrans.* Sed Auctor Cefeph Mifne Maimonidis patrocinium fufcipit his verbis זה פשוט כפי העולם לומ' שמור הוא מושק. *Hæc expofitio vulgo recepta eft, quod Mor fit Mufcus.* Sicque porro ratiocinatur יש לומ' שכיון שנשתנה מצורת דם ונעשה בעפר בעלמא והוא בשם מריח ריח טוב ביותר למה יגרע. *Quod poftquam mutata eft forma fanguinis inque pulverem vulgarem redactus, fitque aroma quod jucunde oleat, cur tum adhuc fubtraheretur* (nempe fuffitui?). Sed ficulneum argumentum id effe nemo non videt. Etiamfi forma fanguinis mutetur, nonne ipfa effentia manet? Et paulo poft fubjicit, Ramban in ea effe fententia per Mor intelligi debere Myrrham כן הוא דעת הרמבן בפי' התורה בפרש' כי תשא וכתב שדעתו שהוא השרף הנקרא מירא. *Et hæc eft τοῦ Ramban fententia in explicatione legis in fectione* כי תשא *ibidemque fcribit quod ejus fententia, Mor fit fuccus qui vocatur Myrrha.* Abarbanel etiam ftatuit efse mufcum, & addit Ramban feu Rabbi Mofche Ben Nachman intelligere מירה בלע' *Myrrham.* Rabbi Saadiam Gaon quoque fentire cum illis qui Mufcum velint,

Aben

Aben Esra ad Exod. 30. cap. indicat, proptereaque illud destruit, ומלת מר קשה והגאון תרגמה מושק והנה איננו מעצי׳ אעפ״ שיש לו ריח טוב אולי בעבור זה הפרידו הכתוב מהבשמי׳ כי כתוב אריתי מורי עם בשמי והנה היא מלוקט ואומרי׳ המביאי׳ אותו כי הוא נעשה בגרון הצבי והני כתוב וידי נטפו מור אולי כן הוא בהיותו לח. i. e. *Vocabulum Mor est difficile interpretatu & [* Rabi Saadias *] Gaon illud reddit Muscum; sed ecce* (Muscus) *ille non est species arboris, etiamsi bonum odorem spiret, fortassis propterea illud* [Mor] *scriptura separat ab Aromatibus, ut scribitur:* (Cant. 5. 1.) *decerpsi Myrrham meam cur Aromate meo. Et ecce de illo dicitur quod decerpatur* (quod nempe verbum adhibetur de arboribus). *Qui autem illum* (nempe Muscum) *afferunt, narrant illum generari in gutture capreæ. Sed ecce scriptum est* [ibid. 5. 5.] *Manus meæ stillarunt Myrham; fortassis id de ea dicebatur cum* adhuc erat recens seu virens. Et nos in eorum castra descendimus, qui myrham per Mor intelligunt, nam id verissimum esse convenientia utriusque vocabuli dubitare non sinit. Hanc itaque Dioscorides l. 1. cap. 78. hunc in modum describit. Σμύρνα δακρυόν ἐςι δένδρου γεννωμένου ἐν Ἀραβίᾳ ὅμοιον τῇ αἰγυπτιακῇ ἀκάνθῃ. οὗ ἐγκοπτομένου ἀποῤῥεῖ τὸ δάκρυον εἰς ὑπεςρωμένας ψιάθους. τὸ δέ ἐπὶ τῷ ςελέχει περιπήγνυται· καὶ λέγεται αὐτῆς ἡ μὲν τις πεδιάσιμος λιπαρὰ, ἧς πιεζομένης, ἡ ςακτὴ λαμβάνεται. Ἡ δὲ τις γαβιρέα λιπαρωτάτη, ἐν εὐγείοις καὶ λιπαροῖς τόποις γεννωμένη, ἡ καὶ πολλὴν ἀνίησι τὴν ςακτήν. πρωτεύει καὶ ἡ τρωγλοδιτικὴ καλουμένη ἀπὸ τῆς γεννώσης αὐτὴν χώρας· ὑπόχλωρος καὶ δηκτικὴ οὖσα, διαυγής. i. e. I. R. I. *Myrrha lacbryma est arboris quæ in Arabia gignitur, Ægyptiæ spinæ non dissimilis; e cujus vulnere defluit lacbryma in subjectas tegetes, alia circum caudicem concrescit. Dicitur ex his alia Pediasimos præpinguis qua, expressa stacte emittitur. Alia gabirea pinguissima & pingui solo nascens ea copiosam sudat stacten. Omnium prima est quæ Trogloditica appellatur, accepto cognomine a loco, in quo provenit: Splendens, subviridis, ac mordens.* Reliquas species vide ibid. recensitas. Sic & Plinius lib. 12. cap. 15. testatur in multis Arabiæ locis gigni. *Arbori altitudo ad quinque cubita &c. Inciduntur bis iisdem temporibus quibus thuris arbor, sed a radice usque ad ramos, qui valent.* Errorem autem commisit Plinius quum refert sudare sponte sua, prius, quam incidantur, stacten dictam cui nulla præferatur. Contrarium quippe liquet ex iis quæ supra in expositione נטף adduximus ut & ex Dioscoridis jam jam citato loco. Ne enim cuiquam offensioni siet ibidem in versione legi quod illa quæ gabirea vocatur, copiosam sudet stacten, animadvertendum in Græco textu legi verbum ἀνίησι quod proprie significat *Emittere, Suppeditare*, nempe quod copiosam emittat, vel suppeditet Stacten, illa expressa scilicet specie myrrhæ. Plinius quoque complura Genera recenset, hisque subjicit. *Troglodytica probatur pinguitudine & quod aspectu aridior est sordidaque ac Barbara, sed acrior cæteris. In plenum autem* (omnium horum generum) *probatio est minutis glebis nec rotundis in concretu, albicantis succi & tabescentis: utque fracta candidos ungues habeat gustu leniter amara.* Quo cum consentit Dioscorides loc. cit. Εκλέγου καὶ τὴν νέαν, ψαθυρὰν, κούφην ὁμόχρουν πανταχόθεν, καὶ τὴν ἐν τῷ θλασθῆναι, ἔνδοθεν λευκὰς ὀνυχοειδεῖς ἔχουσα διαφύσεις, λείας, μικροβώλοντε, πικρὰν, εὐώδη, δριμεῖαν, θερμαντικήν. i. e. R. Int. *Eligenda est squallore obsita, levis, undique concolor, quæ confracta venas unguium modo candidas & læves ostendat minutis glebis, amara, acris, odorata, calefaciens.* Vide quoque Sam. Bochartum in Phaleg. lib. 2. cap. 22. ubi docte quædam in Myrrhæ genera commentatus est. Denuo ergo liquet Stacten proprie dictam in conficiendo suffitu adhiberi non potuisse, cum stacte sit liquor ex Myrrha expressus, proindeque qui in unguentis adhibendus. Cur & supra §. 11. non potuerimus concedere per נטף intelligi debere myrrham, jam colligi potest, cum hic per Mor illa species significetur. Quod igitur heic per Myrrham intelligitur, est residuum illud, ex quo Stacte jam expressa est. Nam in has duas partes Myrrham dividit Theophrastus Hist. Plant. lib. 9. cap. 4. τῆς σμύρνης δὲ ἡ μὲν ςακτή· ἡ καὶ πλαςή. *Altera siquidem pars Myrrhæ est Stacte; altera ficta seu formata* [nempe in pastillos]. Quod quidem clarius explicat Magnus Basilius in Ps. 44. secundum nostram divisionem 45. quippe a LXX. eorumque sequace Vulgato ordo Psalmorum turbatur, dum nonus & decimus ab ipsis in unum junguntur, verum ne numerus deficiat Psal. 147. in duos dispescitur. Ἡ δὲ ςακτὴ, inquit, καὶ αὐτὴ σμύρνης ἐςὶν εἶδος τὸ λεπτότατον. Εκθλιβέντος γὰρ τοῦ ἀρώματος, ὅσον μὲν αὐτοῦ ῥυτὸν, εἰς τὴν ςακτὴν ἀπομερίζεται· τὸ δὲ παχὺ ἀπομένον, σμύρνα προσαγορεύεται. Quod sic verto. *Et ipsa Stacte*

est

est Myrrhæ species tenuissima. Expresso enim Aromate, quantum quidem illius est fluidum in Stacten seponitur. Crassum autem illud quod remanet, Myrrha salutatur. Idem docet Dioscorides l. c. Καὶ πιέσματα δὲ ἐξ αὐτῶν γίνεται· ἀπὸ μὲν τῶν λιπαρῶν εὐώδη καὶ λιπαρά· ἀπὸ δὲ τῶν ξηρῶν ἀλιπῆ καὶ οὐκ εὐώδη, ἄτονος διὰ τὸ μὴ προσειληφέναι ἔλαιον εἰς τὴν ἀνάπλασιν. Quæ sic reddit Ruellius. *Ex iis* [nempe generibus myrrhæ quorum in antecedentibus injecta est mentio] *pastilli fiunt; sed e pinguibus pingues, & odorati: e siccioribus haudquaquam pingues & inodorati; minus odore pollet, quæ oleum non admisit, cum in pastillos digerebatur.*

§. XII. Suavissimi odoris fuisse Myrrham satis arguit illud Euripidis Troad. Act. IV. quo æthereum illius nidorem nuncupat

Σμύρνης Αἰθερίας τε καπνόν,

Sic & ejus fumum ad Phœbum usque adscendere ait. Martialis quoque Myrrhæ gratissimum odorem assignat, l. 11. epigr. 12.

Olent tua Basia Myrrham.

Confer. Cant. V. 13. Nec Hebræi hanc prærogativam denegantes de illa pronunciant מור ראש לכל הבשמים *Myrrha est præstantissimum omnium aromatum.* In Medrasch Esther cap. 2. vs. 5. in fine; Ut jure merito primas teneat inter species a Rabbinis additas. Vide quoque de præstantia Myrrhæ Canticum Canticorum hinc inde. Observes autem apud Auctores passim ea cum distinctione quam modo indigitavimus Stacten & Myrrham occurrere. Apud Plautum Mostell. Act. 1. sc. 3. Stacte pro unguento ponitur;

Phi: Vide, tali ubi sint, ubi unguenta. Philoa. Quid opus est? cum stacta accubo.

Et Lucretius lib. 2.

Sicut Amaracini blandum stactæque liquorem.

Myrrham vero sumi pro ea parte quæ in suffitu adolebatur. Vide locum istum Euripidis jam jam citatum. Et Martialem lib. X. Epigr. 97.

Dum levis arsura struitur Libitina papyro,
Dum Myrrham & Casiam flebilis uxor emit.

Myrrham enim heic loci pro unguento non fumo. Erat quippe antiquus Romanorum mos ut Aromata rogo injicerentur & ossibus cineribusque urnæ datis, miscerentur. Quod Poeta idem innuit lib. X. 26.

Spargere non licuit frigentia fletibus ora
Pinguia nec mœstis addere thura rogis.

Idem lib. VI. Epigr. 85. Vide quoque infra in Casia & Nardo. Cum etiam ossa & cineres sepulcro inferebantur ante illud ara constituebatur, quam Acerram Festus vocat, in hac odores accendebantur. Virgil. lib. III. Æneid. vers. 63.

Stant manibus aræ.

Hic honos exhibebatur etiam regibus Israelis, ut tempore eorum sepulturæ varia incenderentur aromata ut videre est 2. Chron. 14. Jer. 34. 5. Consulantur quoque Maimon. tit. Ebel. cap. 14. §. 26. & Hil. Melachim cap. 2. §. 1. Kimchi & Raschi ad loc. cit. Chron. Commemorant quoque in Juchasin fol. 164. quod cum mortuus esset Rabban Gamaliel senex, Onkelos proselytus combusserit super ipso septuaginta libras thuris. Sed quandoque distinctionem istam non observari Plautus indicium facit in Trucul. Act. II. sc. 5. ubi meretrix illa quæ se gravidam esse simulaverat militi Babylonio, & quasi ægra e puerperio cubans, his loquens introducitur verbis.

Date mihi huc Stactam, atque ignem in aram ut venerem Lucinam meam.
Hic apponite, atque abite ab oculis.

Atque vicissim Myrrha sæpiuscule pro unguento ex ea confecto sive proprie dicta Stacte occurrit, quo imprimis caput crinesque inungi solebant. Virgilius lib. 12. Æn. 97. &c.

Da sternere corpus,
Loricamque manu valida lacerare revulsam
Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crines
Vibratos calido ferro myrrhaque madentes.

Ubi Servius subjicit, i. e. *Crispatos calamistro & unguentatos.* Propertius lib. I. Eleg. 2.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?
Et tenues Coa veste movere sinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?

Orontheam myrrham Poeta vocat, non quod in Syria nasceretur, [vidimus quippe in Arabia provenire] sed quia Antiochiam, eo tempore totius Orientis celeberrimum emporium camelis deferretur. Sic malabatrum, quod non nisi in India provenit, Syrium vocant Poetæ propter eandem causam. Non enim ut Dioscorides falso prodidit, in Palu-

dibus

dibus Syriæ provenit: Verba ſunt Viri Illuſtriſsimi & Erud. Joſ. Scaligeri in caſtigationibus ad hunc locum pag. 220. Verum Doctiſsimi Scaligeri caſtigatio, & ipſa hic loci emendatione indiget, quippe in exemplari Dioſcoridis, quo ego quidem utor, expreſse legitur non in Paludibus Syriæ, ſed *φυόμενον ἐν τοῖς ἰνδικοῖς τέλμασι*, *quod Indicæ gignunt paludes*. Eadem de cauſa Myrrha Tibullo lib. 3. El. 49. appellabatur Ros Syrius.

Intonſi crines longa cervice fluebant
Stillabat Syrio myrtea rore coma.

Atque ego quidem exiſtimo, ad hanc Myrrhæ diſtinctionem in *στακτὴν* & *πλαστὴν* reſpici a Sacro codice, cum in confectione unguenti ſacri a Moſe parandi, expreſse epitheton דרור addatur, quod tantumdem ac *fluidum* valere autumo. Præſtantiſsimus quoque Myrrhæ in condiendis balſamandiſque defunctorum corporibus uſus erat. Quem elegantiſsime commemorat Herodotus in Euterpe, & Prudentius in Hymno in exeq. Defunct.

Adſperſaque myrrha Sabæo
Corpus medicamine ſervat.

Erat & Myrrha inter dona Servatori noſtro a Magis oblata, quidve illud deſignaverit Idem Prudentius in Hymno Epiphaniæ docet.

Regem Deumque annuntiant
Theſaurus, & fragrans odor
Thuris Sabæi; ac Myrrheus
Pulvis ſepulchrum prædocet.

§. XIV. Sed nobili hac materia penitus inhærentes, fere obliti eſsemus originem nominis מור, cum hac ſuper re controvertatur inter doctos, inveſtigandi. Quidam enim radicem ejus ponunt מור unde המיר *permutare*, alii מרר *amarum* eſse. Quippe ſi fabulam illam Ovidianam lib. X. Metamorph. vſ. 298. & ſeqq. quæ ab hac voce originem traxiſse videtur, conſideramus, non leve faceſsit negotium, utri parti adhæſeris: In illa enim fabula præcipuus actus eſt mirabilis illa filiæ Cynaris, nomine Myrrha, in ejuſdem nominis arborem mutatio. Sed cum exitus hujus hiſtoriæ ſit pœnitentia, qua illa, poſtquam clam & inſcio patre, ipſius amores ſubfurata eſset, & plena patris thalamis exceſsiſset, impiaque diro utero ſemina ferret, portaretque concepta crimina, ut Poeta loquitur; Verum dein mœrore & amaritudine animi affecta in lacrymas eruperat, non eſt abſimile vero, potius a מרר deduci debere. Sic enim Poeta ejus vitæ exitum graphice depingit verſ. 498.

Merſitque ſuos in cortice vultus.
Quæ, quanquam amiſit veteres cum corpore ſenſus,
Flet tamen; & tepidæ manant ex arbore guttæ.
Eſt honor & lachrymis; ſtillataque cortice Myrrha
Nomen herile tenet: nullique tacebitur ævo.

§. XV. Jam explicare pergamus ſpeciem illam, quæ a Rabbinis ſecundo loco ponitur, quæque ſub nomine קציעה venit. Aruch ſcribit illam vocari בלשון יון קסיעה ובלשון קדש קידה *in lingua Græca Caſiam, in Hebræa vero Kidda.* Quod poſtremum attinet, illud vocabulum occurrit Exod. 30. vſ. 34. in confectione unguenti ſacri, illudque a Paraphraſte Chaldæo redditur per קציעתא. Aben Eſra ad קדה annotat. מהקבלה ידענו שהיא קציעה *Scimus ex Kabbala quod Kidda ſit Caſia.* Raſchi; קדה שם שורש עשב ובלשון חכמים קציעה : i. e. *Kidda eſt nomen præſtantiſſimi fruticis quæ in lingua ſapientum ſeu Rabbinorum vocatur Caſia.* Probe hic nota B. L. nos שרש iterum interpretari non per *radicem*, freti loco illo Jobi 42. vſ. 14. ubi commemoratur filiam Jobi ſecundam, fuiſſe nuncupatam קציעה, quo in loco Paraphraſtes Chaldæus rationem hujus nominis impoſitionis addit his verbis קציעה הוה קרי לה דהות יקירא כעין קציעתא. *Et appellavit illam Ketſia, quod eſſet pretioſa inſtar Caſiæ.* Nec Caſiæ radicis uſum apud Dioſc. aut Plinium, quod quidem ego ſciam, invenies. Non autem jam litem faciemus noſtram, num קדה recte per קציעה transferatur. Quod enim forte objici poſſet, vocabulum ipſum קציעה in ipſo textu ſacro ſeu Hebræo Pſ. 45. vſ. 9. obvenire & proinde ſpeciem a Kidda diverſam conſtituere. Reponi poſſet levi negotio, poſterioribus temporibus vocab. Kidda forte minus fuiſſe notum, proinde a Davide nomen Ketſia, quo tum temporis Kidda quoque inſigniebatur, ut notius adhiberi, quomodo fit in vocabulo נטף, quod ſupra jam habuimus, quod deinde temporibus Prophetarum appellatur צרי, ut videre eſt Ezech. 27. 19. Quod autem Kidda in hoc Jeremiæ capite verſ. 19. rurſus exſtet & adhuc nomen ſuum poſſideat, nullam remoram cauſæ noſtræ afferre poteſt, nam & Geneſeos 37. 25. & 43. 11. צרי fuit notum; Exodi 30. vero occurrit ſub nomine נטף, ut tempore intermedio, tempore autem Prophetarum ut apud Jeremiam & Ezechielem ſibi denuo nomen צרי vindicat.

cat. Atque sæpissime Sacræ Scripturæ usu venit, ut una eademque res diversis appelletur nominibus. Si quis autem objiceret, קרה a LXX. verti per Ἶριν, Iridis autem radices solas in usu esse Vid. Diosc. l. 1. cap. 1. hinc a Raschio innui per שרש עשב *radicem herbæ* Radicem Iridis, atque propterea non posse verti per *præstantissimum fruticem*, ut supra. Respondeo: Me id facile concessurum, nisi Raschius expresse addidisset in lingua Rabbinorum *Kidda* vocari *Ketsia*. Sed ponamus, quod tamen non facile crediderim, Vau copulativum in ובלשון *& in lingua* per adversativam particulam *Sed* hoc in loco debere explicari, ac si Raschius indicet, se non eandem cum sapientibus fovere sententiam, tum tamen eo ipso stabiliretur id quod supra adversus Ill. Bochartum defendimus, in illo loco Raschii שרש secundum nostram versionem explicari debere. Cur enim Raschius & illo in loco non scripsisset שרש עשב aut שרש אילן vel שרש עשב בושם. Sed judicent hac super re doctiores. Id autem inconcussum manet, vocab. קציעה *Casiam* denotare, quod & utriusque vocis symphonia evincit. Verum, nescio quomodo Maimonidi in Kele Ham. c. 1. §. 3. in mentem venerit, quod posuerit הקרה היא קושט *Kidda esse Costum*, contra omnium fere Rabbinorum sententiam. Idcirco Auctor Ceseph Mischne in notis suis scribit ומה שכתב והקרה הוא קושט יש לתמוה על זה שהרי אנקלוס תרגם קדה קציעתא ורבנו בפרק שאחר זה מנה קציעה וקושט בשתים. *Et quid quæso illud est quod scribit Kidda esse Costum? Id certe admiratione dignum. Nam ecce Onkelos Kidda reddit Ketsiata, & Magister noster* [Maimon] *in capite sequenti* (sc. 2. hujus tract.) *Kidda & Costum tanquam duas diversas species enumerat.*

§. XVI. Videamus ergo quid proprie Casia sit. Duplex apud Auctores celebratur. Una quæ inter odoriferas herbas recensetur a Virgil. Eclog. 2. vs. 45. seqq.

> *Huc ades o formose puer: tibi lilia plenis*
> *Ecce ferant Nymphæ calathis: tibi candida Nais,*
> *Pallentes violas, & summa papavera carpens*
> *Narcissum, & florem jungit bene olentis anethi.*
> *Tum Casia, atque aliis intexens suavibus herbis*
> *Mollia luteola, pingit Vaccinia caltha.*

Apud eundem Casiam & Rorem sc. marinum invenies in deliciis esse apibus Georg. 2. vs. 112. 13.

> *Nam jejuna quidem clivosi glarea ruris*
> *Vix humiles apibus Casias, roremque ministrat.*

Quare & Georg. lib. IV. vers. 30. sic instituit;

> *Hæc circum* [sc. Alvearia] *Casiæ virides, & olentia late*
> *Serpilla, & graviter spirantis copia thymbræ*
> *Floreat*

Atque hæc Casia hodie vulgo putatur appellari *Lavendel*. Et de hac intelligi debere videtur illa Tibulli lib. I. el. 3. quam in campis Elysiis crescere autumat.

> *Fert Casiam non culta seges, totosque per agros*
> *Floret odoratis terra benigna rosis.*

Vide quoque Plinium lib. XII. cap. 20. Cum autem hanc suffitui huic præstantissimo non inditam fuisse crediderim, ob nimiam vilitatem, & ubique locorum affluentiam, indaganda nobis est alia. Video apud Prosperum Alpinum in libro de Plantis Ægypti, cap. 2. mentionem fieri cujusdam Cassiæ fistulæ, quæ ab Ægyptiis Chajar xambar appelletur, cujus arbor nuci, trunco, ramis, foliisque proxima sit, truncus habeat corticem planum, mollem, atque cineritium, qualis omnino in crescenti nuce spectetur; flores ferre aureos, multos, leucoiis proximos, sed multo majores, numerosioresque, florum anagyridis instar, alæ adligatos, ac pendentes, hos flores esse valde odoratos, præsertim oriente sole. Hinc Ægyptios diluculo per Cassiarum loca deambulare sæpius odoris causa consuevisse. Et paulo post Alpinus addit: *Flos quilibet in medium multa capillamenta, tenuissima, rosarum flosculis similia habet, quæ paulatim crescentia in crassiores fistulas postea mutantur.* Deinceps recenset, quando Arbor florere incipiat, & alia quædam ad scopum nostrum nil facientia, quæ apud eundem uberius possunt legi. Sed hoc unicum observabimus, has fistulas substantiam sive pulpam quandam intus continere, quæ usum in medicamentis tantum præstet, qui & ibidem invenitur. Has arbores in & circa Cairum crescere quoque commemorat Johannnes *Helfrich* in suo itinerario quod insertum est *Reisebuch des H. Landes* parte 1. p. m. 745. His supra commemoratis accedit Joh. Veslingius in suis ad Alpinum Observationibus

bus pag. 4. qui ſcribit Turcas prædiorum Ægypti hodie poſſeſſores, per Chajar Xambar, nigram Caſiam innuere, quam Actuarius primus inter Græcos recentiores per Κασίαν μέλαιναν indigitaverit. Et addit Veslingius, quod Caſſiæ nomine vetuſtiſſimi auctores, nobile quoddam & cinnamomo cognatum aroma deſcripſerint. Et quidem per Caſiam noſtram, quæ in ſuffitu adhibita eſt, aliam debere intelligi, quam ſupra deſcriptam, patet inde, quoniam ſuccus ille ſive pulpa nihil facit ad ſuffitum; fiſtulæ autem pulpa iſta deſtitutæ nullius ſunt valoris, nec quidquam apud hoſce Auctores inveni hac de re, quod ad ſuffiendum ſint idoneæ.

§. XVII. Cum igitur talem, qualem olim ſub nomine Caſiæ veniſſe, Veſlingius refert, inveniam apud Dioſcoridem lib. I. cap. 12. ejus verba hic tranſſcribam: Κασίας δὲ ἐστι πλέιονα ἔιδη, περὶ τὴν ἀρωματοφόρον Αραβίαν γεννώμενα. Ἔχει δὲ ῥάβδον πάχυφλοιον, φύλλα δὲ ὡς πεπέρεως. Ἐκλέγου δὲ τὸν ἔγκιῤῥον, ἔυχρουν, κοραλίζουσαν, στενὴν λίαν, μακρὰν ϗ παχεῖαν, τοῖς συριγγίοις πλήρη, δηκτικὴν ἐν τῇ γεύσει, ϗ στύφουσαν μετὰ πολλῆς πυρώσεως, ἀρωματίζουσαν, οἰνίζουσαν τῇ ὀσμῇ, ἡ δὲ τοιαύτη ὑπὸ τῶν ἐπιχωρείων ἄχυ καλεῖται, δαφνίτις δὲ προσαγορεύεται ὑπὸ τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἐμπόρων. Πρὸ δὲ ταύτης ἐστιν ἡ μέλαινα ϗ ἐμπόρφυρος παχεῖα, ζίγιρ καλουμένη, ῥόδου ζουσα τῇ ὀσμῇ μάλιστα πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἔυθετος, δευτερεύει δὲ ἡ προειρημένη. i. e. J. R. J. *Caſſia, cujus complura ſunt genera, juxta odoriferam Arabiam gignitur: Craſſi corticis ſarmento, foliis piperis. Eligenda eſt fulveſcens, pulchri coloris, coralli æmula, perquam anguſta, longa, craſſa, & fiſtuloſa, guſtu mordens, & cum aliquanto fervore aſtringens, aromatica, vinoſo odore, cujuſmodi eſt, quæ ab incolis Acby appellatur, ab Alexandriæ negotiatoribus, Daphnitis. Huic præfertur craſſa, purpurea & nigricans, Zigir cognomine, quæ roſam odore imitatur, præcipui in medicina uſus. Secundum locum tenet antedicta.* Deinceps recenſet ſpecies alias hujus Caſſiæ, ut & Pſeudocaſſiam, quæ non diſſimilis videtur illi quam ſupra ex Alpino adduximus, quæ jam falſo Caſſiæ nomine ſuperbit. Et veram hanc Caſiam Dioſcorides vult prodeſſe εἰς ἐγκαθίσματά τε ϗ ὑποθυμιάματα γυναιξί, πρὸς ἀνευρυσμὸν μήτρας, *fœminis in ſolio deſidentibus, aut ſuffimentis, ad dilationem uteri*; unde eluceſcit, hanc in ſuffitibus fuiſſe adhibitam. Tandem Dioſcorides addit: Διπλάσιον δὲ αὐτῆς μιγνύμενον τοῖς φαρμάκοις, εἰ μὴ παρείη κιννάμωμον, τὸ αὐτὸ δρᾷ, ἄγαν δὲ ἐστὶ πολύχρηστος. *Ea duplo pondere medicamentis mixta, Cinnamomi vicem ſupplet, ſi ipſum deſit: nam eoſdem effectus præbet, ad plurima perquam utilis.* Quæ poſtrema verba illorum ſententiam plane deſtruunt qui Caſiam pro Cinnamomo reputant. Negari vero non poteſt valde affinem Caſiam Cinnamomo eſſe, ut quoque ex Plinio patet, qui illam lib. XII. cap. 19. ſic deſcribit: *Frutex & Caſia eſt, juxtaque Cinnami campos naſcitur, ſed in montibus craſſiore ſarmento, tenui cute verius, quam cortice, quem contra atque in Cinnamomo levari & exinaniri pretium eſt.* Cætera quæ ſequuntur legeſis ibidem. Sic & paſſim apud Auctores Caſiam & Cinnamomum conjunctas invenies, ſed non confuſas: Martialis lib. XI. 54. in Zoilum

> *Unguenta & Caſias & olentem funera myrrham*
> *Thuraque de medio ſemicremata rogo;*
> *Et quæ de Stygio rapuiſti Cinnama lecto,*
> *Improbe, de turpi, Zoile, redde ſinu.*

Et lib. VI. 55.

> *Quod ſemper caſiaque, cinnamoque,*
> *Et nido niger alitis ſuperbæ*
> *Fragras plumbea Nicerotiana,*
> *Rides nos, Coracine, nil olentes:*
> *Malo, quam bene olere, nil olere.*

Perſius Satyra VI. verſ. 33. &c.

> *Sed cœnam funeris heres*
> *Negliget iratus quod rem curtaveris, urnæ*
> *Oſſa inodorata dabit: ſeu ſpirent cinnama ſurdum*
> *Seu ceraſo peccent caſiæ, neſcire paratus.*

Mathiolus ad locum ſupra citatum Dioſcoridis exiſtimat, Caſiam hanc hodie vocari Canellam. Nec id abſonum plane veritati, ſi has duas, Caſiam nempe Dioſcoridis & Plinii & ſpeciem iſtam quæ hodie Canellæ nomine gaudet inter ſe conferas. Atque hanc ob ſuam præſtantiam in ſuffitum noſtrum fuiſſe inditam, ſum perſuaſiſſimus. De hac quoque ſermo eſt Virgilio Georg. lib. II. 465. cum fortunatos pronunciat Agricolas quoniam ipſis

> *Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno:*
> *Nec Caſia liquidi corrumpitur uſus olivi.*

Cum vero in explicatione Cinnamomi neceſſario Caſiæ mentio quoque fiet, & iſta conferantur.

§. XVIII. Jam ſequitur tertio loco שבולת נרד quod Aruch interprete ממין כמין היא וקורין אותו שפיקא נרדו *eſt ſpecies Aromatis quod vocant Spicam Nardi*. Raſchius ad cap. xxx. Exod. ubi recenſet ſpecies in ſuffitum adhibitas, quo omnis longe abeſſe jubeatur error, ne quis שבולת נרד binas diverſas ſpecies eſſe arbitretur, cautum voluit his verbis שהשבולת ונרד אחד שהנרד דומה לשבולת *Spica & Nardus unum ſunt, quoniam nardus ſimilis eſt ſpicæ*. Et in eo quidem id quod res eſt dixit. Præter enim meras ſpicas e radice ſurgentes nil continet Nardus. Quare & a Græcis *κατ' ἐξοχὴν στάχυς* & Aeolice *σπάχυς* appellatur. Hinc Latinorum Spicus, quod vocabulum jam in fœminino genere uſurpatur. Olim enim ut Servius ad Virgilii I. Geog: verſ. 111. notat, & in Maſculino & Neutro fuit in uſu; ſic enim inquit. *Dicimus autem & hic ſpicus & hoc ſpicum. Cicero in Arato. Spicum illuſtre ferens inſigni corpore Virgo. Sed ſcire debemus in uſu eſſe a Maſculino utrumque numerum: a Neutro vero raro, & tantum ſingularem inveniri, nam plurali nuſquam lectum eſt*. Quod autem Talmudiſtæ non abſolute נרד ſed שבולת נרד poſuerint, mihi hæc videtur eſſe ratio, ut omnis tollatur ἀμφιβολία, poſſet enim per נרד ſive radix Nardi intelligi, vel quoque Nardinum ſeu unguentum ex Nardi ſpicis confectum, quomodo vocabulum נרד aliquando ſumitur. Eadem ratione apud Græcos imprimis Athenæum νάρδος ſæpius pro nardino ponitur. Sic ubi Unguenta varia lib. xv. Deipnoſoph. recenſet; & unicuique ſuum aſſignat uſum, ita infit; Καὶ ἡ στακτὴ δ' ἐπιτήδειος πρὸς πότον, ἔτι δὲ νάρδος. *Et Stacte quidem juvat in compotationibus, quemadmodum & Nardinum*. Apud Latinos Auctores quid communius? Martialis lib. III. 65. 7.

Gleba quod æſtivo leviter cum ſpargitur imbre
Quod madidis Nardo ſparſa corona comis. ſc. fragrant.

Tibullus Eleg. 7. lib. II. 7.

Illius puro deſtillent tempora Nardo.

Et Ovid. De Arte lib. III. vſ. 443.

Nec coma vos fallat liquida nitidiſſima Nardo.

Mitto ſexcenta alia. Hoc autem Unguentum Nardinum ex Spica Nardi conficiebatur, ut eſt apud Galenum ad Glauc: μύρα τὰ διὰ ναρδοστάχυος γενόμενα, *Unguenta quæ fiunt ex Spica Nardi*; Quanti vero id fuerit pretii, Vide Marci XIV. 3. Joh. XII. 3. Et hoc quidem purum a Tibullo vocatur, quod convenit cum epitheto ab Evangeliſtis addito. Nardinum enim vulgo quod ſic appellatur, ex Malabathrino folio, balanino oleo aut omphacino ſpiſſamenti gratia, junco odorato, propter odoris ſuavitatem, coſto, amomo, nardo, myrrha, balſamo addito, conficiebatur, ut docet Dioſc. lib. I. cap. 76.

§. XIX. Jam contemplaturi ſumus Spicam Nardi prælucente facem Dioſcoride cap. 6. lib. I. ubi ſic infit: Νάρδου ἐστὶ δύο γένη. ἡ μὲν γάρ τις καλεῖται Ἰνδική. ἡ δὲ Συριακή. οὐχ ὅτι ἐν Συρίᾳ εὑρίσκεται. ἀλλ' ὅτι τοῦ ὄρους ἐν ᾧ γεννᾶται, τὸ μὲν πρὸς Συρίαν τέτραπται, τὸ δὲ πρὸς Ἰνδούς. καὶ τῆς λεγομένης Συριακῆς, ἐστὶ βελτίων ἡ πρόσφατος, καὶ κούφη, πολύκομος, ξανθὴ τὴν χρόαν, εὐώδης ἄγαν, καὶ μετὰ τοῦ κυπερίζειν ἐν τῇ ὀσμῇ, μικρὸν ἔχουσα τὸν στάχυν, πικρὰ τὴν γεῦσιν, καὶ γλώσσης ἀναξηραντικὴ ἐπιμένουσά τε τῇ εὐωδίᾳ ἐφ' ἱκανόν. τῆς δὲ Ἰνδικῆς ἡ μέν τις λέγεται γαγγίτις. ἀπό τινος ποταμοῦ παῤῥέοντος τοῦ ὄρους γάγγου καλουμένου, παρ' ᾧ φύεται. Ἀσθενεστέρα κατὰ δύναμιν οὖσα διὰ τὸ ἐφ' ὑδατωδῶν τόπων εἶναι καὶ ἐπιμηκεστέρα, πλείονάς τε ἔχουσα τοὺς στάχυς, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης καὶ πολυκόμους καὶ περιπλεγμένους, βρομώδεις κατὰ τὴν ὀσμήν. ἡ δὲ ὀρεινοτέρα εὐωδεστέρα, κολοβόσταχυς κυπερίζουσα κατὰ τὴν εὐωδίαν. ἔχουσά τε καὶ ἄλλα ἐν αὐτῇ, ὅσαπερ καὶ ἡ Συριακὴ λεγομένη. i. e. J. R. J. *Duo Nardi genera. Unum Indicum, alterum Syriacum appellatur, non quod in Syria proveniat, ſed quod montis in quo oritur, pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur. Ex hoc Syriaci genere præcipuum eſt recens & leve, largam gerens comam, flavum colore, perquam odoratum, ac Cyperum redolens, brevi ſpica, amaro ſapore, linguam ſiccante, quod diu in ſua odoris gratia permaneat. Ex Indicis autem nardum quoddam Gangitis vocatur a fluvio Gange, apud quem enaſcitur, montem præterfluente: quod genus ob multam loci, in quo prodit uliginem, viribus infirmius eſt, atque procerius adoleſcit, plures ferens ſpicas ab unica radice, comoſas, unaque convolutas ac graviter olentes. Montanum autem odoratius, ſpica brevi ac mutila, odore cypero vicino, cæteras habens Syriaci dotes*. Et hoc poſtremum genus tanquam optimum noſtro ſuffitui fuiſſe inditum exiſtimo. Nardum autem quod Gangitis vocatur, pabulum fuiſſe τοῦ שחלת ſive Onychis illius, quam ſupra explicavimus, cum creverit in paludoſis ſeu uliginoſis locis, mihi firmiter perſuadeo. Deinceps Dioſcorides alias adhuc Nardi ſpecies enarrat, ut Σαμφαρίτην, cui nomen

locus indidit, [de qua vide Bochartum Phaleg. lib. I. cap. 30.] & quomodo adulteretur eodem capite VI. cap. VII. vero Celticum cap. VIII. Montanum Nardum, quod ab aliquibus Θυλακίτις ϗ Νήεις appellatur & in Cilicia & Syria nascitur, explicare pergit. De posteriori vide Virum Illustriss. Joseph. Scaligerum ad Propertii lib. IV. Eleg. 6. pag. 313. Consule quoque de Nardo Plinium H. N. lib. XII. cap. 12. qui tamen, quod admiratione dignum, in eum impegit scopulum, quem multis jam annis ante ipsum Dioscorides detexerat, Nardo Indico sc. folia adscribens: sic autem Dioscorides lib. I. c. II. Μαλάβαθρον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τῆς Ινδικῆς νάρδου φύλλον πλανώμενοι ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ὀσμὴν ἐμφερείας ---- Ἴδιον γάρ ἐστι γένος φυόμενον ἐν τοῖς Ινδικοῖς τέλμασι &c. *Malabathrum arbitrantur aliqui esse Indici nardi folium, decepti quadam odoris cognatione - - - - Namque Malabathrum folium sui generis est, quod Indicæ gignunt paludes &c.* Celtico quidem & Montano Nardo folia Dioscorides tribuit, verum Indico nulla. Nam spicæ ipsæ in Nardo sunt folia. Quare σταχυότειχα νάρδον dixit Meleager. Sed & Plinius in describendo Malabathro lib. XII. cap. 26. peccat, cum dicit esse *arborem convoluto folio*: Dioscorides vero prodit εἶναι φύλλον ἐπινηχόμενον τῷ ὕδατι, καθάπερ ἡ ἐπὶ τῶν τελμάτων φακῆ, ῥίζαν οὐκ ἔχον, *esse folium innatans aquæ, lentis palustris modo, & radicem non habens*. Excusari forte posset Plinius si per Nardi folia ipsas aristas seu spicas intelligeret.

§. XX. Erat quoque Nardi præstans usus in Coronis Veterum, ut idem Plinius lib. XXI. cap. 3. testis est: *Lautissimum quippe*, inquiens, *habetur e Nardi folio eas dari, sutilibus ab India petitis*. Et Lucanus libro X.

> *Accipiunt sertas Nardo florente coronas.*

Martialis lib. XIII. Epigr. 51.

> *Texta rosis fortasse tibi vel divite Nardo,*
> *At mihi de turdis facta corona placet.*

Rogis quoque ardentibus injiciebatur. Propert. lib. IV. Eleg. 7.

> *Cur ventos non ipse rogis, ingrate, petisti?*
> *Cur nardo flammæ non oluere meæ?*

hoc in loco autem per Nardum non intelligi debere Nardinum, sed Spicas ipsas, sequens versus mihi postulare videtur:

> *Hoc etiam grave erat nulla mercede hyacinthos*
> *Injicere, & fracto busta piare cado.*

Cum hos ritus sepulchrales in funere Achillis observatos fuisse videam & eleganter descriptos in Cointi Smyrnæi παραλειπομένων lib. III. vers. 670 - 740. non possum non, quin quosdam versus excerptos hic tradam.

> Καὶ τότε δὴ μεγάλοιο νέκυν Πηλημάδαο
> Αργεῖοι πυρὶ δῶκαν, ἀάσπετα νηήσαντες
> Δοῦρα ---- ϗ πάντη πυρῆς καθύπερθε βάλοντο.
> Χρυσόν τ' ἤλεκτρόν τ', ἐπενήνεον. ----
> Αλλα δὲ πολλὰ βάλλοντο εὐώδεα, θαῦμα βροτοῖσιν
> Ὅσσα χθὼν φέρει ἐσθλὰ, ϗ ὁππόσα δῖα θάλασσα - - - -
> Ερμείην προέηκεν ἐς Αἴολον, ὄφρα καλέσσῃ
> Λαιψηρῶν ἀνέμων ἱερὸν μένος. - - - .
> Οἱ δὲ μέγ' ἐκτελέσαντες ἀτειρέες ἔργον ἄηται - - - -
> Δὴ τότε πυρκαϊὴν οἴνῳ σβέσαν. --- &c.
> *Tunc itaque grandis Pelidæ cadaver*
> *Igni tradiderunt Argivi, magna congesta strue*
> *Lignorum---- Omniaque pyræ desuper immittunt,*
> *Aurum denique & succinum coacervant.*
> *Aliave multa addunt fragrantia usque ad demirationem hominum,*
> *Quæ tellus producit, & quæ mare divinum eximia.*
> *Mercurium amandavit ad Æolum, (sc. Jupiter) ut exciret*
> *Præpetum ventorum robur sacrum.*
> *Cum vero magni rem negotii venti indefatigabiles confecissent*
> *Tandem pyram vino restinxerunt.* &c.

Cum autem hæc latius prosequi scopus noster non fiet, videat quicunque volet de ritibus sepulchralibus veterum Homeri Iliad. lib. XXIII. de Patrocli funere. It. lib. XXIV. vers. 775. &c. ubi Hectoris crematio: Et Odysseæ lib. XXIV. vers. 35. 97. Achillis exequiæ describuntur. Vide quoque quæ de funere Miseni commentatus est Virgil. lib. VI. Æn. verss. 212. &c. & alibi passim. Addo hoc unicum, nardi radicem contra πόσιν φαρικοῦ quendam venenatum potum commendari a Nicandro in Alexipharmacis vers. 402. &c.

> Αλλὰ σὺ πολλάκι μὲν σταδίην εὐανθέα νάρδου
> Ριζάδα θυλακόεσσαν ὀπάζεο, τήν τε κίλισσαι
> Πρηόνες ἀλκαίνουσι περὶ πλημμυρίδα Κέστρου.

Hoc

Hoc his verſibus latinis Jac. Grevini legitur:

> *Sed juſto radicem pondere Nardi*
> *Thylacitis præbe, Cilicum quæ montibus altis*
> *Creſcit, ubi undoſi labuntur flumina Ceſtri.*

Conſentit Dioſc. l. c. *μίγνυνται δὲ καὶ ἀντιδότοις*. *Miſcentur antidotis* ſc. genera ſupra recenſita.

§. XXI. Sed pergo ad ſpeciem quartam ſuffitus, quæ a Rabbinis nuncupatur כרכום, Schindlerus in Lex. Pentaglotto; כרכם *Chald.* כרקום, *exponitur CROCUS ut videatur* כרכס *ſcribendum eſſe. Cant.* 4. *Nardus* וכרכס *& crocus*. Sed recte Joh. Mercerus, Profeſſor quondam Regius Pariſienſis, qui a Richardo Simone in Hiſt. Crit. V. T. lib. III. cap. 14. titulo, Interpretis eruditiſſimi & judicio præſtantiſſimi, inſignitur, qui & ejus methodum magis criticam & accuratam, quam aliorum omnium, judicat, id unice in eo deſiderans, quod avitam religionem deſerens in Calvini caſtra transfugerit. Hic, inquam, Mercerus in additamentis in Pagnini Lexlcon; *Errant, qui poſtremam literam putant eſſe Samech quum Hebræorum Doctores inde forment verbum* כרכם *& participium* מכרכם *Croceus vel eroceo tinctus colore*. Quis autem Chaldæorum כרקום per Koph ſcribat, Schindlerus non exprimit. τῷ Aruch כרקום plane aliud quid eſt, quam crocum. Et paraphraſtes Chaldæus in Cant. 4. 14. loco כרכם ponit מוריקא quod eſt crocus a מרק flaveſcere. R. D. Kimchi interpretatur per זעפּראן *Saffran*, quod quoque R. Nathan in Concord. Buxtorfii placuit. Deberet autem proprie loco Sajin, Tzade poni, nam eſt vox origine Arabica a Rad. צפר flavus fuit. Vid. Schindler. Quare & apud Græcos *ξανθὸς κρόκος Crocus flavus* appellatur. Sophocli in Oedipo. vſ. 675. *χρυσαυγὴς κρόκος crocus aureo colore* audit. Verum ſecundum eas leges quas certis locis natura impoſuit

> *Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ*

crocum ſibi vindicat optimum Cilicia, nam

> *Nonne vides, croceos ut Tmolus odores*
> *India mittit ebur* &c.

ut Virgilius I. Georg. verſ. 56. teſtis eſt. Tmolus autem explicante Servio eſt *mons Ciliciæ in quo naſcitur crocum præcipue: nam loca commemorat, ubi plus provenit & melius aliquid. Nam crocum & in Africa naſcitur, ſed non tale, nec tantum, quantum vel quale in Cilicia.*

Sed conſulamus quoque Dioſcoridem, teſtem hac in re fide dignum, qui lib. I. cap. 25. hunc in modum infit: Κρόκος ἐςὶ κράτιςος ἐν ἰατρικῇ χρήσει, ὁ κορύκειος, πρόσφατός τε καὶ εὔχρους, ὀλίγον τὸ λευκὸν ἔχον ἐπὶ τῆς ἔλικος, ἐπιμήκης, ὁλομελὴς, ἄθραυςος, ἀνελλειπὴς, πλήρης, βάπτων ἐν διέσει τὰς χεῖρας, οὐκ εὐρωτιῶν ἢ ἰκμάζων, ἐπακτικὸς δὲ ἐν τῇ ὀσμῇ καὶ δριμύς. ὃ γὰρ μὴ τοιοῦτος ἢ παλαιός ἐςιν, ἢ βεβρεγμένος. δευτερεύει δὲ ὁ ἐκ τῆς πρὸς Λυκίαν κωρυκίου, καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Λυκιακοῦ ὀλύμπου. εἶτα ὁ ἐξ αἰγῶν τῆς Αἰτωλίας, ὁ δὲ Κυρηναϊκὸς ὁ ἐκ Κεντοείας, πάντων τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν, ἀσθενὴς κατὰ δύναμιν, λαχανώδεις ὄντες πάντες. i. e. Ruellio interprete. *Crocum optimum in medendi uſu coryceum, recens, & boni coloris, paulum candidi gerens in capreolo, oblongum, omnibus ſuis partibus conſtans, non fragile, plenum, a quo detractum eſt nihil, quod madefactum manus inficit, nec ſitum redolet, aut cariem ſentit, ſubacre: ſin hujus generis non eſt, aut vetus, aut humore perfuſum creditur. Secundus locus datur coryceo, e tractu Lyciæ contermino. Tertius Lycio, e monte Olympo. Dein ex Ægibus Ætoliæ. Cyrenaicum & Centuripinum inter Sicilica omnia viribus infirmius eſt; omnium natura oleracea*. Conſentit cum his Plinius lib. XXI. cap. 6. *Prima inquiens, nobilitas Cilicio, & ibi in Coryco monte, dein Lycio, monte Olympo: mox Centuripino Siciliæ &c.* Cl. Bochartus in Canaane llb. I. cap. 5. in fine exiſtimat, veriſimile eſſe Monti Corico a Phœnicibus propter ejus fructum qui Hebraice כרכום appellatur, nomen eſſe inditum. Illud de monte Coryco celebratur a Mart. lib. III. 65.

> *Quod ſpirat tenera malum mordente puella:*
> *Quod de Corycio quæ venit aura Croco.*

Apud Statium lib. V. Silv. III. verſ. 41. fit quoque mentio illius, quod ex Sicilia venit,

> *nam Sicanii non mitius halat*
> *Aura croci.*

Et lib. II. Sylv. 4. verſ. ult.

> *Et tenues Arabum reſpirant gramine ſylvæ,*
> *Sicaniiſque crocis.*

Sed neſcio quo fato ſui oblitus Plinius hoc capite dicat: *Uſus ejus in coronis nuſquam*; cum ejuſdem libri cap. XX. ſcribat: *Qui crocum prius biberint, crapulam non ſentiunt. Ebrietati eo reſiſtunt. Coronæ quoque ex eo mulcent ebrietatem*. Quod ebrietatem arceat teſtatur quoque Dioſc. l. c. ἀκραίπαλός ἐςι μετὰ γλυ-

γλυ-

γλυκέος πινόμενος. *Qui ex paſſo biberint crapulam non ſentient.* Statim addiderat Plinius, cur non in coronis adhibeatur: *Herba enim eſt folio anguſto pene in capillamenti modum.* Et id quidem palam eſt in illo quo & nos adhuc gaudemus croco; nam hodie quoque in Anglia & prope Viennam in Auſtria & alibi naſcitur. Hinc & Poetis Græcis κρόκος ξανθόθριξ & ςαχυόθριξ. Id Ovidius eleganter exprimit Faſt. V. 317.

Violas arere videres,
Filaque punicei languida facta croci.

Paulo poſt Plinius ſubjicit: *Viret bruma & colligitur.* Sic Callimachus Hymno II. in Apollinem verſſ. 80. &c.

σεῖο δὲ βωμοὶ
Ἄνθεα μὲν φορέουσιν ἐν εἴαρι τόσσά περ ὧραι
Ποικίλ' ἀγινεῦσι ζεφύρε πνείοντος ἐέρσlω.
Χείματι δὲ κρόκον ἡδύν.

Tuæ quidem aræ
Flores gerunt in vere quotquot horæ
Variæ tum producunt, Zephyro inſpirante rorem,
Hyeme vero crocum dulcem.

§. XXII. Crocum autem odoris gratia ſuffumigatum eſſe probat verſus Ovidii lib. I. faſt. verſ. 75.

Cernis odoratis ut luceat ignibus æther,
Et ſonet accenſis ſpica Cilissa focis?

Et Tertullianus libro de cultu mulierum: *Crocum capiti mulier Chriſtiana ingerit ut in aram, quodcunque enim immundo ſpiritui excremari ſolet, id niſi probis & neceſſariis uſibus adhibeatur.* Locum hunc adducit Vir illuſtris, Joſeph. Scaliger in notis ad verſum 74. Propertii lib. IV. Eleg. V. ubi & fuſe probat per Spicam Ciliſſam Crocum intelligi debere: quanquam in eo ipſi aſſenſum præbere non auſim, quod putet hic ſpicam Ciliſſam eſſe Bulbum croci, cum id locus plane non exigat; ſed potius contrarium poſcat, propter fila enim, ut phraſi Ovidiana utar, quæ crocus emittit ut ſpica ſuas ariſtas, ſpicæ nomine venit. Conf. Ovid. lib. I. Faſt. ℣. 342. Præſtantiam croci, & odoris fragrantiam inde colliges, *quod vino tritum adhibitum fuerit ad theatra replenda* ut ſunt verba Plinii lib. XXI. cap. 6. Invenies hunc ritum commemorari paſſim apud Auctores. Martialis lib. IX. 39. verſ. 5.

Lubrica Coricio quamvis ſint pulpita nimbo
Et rapiant celeres vela negata Noti.

Idem lib. Epigr. 26. vſ. 7. Lucret. lib. II. vſ. 419.

Et cum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt &c.

Propert. lib. IV. Eleg. I. vſ. 16.

Nec ſinuoſa cavo pendebant vela theatro,
Pulpita ſolennes non oluere crocos.

Non pigebit apponere Viri incomp. Joſ. Scaligeri verba in Caſtig. ad hunc locum: *Omnes*, inquit, *norunt hunc morem: ſed tamen, ut quis aut qualis fuerit, neſciant. Fiebat autem id per expreſſiones machinarum, ut hodie in Italia exprimitur aqua epitonis verſis etiam in aridiſſimis locis, quum intus aquam antea immiſſam latentibus fiſtulis alte exprimunt. Seneca epiſtola una & nonageſima. Quemadmodum in immenſam altitudinem crocum latentibus fiſtulis exprimat.* Plura qui cognoſcere aveat, adeat Scaligerum l. c. Ut autem uno quaſi obtutu croci nobilitatem intuearis, auſus eſt Homerus illud inter flores collocare, quos terra produxit Jove Junonem ſuam ulnis complectente Sic ille Iliad. ξ. verſſ. 346.

Ἦρα καὶ ἀγκὰς ἔμαρπτε Κρόνε παῖς ἣν παράκοιτιν.
Τοῖσιν δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίlω,
Λωτὸν θ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον
Πυκνὸν καὶ μαλακὸν, ὃς ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἔεργε.
Τῷ ἔνι λεξάσθlω.

Hæc ita interpres reddit:

Dixit ſane & ulnis complexus eſt Saturni filius ſuam;
His autem ſubter tellus divina produxit recentem herbam,
Lotum roſcidum, & crocum & hyacinthum
Denſum & mollem, qui a terra in altum elevabat eos.
Hoc thoro *indormiverunt.*

Fere oblitus eſſem indicare conſilium quod communicat Dioſcorides l. c. qua ratione levi negotio crocum conteratur. πρὸς δὲ τὸ εὐλέαντον αὐτὸν γίνεσθαι, δεῖ ἐν ἡλίῳ ψύχειν ἐν ὀςρακίνῳ θέρμῷ ταχέως δὲ δεῖ ςρέφειν, *quo facilius conteratur, in calido fictili ſole ſiccari oportet, celeriterque verſari.*

§. XXIII. Quintam jam aggredior ſpeciem, quæ a Rabbinis nuncupatur הקושט. Hanc autem nullam aliam eſſe quam quæ a Græcis Κόςος a Latinis vero *Coſtus* & *Coſtum* appellatur, nominum convenientia exigit. Quare & Aruch ſcribit קשט appellari בשרתא בלישנא דרבנן ובלעז קושטו: *in lingua Rabbinica Caſtreta, in lingua Barbara vero Coſtum.* Fuit antem *Radix coſti* defi-

definiente Plinio lib. XII. cap. 12. *gustu fervens, odore eximio, frutice alias inutili. Primo statim introitu amnis Indi in Patale insula, duo ejus sunt genera, nigrum, & quod melius, candicans. Pretium in libras XVI.* Quamvis Dioscorides non expresse *radicis* Costi mentionem injiciat, radicem tamen ab eo describi, inde colligi potest, quod Costum admistis Helenii Commageni praeduris radicibus adulterari, moneat. Plures autem Costi species commemorat Dioscorides lib. I. cap. 15. sic enim ille. Κόϛȣ διαφέρει ὁ Αραβικὸς, λευκὸς ὢν ϗ κȣ̃φος, πλεῖϛην ἔχων καὶ ἡδεῖαν τὴν ὀσμήν. Δευτερεύει δὲ ὁ Ινδικὸς ἀδρὸς ὢν ϗ κȣ̃φος ϗ μέλας ὡς νάρθηξ. Τρίτος δέ ἐϛιν ὁ Συριακὸς, βαρὺς, τὴν χρόαν πυξώδης, πληκτικὸς τῇ ὀσμῇ. Ἄριϛος δέ ἐϛιν ὁ πρόσφατος, λευκὸς, πλήρης διόλȣ, πυκνὸς, ξηρὸς, ἀτερηδόνιϛος, ἄβρωμος, γεύσει δηκτικὸς, ϗ πυρώδης. J. R. J. *Praecellit Arabicus, candidus, levis, eximia odoris suavitate. Secundum locum sibi vindicat Indicus, levis, uber, ut ferula niger. Tertius est Syriacus, gravis, colore buxeus, & odore feriens. Optimus est recens, albus, abunde plenus, aridus, a teredinibus non erosus, sine graveolentia, gustu calidus ac mordens.* Et paulo post μίγνυται δὲ ϗ μαλάγμασι ϗ ἀντιδότοις. *Additur in antidota & malagmata.* Imo & Lucanus lib. IX. p. m. 266. fumo inde facto angues fugari prodit memoriae. Sic enim de castris Catonis canit:

> *Expurgat cantu, verbisque fugantibus angues.*
> *Ultima castrorum medicatus circuit ignis.*
> *Hic Ebulum stridet, peregrinaque galbana sudant*
> *Et thamarix non laeta comis, Eoaque costus,*
> *Peucedanumque sonat flammis.* &c.

Horatius lib. III. Carm. Od. I. vs. 41. quoque Persici meminit his verbis:

> *Quod si dolentem nec Phrygius lapis,*
> *Nec purpurarum sidere clarior*
> *Delevit usus, nec Falernae*
> *Vitis, Achaemeniumque costum.*

Achaemenium vero est Persicum. Sed forte ab Horatio non propterea sic appellatum quod in Persia provenerit. Cum enim Commentatores velint heic loci pro unguento sumi, forsan inde nomen est nactum, quod ibidem ex radice Costi, quae aliunde in Persiam, erat transportata, odoratum unguentum conficiatur. Ut idem Horat. Epod. XIII. Nardum vocat Achaemeniam

> *Nunc & Achaemenia*
> *Perfundi Nardo juvat* &c.

non quod in Persia Nardus crescat; ut enim supra vidimus apud rei herbariae scriptores hac de re altum est silentium; sed quoniam teste Plinio l. XIII. cap. 1. Persae unguentorum sunt Auctores, inde communiter eo nomine insigniuntur. Costum autem in suffimentis fuisse adhibitum non tantum ex illo versu Propertii lib. IV. Eleg. VI. colligitur

> *Costum molle date, & blandi mihi thuris honores*

Sed & Plinius lib. XXII. cap. 24. prope finem expressis verbis hoc innuit, *quoniam thure supplicamus & costo.* Numerabatur vero Costus inter Aromatum delicias non tantum a Judaeis verum & aliis gentibus. Judaei quidem in Oketzin cap. ult. scribunt הקושט והחמס ראשי בשמים *Costus & gingiber praestantissima sunt aromata.* Ovidius autem lib. X. Metam. 306. &c. terram istam felicem praedicasset quae costum producit nisi horrendum illud Myrrhae, filiae Cynarae, scelus [de quo supra] in iis oris esset patratum, quare Italiae suae ita gratulatur:

> *Gratulor huic terrae, quod abest regionibus illis,*
> *Quae tantum genuere nefas. Sit dives amomo*
> *Cinnamaque, costumque suam, sudataque ligno*
> *Thura ferat, floresque alios Panchaia tellus*
> *Dum ferat & Myrrham* &c.

§. XXIV. Sexta quae a Talmudistis additur species, vocatur הקלופה, vis vocis denotat *Corticem.* Diu haesi dubius, quid inde facerem; Animadvertens vero Dei apud Jes. XLIII. 23. 24. cum Israelitis disceptationem לא הביאת לי שה עלתיך וזבחיך לא כבדתני לא העבדתיך במנחה ולא הוגעתיך בלבונה לא קנית לי בכסף קנה וגו׳ : *Non adduxisti mihi pecus holocaustorum tuorum & victimis tuis non glorificasti me, non servire feci te in oblatione, nec fatigavi te propter thus. Non emisti mihi argento calamum odoratum,* &c. videremque τȣ̃ Kanek sive *calami* usum hoc in capite nullum posse esse alium, quam ut suffitui inderetur, ut & expresse R. D. Kimchi hoc innuit, scribens קנה הוא קנה בשם שהיא בקטורת *Kane cujus hic fit mentio est calamus aromaticus, qui adhibetur in suffitum;* Quare & LXX. credo id vertisse θυμίαμα: Cum vero neque in Cerithut, ubi omnes species enumerantur, neque in Abarbanele,

le , nec denique apud Maimonidem τοῦ Kane mentionem fieri viderem , reputavi קלופה & קנה pro una eademque ſpecie . Cum & tandem R. Salomonis verba ad Exod. 30. exactius conſiderarem , ſuſpicatus ſum , ibidem irreptum eſſe vitium , incuria ſcribarum olim commiſſum , quod quidem ſi R. Salomonis aut alterius veteris manuſcripti adhuc daretur copia , inde poſſet reſtitui . Quippe Raſchius in ſuo Commentario expreſſis verbis ut & Abeneſra dicunt , quod undecim ſpecies aromaticæ conſtituerint ſuffitum . Si vero iſtarum ſpecierum apud R. S. commemoratarum computum iniveris, invenies duodecim. Hoc ordine enim illas recenſet : ואלו הן הצרי והצפורן והחלבונה הלבונה מר וקציעה שבולת נרד וכרכם הרי ח״ שהשבלת ונרד אחר שהנרד דומה לשבלת הקשט והקלופה והקנה והקנמון הרי י״א : *Et hæ ſunt illæ ſpecies* 1. *Balſamum*. 2. *Onyx*. 3. *Galbanum*. 4. *Thus*. 5. *Myrrha*. 6. *Caſia*. 7. *Spica Nardi* . 8. *Crocus* ; *Ecce hæ ſunt octo ; quoniam ſpica & nardus ſunt unum ; nam nardus eſt ſimilis ſpicæ* . 9. *Coſtus*. 10. *Cortex aromaticus* . 11. *Calamus odoratus* . 12. *Cinnamomum*, *Ecce illas undecim* . Sibi autem contradiceret Raſchi ſi ita legas : propterea exiſtimo has duas voces והקלופה והקנה ita eſſe locandas , ut unum per alterum explicetur , nempe והקלופה זה קנה , & *Cortex aromaticus qui alias Kane ſeu Calamus odoratus nuncupatur* . Nam facile potuit fieri , ut ab imperito quodam amanuenſi ו pro ז ſit poſitum, & quoniam Coſtus & Cinnamomum cum articulo leguntur , Kane quoque putaverit hunc in modum cum copula legi debere, & ſic in unum coaluerint . Et confirmat hanc noſtram opinionem , quod Idem Raſchi in commentario ſuo ad Kerithut fol. 5. col. 2. omiſſa קנה has ſpecies ſequenti ordine recenſeat צרי צפורן חלבנה מר קציע׳ שבולת נרד כרכום הרי ח׳ קושט קנמון קילופא הרי יא׳ סממנים נאמרו לו למשה : Thus ut notiſſimum forſan omiſit, vel etiam incuria amanuenſis vel typographi hic error commiſſus eſt, alias enim Raſchi non potuiſſet dicere הרי ח׳ *ecce octo* . Quo minus vero hæc noſtra emendatio locum inveniat , Grammaticam cauſari objicies ? Quis autem dialecti Rabbinicæ tam ignarus, qui neſciat, enallagen generis & numeri ſæpiſſime a Rabbinis , imprimis impuriori Talmudis ſtylo adſuetis, ut noſter Raſchius eſt, committi ? Quare nullus dubito, quin קלופה & קנה unam eandemque ſpeciem eſſe adfirmem. Kane vero a LXX. Exod. 30. redditur καλάμου εὐώδους , quos & ceteri interpretes ſecuti ſunt . Hunc itaque cum Dioſcorides lib. I. cap. 17. deſcribat, eum conſulamus : Κάλαμος ἀρωματικὸς, inquit, φύεται μὲν ἐν Ἰνδίᾳ . Ἔστι δὲ αὐτοῦ κάλλιστος ὁ κιῤῥὸς , πυκνογόνατος , καὶ εἰς πολλοὺς σχινδαλμοὺς θραυόμενος , γέμων ἀραχνίων τὸν σύριγγα , ὑπόλευκος , ἐν δὲ τῇ διαμασήσει γλίσχρος , στυπτικὸς ὑπόδριμυς , J. R. J. *Calamus odoratus in India naſcitur : melior eſt fulvus , denſe geniculatus , & qui aſſuloſe frangitur , plena araneorum fiſtula , albicans , lentus in mandendo & aſtringens ac cum aliquanta acrimonia amarus* . Et in fine μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι , καὶ θυμιάμασι πρὸς εὐωδίαν. *Suffitionibus malagmatiſque odoris gratia commiſcetur*. Dioſcoridi aſſurgere videtur Maimon in Kele hammikd: cap. 1. §. 3. וקנה , inquit, בושם הם הקני׳ הדקים כתבן האדומים הבאים מאיי הודו וריחן טוב והם ממיני הבשמים שנותנין אותם הרופאים בצרי : *Et calamus aromaticus ſunt calami tenues ut ſtramen , rubicundi , quæ adducuntur ex Inſulis Indiæ , & eorum odor eſt bonus , & ſunt ex ſpeciebus aromatum , quibus in Theriaca præparanda utuntur Medici* . Quod vero ſcribat Maimon , illum eſſe inſtar ſtraminis , non puto intelligi debere vulgare, ſed paludoſum, ſive juncum , qui aliquanto craſſior , non tamen σχοῖνον intelligo. Plinius vero lib. XII. cap. 22. in Arabia etiam naſci tradit. *Calamus* , inquit , *quoque odoratus in Arabia naſcens* , *communis Indis atque Syriæ eſt* . Et Guillandinus in notis ad h. l. vult duplicem Calamum aromaticum ſive odoratum eſſe ; alterum Syriacum ad ripas lacus Geneſaritici naſcentem, a vulgari nihil diſſimilem &c. Alterum Indicum deſcriptum a Dioſcoride olim, nuper a Garcia *Horto Luſitano* diverſiſſimum a Syriaco . Et tandem hæc addit : *Ea calami genera plurimum inter ſe diſcrepantia Plinius ignoranter miſcuit ac confundit* . In eo autem quod India non ſolum , ſed Arabia illum producat Plinio adjungi poteſt Agatharchides qui hunc in modum de Sabæis ſcribit : παρὰ μὲν γὰρ αὐτὴν πέφυκε τὴν θάλασσαν ποτε βάλσαμον πολὺ καὶ κασία & paulo poſt : δένδρα γὰρ ἠλίβατα σμύρνης τε &c. καὶ καλάμου καὶ τῶν ἄλλων αὐξεῖται τῶν τοιούτων . i. e. *ad ipſum maris littus largum naſcitur balſamum & caſia --- celſa exſurgunt arbuſta myrrhæ* &c. *& calami & id genus aliorum*. Quod ipſum tradunt Diodorus & Strabo & Arrianus in Alexandro lib. VII. Vide Virum Celeberr. Sam. Bochartum in Phaleg. lib. II. cap. 21. p. m. 133.

& in Hierozoico Part. 2. lib. v. cap. *6.* pag. *686*, 87. Dionyſius in deſcriptione Orbis vocat hunc calamum *bene odoratum* & ejus natales quoque in Arabia collocat. Sic enim ille verſſ. *927.* &c.

Κεῖθεν δ' ὀλβίςων Α'ράβων παρακέκλιται αἶα, &c.
Πέζα δὲ οἱ νοτίη πετραμμένη ἀντολίηνδε,
Κλύζετ' ἐρυθραίοις ὑπὸ κύμασιν Ὠκεανοῖο &c.
Αἰεὶ κηώεσσα θύοις ὑπὸ λαρὸν ὄδωδεν
Η' θύε ἠ σμύρνης, ἠ εὐόδιε καλάμοιο
Η' καὶ θεσπεσίοιο πεπαινομένε λιβάνοιο
Η' κασίης.

Quæ ſic Latio ſunt donata,

Inde vero ditiſſimorum Arabum adjacet terra &c.
Limes autem illi auſtralis converſus ad Orientem
Alluitur rubris fluctibus Oceani &c.
Semper fragrans Aromatis ſuaviter ſubolet.
Vel Thus, vel myrrham, vel bene odoratum calamum,
Aut etiam divinum matureſcens thus,
Vel Caſiam &c.

§. XXV. Septimo denique & ultimo loco expendendum venit nobiliſſimum & celeberrimum קנמון quod idem Latinum vocabulum *Cinnamum* ſeu *Cinnamomum* exprimit. Mira lectu Veteres de Cinnamomo narraverunt, quod Plinius lib. XII. cap. 19. refert. *Cinnamomum*, inquiens, *& Caſias fabuloſa narravit antiquitas, princepſve Herodotus, avium nidis, & privatim Phœnicis, in quo ſitu Liber pater educatus eſſet, ex inviis rupibus arboribuſque decuti, carnis quas ipſæ inferrent pondere, aut plumbatis ſagittis.* Avem hanc quoque jam commemoraverat Ariſtot. de Hiſt. Animal. lib. IV. cap. 13. verum non Phœnicem ſed Cinnamomum dictam. Hiſtoriam his verbis recenſet; φασὶ δὲ καὶ τὸ κινναμωμον ὄρνεον εἶναι οἱ ἐκ τῶν τόπων ἐκείνων καὶ τὸ καλέμενον κιννάμωμον φέρειν ποθὲν τοῦτο τὸ ὄρνεον, καὶ τὴν νεοττιὰν ἐξ αὐτε ποιεῖσθαι. Νεοττεύει δ' ἐφ' ὑψηλοῦ δένδρε καὶ ἐν τοῖς θαλλοῖς τῶν δένδρων. ἀλλὰ τὲς ἐγχωρίες μόλυβδον πρὸς τοῖς οἰςοῖς προσαρτῶντας, τοξέυοντας καταβάλλειν, καὶ ὅτω συνάγειν ἐκ τε φορυτε τὸ κιννάμωμον. Quæ quamvis non ad verbum quoad ſenſum tamen ab interprete ſunt reddita: *In Arabia cinnamomus avis appellatur, quam ſurculos cinnamomi portare, ac nidum ex his conficere ajunt. Nidificat excelſis arboribus & ramis ſed incolæ ſagittis plumbatis nidum petunt, atque ita diſcuſſo in terram cinnamomum legunt.* Dionyſius in Deſcriptione Orbis hujus avis mentionem facit his verſibus 944. 45.

Ο'ρνιθες δ' ἑτέρωθεν ἀοικήτων ἀπὸ νήσων
Η'λθον φύλλα φέροντες ἀκηρασίων κιναμώμων.
Volucres inſuper aliunde non habitatis ab Inſulis
Venerunt, folia ferentes non vitiatorum cinamomorum.

Martialis hanc avem ob delicatum ſuum nidum vocat *alitem ſuperbam*. Verſum vide ſupra in caſia citatum. Quod vero Plinius hanc avem, *Phœnicem* velit eſſe, & hunc in finem Herodotum citet, propterea Cl. Bochartus in Canaane lib. II. cap. 3. Plinium falſitatis arguit. Sonant enim verba Herodoti lib. III. ita: Ο'ρνιθας δὲ λέγεσι μεγάλας φέρειν ταῦτα τὰ κάρφεα τὰ ἡμεῖς ἀπὸ φοινίκων μαθόντες κιννάμωμον καλέομεν. *Magnas aves ajunt has afferre feſtucas, quas nos a Phœnicibus edocti cinnamomum appellamus.* „ *Ridicule*, inquit Cl. Bochar„ tus, *Plinius ad Phœnicem avem id* „ *refert quod de Phœnicibus populis ſcri*„ *pſerat Herodotus. Et quoniam Phœni*„ *cibus* קנמון *eſt cinnamomum &* קנים „ *nidi* קנן *nidificare. Inde occaſio fabulæ.* Verum ut Plinius ait: *His commentis augentes rerum pretia.* Mittimus jam fabulas & certiora indagabimus. Plinius l. c. Cinnamomum ita deſcribit: *Ipſe frutex*, inquit, *duum cubitorum altitudine ampliſſimus, palmique minimus, IV. digitorum craſſitudinis, ſtatim a terra ſex digitis ſurculoſus, arido ſimilis. Cum viret non odoratus, folio origani, ſiccitate gaudens, ſterilior imbre, ceu diræ naturæ. Gignitur in planis quidem, ſed denſiſſimis in vepribus rubiſque, difficilis collectu* &c. Dioſcorides Cinnamomi varia genera lib. I. cap. 13. hunc in modum commemorat: Κινναμώμε ἐςὶ πλείονα εἴδη, ὀνομαζόμενα, ἐπιχωρίως. διαφέρει δὲ τὸ μόσυλον, διὰ τὸ σώζειν πως ἐμφέρειαν πρὸς τὴν μοσυλίτιν καλεμένην κασσίαν. καὶ τότε πρὸς τὸ πρόσφατον τῇ χρόᾳ μέλαν, τεφρίζον ἐν τῷ οἰνώδει, λεπτὸν δὲ τοῖς ῥαβδίοις καὶ λεῖον, ὄζοις συνεχέσι κεχρημένον, σφόδρα εὐῶδες. J. R. J. *Cinnamomi genera plura patrium ſibi nomen vindicantia. Præfertur tamen Moſyliticum, quod caſſiæ cui Moſyliti nomen eſt, aliquam referat effigiem. Sed eo genere recens, nigrum, ex vinoſo in cinerium vergens, læve, tenuibus ramulis, ac frequentibus nodis cinctum, perquam jucunde olens* &c. Vide ibidem plura quæ re-

ferat de aliis generibus, pſeudocinnamo, xilocinnamo &c. Sunt vero Moſyli gens Trogloditicæ, apud Ptolomæum, a promontorio & Emporio Moſylo ſic dicti ad ſinum Arabicum. Arabiæ quoque tribuit Cinnamomum Propert. lib. III. el. II.

Et Tyrus oſtrinos præbet Cadmea colores,
Cinnamon & multi paſtor odoris Arabs.

Volunt hodierni ſcriptores Cinnamomum & Caſiam unam eandemque arborem eſſe, cujus cortex detractus ſit caſia, hodiequæ vocetur canella, cinnamomum vero fuerit extremitas ſarmentorum in arbore amputata; Idem Plinius innuere videtur l. c. cum inquit: *Præcipua bonitas virgultorum tenuiſſimis partibus ad longitudinem palmi. Secunda proximis breviore menſura atque ita ordine. Viliſſimum quod radicibus proximum, quoniam ibi minimum corticis in quo ſumma gratiæ. Qua de cauſa præferuntur cacumina ubi plurimum cortex.* Vide quoque quæ Plinius refert de ejus radice magni ponderis, quæ fuit aſſervata in templo palatii, quod fecerat Divo Auguſto conjux Auguſta, aureæ pateræ impoſita, ex qua guttæ editæ annis omnibus in grana durabantur, donec id delubrum incendio conſumptum eſt. Pretia quondam in libras denarium mille fuiſſe, idem auctor eſt. Cur vero cinnamomum pretio ſuperaverit caſſiam, Neoterici ſcriptores volunt, quod detracto cortice arboris canellæ ſive cinnamomi, poſt triennium alius ſufficiatur, ſi vero amputetur tum peſſum eat, id vero ne fiat lege jam cautum eſſe, indeque fieri, cinnamomum quod Veteres deſcripſerunt ad nos non perferri. Idem & volunt optimum jam inveniri in Inſula Ceilan Indiæ orientalis. Ad hoc credo & intendiſſe Maimonidem Kele Hammikd. cap. I. §. 3. והקנמון הוא העץ שבא מאיי הודו שריחו טוב ומתגמרי' בני האדם : *Et cinnamomum eſt lignum quod venit ex Inſulis Indiæ cujus odor eſt ſuavis & utuntur illo homines ad ſuffumigandum.* Sidonius epiſt. 13. lib. II. pag. 50. edit. Sirmond. cinnamomum in fuffimentis eſſe adhibitum his verbis quoque teſtatur: *Hinc ſuffita cinnamo ac thure cœnatio ſpargeret peregrinos naribus odores.* Confer Proverb. VII. verſ. 17. Verbum enim נפתי quod ibi occurrit & a quibuſdam redditur *Perfudi*, & a Luth. *beſprenget*, rectius vertitur *ſuffivi*, cum verbum hoc notione *agitationis* magis in uſu eſt, ſolemus quippe agitando acerram una cum odoribus prunis ſuper impoſitis hinc inde movere, quo eò latius fumus ſe diffundat. Et Raſchius ad h. l. ita commentatur; נפתי משכבי הנפתי הריח כמניף בסודר בבירת מבושם להביא הריח מלמעלה למט'. *SUFFIVI CUBILE MEUM: Agitavi odorem ut agitans ſudario in domo perfumata ad deducendum odorem deſuper ad infra.* Vide quoque quæ ſupra de caſia diximus. Addo hoc unicum: ἰοβόλοις θηρίοις καὶ θανασίμοις ἁρμόζει, *contra beſtias quæ virus ejaculantur, venenaque convenit*, ut auctor eſt Dioſcorid. loc. citat.

§. XXVI. Jam fidem meam exſolvam Luth. & teſtibus omni exceptione majoribus evincam plures quatuor iſtis ſpeciebus Exod. 30. commemoratis, ſuffitum hunc ſacrum conſtituiſſe. Inſpicias mecum verba Jeremiæ VI. 20. למה זה לי לבונה משבא תבוא וקנה הטוב מארץ מרחק עולותיכם לא לרצון וגו' : *Quo mihi thus quod ex Saba venit? & canna bona e terra longinqua? Holocauſta veſtra non ſunt acceptationi* &c. Num autem קנה ſeu *calamus odoratus* Exodi XXX. verſ. 34. inter ſpecies ſuffitus una recenſetur? Non puto. Neque vero Te inficias ire, hunc Jeremiæ locum ad ſuffitum referri debere, firmiter perſuaſus ſum. Verba etenim ſunt quam clariſſima. Nec aliorſum ea retulit R. D. Kimchi in h. l. Sic enim ille ad verba וקנה הטוב commentatur; שהיו מביאין אותם מארץ מרחק לקטרת כי לא היתה נמצאת בארץ ישראל ושאר סמני הקטרת היו נמצאים בה או זכר השנים והוא הדין אחרים והקטורת היתה באה להכשיר הקרבן ואם הקרבן אין נרצע (*legi* נרצה *debet*) לפני למה תטרחו לחביא הכשרון שהוא הקטרת *Et calamus odoratus: quem adducunt e terra longinqua ad ſuffitum* ſacrum, *quoniam non invenitur in Terra Iſraelitica, reliquæ autem ſuffitus ſpecies ibidem reperiuntur, aut, meminit harum duarum, & idem eſt judicium de reliquis; Erat autem ſuffitus ad rectificandum oblationem, ſi vero Oblatio non eſt accepta coram facie mea, cur igitur fatigamini ad offerendum hanc rectificationem, quæ eſt ſuffitus?* Quod primum membrum horum verborum attinet, reliquas nempe ſacri ſuffitus ſpecies excepto Calamo in terra Iſraelitica proveniſſe, non mihi arridet. Ni enim fallor, Kimchius concedere cogitur Aromata hæc non ſponte & ordinario proventu in Judæa creviſſe, ſed tantum in hortis & viridariis, & ſine dubio ad Salomonis Hortum aromaticum quoque reſpexit. Eſt

enim

enim vero ſimile hortum a Salomone Cant. IV. commemoratum, cujus

In medio glebis redolentibus area dives
Præbet odoratas meſſes; Hic mitis amomi
Hic caſiæ matura ſeges, Panchaja turgent
Cinnama, nec ſicca frondeſcunt vimina coſto,
Tardaque ſudanti prorepunt Balſama ligno,

ſi illum verbis Claudiani in Nupt. Honorii & Mar. deſcribere licebit, aut ſi mavis ſpecies ipſas in Cant. commemoratas cognoſcere locum ipſum conſulas; hortum inquam iſtum revera a Salomone una cum iſtis aromatibus fuiſſe educatum. Salomonem quippe tales ערוגות הבשם *Areolas aromatum* poſſediſſe ex Cant. VI. I. patet: confer. Cantic. VIII. verſ. ult. Verum Cant. IV. 14. קנה ſeu *Calamus* inter horti iſtius aromata una recenſetur, ſic ut terra Iſraelitica non magis Calamo Aromatico, quam aliis ſpeciebus deſtituatur. Quare hæc a Kimchio abſque fundamento fuiſſe dicta exiſtimem. Interim quod nobis erat probandum, inconcuſſum manet, nempe Kaneh eſſe ſpeciem ſacri ſuffitus, quæ Exod. xxx. non commemoratur. Vide quoque Jeſ. xlIII. 23. ſupra in קלופא citatum. Secundo loco tibi conſideranda præbeo verba Cant. III. verſ. 6. מי זות עולה מן המדבר כתימרות עשן מקטרת מר ולבונה מכל אבקת רוכל: *Quænam illa aſcendens ex deſerto inſtar palmæ fumi*, [vide infra §. xxx.] *ſuffita myrrha & thure ex omni pulvere ſeplaſiarii*. Quo quæſo Salomo alias intendit quam ad Suffitum ſacrum? Quare & rectiſſime Raſchius eo refert cum ad verba על שם ענן הקטורת שהיה מטמר מעל מזבח הפנימי: *propter nubem ſuffitus quæ inſtar columnæ aſcendebat deſuper altare interius*. Erat vero altare interius, illud quod intra Sanctuarium erat collocatum, ſuper quod quotidie ſuffitus adolebatur. Huic, tertio loco, addo teſtem Syracidem, qui longo tempore ante obrogatas V. T. cerimonias vixit, nempe ut ipſemet in prologo libri ſui, ſe 38. anno Evergetis in Ægyptum profectum fuiſſe, teſtatur; Hic autem Syracides non ſolum & myrrham ſed & cinnamomum, quas ſpecies Exod. xxx. caput ſilentio præterit, commemorat, cum ſapientiam ita loquentem introducit cap. 24. verſ. 17. 18. Ὡς κίνναμωμον καὶ ὡς πάλαθος ἀρωμάτων δέδωκα ὀσμὴν, καὶ ὡς σμύρνα ἐκλεκτὴ διέδωκα εὐωδίαν. Ὡς χαλβάνη, καὶ ὄνυξ, καὶ στακτὴ καὶ ὡς λιβάνου ἀτμὶς ἐν σκηνῇ. *Sicut cinnamomum & inſtar maſſæ aromatum dedi odorem & quaſi myrrha electa dedi fragrantiam bonam. Sicut Galbanum & Onyx & Balſamum & vapor thuris in tabernaculo*. Verto autem στακτὴν per Balſamum ob rationes ſupra adductas. Quarto denique loco tibi ſiſto teſtem αὐτόπτην, nam ut Comicus ait, *Pluris eſt teſtis oculatus unus, quam auriti decem*, Joſephum, graviſſimum rerum Judaicarum ſcriptorem: cui, quum ipſemet non tantum natione Judæus, ſed & progenie fuit Sacerdos, in has res curioſius inquirere, & oculis uſurpare licuit: hinc nec fides ejus hac in cauſa nobis ſuſpecta eſſe debet. Qui, cum occupationem Urbis ſanctæ deſcribit, libro ſeptimo de Bello Judaico cap. μα. 41. narrat, quoſdam Judæorum ad Titum transfugiſſe, inter alios quendam Sacerdotum, qui Cæſari tradidit quædam ſacrorum cimeliorum, & paulo poſt, συλληφθεὶς δὲ καὶ ὁ γαζοφύλαξ τοῦ ἱεροῦ φινέας ὄνομα, τούς τε χιτῶνας, καὶ τὰς ζώνας ἐπέδειξε τῶν ἱερέων, πορφύραν τε πολλὴν καὶ κόκκον ἃ πρὸς χρείας ἀπέκειτο τοῦ καταπετάσματος. σὺν οἷς κιννάμωμόν τε πολὺ καὶ κασίαν, καὶ πλῆθος ἑτέρων ἀρωμάτων, ἃ συμμίσγοντες ἐθυμίων ὁσημέραι τῷ θεῷ. Quæ ex Rufini interpretatione habes his verbis: *Quin etiam cuſtos ſacræ pecuniæ comprehenſus, Phineas nomine, veſtes & cingula ſacerdotum oſtendit, multamque purpuram & coccum quæ ad uſum repoſita catapetaſmatis ſervabantur. Cum quibus aliquantum* (in Græco legitur *multum*) *erat cinnami, caſiæ, pigmentorumque* (ſeu aromatum) *aliorum multitudo, quibus commixtis Deo in ſingulos dies adolebant*. Neſcirem equidem, num clarius adhuc deſiderares teſtimonium; afferam tamen ex eodem Auctore aliud, quod eſt quam clariſſimum, cum numerum ſpecierum, quamvis illas non recenſeat, expreſſe tamen tredecim fuiſſe definiat. Sic enim libro ſexto de Bello Jud. cap. ιδ p. 918. Τὸ θυμιατήριον δὲ, διὰ τῶν τρεισκαίδεκα θυμιαμάτων, οἷς ἐκ θαλάσσης ἀνεπίμπλατο τῆς τ' ἀοικήτου καὶ οἰκουμένης, ἐσήμαινεν, ὅτι τοῦ θεοῦ πάντα καὶ τῷ θεῷ. i. e. Rufino interprete. *Thuribulum autem per tredecim odores, quibus replebatur, ex mari & inhoſpito & inhabitabili*, [in Græco eſt *habitabili*] *deſignabat omnia Dei eſſe, Deoque ſervire*. Tredecim illæ ſpecies ſunt undecim illæ quas jam explicavimus, quibus a Joſepho, ſine dubio, annumerantur duæ aliæ nempe כיפת *ambra Jordanis* & מעלה עשן הירדן ſeu addi-

additītia suffitus recensentur, de quibus infra. Sal enim Sodomiticum tanquam commune condimentum omnium oblationum, forte studio prætermisit, Vinum autem & Sapo etsi suum habebant usum in præparatione suffitus, an numerari tamen speciebus istis ex quibus suffitus constabat, non poterant. Atque ita abunde demonstratum est, plures quatuor istis speciebus Exod. xxx. ℣. 34. commemoratis, suffitui sacro esse inditas; cum enim ex ore duorum aut trium consistat omnis veritas, ut omnis veritatis fons ait, nos quatuor testium, non absque temeritatis stigmate rejiciendorum, suffragiis causam nostram defendimus.

§. XXVII. Jam videndum est qua ratione Judæorum magistri undecim istas supra recensitas species ex ipso textu sacro eliciant. Talmud Bab. Gem. Kerithut cap. 1. fol. 78. col. 2. אמר ר׳ יוחנן אחד עשר סממנין נאמרו לו למשה בסיני אמר רב הונא מאי קראה קח לך סמים תרי נטף ושחלת וחלבנה הא חמשה וסמיך אחריני חמשה והא עשרה ולבונה זכה חד הא חד סרי וכו׳. *Inquit R. Jochanan undecim aromata Mosi sunt dicta* in monte *Sinai*: *Quærit Raf Huna unde id probas?* Ex Exod. xxx. *Cape tibi aromata*, hæc sunt *duo*, his adde *Balsamum Onychen & thus*, *habes quinque*, *hæc prope* sequuntur *alia quinque & habes decem*, *& Thus purum est una* species, *ecce* ergo *undecim &c.* Clarius hæc R. Salomo in Comment. ad Exod. מכאן למדו רבותי׳ י״א סמני׳ נאמרו לו למשה בסיני מעוט סמי׳ שני׳: נטף ושחלת וחלבנה ג׳ הרי ה׳: סמי׳ לרבות עוד כמו אלו הרי י׳ ולבונה הרי י״א וכו׳ *Hinc didicerunt Rabbini undecim aromata dicta esse Mosi in Sinai; ad minimum Aromata* (in pl. num.) sunt *duæ* species: *Balsamum Onyx & Galbanam* sunt *tres*. *Habes* jam *quinque*. *Aromata* (secunda vice ubi exstat) denotat *totidem*, *quot adfuerunt*; *habes decem*: *& thus*, *habes ergo undecim*. Sed omnium clarissime hæc explicat Abarbanel in Perusch Hatthora. fol. רז׳ col. 3. ותנה זכר בפסוק הראשון הזה שתי פעמים שם סמים וכפי דרך המפרשים סמים הראשון הוא מיני שרף ומעוט סמים שנים כאלו אמר שני מבני שרפים ונטף ושחלת וחלבנה הם שלשה הרי כאן חמשה וכו׳ ואמרו פעם שנית סמים אמרו שענינו וסמים אחרים כמספרם והראשנים היו חמשה הרי שהיו כלם עשרה והלבונה זכה יהיו כלם אחד עשר מיני סמנים חוץ מן המלח והם נזכרים בפטום הקטרת וכו׳ *Et animadverte in primo hoc versu* [Ex. xxx. 32.] *binis vicibus commemorari vocabulum* סמים seu *Aromata*, (nempe in numero multitudinis) *& secundum* sententiam *interpretum prius* סמים *denotat species resinæ* seu succi aromatici, *& ad minimum duas* species *aromatum*, *ac si* expresse *dixisset duas species* aromaticorum *succorum*. *Et Balsamum*, *& Onyx*, *& Galbanum*, *sunt tres*. *Ecce itaque quinque &c. Secunda quoque vice* in Sacra Scriptura סמים *ponitur & dicunt* interpretes, *quod ejus sensus sit* cape tibi *alia Aromata pro numero præcedentium*. *Atque priorum* quidem *fuerunt quinque*, *habes ergo* postremis quinque additis, *in universum decem*. Annumerato *Thure puro sunt in genere undecim* species aromatum, *excepto Sale* Sodomitico. *Atque hæ* species *in conditura suffitus commemorantur &c.* Quæ immediate his subjicit Abarbanel, videat quomodo defendat, sed vereor ne contradictionis sui ipsius reus agatur.

§. XXVIII. Undecim itaque illis speciebus congregatis Deus Exod. xxx. jubet, בד בבד יהיה in illis autem verbis interpretandis variant interpretes. Quo autem eo labore, ut singulos evolverem, supersedere possim, in causa est Vir Doct. Christianus Noldius, qui in opere nunquam non laudando, quod Concordantias particularum Hebr. Chald. vocat, plerorumque sententias exhibet. Cum autem unum itemque alterum ad ipsius verba sint notanda, integre ista apponam. Vertit autem V. Cl. pag. 162. בד בבד יהיה *pondus sicut pondus esto*. Ad hæc pag. 888. num. 727. hunc in modum commentatur. „ Ita „ seu per *Caph similitudinis* exponunt „ Kimchius & Ben Melech. Verba „ sunt. בד בבד כאלו אמר בבד בבד „ ושמוש שני ביתין כשמוש שני כפי „ הדמיון אלא שושפיק בזה הענין בבית „ אחד כלומר זה במשקל זה וזה במשקל „ זה *Stant duo Beth pro duobus Caph* „ *similitudinis &c.* Onkel. מתקל במתקל. „ Verto: *pondus sicut pondus*. Nam „ quid sibi vellet *pondus in pondere?* „ Et sub aliis verbis in eodem sensu „ LXX. ἴσον ἴσῳ ἔσαι. V. L. Samar. „ Pagnin. Tigur. Fag. Angl. Varabl. „ Grot. Rivet. Vernac. *æquales erunt* „ *ponderis*. Ar. *partes æquales erunt*. „ Luth. Malvend. *Sins so viel als des* „ *andern*. Kimch. in Michl. p. m. 15. „ col. 1. כל אחד ואחד במשקלו: *unum* „ *quodque in pondere suo*. R. Salom. „ יהיו שוים משקל במשקל כמשקלו של „ זה כך משקלו של זה. *Sicut pondus* „ *unius*, *ita pondus alterius &c.* Notant „ autem singulas species, pondere 70. „ libra-

„ librarum fuisse assumptas. Ita בד
„ non tantum erit *vectis*, *solus &c.* sed
„ & *pondus* (quod non docent *Lexi-*
„ *ca*) & Beth hic ministrabit pro כְּ
„ Caph Servili ac sensus erit: *pondus*
„ (unius) *sicut pondus* [alterius]. Uti
„ חלק כחלק Deut. XVIII. 8. 1. Sam.
„ XXX. 24. Incommode Tremellius &
„ Pisc. *solum cum solo esto*. Id est nul-
„ lo adhibito liquido. Qua cautela non
„ fuisset opus. Nam Moses non fuisset
„ ausus aliud assumere, quam quod ei
„ fuerat mandatum. Ergo *liquidum* eo
„ ipso jam ante fuit prohibitum, quo
„ haud nominatum fuit inter miscibi-
„ lia. Buxtorfius Lexic. p. m. 61. in-
„ terpretatur *unumquoque seorsim esto*.
„ Et allegat Aben-Ezram. Belgic. &
„ Coccej *Lexic. pag.* 79. *Dat elck by-*
„ *sonder zy*. Ἀνισορήτως. Nam species
„ illæ jubebantur misceri; & sic *solæ*
„ seu *seorsim* non manserunt. Aben-
„ Ezra non dicit aliud, quam quod
„ seorsim singula debebant præparari
„ [id est contundi] & misceri postea.
„ Verba sunt כל אחד לבד ירוקח ואחר
„ כך יעורב *unumquodque seorsim confe-*
„ *ctum*, *& hinc mixtum*. Huc usque
„ laudatus Noldius.

§. XXIX. Si vero ad scopum Noldii attenderis, animadvertes, illum unice eo intendere, quo novam significationem vocum בד בבד aucupetur, quam in Lexicis non invenies. Quare & illa tantum verba ex Rabbinis citat, quæ propositum ejus confirment, cœtera autem, nescio an studio, prætermittit. Hinc & Noldio assurgere mox possum, verum etiam ab ipso discedere cogor. Bifariam etenim phrasis hæc בד בבד יהיה ab ipso tractari debuisset. Non enim tantum, ubi Raschii verba citat, illa quæ allegat, sed & quæ Raschius præmisit, fuissent addenda. Sic enim sese integer Raschii locus habet אלו הארבעה הנזכרין כאן יהיו שוים משקל במשקל כמשקלו של זה כך משקלו של זה וכן שנינו הצרי והצפורן והחלבנה והלבונה משקל שבעים שבעים מנה ולשון בד נראה בעיני שהוא לשון יחיד אחד באחד יהיו זה כמות זה: i. e. *Istæ quatuor species quæ heic commemorantur erunt æqualis ponderis, prout enim pondus erit hujus, sic & pondus erit alterius. Et sic etiam traditio habet, Balsami Onychis Galbani Thuris uniuscujusque pondus fuisse 70. librarum. Videturque mihi, vox* בד *idem notare quod* יחיד [*unicus solus*] i. e. *sigillatim erunt, sicut hoc, ita & illud:* Hæc immediate Raschi subjecit quum modo undecim species supra recensitas enarrasset. Nec omisisse debuisset Erud. Noldius (quod factum autumo, quo eo melius suæ hypothesi inserviret, nempe בד significare debere *pondus*] quæ Ben Melech in Michlal Jophi p. m. 24. post בלומר כל אחד ואחד במשקל זה addit; במשקלו או כל אחד לבדו בד בבד אחד באחד ללומר שיהיו שחוקים כל החד לבדו ויש מפרשים משקל במשקל וכן תרגם אנקלוס רוצה לומר שישקול כל אחד ואחד לבדו מפני ההכרע או שיהיה משקל זה כמשקל זה כי היה בהם שהיה משקלם שוה והם המפורשים בתורה נטף ושחלת והלבנה ולבונה וכן אמרו רז״ל הצרי והצפורן והחלבנה והלבונה משקל שבעים שבעים מנה: Quæ una cum antecedentibus ex eodem auctore, cum supra a Noldio tantum sensus sit indicatus, sic verto; *Bad bebad. Ac si dixisset bebad bebad & duo Beth posita sint loco duorum Caph similitudinis; veruntamen ut ad sensum absolvendum sufficiat unicum Beth, ac si dixisset, hujus pondus erit secundum illius, & illius secundum hujus, quasi dixisset, unumquodque erit secundum pondus suum, aut, unumquodque erit seorsim, solum cum solo, singulæ species erunt singulæ, ac si diceretur, quod unumquodque seorsim contundere debeant. Et sunt quidam qui explicant*, PONDUS IN PONDERE, *& ita* παραφράζει *Onkelos. Vult dicere, unumquodque seorsim ponderari debere, propter momentum* [lancis]. *Aut, unius pondus debere alteri respondere, quo pondus eorum sit æquale, & tum respicit* (*sc. phrasis* בד בבד יהיה) *illas species quæ in Lege nominantur, nempe Balsamum, Onyx, Galbanum & Thus, & sic Rabbini nostri felicis memoriæ dicunt, Balsami, Onychis, Galbani, Thuris, uniuscujusque speciei pondus* 70. *librarum fuisse*. Si postremum eligam cum Doct. Noldio quidem facere potero; Si vero cum Abarbanele verba בד בבד יהיה ad undecim Aromata ista supra enumerata referam, dissentire cogor a Noldio ob rationes ab Abarbanele adductas. Cum enim is explicare absolvisset undecim istas species, addit ועל כלם אמר בד בבד יהיה ויש מפרשים משקל שוה לכלם וזה לא יתכן כי במשנת פטום הקטרת מפרש לקצתם ששה עשר מנה ולקצתם שבעים מנה ומהם תשנה ולכן ראוי שיפורש כדברי הראב״ע שכל אחד ישחק לבדו ואחרי כן יערב כלם וזה מפני כי אין שחיקתן שוה כי יש שנשחק בקלות כמו הנטף ויש שיקשה שחיקתו מאד כמו שבולת ודרד ולכן אמר הכתוב ושחקת ממנה הדק ולא אמר ושחקת אותם הדק כי לא היה השחיקה שוה בכלם ואמר ועשית אותה קטרת להגיד שהם לצורך ההקטרה כי אינם דברים נאכלים

נאכלים מפני מרירות׳ רק נקטרים ועולים בעשן: *Et de omnibus hiſce* ſpeciebus *dicit* Deus *unumquodque ſeorſim eſto. Sunt quidam qui explicant, omnium pondus æquale debere eſſe, verum hoc eſt inconveniens, quoniam in traditione confectionis ſuffitus ex quibuſdam ſpeciebus ſedecim pondo requirit, ex quibuſdam ſeptuaginta, ex quibuſdam novem; quare conveniens magis eſt explicatio R. Abraham Ben Ezræ, quod unum quodque ſeparatim contundi, & poſtea miſceri omnia debeant. Et hoc propterea, quoniam omnia hæc aromata non poterant contundi eadem opera. Eſt quippe quædam ſpecies quæ levi negotio contunditur, verbi gratia Balſamum, alius autem ſpeciei contuſio eſt difficilis, v. g. ſpicæ Nardi. Et propterea dicit Scriptura: Et contundes ex illis minutim: non autem dicit & contundes illas* (nempe ſimul) *minutim, quoniam contuſio non erit æqualis in omnibus: & dicit; & conficies ex illo ſuffitum: ad indicandum, quod neceſſe ſit illas adolere, quoniam non ſunt edulia, propter eorum amaritiem, verum tantum ſuffiuntur & in fumum aſcendunt.* Quod ad primum attinet diverſorum ponderum ſpecies has fuiſſe, poſtremum enim non valde moror, patet ex Talmud Bab. Kerituth fol. 78. col. 1. & ex Maimonide qui inde ſuum hauſit. Sic enim ille Kele Hammikdaſch cap. 11. §. 2. 3. fol. 178. unius cujuſque pondus recenſet. אחד עשר סממנים נאמרו לו למשה מסיני והם שעושין אותם במשקל מכוון ומוסיפין עמהן בלא משקל מלח סדומית וכיפת הירדן ועשב אחד שמעלה עשן ולא היו יודעים אותו אלא אנשים ידועים והוא היה הלכה בידם איש מפי איש: יזהו משקל אחד עשר סמנים נטף ושחלת והלבנה ולבונה מכל אחד משקל שבעים מנה והמנ׳ מאה דינרין ומור וקציעה ושבולת נרד וכרכום מכל אחד ששה עשר מנה קושט שנים עשר מנה קנמון תשעה מנים קלופה שלש מנים משקל הכל שלש מאות וששים ושמנה מנה שחוקין הכל הדק מוסיפין לו רובע הקב מלח סדומית וכפת הירדן ומעלה עשן וכו׳ i. e. *Undecim aromata Moſi ſunt dicta ex Sinai; atque hæ ſunt ſpecies, quæ certo atque definito pondere aſſumebantur. Et ad illas ſine pondere addidere, Sal Sodomiticum & ambram Jordanis, & herbam quandam quæ fumum aſcendere facit; Neque ſunt qui eam cognoſcant, niſi certi quidam viri, quorum alter ab altero ejus cognitionem hereditaria traditione accepit. Et hoc eſt horum aromatum pondus. Ex Balſamo, Onyche, Galbano, Thure unoquoque 70. pondo. Et pondo eſt 100. denariorum. Ex Myrrha, Caſia, Spica Nardi, & Croco, unoquoque 16. pondo. Ex Coſto 12. pondo. Cinnamomo 9. pondo. Cortice odorato 3. pondo. Summa omnium 368. Iſtas omnes ſpecies minutim contundunt. His inſuper addunt quartam partem Cabi Salis Sodomitici, Ambræ Jordanis, & Maale aſanis. &c.*

§. XXX. Heic priuſquam ad reliqua pergimus, paululum ſubſiſtemus & conſiderabimus tres has poſteriores ſpecies nempe מוספים ſeu *Auctarium* ſuffitus. De priori videlicet ſale Sodomitico deinceps occaſio differendi dabitur. In præſenti expendemus duas poſteriores, æque obſcuras ſpecies, Ambram Jordanis, & Maale aſan. Certi quidquam tibi B. L. velle proponere incaſſum erit, cum ubique ingens de iis ſit ſilentium. Communicabo tamen tecum quæ comperi. Ambræ Jordanis ad ſuffitum addi כל שהוא *parumper* in Kerituth fol. 78. col. 1. legitur. Ubi in notis vult Raſchi fuiſſe עשב הגדל על שפת הירדן *herbam quæ creſcat ad ripam Jordanis.* Hæc citat quoque Aruch. p. 81. col. 4. & addit ויש אומרי׳ רעי של דג הגדל בירדן והוא עמברא״ בלעז: *ſunt autem qui dicunt eſſe excrementum piſcis cujuſdam qui in Jordane vivit, quod in lingua barbara Ambra vocatur.* Sed vides incerta hæc eſſe, nec ego certiora addere habeo. Interim de alia re certiorem Te reddam. Sæpius in hac diſſertatione invenies, quando Judæi vocabulum aliquod Hebraicum per notius explicare volunt, plerumque addere בלעז *in lingua Barbara* id eſt vernacula, quæ non eſt Hebræa, explicante Buxtorfio in Lexic. Talm. pag. 1151. Verum quid Judæi proprie per hanc vocem intelligant, tecteque innuant, primus omnium, ni fallor, feliciſſime detexit Vir admirandæ eruditionis Joh. Chriſtoph. Wagenſeilius, in Doctiſſimo opere quod appellatur *Sota*. Nempe per ראשי תיבות denotare בלשון עבודה זרה i. e. *in lingua idololatrica*, verum hæc in tranſcurſu. Jam diſpiciamus quid ſit Maale Aſan. Aggredior vero opus graviſſimum & obſcuriſſimum. Si qua enim unquam res e memoria hominum deleta fuit, penituſque oblivioni data, certe fuit Maale Aſan. Hinc maximum apud Chriſtianos deſcriptores imo & ipſos Rabbinos, hac de re ſilentium. Cum enim in Templo quindecim ſpecies præfectorum erant, qui ſinguli ſub ſua directione excellens quoddam officium gubernabant, ut eſt in Schekalim cap. 3. §. 11. בן בבי על הפקיע בן ארזה

ארזה על הצלצל הונרוס בן לוי על השיר בית גרמו על מעשה לחם הפנים בית אבטינס על מעשה הקטורת V. S. *Ben Bavi flagellationi præerat. Ben Arsa Cymbalo. Hogrus Ben Levi, cantoribus. Familia Garmo, pisturæ panum propositionum. Familia Abthines præparationi suffitus &c.* Non quidem quod hi omnes uno eodemque tempore vixerint, sed quod Mischna tantum cujuslibet ætatis pios & bonos enumeret, notante Bartenora ad h. l. Sic erat inter hos quidam, qui singulare quoddam artificium callebant in sua arte, cujus alios præter suam familiam participes reddere nolebant, ut familia Abtines, sciebat מעלה עשן seu artificium quo fumus suffitus instar baculi ascendebat, quod alios erudire nolebat, ut liquet ex Joma cap. 3. §. ult. ubi & alii recensentur qui suam artem palam facere negabant, hæc sunt ipsa verba; ואלו לגנאי של בית גרמו לא רצו ללמד על מעשה לחם הפנים של בית אבטינס לא רצו ללמד על מעשה הקטורת הגרוס בן לוי היה יודע פרק בשיר ולא רצה ללמד בן קמצר לא רצה ללמד על מעשה הכתב על הראשונים נאמר זכר צדיק לברכה ועל אלו נאמר ושם רשעים ירקב V. S. *Et istos in ignominiam: familiam Garmu quod abnuerint docere quædam quæ spectabant ad modum conficiendi panis propositionis. Familiam Abtines quod abnuerint docere quædam quæ spectabant ad modum conficiendi suffimentum. Hogrus Levita cantandi peritus erat & docere noluit. Filius Kamzaris noluit docere quædam quæ ad artem scribendi spectabant. De prioribus* [de quibus paragrapho præcedenti] *illud usurpatum est; memoria justi in benedictionem: ad de istis dicitur, nomen impii putrescet.*

§. XXXI. Illa vero quæ de Maale Asan comperi, exstant in Talmude Hierosolymitano fol. 49. col. 1. Schekalim. Non gravabor quædam excerpta tecum communicare. של בית אבטינס היו בקיאין בפיטו' הקטורת ובמעל' העשן ולא רצו ללמד שלחו והביאו אומנים מאלכסנדריאה והיו בקיאין בפיטום הקטורת ובמעלה עשן לא היו בקיאין של בית אבטינס היית מתמרת ועולה ופוסה ויורדת ושל אילו היתה פוסה מיד כיון שידעו חכמים בדבר אמרו כל מה שבר' הקב"ה לכבודו ברה שנאמר כל הנקרא בשמי ולכבודי בראתיו וגו' שלחו אחריהם ולא רצו לבוא עד שכפלו להן שכרן וכו' אמרו להם מסורת בידינו מאבותינו שהבי' הזה עתיד ליחרב שלא ילמדו אחרים ויהיו עושין כן בפני עבודה זרה שלהן בדברים הללו מזכירין אותן לשבח שלא יצאת אשה משל אחד מהן מבושמת מעולם ולא עוד אלא כשהיה אחד מהן נושא אשה ממקום אחר היה פוסק עמה על מנת שלא תתבושם שלא יהו אומרים ממעשה פטום הקטורת הן מתבשמות לקיים מה שנאמר והייתם נקיים מיי' ומישראל א"ר יוסי מצאתי תינוק אחד משל בית אבטינס אמרתי לו בני אבותיך לפי שנתכוונו לרבות כבודן ולמעט כבוד שמים לפיכך כבודם נתמעט וכבוד שמים נתרבה א"ר עקיבה שח לי שמעון בן לונה מלקט הייתי עשבים אני ותינוק אחד משל בית אבטינס וראיתי אותו שבכה וראיתי אותו ששחק אמרתי לו בני למה בכית אמר לי על כבוד בית אבא שנתמעט ולמה שחקתה אמר לי על הכבוד המתוקן לצדיקים לעתיד לבוא ומה ראית מעלה עשן לנגדי נומיתי לר בני תראהת לי אמר לי מסורת בידי מאבותי שלא להראוו לברייה Quæ ita verto. *Familia Abthines sciebat præparare suffitum & elevare ejus fumum, sed nolebat illud alios docere. Quare miserunt* (Sapientes) *& accersiverunt ex Alexandria artifices qui erant excercitati in opere suffitus, in extollendo autem ejus fumo non erant excercitati. Suffitus enim quem adolebat familia Abthines, prius se elevabat & ascendebat in altum instar baculi, deinceps se diffundebat, & post versus terram descendebat; Horum vero* [nempe Alexandrinorum] *statim undique se diffundebat. Quod postquam innotuit sapientibus, dixerunt; Omnia quæ Sanctus Benedictus ille creavit, creavit ad gloriam suam. Quemadmodum dicitur* [Jes. 43. 7.] *Omnis qui nominatur a nomine meo & ad gloriam meam creavi ipsum &c.* [In Gemar. Babyl. Joma allegatur locus ex Prov. 16. 4. כל פעל ה' למענהו *Omnia operatur Deus propter se ipsum*] *accersiverunt* [Sapientes] [Sc. Beth. Abthines] *sed noluerunt venire, priusquam eorum merces duplicaretur &c. Dixerunt vero* [Sc. Beth. Abtines Sapientibus] *constans est nobis traditio a majoribus nostris, quod domus hæc* [in En Jacob Joma fol. 27. col. 1. id exprimitur per בית המקדש *domum sanctuarii*) *aliquando sit destruenda, propterea* [cavemus] *ne addiscant peregrini, & eodem suffitu utantur in cultu suo Idololatrico. Hoc in laudem Beth Abthines recensetur, quod nulla unquam ex illorum uxoribus in publicum prodierit aromatibus condita. Et non hoc tantum; sed cum quis eorum uxorem sibi despondet ex loco peregrino, prius cum ea paciscitur super hac re, ne se aromatibus inficiat. Ne sint qui calumnientur, illas se ex aromatibus quæ ad suffitum pertinent, condire, sed potius ut stabiliant quod scribit* [Numerorum 32. 22.] *Et eritis*

eritis innocentes coram Jehova & Iſraele. Narrabat R. Joſe: Inveni aliquando puerum quendam ex Familia Abthines, cui dicebam: Fili mi, quoniam majores tui intenti erant, ut ſuam gloriam amplificarent, gloriam vero divinam diminuerent; hac de cauſa eorum gloria imminuta, gloria vero divina eſt exaltata. Dixit R. Akiba: recenſuit mihi olim Simeon filius Luga: Legens fui aliquando herbas ego & puerulus ex familia Abthines, vidi ipſum flentem, denuo autem cachinnantem; quæſivi ex illo: Fili mi cur fles? Reſpondebat: Defleo gloriam domus paternæ, quod ſit imminuta. Cur vero rides? Quoniam, inquit, gloria parata eſt Juſtis poſthac. Quid circumſpicis, quærebam? Animadverti, dicebat, Maale Aſan coram me. Dixi ipſi, Fili mi, monſtra quæſo. Reſpondebat: Habeo traditionem a majoribus meis, ne id ulli creaturæ indicarem. Poſtrema verba ita invenies in Gem. Babyl. Joma cap. 3. fol. 28. 1. ubi præcedentia etiam exſtant ſed paulo obſcurius שבועה היא בידנו שאין מראין אותו לכל אדם *juramento ſumus obſtricti, quod id nulli homini monſtremus.* Vide quoque Talm. Jeruſch. Joma fol. 41. 1. ubi eadem hiſtoria ſed non integre, & Schir Haſchirim Rabba fol. 20. col. 4. ubi magis inordinate, exſtat. Patet inde quam ſollicite anxieque ſemper attenderit Beth Abthines ne ſecretum hoc in aliorum hominum perveniret notitiam. Ex hac autem hiſtoria crediderim Maimonidem in loco ſupra citato ut & Bartenoram Joma cap. 3. §. 11. מעלה עשן definire, herbam quandam fuiſſe; Ut &, Maimonidem per *viros illos, qui eam herbam cognoverint, ejuſque cognitionem alter ab altero acceperint*, Beth Abthines intellexiſſe, non eſt in dubio. Sed & forte ad familiam Abthines reſpexit Baal Hatturim ad Exod. 30. cum per elegantem ingenii luſum ex verbis קח לך סמים *cape tibi aromata* per סופי תיבות elicit nomen חכם *ſapiens*; Quod nempe Deus voluerit, homines ſapientes ut adhibeantur huic præfecturæ, qui excellenti modo ſuffitum præparare ſciant. Nam Moſen ipſum non præparaſſe, [ideoque חכם ad illum non referendum eſt] ſed elegiſſe tantum homines ſapientes qui illum confecerint, ex mente Rabbinorum infra videbimus. Quo tamen fato acciderit, ut poſterioribus temporibus, cum liber iſte traditionalis ad aliorum etiam manus pervenerit, Maale Aſan non innotuerit, neſcio equidem; niſi id intempeſtivo abdita occultandi ſtudio, ſit adſcribendum. Hæc enim in l. l. c. c. ſubjicitur hiſtoria, quam tamen ut magis claram ex Gem. Bab. Joma fol. 38. col. 1. recenſebo: אמר רבי יותנן בן נורי פעם אחת מצאתי זקן אחד ומגילת סממנין בידו אמרתי לו מאין אתה מבית אבטינס אני ומה בידך אמר לי מגילת סממנין הראהו לי אמר לי כל זמן שבית אבא היו קיימין לא היו מוסרין אותה לכל אדם עכשיו הרי היא לך והזהר בה וכשבאתי וסחתי דברים לפני רבי עקיבא אמר לי מעתה אסור לספר בגנותן וכו׳ i. e. *Narrabat R. Jochanan filius Nuri. Inveni aliquando ſenem quendam manu ſua Volumen, in quo ſpecies ſacri ſuffitus conſignatæ erant, tenentem. Interrogabam ipſum; Undenam es? Reſpondebat: Sum ex familia Abtines. Quid vero in manu tua? Reſp. Volumen Aromatum. Monſtres quæſo inquiebam. Reſp. Quamdiu familia paterna fuit in ſtatu integro* (En Jacob l. c. & Talmud. Jeruſch. habet q. f. p. fuit *verecunda*, agens id quod rectum & bonum erat) *nemini hominum id tradebat*; [ſubintellige extraneo, in ſua autem familia unus alteri tradebat, Talmud Jeruſch. Schek. l. c. והיו מוסרין את המגילה הזות אילו לאילו] *Nunc vero: En, cape tibi, ſed ſollicite eum ſerva. Cum vero R. Akibam adirem ipſique rem hanc narrarem* (Talm. Jeruſch. Schek. l. c. addit זלגו עיניו דמעות Stillabant oculi ejus lachrymas,) *mihique dicebat; ab hoc tempore prohibitum eſto quidquam in eorum ignominiam recenſere.* Addebatur autem ad ſuffitum ex Maale Aſan כל שוה *parumper* Kerithut fol. 78. 1.

§. XXXII. Hactenus in eo verſati ſumus, quo Species iſtas ſive Aromata, ex quibus ſuffitus Sacer præparari debebat, ſeorſim una cum iis, quæ annecti neceſſario debebant, conſideraremus: jam quomodo ex iis ſuffitus ſit confectus, diſpiciemus. Ipſe autem Legislator qua ratione id fieri debeat, inſtituit verſ. 35. ועשית אותה קטרת רקח מעשה רוקח ממולח טהור קדש *Et facies ex illo ſuffitum, mixtum opere pigmentarii, ſalitum, purum, ſanctum.* Quis autem ex illo ſuffitum faciet? Exſtat verſ. 34. *Et dixit Deus ad Moſen: Cape tibi aromata &c.* Verum Abarbanel vult ſuffitum non per manus ipſas Moſis eſſe confectum, ſed tantummodo Moſen præceptum hoc accepiſſe propterea, ut curaret ſuffitum hoc modo præparari. Moſi enim heic loci tantum dicit וקח לך *& cape tibi*, in confectione autem olei unctionis ואתה קח לך *& TU cape tibi*, quare & hoc ab ipſo Moſe eſſe confectum, ſuffitum autem

autem ab aliis, aſſerit. Num vero hoc non potius ſit argurari quam veritati litare, non facile dixerim. Id certo conſtat, poſterioribus temporibus hanc curam familiæ Abtines fuiſſe demandatam, quæ autem quando florere inceperit non comperi. Conſulas de hac familia quæ modo ſupra de Maale Aſan diximus. His autem verbis verſus 35. Deus omnem ſocordiam a præparatione hujus ſuffitus longe abeſſe vult. Artem quippe apothecariam omnem excludere negligentiam quem latet? Omnia enim ad trutinam accurate penſitando, optimas ſpecies a vilioribus ſegregando, duriores bene tundendo & comminuendo, inter ſe confundendas quam optime miſcendo, conſpurcata & viſu non jucunda pulchre purgando & ornando, denique unumquodque omnibus formis fere induendo, operam ſuam omnem collocant Pigmentarii. Hinc rectiſſime Abarbanel in Peruſch Hattora fol. 207. col. 4. ואמר רוקח מעשה ריקח להגיד שיתקן כל מין ומין מאלה על צד היותר טוב שאפשר כי יש מהסמנין שצריך תקון אומנים ליפותו או שיפשוף או רחיצה בייז או במי רגלים או ביוצא בזה כפי דרכי הרוקחים *Et dicit DEUS* & facies ſuffitum, *mixtum opere aromatarii*; *ad indicandum quod unaquæque ſpecies ex iſtis præparari debeat modo præſtantiſſimo ut fieri poterit; quoniam quædam aromata neceſſe habent ut præparentur ab artificibus quo pulchriora evadant*, *aut expolitione aut ablutione cum vino vel lotio aut ſimilibus*, *quemadmodum fert mos pigmentariorum*. Omnium autem maxime periti artificis manum requirebat שחלת ſive *Onyx* de quo ſupra. Cum enim ille in paludoſis locis vivat, conjectura facile poterimus aſſequi, quod limo & luto fuerit obſitus, ideoque exactam lotionem poſtulaverit. Cujus præparationem nos docent Talmudici eſſe factam fricatione cum Sapone Carſchinæ & lotione in Vino capparis. Kerithut fol. 78. 1. בורית כרשינה ששפין בה את הצפורן כדי שתהא נאה יין קפריסין ששורין בו את הציפורן כדי שתהא עזה והא מי רגלים יפין לה אלא שאין מכניסין מי רגלין למקדש מסייע לידה לרבי יוסף ברבי חנינה דאמר קדש היא קדש תהידה לכם כל מעשיה לא יהו אלא בקדש. *Sapo Carſchinæ* adeſſe debet in confectione ſuffitus, *quia cum eo fricant Onychen, quo pulchra reddatur; Ut & vinum Capparis in quo humectant Onychen, ut robuſtior evadat*. [Raſchi id explicat per שיהא ריחה חזק ut odor ejus fortior ſit] Object. *Sed ecce vino præſtat urina*. Reſp. *Verum illam in Sanctuarium non inferunt. Et auxiliatur ſibi R. Joſeph filius R. Chaninæ, illo quod ſcriptum eſt; Sanctus eſt, ſanctus ſit vobis* ſc. ſuffitus. *Ergo & omne ejus opus non niſi in ſanctitate perficiatur.* Maimon Kele Hammikd. cap. 2. §. 5. כיצד מפטימין את הקטרת מביא תשעה קבין בורית כרשינה ושף בה את הצפורן ואחר כך שורה את הצפורן באחד ועשרים קב של יין קפריסין או יין לבן ישן חזק ביותר ואחר כך שוחק כל אחד מן הסמנים בפני עצמו הדק וכשהוא שוחק אומר הדק היטב הדק היטב כל זמן ששוחק ומערב הכל. *Quomodo præparant hunc ſuffitum? Indit novem cabos Saponis Carſchinæ & abradit cum illo Onychen & deinceps madefacit eandem in undecim cabis vini Capparis aut vini veterni albi generoſioris reliquo, & poſtea unamquamque ſpeciem ex aromatibus ſeorſim minutim contundit. Cumque tundendo occupatus eſt, dicit. Comminuere quam optime, Comminuere quam optime, idque per totum tempus quo illa omnia tundit & præparat, repetit, & omnia miſcet.*

§. XXXIII. Priuſquam poſterius ulterius proſequimur, quid Sapo Carſchinæ, & Vinum Capparis fuerit ante contemplabimur. Quod בורית attinet, id Raſchi ad Jeremiæ cap. 11. verſ. 22. per Saponem explicat ויש לועזים בורית שאבון בלעז: *Et ſunt qui Borith Barbare Sabon appellant*. Sic & Kimchi ad eundem locum, qui tamen addit; ויש מפרשים שהוא עשב שמכבסין בו: *Et ſunt qui id herbam eſſe explicant, qua ad lavandum utuntur*. Quare vero Epitheton *Carſchinæ* addatur, non certa redditur ratio. Sic enim Raſchi ad Kerithut l. c. ſcribit; כרשינא הבא מאותו מקום לא עשב הנקרא אירבה שנוטיא שעושין ממנ׳ בורית שקורין ספוני מפי הרב הגדול: *Carſchina* propterea vocatur *quod ex loco iſto apportatur*: *ſecundum aliam autem interpretationem eſt herba quæ vocatur Irba Schenotia*, *ex qua Borith conficitur*, *quod Saponem vocant*, *ex magni cujuſdam Doctoris ſententia*. Herba autem illa quænam fuerit neſcio equidem, cum nec ipſe Raſchi ſibi videtur fuiſſe conſtans: ad Malachiæ enim caput 111. verſ. 2. ſcribit; בורית עשב הוא שמעביר את הנתם בל׳ אירבא שניירא: *Borith eſt herba quæ removet maculam*: *barbare vocatur Irba Scheneira*. Hic loci herbæ hujus nomeu eſt immutatum, nec ut in loco præcedenti ad *Carſchinam*, ſed ad *Borith* refertur. Quicquid autem ſit, hoc quod Raſchi ſubjicit, extra omnem dubitationis aleam eſt collocandum, quod ſit,

בורית דבר המצחצח ומט׳ה *Borith res quædam, ſplendens & purum reddens.* Quod de Sapone Paulus Ægineta pronunciat: Σάπων inquiens, ἐϛὶ ῥυπτικῆς δυνάμεως *Sapo purificandi vim habet.* Eſt autem & apud Græcos Σαπώνιον, ου, in uſu, quod idem cum mutilato ספוני, quo ſupra Raſchius eſt uſus, eſſe credo. Eſt autem Sapo Gallorum inventum, ut tradit Plinius, rutilandis capillis. Fit ex ſevo & cinere, optimus ſagino & carpineo: duobus modis, ſpiſſus & liquidus. Sed alii deinde varia adjecerunt pro ſuo quiſque arbitrio. Σαπώνιον autem diminutivi nominis formam habens, apud Theocriti Scholiaſten exſtat, ſcribentem, σμήχω eſſe καθαίρω; unde σμῆγμα eſſe τὸ σαπώνιον. Vid. Theſaurus Gr. Long. H. Stephani in indice, parte altera col. 20.

§. XXXIV. Eadem ratione & Vinum Capparis a Rabbinis in bivio conſtituitur: alii enim Vini epitheton *Kapparis* autumant eſſe loci cujuſdam, alii vero fructus nomen. Sic Raſchi ad Kerithut l. c. יין קפריסין שב׳ ממקום ששמו קפרס ט״א בגליון יין קפריסין שעושין מקפרס של אילן הוא ששמו קפרס כגון הצלף והקפרס מ׳ר: *Vinum Kapparis eſt quod venit ex loco cujus nomen eſt Kapparis. In quodam autem volumine alia redditur nominis ratio, nempe quod Vinum Kapparis præparent ex Kappare, fructu cujuſdam arboris ejuſdem nominis; ex. gr. Hatzelaph & Capparis,* [ſunt nomina arborum] *quod a præceptore meo didici.* Qui nam ille locus nomine Kapparis eſſe debeat, vix ſcio, niſi forte inſula Cyprus intelligatur. Nam memini me aliquando in *Reiſebuch des Heiligen Landes* legiſſe, indolem vini iſtius inſulæ eſſe, ut, cum natura ſit rubicundum, quo magis ad vetuſtatem accedat, eo etiam albeſcat magis. Cum autem neſciam an huc Maimonides intendat, imo & Inſula Cypri Hebraico nomine כופר inſigniatur ἀπὸ ἐκεῖ φυομένου ἄνθους κύπρου *a Cypri flore, qui ibi naſcitur*, ut eſt apud Stephanum & Euſtathium, licet alii denominatam velint a Cypro Cinyræ filia, quam litem non facio meam. Videatur Ill. Bochartus in Chanaane lib. 1. cap. 3. p. m. 373. Ego potius poſteriorem amplectar ſententiam nomen ſuum hoc vinum obtinuiſſe a fructu *Capparis*. Quod enim ab hoc vino exigitur, in eo conſiſtit, ut fortitudine ſua & acritudine Onychen hunc penetret & odorem ejus excitet. Commodius autem Vino hoc Capparisino non facile quidquam potuiſſet adhiberi. Celebratur quippe fructus Capparis ob ſuam acritudinem Dioſcoridi lib. II. cap. 204. Ἡ μέν τοι λυβικὴ κάππαρις, γεννωμένη δὲ κατὰ τοὺς μαρμαρίτας λεγομένους ἐμπνευματοῖ ἰσχυρῶς. Ἐμετικὴ δὲ τυγχάνει ἡ ἐν ἀπουλίᾳ, ἡ δὲ ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ λιβύης, δριμυτάτη. Φλυκταινοῦσα τὸ ϛόμα, καὶ κατεσθίουσα τὰ οὖλα ἄχρι γυμνώσεως. ὅθεν πρὸς βρῶσιν ἐϛὶν ἀνεπιτήδειος. Hoc eſt, J. R. J. *Aphrica, & præſertim Marmarica Capparis, vehementer inflat. Apula vomitus facit, & quæ a Libyco & quæ rubro mari defertur, mirum in modum acris eſt. Siquidem in ore puſtulas excitat, gingivaſque oſſetenus exeſt: quare in cibis non abs re damnatur.* Imprimis notanda quæ de vino illis condito ſcribit idem Auctor. Ὁ μὲν οὖν καρπὸς αὐτῆς σπλῆνα τήκει, ὁλκὴ δυοῖν < μετ' οἴνου πινόμενος ἐπὶ ἡμέρας μ', ἄγει δὲ οὖρον καὶ διαχώρημα αἱματῶδες. *Fructus duabus drachmis in vino potus quadraginta diebus, lienem abſumit, & urinam cruentumque excrementum emittit.* Effectus illorum generum paulo aliter recenſet Plinius H. N. lib. XIII. cap. 23. *Cavenda ejus genera peregrina. Siquidem Arabicum peſtilens. Africum gingivis inimicum. Marmaricum vulvis & omnium inflationibus. Apulum vomitus facit, ſtomachum & alvum ſolvit &c.* Videatur idem de vino lib. XX. cap. 15. Neutiquam vero mirationem ſubire debet, tanta copia & Saponem & Vinum, fuiſſe adhibita; cum ad purificaudas 70. libras, ubi ſine dubio nec minor copia Onychum adfuit, non exigua quantitas requiratur.

§. XXXV. Abluto itaque & mundato Onyche, una eademque ſors ipſi cum ceteris ſpeciebus ſuffitus eveniebat, nempe in pulverem, per contuſionem improbam redactio. Erat ad hoc negotium peragendum temporibus Moſis mortarium æneum, quod etiam in Templo ſecundo adhuc aſſervabatur, ſi Talmudicis fides habenda. Sic enim nos docent in Erachin Babyl. fol. 10. 2. כמות שהיה מכתשת היתה במקדש של נחושת היתה ומימות משה היתה והיתה מפטמת את הבשמים נתפגמה והביאו אומנין מלאכסנדריא (irrepſit vitium typographicum pro מאלכסנדריא) של מצרים ותיקנוה ולא היתה מפטמה כמו שהייתה נטלו את תיקונה והייתה מפטמת כמו שהייתה וכ׳ו *Similiter* (fuit enim antea ſermo de אביב & צילצול *Fiſtula & Cymbalo* quæ quoque a temporibus Moſis aſſervabantur in templo ſecundo,) *ut & adfuit mortarium æneum in templo, quod a diebus Moſis erat tranſmiſſum, in quo præparabantur aromata.*

Quod

Quod cum aliquando findebatur, adduci curaverunt (Sapientes) *opifices ex Alexandria, quæ sita est in Ægypto, qui illud reparaverunt*, [forte inducendo laminam super fissuram] *tum vero tam bene non præparabantur in eo aromata ut ante; Removerunt itaque illam correctionem* [forte laminam] *& rursus ut olim pulchre miscebantur &c.* Quid vero in causa fuerit, quod aromata ista non tam scite mixta fuerint, quam diu correctio illa in mortario fuerit, suspicor fuisse suppressionem clangoris quem alias mortarium edebat, licet enim vas æneum fissura quadam corruptum non tam clarum reddat sonum ac si sit integrum, clariorem tamen multo edit, quam si lamina superinducatur; comperimus enim hodienum campanas grandiores & si sint fissæ, sonum tamen reddere fortem licet paulo obtusiorem. Is vero, qui in eo erat, ut aromata suffitus præparet, mirifice hujus mortarii clangore excitabatur, ad ea quam minutissime tundenda. Quod docet Raschi ad locum, supra citatum ex Erachin, ad verba מפטמה אות הבש׳ sic inquit: שבה היו כותשין אות סממני הקטרת והיה קולה צלול ומפטמת הבשמים יפה ונותנת בהן ריח דאמרינן בכריתות השוחק אומר היטב הירק הירק היטב שהקול יפה לבשמים: *Quoniam in eo* (sc. mortario) *contundunt aromata suffitus, ejusque sonus est tinniens instar tintinnabuli & pulchre aromata præparat*, [cum nempe is qui ea præparat clangore mortarii ad ea bene tundenda, excitatur;] *atque facit, ut bene oleant: juxta id quod traditur in Kerithuth, qui illa contundit, inquit, Bene comminuere, comminuere optime, quoniam aromatibus vox hæc bene convenit.* Quam latissime autem dum contundebantur aromata, jucundum spargebant odorem imo vel ad decem milliaria. Sic enim loquuntur Talmudici in Tamid, cap. 3. §. 8. in fin. מיריחו היו מריחים ריח פטום הקטורת אמר רבי אליעזר בן דגלאי עזים היו לבית אבא בהר מכוור והיו מתעטשות מריח פטום הקטורת. *Ad Jerichuntem usque odorati sunt odorem præparationis suffitus. Narrabat Rabbi Elieser filius Daglai; Habebant in domo paterna in Monte Machvar, capras, quæ a confectione suffitus sternutabant.* Erant autem urbes Hiericho & Jerusalem dissitæ ad decem milliaria ומירושלים עד יריחו עשר פרסאות ut inquit Bartenora ad h. l. Neutiquam vero mihi persuadere possum, hoc & quæ eodem paragrapho una enarrantur, v. g. ab Hierosolyma Hierichuntem usque fuisse auditam aperturam grandioris Januæ Templi, sonitum Magrephæ, strepitum sphæræ ligneæ labri ænei, quam fecit filius Katini, vocem Gabinii præconis, sonum tibiæ, flictum Cymbali, Cantum, clangorem tubæ, & ut quidam volunt, vocem Pontificis M. quæ audita fuerit die expiationis, cum nomen [sc. Jehova] commemoraret; hæc inquam mihi persuadere non potero, cum a Judæis adeo longe dissitis locis exaudita dicuntur, secundum literam intelligi, sed ad exprimendam eorum excellentiam, hyperbolice esse proposita & consignata literis.

§. XXXVI. Jam denique contusione peracta Sacer textus jubet ut suffimentum sit ממלח. Verum super hac voce magnum est inter Interpretes divortium, Judæos æque ac Christianos. Alii enim id explicant *mixtum*, ac si ad præcedentia sit referendum, ut, *opere pigmentarii sit mixtum*, alii vero id explicant *salitum*. Priorem imprimis sententiam probat Paraphrastes Chaldæus, qui habet מערב *mixtum*. Targum Jeruschalmi ממזג *mixtum*. LXX. habent Καὶ ποιήσουσιν αὐτὸ θυμίαμα μυρεψικὸν ἔργον μυρεψοῦ συνθέσεως, καθαρὸν, ἔργον ἅγιον. *Et facient illud Thymiama opus aromatarii, compositionis aromatarii, purum, opus sanctum.* Videtur ac si LXX. ממלח plane tanquam superfluum præterierint. Verum male. Chaldæum sequuntur ex Christianis Vulg. Munsterus, Pagn. Belg. Osiand. Luth. Castalio. Ex Judæis vero Raschius quo dilabatur, nescio equidem; sic enim ad h. l. commentatur. ממלח כתרגמו מערב שיערב שחיקתן יפה יפה זה עם זה ואומר אני שדומה לו וייראו המלחים מלחיך וחובליך על שם שמהפכן את המים במשוטות כשמנהגים את הספינ׳ כאדם המהפך בכף בצים נקופות לערבן עם המים וכל דבר שאדם רוצה לערב יפה יפה מהפכו באצבע או בבזך. *MEMULLACH secundum interpretationem ejus Targumicam redditur per MIXTUM, ut misceat pulverem ipsorum* [sc. aromatum suffitus] *pulchre pulchre, uno cum altero; Et ego dico quod illi Memullach similis sit illa locutio* (apud Jonam cap. 1. vers. 5.) *& Timuerunt nautæ*, [& apud Ezech. 27. 27.] *Nautæ tui & Naucleri tui* [respicitur ad rad. מלח, quæ alias Sal denotat, quam Raschius etiam videtur velle aliquando significationem Subversionis & Commixtionis induere, ratio statim additur] *quoniam sic subvertunt* [commiscent] *mare remis, ut mos est nautarum, quemadmodum & homo qui cochleari subigit ova*

ova ut miſceantur aquæ ; nam quicquid homo vult quam optime miſcere , illud aut digitis aut ſcutella quadam invertit . Sed quam invalida hæc ſit ratiocinatio unuſquiſque videre poterit ; imo , colligeret quis ex Raſchii verbis ac ſi liquor ſuffitui ſit inditus cum quo una fuiſſet ſubactus , quod eſſet abſurdum . Abarbanel hanc ſententiam evitans, in aliam æque inconvenientem incidit imo in eandem denique prolabitur . Statuit nimirum, inde a ממלח textum ſacrum præcipere contuſionem ſeu confectionem ſuffitus, cum potius ibi de hujus confectionis Colophone addendo agatur, quam primum enim erat ſale conditus, Deo adolebatur , ut deinceps patebit ; addam ipſa Abarbanelis verba , quæ invenies in Peruſch Hatthora fol. 207. col. 4. cum contineant multa quæ ad elucidationem præcedentium , ſive quæ confectionem ſpectant , faciunt . ואומרו ממולח טהור קדש המתרגם תרגמו מעורב ויתכן שבא לפרש תכונת זו הקטרת שירקחו אותה בצורת אבק דק כאלו הוא מלח שתוק ובלעז קורין אותו גראנׄיאה וכן ראוי שיהיה הקטרת כדי שכאשר יפוזר על גבי הנחלים יעלה עשן במהרה אם מעט ואם הרבה אבל אם היתה הקטרת נסה ועבה לא יפעל בה האש כל כך במהרה והכה לא אמר בשמן המשחה ממולח לפי שהיה בצורת מרקחת משיחה לא בצורת אבק ואמר טהור קדש להזהיר שעם היות שישחקוהו מאד עד אשר דק יזהרו שלא יגע בו דבר טומאה אבל יהיה תמיד בקדושתו והנשאר בכברה ישוב לשחוק עד ונקרא זה בדברי ה׳ ז״ל דקה מן הדקה ואמרו כי בשעת שהוקתן היה אומר היטב הדק הדק היטב מפני שהקול יפה לבשמים והטע׳ בזה הוא מפני שהשוחק בערך הקול ששומע יתכוין להשמיע קול העלי במכתשת כפי ערך הקול של המנגן ותהיה אז שחיקתו בסדר ובערך משקל קול המנגן ויתערבו על ידי כן הסמים במכתש׳ בערך שוה ויתהפכו בשווי וידוקדקו ויתעצמו יפה מה שלא יהיה כן כשישחקו שלא בסדר כי אז יהיה חלק ממנו דק וחלק ממנו עב והכתוב אומר ושחקת ממנה הדק . *Et cum dicit* [Scriptura] *Memullach Tabor Kodeſch , Targum iſta illud vertit per MIXTUM . Sed convenientius eſt* dicere *quod velit ſcriptura explicare diſpoſitionem hanc ſuffitus, quod illum in formam minutiſſimi pulveris redigant , ac ſi eſſet ſal contuſum ; & in lingua vernacula id* גראנׄיא *Grania* (forte debet eſſe Granula) *vocant ; & ſic convenit ut fiat ſuffitus , ut , quando ſuper prunas ſpargitur , confeſtim fumus aſcendat , ſive ſit parum ſive ſit multum . Si vero fuerit ſuffitus craſſus , aut denſus , in illum ignis non e veſtigio ita operatur . De oleo autem unctionis non eodem modo dicitur , Memullach , quoniam illud in modum conditura unguenti , non autem in formam pulveris , præparatur ; dicit autem* Scriptura *purum , ſanctum ſit , ad monendum , ut eo ipſo , quoniam illud valde contundent , donec fuerit minutiſſimum , caveant ne quidquam immundi illum attingat , ſed ut ſemper in ſanctitate ſua permaneat , & illud quod in cribro remanet , denuo contundatur donec fuerit minutiſſimum . Et illud vocatur in verbis Rabbinorum noſtrorum b. m. Tenue ex tenui . Et inquiunt , quod tempore contuſionis dicat* [is qui tundit] *Bene comminuere , comminuere optime , quoniam hæc vox bene convenit aromatibus . Et ratio hujus eſt , quod qui illa tundit , ſecundum proportionem vocis quam audit , intendat etiam auſcultare clangorem piſtilli in mortario , ſecundum proportionem vocis pulſantis inſtrumentum muſicum .* (Solent enim hi cavere ne alterutrum excedat , ſed apta proportione dimetiuntur, quo & cantus & pulſatio audiantur.) *Et tum fiet contuſio ſuffitus in diſpoſitione & proportione analogiæ vocis pulſantis inſtrumentum muſicum , & miſcentur hac ratione aromata in mortario æqualiter . Ut & æqualiter ſubvertuntur & comminuuntur , ſeque pulchre roborant . Quod non fiet hoc modo , cum abſque proportione & æqualitate contunduntur , nam tum pars ex illis erit tenuis , pars vero erit craſſa . Scriptura autem dicit , & contundes illa ſc. aromata minutim .*

§. XXXVII. Cur quæſo aliam voci cuidam induemus ſignificationem , cum nativa opus habeamus ? Imo ſi ממלח eſſet *mixtum* explicandum , aperto ore Sacram Scripturam tautologiæ ream ageremus . Nonne enim quæcunque ad confectionem hujus ſuffitus requiruntur, quam clariſſime his verbis ועשית אותה קטרת רקח מעשה רוקח . *Et facies inde ſuffitum arte apothecaria confectum*, præcipiuntur . Vetat denique accentus Atnach (̂) Rex major primarius cum miniſtro ſuo Munach (̗) quibus רוקח una cum voce præcedenti inſigniuntur , ut ממלח illis annectatur . Rectius multo ממלח nativa ſignificatione retenta redditur *Salitum* . Sic Arias Mont. Junius & Trem. Piſc. Cur vero potius nativa ſignificatio ſit retinenda ex Judæis Aben Eſra ut & Rabbi Salomo Ben Melech innuunt. Prior quidem in comment. ſuo ad Exod. inquit ועשית ממולח טעם ממולח הוא מלח סדומית ויש אומרים שחוק מאד או מגזרת ארץ מלחה . *Et*

facies

facies salitum, *sensus memullach est Sal Sodomiticum*, *& sunt qui dicunt valde contusum; aut explicari debet ex sensu phraseos quæ occurrit* (Jer. 17. vers. 6.) *de terra salsuginosa*; nam quemadmodum terra salsuginosa est sterilis & vasta, sic quoque regio illa unde proveniebat Sal Sodomiticum infertilis plane erat. Posterior vero in Michlal Jophi fol. 24. col. 2. in ממלח ita commentatur; אמר בו התרגום מעורב כלומר שיהיו הסממנים שחוקים ומעורבים יחד היטב ואפשר שיהיה פירוש ממלח מענין מלח כי מלח סרומית היה בה כמו שנזכר בפטום הקטרת מלח סרומית רובע הקב: *Et illud interpretatur Targum*, *MIXTUM*, *Ac si dixisset*, *quod aromata debeant esse contusa & simul bene mixta*; *Verum & sic potest reddi*, *quod interpretatio* ~~ *memullach sit desumpta a significatione salis*, *quoniam Sal Sodomiticum additum fuit suffitui*, *quemadmodum illud commemoratur in Systemate confectionis suffitus*, *quod quarta pars Kabi Salis Sodomitici addatur*. Nec sciam equidem, cur aliunde petere debeamus Sal Sodomiticum suffitui fuisse inditum, cum in ipso textu sacro id inveniamus. Non ergo sic *posse* verti, inquio, sed & *debere*, cum accedat imprimis Dei T. O. M. grave mandatum de salienda omni oblatione, Levitici cap. 2. vs. 13. וכל קורבן מנחתך במלח תמלח ולא תשבית מלח בריה אלהיך מעל מנחתך על כל קרבניך תקריב מלח. *Et omnem Obltationem muneris tui sale salies*, *& non cessare facies sal fœderis Dei tui desuper munere tuo*, *super omni oblatione tua offeres Sal*. Qui forte hic litem intentare volet suffitum sub hoc præcepto non contineri, illum ablegatum velim ad Talm. Bab. Menachot, foliis 20. & 21. ubi inveniet post acerrimas altercationes tandem de suffitu ipso definiri quod sale fuerit conditus. Sic enim fol. 21. col. 2. בשלשה מקומות המלח נתונ' בלשכת המלח ועל גבי הכבש ובראשי של מזבח בלשכת המלח ששם מולחין עורות קדשים על גבי הכבש ששם מולחין את האיברי' בראשו של מזבח ששם מולחין הקומץ והלבונה והקטורת ומנחה כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים ועולת העוף וכו'. *Tribus in locis sal est repositum*: *In conclavi ubi sal asservabatur*, *in clivo altaris* [per quem ad altare ascendunt;] *& in summitate altaris*. *In salis quidem conclavi saliunt pelles sanctas* [mactatarum pecudum ad sacrificia;] *in clivo saliunt membra* [earundem pecudum jam jam flammis injicienda;] *in ipso autem altaris vertice saliunt pugillum* [oblationis muneris Vid. Levit. 2. vers. 1. 2.] *& thus*, *& SUFFITUM*, *& oblationem Sacerdotis uncti*, *& oblationem libaminum*, *& holocaustum avis &c.* Quicquid enim altari consumendum tradebatur prius saliendum erat, imo lignum ipsum ut docent Talmudici in Menachot fol. 20. col. 2. עצים קורבן מנחה הן ומעונין מלח *Ligna sunt Korban seu oblatio*, *& sale conspergenda sunt*.

§. XXXVIII. Sed etsi profitear, quis inquiet, de sacrificiis me quidem confiteri debere quod fuerint *salita*, cum *vero sale* fuerint condita, id neutiquam tamen de suffitu posse adfirmari, ajo, cum tantum *Sale Sodomitico* quod potius *bitumen* est appellandum, fuerit conditus, & proin non *sale* seu *bitumine* esse conspersus, dici debeat. Verum ad hæc respondeo, me lubenter concessurum si proprie loqui velimus, rectius adhiberi significationem *bituminis* quam *salis*, sed & tum pronuntio, eandem locutionem adhiberi debere de reliquis sacrificiis. De priori sive bitumine audiamus egregie differentem Virum incomparabilem Joh. Lightfootum Tom. 1. p. 173. in Centuria Chorograph. Matthæo præmissa cap. 5. statim a principio. *Judææ limes utrinque mare: Occidentalis Mediterraneum*; *Orientalis Mortuum aut Sodomiticum*. *Hoc Judaici scriptores ubique vocant* ים המלח, *quod non tam proprie bic MARE SALSUM interpreteris quam MARE BITUMINOSUM*. *Quo sensu frequentissime apud eos occurrit* מלח סרומית, *ad verbum Sal Sodomiticum*; *at proprie BITUMEN*. *Ejus usus in thymiamate sacro*. *Cum aromatibus thymiama istud conficientibus commiscuerunt* מלח סרומית *Bitumen*, כפת הירדן *Ambram Jerdanis &* מעלה עשן *Herbam paucis notam*, *Maimon in Kele Mikdasch cap. 2.* Huc usque Lightfootus. Posterius quod attinet eandem nempe phrasin adhiberi debere de reliquis sacrificiis quæ usurpatur de Suffitu, si significatio *Bituminis* hic locum invenire debeat, ratio est, cum *Sal* sive *Bitumen* Sodomiticum æque in Suffitu quam Sacrificiis condiendis fuerit adhibitum, quod jam multis probare non conabor, cum id ante pauculos annos de industria egerit Vir Doctissimus Hermannus *von der Dardt*, Professor Helmstadiensis, in peculiari *Discursu* qui legitur in ejus *Ephemeridibus Philologicis* Disc. XI. pag. 139. cui quod addam non habeo præter hoc unicum, me hujus assertionis veritatem in ipso Talmude invenisse, Tractatu Menachot fol. 21. 1. ubi super phrasin תמלח hunc in modum com-

commentantur. תמלח למאי אתא לכדתניא במלח יכול תבונוהו ת״ל תמלח אי תמלח יכול במי מלח ת״ל במלח ולא תשבית מלח הבא מלח שאינה שובתה ואי זו זו מלח סדומית ומניין שאם לא מצא מלח סדומית שמביא מלח איסתרוקנית ת״ל תקריב תקריב כל שהוא תקריב מכל מקום תקריב ואפילו בשבת תקריב ואפי׳ בטומאה ומאי תבונוהו אמר רבה בר עולה הכי קא אמר יכול יתבוננו כתבן בטיט אמר ליה אביי אי הכי יתבוננו מבעי ליה אלא אמר אביי יכול יעשנו כבנויין אל׳ רבא אי הכי יבננו מיבעי ליה אלא אמר רבא יכול תבוניהו מאי חבוניהו אמר רב אשי יכול יתן בו טעם כבינה ת״ל תמלח כיצד הוא עושה מביא האבר ונותן עליו מלח וחוזר והופכו ונותן עליו מלח ומעליהו וכו׳. *Cur hic positum est* תמלח? *ad significandum id quod traditur sal esse adhibendum* [vide Lev. 2.] *Fierine ergo potest ut* תבונוהו? (hanc vocem infra statim videbis expositam) *Atqui salics scriptum est. Si saliendum an sufficiet si muria condias? At SALE utendum hic. Neque cessare facies sal*, Levit. 11.13. *Tale sal sumas, quod non desinit esse. At quale id est? SAL SODMOITICUM. Atque unde probas, quod si Sal Sodomiticum haberi nequeat, aliud arte factum adhiberi queat, quod* איסתרוקנית *vocatur? Scriptura ait, offeres: Offeres qualecunque* sal; *offeres etiam in Sabbatbo; offeres etiam in impuritate. Quid autem sibi denique vult illud* תבונוהו? [quod supra in Gemara erat scriptum]. *Dixit Rabba filius Ulæ: Ita utique dicit: an forte ita copiose injiciet, quemadmodum stipulæ injiciuntur in lutum? Cui Abai respondit. Si hæc est interpretatio vocis: debuisset dixisse* יתבוננו. *Sed Abai* aliam hujus rei expositionem affert dicens, *An forte poterit illud facere sicut ædificium? Cui Rabba respondit: Si hic esset hujus vocis sensus, debuisset* יבננו *dixisse. Sed dixit Rabba* יכול תבוניהו. *Quid est* תבוניהו? *Dixit Rabb Ase: An forte indet tantum saporem ut discerni poterit? Atqui Scriptura dicit: Salies. Quomodo hoc facit? Capit membrum* offerendum super altari *eique inspergit sal, deinceps rursus vertit illud, & inspergit sal, & tum offert* &c. Est autem Sal Istarokinum, quod ex fundo eruitur & per hominum manus præparatur explicante Raschio ad h. l. אסתרזקנירת מן הקרקע נעשי׳ ובידי אדם: Vide quoque Aruch.

§. XXXIX. Quid vero proprie sit Sal sive Bitumen Sodomiticum, perinde enim est quodnam nomen ei indas, ne plane hujus rei ignarum lectorem dimittamus, indicabimus verbis Taciti, qui fere omnium Auctorum qui quidquam de Lacu Asphaltite ex quo Bitumen illud accipiebatur memoriæ prodiderunt, clarissime & plenissime tradidit. Sic enim hunc Lacum lib. V. Historjarum describit. *Lacus immenso ambitu, specie maris, sapore corruptior, gravitate odoris accolis pestifer, neque vento impellitur, neque pisces aut suetas aquis volucres patitur. Incertum unde, superjacta, ut solido feruntur, periti imperitique nandi, perinde attolluntur. Certo anni tempore bitumen egerit: cujus legendi usum, ut ceteras artes experientia docuit. Ater suapte natura liquor & sparso aceto concretus, innatat; hunc manu captum, quibus ea cura, in summa navis trabunt. Inde nullo juvante influit, oneratque donec abscindas. Nec abscindere ære ferrove possis: fugit cruorem vestemque infectam sanguine, quo feminæ per menses exsolvuntur. Sic veteres auctores. Sed gnari locorum tradunt, undantes bitumine moles pelli, manuque trabi ad littus: mox ubi vapore terræ, vi solis inaruerint, securibus cuneisque ut trabes aut saxa discindi. Haud procul inde campi, quos ferunt olim uberes magnisque urbibus habitatos, fulminum jactu ussisse, & manere vestigia terramque ipsam speeie torridam, vim frugiferam perdidisse* &c. Videantur quoque Plinius Hist. Nat. lib. v. cap. 16. Justinus lib. xxxvi. c. 3. Pausanias lib. v. Josephus de Bello lib. iv. cap. κζ. in fin. pa. 892. Etsi natura Bitumen hoc fuerit nigrum, præstantissimum tamen rubri vel purpurei coloris invenitur. Dioscorides lib. 1. cap. 100. Ἄσφαλτο: διαφέρει ἡ ἰουδαϊκὴ τῆς λοιπῆς. Ἔστι δὲ καλὴ ἡ πορφυροειδῶς στίλβουσα, εὔτονος τῇ ὀσμῇ καὶ βαρεῖα. ἡ δὲ Μέλαινα καὶ ῥυπώδης φαύλη. J. R. J. *Bitumen Judaicum cæteris anteponitur. Cujus probatio est, ut purpuræ modo splendeat, sitque ponderosum, ac validum odorem vibret. Nigrum autem & sordidum vitiosum est.* Sed mirari adeo necesse non est, si bitumen hoc salsum vocetur, etsi Josephus loc. cit. narret; τὴν φύσιν τῆς ἀσφαλτίτιδος λίμνης εἶναι πικρὰν καὶ ἄγονον lacum hunc natura *salsum* & sterilem esse, ut quidem interpretatus est Rufinus, proprie tamen *amarum* verti debuisset: cum πικρὸν & ἁλμυρὸν *amarum* & *salsum* scriptores promiscue passim usurpent, ob vicinum saporem; Plato apud Suidam in φαιὸν χρῶμα: Ἐγγὺς μὲν τοῦ πικροῦ τὸ ἁλμυρόν, *Amaro sapori vicinum est salsum*. Hinc mare quod salsum est quandoque amarum esse dicitur. Sic Odyss. lib. v. Ulysses e mari emergens ἐξέπτυσεν ἅλμην πικρὴν,

expuit

expuit amaram ſalſuginem. Et in Virgilio *Doris amara* eſt mare, cum dicit Ecloga ultima

Doris amara ſuam non intermiſceat undam

Quin ſi credimus Iſidoro Orig. lib. XIII. cap. 14. *Proprie mare eſt appellatum, eo quod aquæ ejus amaræ ſint*. Græce viciſſim ἁλμυρὸν *ſalſum* pro amaro uſurpatur. Sic Heſychio ἁλμυρὰ δάκρυα ſunt χαλεπά, πικρὰ *ſalſæ lachrymæ* ſunt *graves & amaræ* lachrymæ. Et clariſſime in epiſt. Jacobi τὸ πικρὸν *amarum* idem eſt quod τὸ ἁλυκὸν *ſalſum*, cum inquit cap. III. verſ. 11. & 12. *Numquid fons de eodem foramine emanat* τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν *dulce & amarum? Numquid poteſt, fratres mei, ficus oleas edere, aut vitis ficus? Ita nullus fons poteſt* ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, *ſalſam & dulcem aquam edere*. Vides, lector, ἁλυκὸν id ipſum eſſe quod antea πικρόν. Videatur Celeb. Bochartus in Canaane lib. I. cap. 29. pag. 610. Eandem quoque ferunt ſortem *ſalſa* & *amara* terra apud Virg. Georg. 2. verſ. 238. &c.

Salſa autem tellus & quæ perhibetur amara
Frugibus infelix (ea nec manſueſcit arando;
Nec Bacho genus aut pomis ſua nomina ſervat.)

Viguit autem & apud Gentiles maleſano κακοζηλίας œſtro percitos, perpetuus ſalis in ſacrificiis ſuis uſus. Quid enim communius quam molæ ſalſæ mentionem ubique apud Auctores Ethnicos invenire, ut taceam alia. Cum autem hæc latius exequi animus non ſit, ſicco pede hæc prætereo, unicum hoc animadvertens, apud Virgilium & molæ & bituminis ſimul injici mentionem. Eclog. VIII. verſ. 82.

Sparge molam & fragiles incende bitumine lauros.

Conſule Servium ad h. l. ubi & de mola ſalſa quandam invenies explanationem. Hinc Cleri Romani ſalis in quibuſdam cærimoniis uſurpatio, quæ indubie a ſupra deſcripta ſalis conſperſione ſuam traxit originem.

§. XL. Poſt ממלח in Textu ſacro ſequitur טהור ſc. יהיה, ut ſuffitus ſit *mundus* ſive *purus*. Nihil autem heic loci per טהור intelligitur, quam *impermixtus* ἄκρατος, ἀμιγής. Ut ſuffitus ſit legitimus, nihil ut a quoquam addatur præter id, quod in Lege ſancitum, neque ut a quoquam quid ſubtrahatur, imo imprimis ut caveatur, ne quid lege immundum eſt declaratum ipſi admiſceatur. Sic apud Hebræos זהב טהור *aurum purum* Exodi XXV. 11. ſumitur pro tali auro quod nullis ſordibus aut ſcoriis, permixtum eſt; לב טהור *Cor purum*, Pſal. LI. 12. pro tali corde ſumitur, quod liberum a malis cogitationibus, agitans ſanctas cogitationes. Eodem modo Græci Καθαρὸν uſurpant, quo uſi ſunt LXX. in ſua verſione. Καθαρὸς enim mox copulatur cum ἄκρατος, mox cum ἀμιγής. Xenoph. Pæd. 8. Ἀλλ' ὅταν ἄκρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ, τό τε καὶ φρονιμώτατον εἰκὸς αὐτὸν εἶναι. Id eſt Cicerone interprete. *Sed quum omni admiſtione corporis liberatus, purus & integer eſſe cœpiſſet* &c. Plutarchus εἰ μὲν γὰρ ἀμιγὸς καὶ καθαρὸν ἦν τὸ ἓν, οὐδὲν ὅλως, &c. Apud Aratum Cicero καθαρῇ ἐπὶ νυκτὶ vertit *Nocte ſerena*, i. e. cœlo nullis nubibus obducto & permixto. A quo ſibi autem imprimis Judæi cavebant, ne ſuffitui inderetur, atque ſic non amdlius טהור maneret, fuit mel. Talmud Kerithut fol. 78. col. 1. ואם נתן בה רבש פסלה: *Si ſuffitui indit mel, reddit illum illegitimum*. Maimon Kele Hammikd. cap. 11. §. 8. נותן לתוכה רבש כל שהיא פסלה: *Dans in ejus medium paululum mellis illum vitiat*. Nullum enim mel ſuper altare offerri debebat, ut ſevera lege cautum eſt Levit. 11. vſ. 11. 12. Quænam vero ratio fuerit quod Deus melle offerendo ſuper altari Iſraelitis interdixerit, varii varie ſenſerunt, certi tamen quidquam nemo facile definiet. Vid. Viri Illuſt. Sam. Bocharti Hieroz. Part. poſt. l. IV. cap. 12. fol. 528. Verum nec in altera parte peccandum erat ſuffitui quidquam ſubtrahendo. Talmud ubi ſupra חוסר א' מכל סממניה חייב מיתה Maimon reddit rationem שהרי נעשית קטורת זרה *Qui ſubtrahit unum ex omnibus aromatibus, mortis reus eſt, nam ecce ſuffitus peregrinus factus eſt.*

§. XLI. Denique quod confectionem ſuffitus ſpectat, requiritur quoque ut *ſit* קרש, ut bene monet Raſchi in tribus iſtis prædicatis hoc verbum ſubintelligi debere, ſc. ממלח יהיה וטהור יהיה וקרש יהיה. Imprimis autem ad hæc duo epitheton קרש referri debere arbitror; ut nempe in ſanctitate conficiatur & conſervetur, ut & ab uſu prophano removeatur. Ut ſuffitus in ſanctitate conficeretur, fiebat mediantibus iis rebus quas recenſet Maimon Kele Ham. cap. 2. §. 6. וכל מעשיה בקודש בתוך העזרה ומשל הקרש והמפטם את הקטרת מן החולין או בכלי של חולין פסולה: *Et omne ejus opus perficitur in ſanctitate, intra atrium, & ex ſanctificatis;*

catis; Qui conficit ſuffitum ex rebus prophanis, aut in vaſis prophanis, illum prophanat. Quare nec Onychen in lotio præparare licebat, uti ſupra vidimus. Neque ſuffitus in loco prophano aſſervabatur, ſed in conclavi domus Abtines, ut patet ex Gemara Joma cap. v. §. 1. Liceat & huc referre ejus ſollicitam conſervationem, ne forte vel mucore contracto, vel ob remiſſum odorem inidoneus ad adolendum exiſtat, quare ſecundum Maimonidem l. c. §. 7. פעמים בשנה היו מחזירין אותו למכתשת בימות החמה היו מפזרים אותה כדי שלא תתעפש ובימות הגשמים צברין אותה כדי שלא יפוג ריחה: *Bis in anno illum rurſus indunt mortario; Æſtivis temporibus illum diſpergunt ne muceſcat, Hiberno autem tempore illum coacervant ne odorem ſuum remittat.* Cumque binis illis vicibus rurſus ſuffitus in mortario circumvolvitur, ille qui id perficit, ſuum הדק היטב quoque cantillat. Kerithut fol. 78. col. 2. ת״ר היו מחזירין אותה למכתש׳ פעמים בשנה בימות החמה בזורה שלא תתעפש בימות הגשמים צבורה כדי שלא תפוג ריחה וכשהוא שוחק אומר הידק היטב היטב הידק וכו׳ *Tradunt Rabbini noſtri; Reducunt ſuffitum ad mortarium binis vicibus in anno diebus æſtivis illum diſpergunt, ne mucorem contrahat, ſolibus hibernis illum confundunt, ne langueſcat ejus odor, cumque illum tundit, inquit, Comminuere bene, bene comminuere &c.*

§. XLII. Dubio procul præceptum hoc, ſive קדש יהיה, quoque eo reſpicit, ut prohibeatur ejus in prophanis uſus. Quare & ſtatim ſimilis ſuffitus comparandi interdictum huic ſubjungo, quod duobus ultimis verſibus cap. xxx. Exod. exhibetur. והקטרת אשר תעשה במתכנתה לא תעשו לכם קדש יהיה לך ליהוה: איש אשר יעשה כמוה להריח בה ונכרת מעמיו: *Et ſuffitum hunc quem facies in proportione ejus, non facietis vobis; Res ſancta tibi ſit Jehovæ. Quiſquis parabit ſimilem huic ad odorandum in eo; utique exſcindetur ex populis ſuis.* Ad quæ Abarbanel ita commentatur ubi ſupra. ואמר הקטרת אשר תעשה במתכנתה לא תעשו לכם להזהיר שבזאת המתכונת הידועה אשר זכר בקטרת המיוחדת לצורך גבוה לא יעשה אדם כמותה לא מעט ולא הרבה ממנה לריח ניחוחם אך תהיה תמיד זאת המתכונת קדש להם לעבודת המקדש שהיא קדש ליי׳ והאיש ההדיוט אשר יעשה כמוה קטרת באותה מתכונת להריח בה ונכרת מעמיו והיה זה לפי שקדש יי׳ חלל להשתמש ממנו בחול ואמנם שיעור מה שהיו מקטירי מהקטרת בכל פעם ופעם לא נתבאר בתורה זולתי מה שיקטירו ממנה ביום הכפורים שהוא מלוא חופני הכ״ג וכבר קבלו איש מפי איש שהשיעור שהיו מקטירין בכל פעם היה משקל שנים עשר שקלים וחצי שקל: *Et inquit ſcriptura, ſuffitum quem facies in proportione ſua, non facietis vobis; ad monendum, ne in iſta proportione cognita, quam commemorat in negotio ſuffitus illius, unice dicati neceſſitati Excelſi illius,* (i. e. Dei) *quiſquam faciat illi ſimilem; neque parum, neque multum ex illa proportione, ut inde caperent odorem in ſuam acquieſcentiam: Tantummodo hæc proportio ipſis ſemper ſit res ſancta, ad miniſterium Sanctuarii, ſancta quippe eſt Domino. Et quilibet privatus, qui fecerit ſuffitum huic ſimilem, in illa ipſa proportione, ad capiendum inde odorem, utique exſcindetur ex populis ſuis. Idque hanc ob cauſam quod rem Deo ſacram prophanam fecit, ea prophane utens. Et certe qualem quantitatem ſingulis vicibus adolere debeant, non in Lege exponitur, præter illam quam adolere debeant in die Expiationis, quæ eſt plenitudo pugilli Sacerdotis magni. Attamen unus ab altero accepit, quod quantitas, quam ſingulis vicibus adolent, ſit pondus duodecim & dimidii ſiclorum.* Commentarii eximii inſtar quoque poterunt eſſe verba Maimonidis in Kele Hammikd. cap. 2. §. 9. העושה קטורת מאחד עשר סממנין אלו לפי משקולות אלו כדי להריח בה אף על פי שלא הריח חייב כרת עמ עשיית אם עשה מזיד ובשוגג מביא חטאת קבועה אף על פי שלא עשה המשקל כולו אלא חציו שלישו הואיל ועשה לפי משקלות אלו חייב כרת שנאמר במתכנתה לא תעשו לכם איש אשר יעשה כמוה להריח בה ונכרת מעמיו: *Qui componit ſuffitum ex undecim illis aromatibus ſecundum illorum pondus, ut odoretur in illis, etiamſi in illis non odoretur, reus eſt exciſionis propter compoſitionem, ſi id de induſtria fecerit. Si vero per errorem, offert ſacrificium pro peccato fixum, etiamſi totum pondus non confecerit, ſed tantum ejus dimidium aut partem tertiam. Poſtquam illum confecit ſecundum iſta pondera reus eſt exciſionis. Q. D. S.* Exod. xxx. *Secundum ejus proportionem non facietis vobis, quiſquis fecerit ſicut hunc ad odorandum in illo, utique ex populis ſuis exſcindetur.* Qua vero ratione ſuffitum hunc alicui præparare liceat, ut & ejus odore frui, ſimulque totum iſtud præceptum quomodo reſtringi debeat, leges eodem loco apud Maimonidem §. 10. עשה להתלמד בה או למוסרה לציבור פטור הריח בה ולא עשאה אינו חייב ברת אלא דינו כדין כל הנהנה מן ההקדש

לא

לא חייבה תורה כרת אלא לעושה במתכונתה להריח בה : *Qui illum diſcendi gratia fecerit aut ut cœtui illum tradat, liber eſt. Qui odorem ex illo percipit, neque illum compoſuit, non eſt reus exciſionis, niſi quod ejus judicium ſit idem ac illius qui utilitatem percipit ex ſanctificato.* (Vid. Levit. XXII. 14.) *Lex neminem exciſionis reum declarat, niſi illum qui ſuffitum aptaverit in illa ipſa proportione ut in eo odoretur.* Eaſdem ob cauſas licitum eſſe ſuffitum conficere etiam indicat Bartenora ad Kerithut cap. I. §. I. ubi inter triginta ſex ſpecies eorum qui ſupplicium exciſionis merentur, & ex Lege enumerantur, quoque המפטם את הקטורת *is qui ſuffitum conficit* recenſetur. Ad hæc igitur verba ſic inquit. אחד עשר סממני הקטרת אם לקח מכל אחד מהם כפי משקלו הקצוב בדברי הכמים וערבם כדרך שהיו מערבים הקטרת שמקטירים בבית המקדש חייב כרת והוא שיעשנה להריח בה אבל עשאה להתלמד או למסרה לצבור פטור. *Undecim aromata ſuffitus ſunt; Si quis ex illis omnibus ſumit, ſecundum pondus a ſapientibus definitum, & illa miſcet eo modo, ut illi qui miſcent ſuffitum, quem adolent in ſanctuario, is exciſione reus eſt, & id quidem ſi id fecerit ad odorem inde capiendum; Verum ſi id facit ad ſemet ipſum docendum, aut ut cœtui tradat, immunis eſt.* Deſumptum hoc eſt a Rabbinis ex Gemara Kerithut fol. 78. I.

§. XLIII. Verbum addam de phraſi quæ occurrit in textu ſacro ונכרת מעמיו *& exſcindetur ex populis ſuis*, quæ a Rabbinis redditur per חייב כרת *exciſione reus eſt*; nam vaſto illi Oceano me immittere, mens mihi non ſedet. Quæ enim pœna per כרת indigitetur, non omnibus eadem eſt ſententia. Judæorum compendioſe enarrat Abarbanel ad Num. XV. 30. Dedit integrum illud ἀποσπασμάτιον cum verſione Vir in lingua & ritibus Hebræorum ad miraculum edoctus Johannes Buxtorfius ad finem Diſſertat. de Sponſ. & Divort. unde ſententiarum diverſitatem mutuavit Eruditiſſimus Hottingerus in *Jure Hebræorum* Lege CCXXXVII. p. 342. & 343. & Cl. Leuſdenius in Philologo Hebr. Mixto. Diſſertat. L. & ult. Conſulantur quoque Viri longe doctiſſimi Sixtinus Amama in Antibarb. Biblico ad Gen. XVII. 14. lib. III. pag. 606. &c. Joh. Coccejus ad cap. IX. Sanhedr. not. 12. & ad Maccoth, cap. III. not. I.. Joh. Buxtorfius in Lexico Talm. in כרת Joh. Seldenus De Jure Nat. & Gent. lib. VII. cap. 10. pag. 876. Chriſtiano-rum aliquot varias opiniones invenies apud ſummum Theologum And. Rivetum in Exerc. in Geneſin ad cap. XVII. 14. Exerc. LXXXIX. pag. 439. ipſe autem ſe cum illis ſentire declarat, qui per כרת Excommunicationem intelligunt. Arrident tamen magis verba Doctiſſimi Angli Joh. Ligthfooti Tom. II. pag. 287. in Horis Hebr. ad Matth. cap. V. 22. quæ ita ſe habent; *Atque, ut verbo omnia,* כרת *EXCISIO vindictam ſonat per manum Dei. Falluntur plurimum qui* כרת *&* כריתות *Exciſionem de qua frequentiſſima memoria in Sacris Paginis, de exciſione intelligunt a cœtu publico per cenſuram Eccleſiaſticam: cum nihil aliud ſibi velit, quam exciſionem per vindictam divinam. Nihil Canoniſtis Hebræorum uſitatius tritiuſve, quam traſgreſſiones quam plurimas ad exciſionem adjudicare in tritiſſima iſta Phraſiologia* אם מניד חייב כרת *vel* חייב על זדונו כרת *Si hoc fecerit ex præſumptione, reus eſt exciſionis; ſi vero ex ignorantia, tenetur ad ſacrificium pro peccato. Cum ad Exciſionem adjudicant rem & reum, tradunt & relinquunt Judicio Dei, conjuncta tamen aliquando Cenſura & pœna a Synhedrio, aliquando non, quod infinitis exemplis illuſtrari poſſet, ſed veremur nobis a prolixitate &c.* Idem ad Corinth. cap. V. 2. Et quidem Excommunicationem hinc elici non poſſe, probat inter alia, phraſim hanc nuſpiam adhibita perſona ſecunda *Exſcindes, Exſcindetis* occurrere. De cœtero, nempe definitione pœnæ, num conſiſtat in præmatura morte, aut orbitate liberorum &c. qua de re ſupra citati Auctores inſpiciendi, non facile quicquam definire auſim.

§. XLIV. Compoſitionis non plane diſſimilis ſuffitus in uſu erat Sacerdotibus Ægyptiis in ſuis ſacris, ad imitationem abſque dubio hujus noſtri ſuffitus modo deſcripti. Cum enim, ut ſupra vidimus, Hebræis arcanum quoddam erat, conficiendi ſuffitus ratio, ut proinde Ægyptiis non licuerit illam plenius ediſcere, numerum illarum ſpecierum, quarum notitiam forte ſibi comparare poterant aliis ſupplevere. Generaliora quidem ipſis innoteſcere poterant, v. g. numerus ſpecierum, quæ erant, ſi *undecim* illis quæ Moſi in monte Sinai dictæ ſunt, ex mente Judæorum, addas *Sal Sodomiticum*, *Ambram Jordanis*, *Maale aſan*, & demum *Saponem Carſchinæ*, & *Vinum Capparis*, numero ſedecim; Sedecim quoque numerabant Ægyptii. Præterea una itemque altera ſpecies etiam forte increbeſcere pote-

poterat. Hinc Judæis æque ac Ægyptiis commune erat *Opobalſamum* (id enim commode intelligi poſſe per ῥητίνην exiſtimo, licet alias per *reſinam* reddatur, ſumitur enim illud vocabulum pro ſucco & quidem non ex certa quadam arbore, ſed ex variis generibus arborum, ut liquet ex Dioſcoride lib. 1. cap. 93. & derivatur a Ῥέω *fluo*, ut bene convenire poſſit cum Hebr. נטף,) *Myrrha*, *Bitumen* ſive Sal Sodomiticum, *Calamus odoratus*, *Vinum* & quidem vetuſtius, (ut ſcribit Dioſc. lib. 1. cap. 24. additas fuiſſe οἴνου παλαιοῦ ξέστας θ'. *Vini veteris ſextarios novem*), *Cyperus*, a quo *Nardus* non multum diſcrepat, videatur modo utriuſque deſcriptio apud Dioſcor. lib. 1. cap. 4. & 6. Vocabatur autem hujus ſuffitus compoſitio Kyphi, atque a Plutarcho ejus Operum Tom. II. in tractatu de Iſide & Oſiride prope finem pag. 383 ad lit. D. E. hunc in modum deſcribitur: Τὸ δὲ κῦφι, μίγμα μὲν ἑκκαίδεκα μερῶν συντιθεμένων ἐστί, μέλιτος καὶ οἴνου καὶ σταφίδος καὶ κυπέρου, ῥητίνης τε καὶ σμύρνης δὲ ἀσπαλάθου καὶ σεσέλεως, ἔτι δὲ σχοίνου τε καὶ ἀσφαλάτου καὶ θρύου καὶ λαπάθου, πρὸς δὲ τούτοις ἀρκευθίδων ἀμφοῖν [ὧν τὴν μὲν μείζονα τὴν δὲ ἐλάττονα καλοῦσι] καὶ καρδαμώμου καὶ καλάμου. συντίθενται δὲ οὐχ ὅπως ἔτυχεν, ἀλλὰ γραμμάτων ἱερῶν τοῖς μυρεψοῖς, ὅταν ταῦτα μιγνύωσιν, ἀναγινωσκομένων. i. e. Guil. Xylandro interprete; *Kyphi porro, mixtura eſt ſedecim rerum in unum compoſitarum: mellis, vini, uvæ paſſæ; cyperi, reſinæ, myrrhæ, aſpalathi, ſeſelis, junci odorati, bituminis, folii ficulni, rumicis, juniperi utriuſque* [*duas enim nominant, majorem & minorem*] *cardamomi & calami. Has autem ſpecies non temere componunt, ſed ſeplaſiariis, dum iſthæc miſcent, ſacræ recitantur literæ.* Poſtremum fieri credo ad imitationem illius, qui apud Judæos aromata contundit, qui verbis ſuis הדק היטב הדק היטב *Comminuere bene, bene comminuere*, forte Ægyptiis ſuſpectus erat de recitatione ſacrarum literarum. Mel autem, quod in Kyphi primum locum obtinet, nullo modo in Judæorum ſuffitu adhiberi poterat, ut ſupra vidimus. Atque ad hoc Kyphi forte intenderunt Judæorum magiſtri, dum abſque ulla urgente neceſſitate imprimis mellis uſum in ſuffitu prohibent, cum tamen ex generali illo interdicto Lev. II. id per ſe pateat. Plutarchus autem rationem reddere conatur, cur Judæi mel in cultu ſuo ſacro non adhibeant. Cum enim in eo eſt ut probet Bachum a Judæis coli, Sympoſ. lib. 4. Operum Tomo II. pag. 671. inter alia argumenta & eo utitur pag. ſeq. B. Ἔτι τοίνυν μέλι μὲν οὐ προσφέρουσι ταῖς ἱερουργίαις, ὅτι δοκεῖ φθείρειν τὸν οἶνον κεραννύμενον. i. e. *Porro autem mel ſacrificiis non adhibent: quod ejus admixtione vinum corrumpi videatur.* Ne forte, credo, Bachus irritaretur. Suboluit tamen aliis falſum eſſe Bachum a Judæis coli. Sic Tacitus Hiſtor. lib. V. pag. 528. *Sed quia Sacerdotes eorum* (Judæorum) *tibia tympaniſque concinebant, hedera vinciebantur, vitiſque aurea templo reperta* [de qua Vid. Miſna tit. Middoth. cap. 3. §. 8. & Vir ſtupendæ eruditionis Joh. Seldenus de Jure Nat. & Gent. lib. II. cap. 8.] *LIBERUM patrem coli, domitorem Orientis quidam arbitrati ſunt, nequaquam congruentibus inſtitutis. Quippe Liber feſtos lætoſque ritus poſuit: Judæorum mos abſurdus ſordiduſque.* Diſcrepabant autem in adminiſtratione quoque τὸ Kyphi Ægyptiorum & ſuffitus Hebræorum. Suffitus quippe Heb. binis vicibus ſingulis diebus, matutino tempore & veſpertino; Kyphi autem veſpertino tantum, licet ter de die adoleverint. Sic enim Plutarchus in Iſid. & Oſir. pag. 372. C. Καὶ τὴν ἡμέρας ἑκάστης τριχῶς ἐπιθυμιῶσι τῷ ἡλίῳ, ῥητίνην μὲν ὑπὸ τὰς ἀνατολὰς σμύρναν δὲ μεσουρανοῦντι, τὸ καλούμενον κῦφι, περὶ δυσμάς. *Et vero quavis die ter adolent Soli, reſinam ſub ortum, myrrham meridie, Kyphi (quod vocant) circa occaſum.* Cauſam reddit pag. 383. Solebant quoque Gentiles unicuique ſuorum Deorum proprium aſſignare ſuffimentum: Videantur inſcriptiones Hymnorum Orphei. Atque τοῦ Kyphi conditura quidem, hujus meæ diſſertationis cauſa fuit, ut inveſtigarem quænam eſſet convenientia differentiaque Suffitus Hebræorum, hujuſque Kyphi. Sed nolo hæc ulterius proſequi, ne in nimiam molem excreſceret hoc opuſculum; ſufficiat extremis digitis ea tetigiſſe. Multa enim adhuc forent dicenda, de ejus confectione, aliiſque uſibus quos præſtat, nam multos modos conficiendi eſſe inquit, Dioſcorides lib. 1. cap. 24. Κῦφι θυμιάματός ἐστι σκευασία κεχαρισμένη θεοῖς. χρῶνται δὲ αὐτῷ κατακόρως οἱ ἐν αἰγύπτῳ ἱερεῖς. μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις, καὶ ἀσθματικοῖς δίδοται ἐν ποτίσμασι. σκευασίαι δὲ αὐτοῦ ἐμφέρονται πλείονες &c. J. R. J. *Cyphi odorati Suffimenti compoſitio eſt, dicata diis, qua abunde Ægyptii ſacerdotes utuntur. In antidota miſceri ſolet, ſuſpirioſis datur in potu. Permultæ componendi rationes &c.* Statimque una harum ſubjungitur, quæ ibidem legi poteſt.

test. Atque hic quidem perpetuus simiæ Dei, Diaboli, mos fuit, ut in omnibus quoad fieri potuerit, sanctissimum Dei cultum imitatus fuerit. Nam cum ante legem datam ex monte Sinai, paucis Deo præstaretur cultus, deinceps autem Judæis totum illud Cærimoniarum Choragium imponeretur; nec Diabolus minorem sibi a suis adoratoribus cultum exhiberi voluit: Ut enim tantum Suffitus mentionem injiciam, non obscure illud colligere est ex verbis Ovidii lib. I. Fast. vers. 337. &c.

Ante Deos homini quod conciliare valeret,
Far erat, & puri lucida mica salis.
Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hospita navis aquas.
Thura nec Euphrates, nec miserat India Costum,
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis &c.

Sed jam ad alia.

§. XLV. Expensis itaque & Speciebus aromatum, ut & confectione nostri suffitus, restat nobis, ut etiam ejus Ministerium seu quomodo administratus fuerit dispiciamus. Quid? si, quando contusa sunt aromata suffitus, tam gratum odorem sparserunt ut etiam capræ ad decem milliaria a loco præparationis remotæ ex ejus fragantia sternutaverint, qualem demum cum adolescunt ignibus aræ, odorem ipsis assignabimus? Credo equidem

Quem tu si olfaceres, Deos rogares
Totum ut te facerent, Fabulle, nasum.

ut mea faciam Catulli verba carm. 13. Nescirem etenim, quis homo suavissimi hujus odoris contemptor existere possit nisi forsan anus illa multibiba apud Plautum in Curculione Act. I. Sc. 2. quæ ita loquens introducitur.

Flos veteris vini meis naribus objectus est
Ejus amos cupidam me huc prolicit per tenebras.
Ubi ubi est? prope me est, evax habeo. Salve anime mi.
Liberi lepos. Ut veteris vetusti cupida sum!
Nam omnium unguentum odor præ tuo nautea est.
Tu mihi Stacte, tu Cinnamomum, tu rosa,
Tu crocinum & casia es, tu bdellium, nam ubi
Tu profusus, ibi ego me pervelim sepultam.
Sed quum adhuc naso odos obsecutus es meo
Da vicissim meo gutturi gaudium.

Usa est forsan iisdem rationibus anus hæc ebriosa, quibus aliquot seculis ante illam usus est Anacreon carmine 19.

Η γῆ μέλαινα πίνει
Πίνει δὲ δενδρέαυτὴν
Πίνει θάλασσα δ' αὔρας
Ο δὲ Ηλιος θάλασσαν
Τὸν δ' ἥλιον σελήνη
Τί μοι μάχεσθ' ἑταῖροι.
Κ' αὐτῷ θέλοντι πίνειν. i. e. iisdem versibus latinis

Fœcunda terra potat,
Hanc arboresque potant
Et potat æquor auras
Phœbusque potat æquor
Ipsumque Luna Phœbum
Quid ergo vos sodales
Potare me vetatis?

Verum quo rationem habeam præcepti, magni illius Tullii, quod in aureis libellis de Officiis lib. I. cap. 37. exhibuit his verbis. *Videat, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat, si jocosis leporem:* missis quoque jocis ad seria revertot. Inspiciamus itaque textum sacrum & mentem ipsam Legislatoris sanctissimi percipiamus. Sic ille instituit Exodi 30. 36. ושחקת ממנה הדק ונתתה ממנה לפני העדת באהל מועד אשר אועד לך שמה קדש קדשים תהיה לכם: *Et cum ex illo contuderis comminuendo, tum ex illo dabis coram testimonio in tabernaculo conventus ubi ex condicto tibi præsto ero:* Prius hic quædam notanda veniunt ad verba textus, deinceps ordine modum suffiendi exponemus. Primo loco explicanda est phrasis ונתתה ממנה לפני העדת *tum dabis ex illo coram testimonio*. Non debet hoc eo modo intelligi, ac si suffitus ibidem fuerit asservatus; asservabatur enim in conclavi Beth Abtines. Sed phrasis hæc nihil aliud vult, quam quod ibidem fuerit adolitus, seu oblatus. Eo enim sensu verbum נתן sæpissime usurpatur. Ex multis unum locum adducam, qui id clarissime evincit. Levit. 16. 13. ubi de die expiationis magnæ agitur. ונתן את הקטרת על האש לפני יהוה *Et dabit suffitum super ignem coram domino*. Et hac phrasi *Dare thura* pro offerre, ipsis etiam Latinis scriptoribus nihil usitatius est. Tibullus lib. IV. carm. 6. ad Junonem.

Natalis Juno, sanctos cape thuris acervos,

Quos tibi dat tenera docta puella manu.

Mart. lib. VIII. Epigr. 15. ad Domitianum

Omnis & ad reducem dum litat ara Jovem
Dat Populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus, &c.

Virg. lib. VIII. Æneid. verſ. 104.

Pallas huic filius una,
Una omnes juvenum primi, pauperque ſenatus
Thura dabant.

Ad hæc Servius: *DABANT verbo ſacrorum uſus. Nam dici ſolebat in ſacris, Da quod debes, de manu dextra aris.* Latius hæc exſecutus eſt Vir omni eruditionis genere inſtructiſsimus Joh. Braunius, in ſuis *Selectis Sacris* lib. II. c. 6. Illud vero quod Exodi 30. לפני העדת *coram teſtimonio* dicitur, duplici modo exponi poſſe quidam volunt, vel ut intelligatur de altari aureo quod poſitum erat in ſancto, e regiore arcæ fœderis in qua erant tabulæ teſtimonii, vel, ut ſumatur de ipſo Sancto Sanctorum immediate coram Arca, nempe in die expiationis & tum deficere volunt ו ſive copulam in באהל מועד ut legi debeat ובאהל מועד *& in tabernaculo conventus*. Inſpiciamus Abarbanelem ipſum, qui hæc refert fol. 207. col. 4. ואמר ונתת ממנה לפני העדות אין הכוונה שיניח הקטרת שמה למשמרת כי לא היה שם מקומו אבל רוצה לומר שבכל יום ערב ובקר יתן את הקטרת ההוא על האש שהוא על מזבח הזהב אשר בהיכל ולפי שהיה מזבח הזהב מונח מכוון נכחיו' הארון לכן אמר באהל מועד אשר אועד לך שמה והוא חוזר למה שאמ' לפני העדות כמו שאמר ונועדתי לך שמה ודברתי אתך מעל הכפורת מבין שני הכרובים ואפשר לפרש ונתת ממנה לפני העדות שהוא רמז לקדש הקדשים שיכנים שם הכהן הגדול הקטרת ביום הכפורים כמו שאמר כי בענן אראה על הכפרת ואמרו באהל מועד ענינו שגם כן יתן מהקטרת באהל מועד שהוא ההיכל על מזבח הזהב אשר שם ויחסר ואו השמוש כאלו אמ' ובאהל מועד ולפי שהיה כל הקטרת כדי להוריד השפע העליון והנבוא' על משה רבינו לכן אמר אשר אועד לך שמה קדש קדשים תהיה לכם רוצה לומר הקטרת ולכן לא תקל בעינך מצותה. *Et dicit ſcriptura; Et dabis ex illo coram teſtimonio. Non autem intendit, ut ibidem tradat ſuffitum in cuſtodiam; non enim ibi locus ipſius erat. Verum vult ſcriptura, ut ſingulis diebus mane & veſperi det ex hocce ſuffitu ſuper ignem qui eſt ſuper altari aureo quod in templo eſt poſitum. Et propterea quod altare aureum poſitum eſt e regione arcæ, idcirco inquit, in tentorio conventus ubi tibi apparebo. Et revertitur ad id quod dicit coram teſtimonio. Quemadmodum dicit* [Exod. 25. 22.] *Et conveniam te ibidem, & loquar tecum deſuper propitiatorio, de medio duorum Cherubinorum. Poteſt etiam & dabit ex illo coram teſtimonio ita explicari, ac ſi id innuat ſanctum ſanctorum, in quod die expiationis Sacerdos ſummus ſuffitum infert; Sicuti dicitur* [Levit. 16. 2.] *Quia in nube conſpiciar ſuper propitiatorio; & cum dicit in tabernaculo conventus, ſenſus ejus eſt quod etiam heic in tabernaculo conventus dare ſeu offerre debeat ex ſuffitu, quod eſt templum, ſuper altare aureum quod ibidem adeſt, & tum deficit Vav ſervile, ac ſi diceret; Et in tabernaculo conventus: Et propterea quod totus ſuffitus eſt ad faciendum deſcendere influentiam Excellentiſſimi & prophetiæ ſuper Moſen Doctorem noſtrum, propterea inquit, Ubi te conveniam; Sit vobis omnium rerum ſanctiſſimum, nempe ſuffitus. Et propterea, ne eſto leve in oculis tuis hujus præceptum.*

§. XLVI. Jam ordinem modumque ipſum ſuffiendi contemplabimur. Tempus, quo ſuffitus adoleri debeat, a Legislatore Summo præſtitutum eſt, matutinum & veſpertinum. Præceptum ipſum exſtat Exod. XXX. 7. 8. והקטיר עליו אהרן קטרת סמים בבקר בבקר בהטיבו את הנרת יקטירנה ובהעלת הארן את הנרת בין הערבים יקטירנה קטרת תמיד לפני יהוה לדורותיכם. *Et adolebit ſuper illud* altare aureum *Aharon ſuffitum aromatum: ſingulis mane quando aptabit lucernas, illum adolebit. Et quando accendet Aharon lucernas inter duas veſperas ſuffiet illum:* Eſto *ſuffitus jugiter in generationes veſtras.* Quæ hic de lucernis commemorantur de induſtria prætermitto, nec jam quid phraſis בין הערבים proprie ſignificet anxius diſquiram, cum jam tot Doctiſſimorum Virorum ſuper hac re exſtent commentarii. Sufficiat nobis tempus ipſum indigitaſſe, quod erat Ortus & Occaſus Solis. Joſephus lib. III. Antiq. cap. 10. Δὶς δὲ τῆς ἡμέρας πρίν τε ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον καὶ πρὸς δυσμαῖς θυμιᾶν ἐχρῆν. *Oportebat autem bis de die ſuffitum facere ante ortum & circa occaſum Solis.* Magis definite hæc explicat Philo, lib. de Animal. idon. &c. Δὶς δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιθυμιᾶσθαι τὰ πάντων εὐωδέστατα θυμιαμάτων ἔσω τοῦ καταπετάσματος, ἀνίσχοντος ἡλίου καὶ δυομένου, πρό τε τῆς ἑωθινῆς θυσίας καὶ μετὰ τὴν ἑσπερινήν. *Bis etiam ſingulis diebus intra velum omnium*

ſuffi-

ſuffituum maxime odorata adoleri lege definitum eſt. *Oriente nimirum ſole & Occidente, ante matutinum ſacrificium & poſt veſpertinum*. Eadem eſt Talmudicorum ſententia. Joma cap. 3. Miſna 5. קטורת של שחר היתה קריבה בין דם לאיברים של בין הערביים בין איברים לנסכים. V. Scheringh. *Mane inter ſanguinem & membra ſuffiebat, veſperi inter membra & libamina*. Quod autem Joſephus *ante Solis ortum* vocat, ita intelligendum eſt, priuſquam Sol plene ſuper Horizontem exortus eſt. Erat enim Sacerdos ſuper pinnas templi collocatus, qui quum primum radios auroræ exoriri videbat, alta voce proclamabat ברקאי *luceſcit*, & tum quiſque in templo officium ſuum curabat, Vide Tamid cap. 3. §. 2. Joma c. 3. §. 1. poteratque ſuffitus antequam Sol plene exortus eſſet, adoleri. Hoc enim ordine ſacrificium peragebatur, ut docent Talmudici l. c. §. præc. הביאו לו את התמיד קרצו ומירק אחר שחיטה על ידו קבל את הדם וזרקו נכנס להקטיר קטורת של שחר ולהיטיב את הנרות ולהקריב את הראש ואת האיברים ואת החביתין ואת היין. *Adduxerunt ei* (P.M.) *juge ſacrificium, mactabat, & alius perficiebat mactationem poſt eum. Sanguinem accipiebat, ſpargebatque, intrabat, & ſuffiebat ſuffimentum matutinum, aptabat lucernas, & caput, & membra, & frixa, & vinum offerebat*. Hæc autem recenſentur de die expiationis, quo die pleraque fere munia ipſe Sacerdos Summus obibat, reliquis vero diebus illa inter Sacerdotes vulgares diſpeſcebantur.

§. XLVII. Ne vero unuſquiſque ageret quod ſibi bonum videretur, vel etiam eveniret, cum aliquando duo idem officium peragere conabantur, altare nimirum decinerare, ut unus alterum deturbaret, indeque unus ſibi crus effringeret Joma cap. 2. §. 2. Sorte munia hæc partiebantur, eratque in hanc rem præfectus על הפייסות *Super ſortes* conſtitutus, qui ſacerdotes quibus illo die miniſtrandum erat, in conclave *Gazith* vocabat ad jaciendas ſortes. Fiebat autem hæc ſortitio non teſſerarum projectione, qualem ſortiendi modum habes apud Plautum in Caſina Actu II. Sc. 6. ubi conſulantur quoque quæ ex Salmaſio in edit. Boxhorn. ſubjiciuntur, & qualis fere ſortiendi modus uſurpabatur in die expiationis, quum ſortes projiciebantur ſuper duos hircos, vid. Joma cap. 4. §. 1. Alius autem plane ſortiendi modus his ſuper negotiis in uſu erat, quem cum videam, ex Maimonide in Tham. cap. 4. a Joh. Ligtfooto, Viro encomio meo majore, quam clariſſime eſſe exhibitum, illius verbis hunc ritum tibi ob oculos ponam. Sic ille in Miniſt. Templi Hieroſ. cap. IX. Sect. I. *Cum eo* [nempe in conclave Gazith] *veniſſent omnes in orbem ſtabant, & numerum miniſtraturorum pro arbitrio definiebant ut quadraginta, ſexaginta, centum virorum, prout videbatur. Tum præfectus ſortibus ſumebat pileum alicujus ex iis eique iterum imponebat, atque hinc dicebat: Incipiam numerare. Nunc tollite digitos veſtros. Tunc attollebant alii digitos ſuos, unum, duos, aut tres, ut libebat: deinde incipiebat ex eo cujus pileum ſumſerat, & numerabat digitos qui in orbem erecti erant. Is cujus digitis numerus reſpondebat, is erat in quem ſors incidiſſe exiſtimabatur, atque ipſi incumbebat id peculiare miniſterium, propter quod ſortes jactæ fuerant*. Libet quoque majoris elucidationis ergo addere verba Doctiſsimi Scheringhamii in annot. ad cap. 2. §. 1. cod. Joma. *Tum qui ſortibus præfectus erat, Sacerdotum corona cinctus, dicebat ipſis* הצביעו *& alteri eorum tiaram detraxit; tum dato numero, qui ſemper numerum micantium Sacerdotum multo ſuperaret, incepit ab eo numerare, cujus tiaram detraxiſſet, poſtquam ſingulorum digitos ordine numeraſſet, a primo iterum exorſus numerabat uſquedum ad finem numeri perveniſſet & in quem ultima unitas incidiſſet, is altare detergebat, &c.* Poſſunt quoque conſuli quæ exſtant in Joma fol. 25. 1. & Gloſſa ibid. fol. 22. 1.

§. XLVIII. Quis autem ſuffitum adolere deberet, ſors tertia determinabat. Joma cap. 2. §. 4. הפייס השלישי חדשי׳ לקטורת בואו והפיסו: *Tertia ſors erat, novi ad ſuffitum venite & ſortes projicite*. Neque enim eorum quiſquam qui ſemel hanc provinciam obiverat, denuo admittebatur ut ſortiretur cum illis qui hujus felicitatis nondum fuerant participes. Summe quippe felices ſe reputabant, qui, ut ſuffitum adolerent, ſorte eſſent nacti. Singularem enim huic muneri benedictionem annexam eſſe credebant. Bartenora ad cap. 5. §. 2. Tamid. חדשים לקטורת מי שלא זכה בקטורת כל ימיו יבוא ויפיס ולא היו מניחים למי שזלה בה פעם אחת לשנות בה מפני שמעשרת דכתיב ישימו קטורה באפך וגו׳ ברך ה׳ חילו לפיכך לא היו מניחים לשנות בה אדם כדי שיהיו הכל מתעשרים ומתברכים בה. *Semper novus quis ad ſuffitum eligitur, cui per totam vitam ſors illa non obtigit. Neque permittunt illi cui ſemel ſors obtigit, ut ſecunda vice ſortiatur. Quoniam divi-*

divitem facit ; Ut dicitur [Deuter. 33. 10. 11.) *ponent ſuffitum in naribus tuis. &c. Benedic Domine facultatibus ejus . Propterea non concedunt cuiquam homini ut ſecunda vice ſortiatur. Ut omnes fiant divites, propter eaque benedicantur.* Vid. Idem apud eundem ad Joma cap. 2. §. 4. & ſunt deſumta ex Gemara Joma ad Miſnam 4. Non jam anxie inquiram, num id fabulam ſapiat Judaicam, vel veri quid contineat, cum legi poſſunt quæ habet Vir Doctiſſimus Joh. Braunius, in Selectis Sacris p. 205. &c. Fuit tamen certiſsimum neminem denuo admiſſum fuiſſe ad ſuffiendum, quod tamen intelligendum eſt de poſterioribus temporibus, cum non opus eſſet, ut ſecunda vice quis munus iſtud obiret ob numerum ingentem ſacerdotum; nam ſi fides eſſet adhibenda illi, quod narratur in Hieroſ. Taanith fol. *69.* 1. fuiſſet numerus vix numerandus Sacerdotum . תניא אומר היא היתה קטנה שבמשמרות והיא היתה מוציה שמונים וחמשה אלף פרחי כהונה . *Traditio habet: Illa erat* (de qua in antecedentibus mentio erat facta) *minima inter Ephemerias & produxit* 85000. *germina Sacerdotum.* Et paulo ante perhibetur hiſtoria, quod 80. fratres 80. ſorores una in matrimonium duxerint. Cum enim illo munere, quod quis tempore matutino ſorte adeptus erat, veſpere quoque fungebatur, & quoque poſtea denuo fungi poterat, officium tamen ſuffitum adolendi, de novo ſorti committebatur, ut expreſſe monet Maimon Hilchot Tmidim Umuſſaphim, cap. 4. §. 8. תמיד של בין הערביים אין מפיסין לו פייס אחר אלא כל כהן שזכה בעבודה מן העבודות שחרית יזכה בה בין הערבים חוץ מן הקטורת שהן מפיסין לה פייס אחר בין הערבים. *De ſacrificio jugi veſpertino non ſortiuntur ſorte nova; ſed omnis ſacerdos, qui deſignatus eſt miniſterio matutino, eidem miniſterio etiam deſignatus manet veſpere: excepto Suffitu, ad quem requiritur nova ſortitio circa veſperam.* Nihil tamen horum tangebat Sacerdotem Summum. Ille enim ut omnia ſacri cultus munia, ſic etiam ſuffitus oblationem quandocunque libitum erat perficere poterat. Abarbanel ad Lev. X. 1. pag. 241. col. 3. כהן גדול היה מקטיר בכל עת שירצה ושאר הכהנים היו מקטירים על פי חגרול ולא היה כהן אחר מקטיר שתי פעמים בימיו. *Sacerdos ſummus offerebat ſuffitum omni tempore quando volebat; Sed reliqui Sacerdotes ſuffiebant projectione ſortium, neque quiſquam ſacerdotum adolebat ſuffitum per totam vitam binis vicibus*, Confer. Joma cap. 1. §. 2.

§. XLIX. Conſtituto itaque illo qui ſuffitum adoleret, depromebatur ipſi Suffitus ex conclavi Beth Abthines, ut colligere eſt ex Joma cap. 5. paragr. 1. הוציו לו את חכף ואת המחתה. *Depromſerunt ei cupam thuribulumque.* Cupam quidem מלשכת הכלים ut ait Gemara Babylon. ubi totus apparatus vaſarius occludebatur; Thuribulum autem ſuffimento plenum e domo Abthines petebatur, ut eadem docet Gem. fol. 47. 1. הוציו לו כף ריקן מלשכת הכלים ומחתה גרושה של קטרת מלשכת בית אבטינס. *Depromſerunt ei cupam vacuam e conclavi vaſorum, thuribulum plenum ſuffimento e conclavi domus Abthines.* Vid. not. Doctiſs. Scheringhamii ad loc. cit. Eſt quidem heic loci ſermo de Die expiationis, probabile tamen eſt ſingulis diebus quoque, imo & ſingulis vicibus, illi qui ſuffitum adolere debebat, ſuffimentum fuiſſe depromptum. Aſſervabatur enim in conclavi Beth Abthines, iſtique familiæ cura ſuffitus erat demandata, credo itaque & a quodam hujus familiæ ſemilibram ſingulis vicibus eſſe ponderatam & depromptam.

§. L. Erat enim quantitas ſuffitus quæ ſingulis diebus adolebatur, unum pondo, ex quo ſemis mane, ſemis vero veſperi offerebatur. Maimon. Hilchot Tmidim Umuſaph. cap. 3. §. 2. כמה מקטירין ממנה בכל יום משקל מאה דינרין חמשים בבוקר וחמשים בין הערבים. *Quantum ex illo quotidie adolent? Pondus centum denariorum: Mane quinquaginta & veſperi quinquaginta.* Confer. Joma cap. 4. §. 4. Nam ut ſupra §. XXIX. vidimus in univerſum *368.* pondo conficiebantur, ex quibus ſingulis diebus unum pondo adoleri poterat, ex reliquis tribus pondo die expiationis ſacerdos ſummus plenum pugillum ſuum capiebat & reliquo addebat Vid. Joma cap. v. §. 1. Erat vero hic modus pugillationis inter omnia templi miniſteria factu maxime difficilis, & propterea pridie diei expiationis, Sacerdotem magnum in conclave Beth Abthines evehebant, ut ſingula, quæ neceſſaria erant, addiſceret; Vid. Joma c. 1. §. 5. Fiebat autem hic pugillandi modus, hac ratione, ut tradunt Gemarici ad l. c. c. v. §. 1. חופה שלש אצבעותיו על פיסת ידו וקומץ ובמחתה ובמרחשת מוחק בגודלו מלמעלה ובאצבעו קטנה מלמטה. *Tribus digitis operuit volam, & pugillum accepit, & in craticulam, & in patellam abraſit pollice quod ſupra erat, & minimo digito quod infra.*

Vid.

Vid. Doct. Scheringamius in not. ad loc. cit. Quid? num etiam ſimile quid hæ locutiones innuunt, apud Ovid. lib. II. Faſt. verſ. 573.

Et digitis tria thura tribus ſub limine ponit.

Apud Lactantium lib. v. Inſtit. *Nam cruciari atque interfici malle, quam thura tribus digitis comprehenſa in focum jactare.* Sed, nihil affirmo. Tria autem illa pondo ex quibus Sacerdos Summus in die expiationis plenum pugillum ſuum capiebat, veſperi diei expiationis denuo mortario indebantur, & quam minutiſſime fieri poterat, contundebantur. Kerithut fol. 78. 2. דברי אבא יוסי בן יוחנן שלש מנין יתירין שמהן כ״ג מכניס מלא חופניו ביום הכיפורים נותן אותה למכתשת בערב יום הכיפורים ושוחקן יפה כדי שתהא דקה מן הדקה. *Dicebat Aba Joſe filius Jochanan, tria pondo reliqua ex quibus Sacerdos S. ſibi ſumit plenitudinem pugilli ſui in die expiationis, indit veſperi diei expiationis mortario & bene illa tundit, ut fiant minutiſſima.* Et tum credo bene ſuum היטב הדק cantilaſſe. Cum autem pugillo iſto non omnia tria pondo fuerint abſumpta, quid reliquo ſuffitus factum? Id idem docent Talmudici in Gemara Babyl. Kerithut fol. 78. 1. ת״ר קטרת היתה נעשית שס״ח מנה שס״ה כנגד ימות החמה שלשה מנין יתירין שמהן מכניס כ״ג מלא חפניו ביום הכיפורים והשאר נתנת לאומנין בשכרן כדתניא מות׳ הקטרת מא היו עושין בה מפרישין ממנה שכר האומנין ומחללין אותה על מעות האומנין ונותנין אותה לאומנין בשכרן וחוזרין ולוקחין אותה מתרומות הלשכה: *Tradiderunt Rabbini noſtri: Suffitus componebatur ad quantitaem 368. pondo; 365. libræ pro numero dierum anni ſolaris, 3. libræ remanebant, ex quibus Sacerdos S. capiebat plenitudinem pugilli ſui in die expiationis, & reliquum dabatur opificibus* [qui ſc. præparabant ſuffitum, notante Maimonide & Bartenora ad Schekalim] *in mercedem eorum, ut traditio docet; Quid fit reſiduo ſuffitus? Separant inde mercedem operariorum, & profanant illud propter nummos operariorum, & dant illud operariis in mercedem eorum, & deinde illud rurſus ab eis emunt ex ablatione conclavis.* Vid. quoque Schekalim cap. IV. §. 5.

§. LI. Sed ordine proſequamur miniſterium ſuffitus. Vidimus jam quomodo is, qui ſuffitum adolere debebat, fuerit ſorte electus. Præparabat ſe itaque ad munus hoc obeundum, ſibique vaſa huic miniſterio neceſſaria comparabat, omniaque rite ordinabat, quo ſanctiſſimus hic Deo cultus poſſet præſtari Tamid cap. v. §. 4. מי שזכה בקטרת היה נוטל את הכף דומה לתרקב גדול של זהב מחזיק שלשת קבים והבזך היה בתוכו מלא וגדוש קטרת וכסוי היה לו וכמין מטוטלת היה עליו מלמעלן: *Is qui deſtinatus erat ſuffitui, auferebat* Caph ſeu *Acerram, ſimilem modio magno ex auro, continentem tres cabos, &* Beſech ſeu *thuribulum erat in ejus medio, & cumulate plenum ſuffitu; Eratque ipſi operculum, & in ejus ſummitate erat quaſi* מטוטלת (quod alii vertunt per annulum quo auferri poſſet operculum, alii per linteum. Vid. Bartenora ad h. l.) Nolo autem hic loci ſtudio quidquam in lucem proferre ad explicationem vaſorum τοῦ *Caph*, τοῦ *Beſech*, τοῦ *Tani*, τοῦ *Machta*, cum de iis peculiari capite egerit Vir in his exercitatiſſimus Joh. Braunius in Selectis ſacris lib. II. cap. 5. pag. 208. & ſeqq. quique vaſa hæc ibidem elegantiſſime æri incidi curavit, prout eſt in his feliciſſimus, ut abſcondita antiquitatis Hebraicæ monumenta e tenebris ſuis, quibus hactenus circumfuſa fuere, in dias luminis auras protraheret, quod etiam luculenter ſatis probat limatiſſimum & doctiſſimum opus de Veſtitu Sacerdotum Hebræorum.

§. LII. Conſtituebatur autem & alius ab illo, qui ſuffitum ſorte obtinuerat, ad petendas ex altari prunas; hoc enim munus ſorte non definiebatur, Vid. Barten. ad Tamid cap. v. §. 5. Quomodo autem iſte ignem depromſerit docetur ibidem. Cum vero Maimonides magis perſpicue hæc tradat in Hilchoth Tmidim Umuſaph. cap. 3. §. 5. illius verbis iſta referemus: וכיצד חותה זה שזכה במחתה לוקח מחתה של כסף ועולה לראש המזבח ומפנה את הנחלים אילך ואילך ונוטל מן הנחלים מנתאכלו במערכה שנייה ויורד ומערן לתוך מחתה של זהב אם נתפזרו מן הנחלים כמו קב או פחו׳ מכבדן לאמה ובשבת כופה עליהם הפסכתר ואם נתפזר יתר על קב חוזר וחותה. *Quomodo accipit ignem e foco. Hic cui* Machta ſeu *foculus obtigerat, accipit foculum argenteum, & aſcendit in ſummitatem altaris, atque huc illuc carbones amovet; atque aufert ex carbonibus qui jam ſunt exuſti in ſtrue ſecunda, & deſcendit atque effundit illos in aureum foculum. Si forte diſpergantur ad Cabi quantitatem vel infra illam, everrit illos in foveam, & in Sabbatho operiebat ſuper illos* Peſachtar ſeu *Lebetem, ſed ſi plus diſpergeretur cabo, denuo capit ignem.* Erat autem vaſis Peſachtar uſus triplex, ut Maimon §. ſequenti

quenti docet שלשה דברים היה הפסכתר משמש כופין אותו על הנחלים ועל השרץ בשבת ומורידין בו את הדשן מעל המזבח: *Tribus rebus inſervit Peſachtar. Tegunt illo prunas, & Reptile in Sabbatho, & in illun injiciunt cinerem altaris*. Videantur quoque Tamid cap. v. paragr. 5. unde hæc ſunt depromta, & Doctiſſimi Rabbini Bartenoræ commentationes. Sed quid ſibi vult Maimonides cum ſcribit prunas peti ex *Strue* ſecunda? Notandum eſt, tres fuiſſe ſtrues lignorum in Ara. Prima quidem, quæ vocabatur מערכה גדולה *Strues magna* erat pro comburendis ſacrificiis: Secunda ſtrues erat pro igne petendo ad Suffitum adolendum, de qua hic Maimon. Tertia erat pro conſervando igne perpetuo in Altari, quam quidem verbis Callimachi Hymn. in Apollinem verſ. 83. alioqui quid vetaret

ἀεὶ δέ τοι ἄσβεστον πῦρ
Οὐδέ ποτε χθιζὸν περιβόσκεται ἄνθρακα τέφρη.

Et ſemper tibi perpetuus ignis eſt
Neque unquam heſternum abſumit carbonem cinis.

Has tres ſtrues indicat Maimon in Tmid. Umuſ. cap. 2. paragr. 4. שלוש מערכות של אש עושין בראש המזבח בכל יום ראשונה מערכה גדולה שעליה מקריבין התמיד עם שאר הקרבנות שנייה בצדה קטנה שממנה לוקחין אש במחתה להקטיר קטורת בכל יום שלישית אין עליה כלום אלא לקיים מצוות האש שנאמר אש תמיד תוקד: *Singulis diebus tres ſtrues ignis accendebant in ſummitate altaris. Prima erat Strues magna ſuper quam offerebant ſacrificium juge cum reliquis oblationibus. Secunda quæ minor erat, erat exſtructa in latere, ex qua capiebant ignem in foculo ad adolendum ſuffitum ſingulis diebus. Tertia, nulla alia de cauſa aderat, quam ad ſtabiliendum præceptum de igne*. Levit. VI. *Q.S.D. Ignis perpetuus ardeat*. Confer. Joma cap. IV. paragr. 6. & Gemara ibidem, ut & Gloſſæ Rabbinorum. Strues autem illa ſecunda, ex qua ignis pro adolendo ſuffitu petebatur, exſtructa erat ex lignis ficuum, e regione cornu occidentalis meridionalis. Uberius hæc Maimon Ibidem perſequitur paragr. 8. ואחר שמסדר מערכ׳ גדולה חוזר ובורר עצי תאנ׳ יפים ומסדר מערכה שנייה של קטור׳ מכנג׳ קרן מערבית דרומית משוכה מן הקרן כלפי צפון ארבע אמו׳ ובה כמו ה׳ סאים גחלים ובשבת עושן בה כמו שמונת סאין גחלים מפני שעליה מקטירין בכל שבת שני בזיכי לבונה של לחם הפני׳. *Et poſtquam ordinavit ſtruem magnam, denuo ſeligit ligna ficuum pulcherrima, & exſtruit ſtruem ſecundam ad ſuffitum, e regione cornu occidentalis meridionalis, remotam a cornu auſtrali verſus ſeptentrionem quatuor cubitos, & continet fere quinque ſata prunarum; in ſabbatho autem accendunt ibidem ad octo ſata prunarum, quoniam ſuper illam ſingulis ſabbathis adolent duas acerras thuris panum propoſitionis*.

§. LIII. Antequam autem is, qui ſuffitum adolere debebat, Sanctum intraret, præmittebatur alius ſacerdos, qui ſorte deſtinatus erat ad purgandum altare aureum a cineribus & carbonibus qui remanſerant ibidem, poſt diei præcedentis peractum ſuffitum. Quomodo autem hæc decineratio ſit peracta docetur in Tamid cap. III. §. *6*. c. VI. §. 1. Sed & hæc referemus ex Maimon. l. c. cap. III. §. 5. כיצד סדר הקטרה הקטורת בכל יום מי שזכה בדישון המזבח הפנימי נכנס בכלי קודש וטני היה שמו ושל זהב היה ומחזיק קביים וחצי מניח הטני בארץ לפיו וחופן בידו האפר והפחם שבתוך המזבח ונותן לתוך הטני ובאחרונה מכבד את השאר לתוכו ומניחו שם בהיכל ויוצא: *Quo ordine quotidie ſuffitus adoletur? Is qui ſorte deſtinatus eſt ad decinerandum altare interius, ingreditur cum vaſe ſacro cujus nomen erat Tani eratque ex auro confectum, duos Cabos & dimidium comprehendens. Ponit τὸ Tani ante ſe in terram, & manu ſua capit cinrrem & carbones qui erant ſuper altare, illoſque τῷ Tani indit. Et poſtea everrit, quod erat relictum, in illud vas, & relinquit illud ibidem in templo, & exit*. Tandem ſe ipſum operi accingit, munus adolendi ſuffitum peracturus, qui ut ſupra §. LI. vidimus ex Tamid, hunc in finem capiebat *Caph* introiturus Sanctum, ipſumque comitabatus is, qui ab ipſo conſtitutus erat ad petendas prunas ex altari, cum foculo ſive Machta ignis in manu ſua, quod Maimon eodem §. 4. ſtatim addit, ומי שזכה בקטורת נוטל כלי מלא קטורת גדוש וכסוי היה לו ובזך היה שמו ונותן הבזך כלי אחר וכף היה שמו ומכסה את הכף בבגד קטן ואוחז הכף בידו ונכנס עמו אחר במחתה של אש בידו: *Et is qui deſtinatus erat ſuffitui, auferebat vas cumulate plenum ſuffimento, cui inerat operculum, nomenque ipſi erat Beſech. Imponebat autem τὸ Beſech in aliud vas cui nomen erat Caph. Obtegebat vero τὸ Caph cum veſtimento parvo, apprehendebatque τὸ Caph manu ſua; & intrabat una cum ipſo quidam cum foculo ignis in manu ſua*. Eſſent hic notanda quædam, quæ ſpectant ad differentiam ſuffitus quotidiani & illius qui in die expiationis adolebatur, ſed cum hæc ordi-

ordine animadversa legantur in Codice Joma cap. IV. paragr. 4. heic illa prætermitto. Et cap. seq. §. 1. nobis exhibetur ipse Sacerdos summus foculum ignis dextra, acerram autem, seu Caph, sinistra, portans.

§. LIV. Jam etsi nobis una cum Sacerdote isto Sanctum ingredi non liceat, velum tamen paululum removebimus, scrutaturi quomodo denique hæc omnia intus peracta fuerint. Atque id quidem agemus breviter, continuo filo ducti a Maimonide, l. c. qui eadem ex Tamid cap. VI. depromsit; Quique nobis l. c. cap. III. paragr. 7. primo quidem indicat istius, qui altare aureum purgaverat e sancto egressum, dein ejus qui foculum in sanctum portaverat in illo loco officium, & tandem tertii cujusdam mentionem facit, cujus quale fuerit opus ex ipsis Maimonidis verbis patefiet. Sic ille paragr. 7. loc. cit. ומקדים לפניהם זה שרשן המזבח הפנימי ונוטל הטני תבו רשון המזבח ומשתחוה ויוצא וזה שבידו המחתה צובר את הגחלים על גבי המזבח הפנימי ומרדדן בשולי המחתה ומשתחוה ויוצא וזה שבידו הכף נוטל את הבזך מתוך הכף ונותנו לאוהבו או לקרובו ורואה אם נתפזר מן הקטרת מעט בכף אוהבו או קרובו נותן לו לתוך חפניו זה שנתפזר עם הקטורת שבכף ומשתחוה ויצא: *Et ipsis antevertit is, qui decineravit altare interius & aufert τὸ Tani in quo erat cinis altaris, adorabat & exibat. Et is in cujus manu erat foculus coacervat prunas super altare interius, & expandit illas cum ora foculi, & adorabat & exibat. Et is in cujus manu erat τὸ* Caph seu *acerra auferebat τὸ Besech e medio τοῦ Caph, & dabat illud amico suo aut proximo, & videbat num sparsum esset ex suffitu paululum in Caph, tum amicus aut proximus ejus ipsi dabat in pugillum suum illud quod sparsum erat una cum suffitu qui erat in Besech, adorabat & exibat.* Videatur quoque Bartenora ad Tamid cap. VI. paragr. 3. Sed & ante eorum discessum, informant illum qui erat oblaturus suffitum, quoniam semper novus quis adolebat qui nunquam hoc munere functus erat, ut cautus sit, neque manus suas comburat. Maimon loc. cit. paragr. 8. ואימרין לזה המקטיר הזהר שלא תתחיל מלפניך שלא תכוה. *Et dicunt ipsi: Tu qui adolebis, sis cautus ne incipias ante te* [suffitum inspargere prunis] *ne comburaris*. Aut ut verba Mischnæ se habent, ומלמדין אותו הוי זהיר שמא תתחיל לפניך. Post horum discessum tamdiu exspectabat, usque dum moneretur alta voce a Præfecto ut adoleret, & tum abigunt omnes homines a sanctuario Maimon l. c. paragr. 9. אין המקטיר עד שהממונה אומר לו הקטר ואם כהן גדול הוא אומר לו הממונה אישי כהן גדול הקטר ואחר שאמר יפרשו כל העם ויקטיר המקטיר וישתחוה ויוצא: *Non prius adolet oblaturus suffitum, quam Præfectus illi acclamaret, ADOLE. Si autem Summus Sacerdos est oblaturus, acclamat Præfectus, Domine Sacerdos magne ADOLEAS. Et postquam hæc dixit, abigunt omnem populum; & offert oblaturus suffitum, adorat & exit.* Sed hanc hominum abactionem tempore suffitus a Sanctuario, clarius describit Maimon eodem capite paragr. 3. בעית במקטירין הקטורת בהיכל בכל יום פורשין כל העם מן ההיכל ומבין האולם ולמזבח לא יהיה שם אדם עד שיצא זה שהקטיר הקטורת. *Tempore quo adolent suffitum in Sanctuario singulis diebus abigunt omnem populum a Sanctuario, ut inter vestibulum & altare quisquam hominum non adsit; Usque dum is, qui suffitum adolevit, fuerit egressus.* Confer. Lucæ I. 9. 10. Quum primum inaudivit vocem Præfecti, statim suffitum prunis immittebat, nec plane immemor erat illius admonitionis, cujus modo particeps factus erat. Maimon ubi supra paragr. 8. ומתחיל ומשליך הקטורת על האש בנחת כמי שמרקד סולת עד שתתררה על כל האש: *Et incipiebat & injiciebat suffitum lente in ignem, instar illius qui cribrat similam, donec expanderit super omnem ignem.* Et tum

> *Flamma nitore suo templorum verberat aurum*
> *Et tremulum summa spargit in æde jubar.*

si hoc exprimere fas fuerit eleganti versiculo Ovidii Lib. I. Fast. vers. 76. totaque domus fumo replebatur. Interea autem temporis, cum hic suffitum adoleret, erat populus extra altare & vestibulum, precesque suas ad DEUM fundebat, ut & ipse Sacerdos peracto suffitu השתחוה *adorabat* ויוצא *& exibat*. Neutiquam enim ipsi diu in sanctuario commorandum erat, ob metum populi quo extra detinebatur, ne forte intra sanctum morte correptus esset, ob suffitum non bene administratum. Vid. Joma cap. V. paragr. 1. & quamvis ibidem sermo sit de die expiationis, recte tamen id quoque a Rabbinis ad quotidianum suffitum translatum est, & hoc confirmat Historia de Zacharia Lucæ I. 21. Καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν· Καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ. *Et erat populus exspe-*

ctans Zachariam ; & mirabantur quod ipse moraretur in templo . Egrediente autem Sacerdote ex Sanctuario edebatur sonus instrumento Magrepha (quod quale fuerit consulatur Vir Doctissimus Joh. Braunius in Select. Sacris pag. 271, & seqq.) quo audito accingebant se Levitæ ad Psalmodiam & cantum, Buccinisque & reliquis instrumentis Musicis clangebatur, ut ubique grata & sonora Musica personaret, atque tum Juge sacrificium offerebatur. Hic filum abrumpo.

§. LV. Gestiit quidem animus Mysterium quoque Suffitus peculiari quadam dissertatione pertractare, eamque sub præsidio Viri Maxime Reverendi & Excellentissimi D. Hieronymi Gulielmi Snabelii SS. Theologiæ Doctoris & ejusdem facultatis in Gymnasio Illustri Patrio Professoris celebratissimi, Fautoris & Præceptoris multis nominibus mihi devenerandi, in lucem exponere, ea via, qua nobis Vir Doctissimus hactenus egregie præivit: imprimis, cum notatu quædam digna hac in materia notaverim. Unius modo observationis mentionem facio. Animadverti in hac dissertatione plerasque hujus suffitus aromatum species adhiberi in antidota, & præsertim conducere ad fugandos serpentes; sic quoque Suffitus Spiritalis Preces Sanctorum, [confer. Ps. CXLI. 2. Apoc. V. 8. VIII. 3. 4.] præsentissimum sunt remedium, quo in fugam conjicimus Draconem, Serpentem antiquum Apoc. XII. 9. Confer. Matth. XVII. 21. &c. Cum autem tempore excludar, aliaque ob negotia mihi hæc in præsenti exequi non licuerit, hujus autem loci non sit plura hac de re addere. Spero tamen hanc materiam olim Virum Cl. occupaturum, aut si Deus ipsi mihi vitam & valetudinem concesserit, in eodem argumento elaborare, animus est. Hæc cum maxime sit meta laboris hujus & finis.



DA-



DANIELIS WEYMARI
DISSERTATIO
DE SUFFITU.

PRÆFATIO.

NON minus ſcite quam rite aureum eloquentiæ os Chryſoſtomus loquitur Hom. 13. in Gen. Καθάπερ γὰρ ἡ τῶν θυμιαμάτων φύσις, ὅσῳ ἂν ἀπὸ τῶν δακτύλων τῶν ἡμετέρων περιστρέφηται, πλειόνα τὴν εὐωδίαν παρέχει, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, καὶ ἐπὶ τῶν γραφῶν ἐστιν ἰδεῖν γινόμενον· ὅσῳ ἄν τις ἐπὶ πλέοντα ταύτας ἐπιέναι σπουδάζῃ, τοσούτῳ μᾶλλον κατοπτεύειν δύναται τὸν ἐγκεκρυμμένον θησαυρὸν, καὶ πολὺν καὶ ἄφατον τὸν πλοῦτον ἐντεῦθεν καρποῦσθαι. *Sicuti aromata, quanto magis digitis noſtris terantur, tanto majorem natura ſua fragrantiam reddunt; Ita & Scripturis uſu venit, quanto quis illas pertractare ſtuduit, tanto magis videre poterit latentem in illis theſaurum, pluresque percipere ineffabilium divitiarum fructus*. Equidem nemo non tenetur Scripturam Sacram nocturna diurnaque verſare manu, nec quis illam unquam adit, quin doctior abeat. Singularis etiam & uberrimus exinde propullulat fructus, ſi Antiquitates Sacræ evolvuntur, inſimulque, quorſum olim

 ritus

ritus V. T. ut umbræ collimarint, hodie in N. T. quo corpus vivis, ut ajunt, coloribus se repræsentat, probe observatur. Tunc demum divinis ac cœlestibus divitiis & frui & uti licet. Impræsentiarum perantiquum Hebræorum suffiendi ritum, quem DEUS in usum sacrum sibi delegerat, paulo intimius sumus contemplaturi. Indoles aromatum omnino est, quo magis digitis teruntur, eo majorem ac suaviorem spirant odorem, mirum in modum animum afficiunt, corque hominis exhilarant. Testimonium hujus rei exhibetur Prov. XXVII. 9. שמן וקטרת ישמח לב *Unguentum & suffitus exhilarat cor*. Ne quis tamen putet, inveterata esse aromata, quæ olim suffimentum hoc sacrum ingrediebantur, nec ullam hodie amplius a se diffundere suaveolentiam. Olim quidem nares gratissimo suo odore affecerunt; hodie vero aures sanctissimi Numinis in Ecclesia afficiunt. Dicto sua stat veritas, & satis a Davide confirmatur Ps. CXLI. 2. תכון תפלתי קטרת לפניך *dirigatur oratio mea ut suffitus coram te*. Et quid phialæ aureæ plenæ odoramentorum, quas Seniores in manibus habent, nobis designant? Sunt προσευχαὶ τῶν ἁγίων. Apoc. v. 8. Uti igitur mystica suffitus significatio est, sursum habenda corda; ita nolumus inconsulto & temerario ausu cum Nadabo & Abihu alienum coram Domino afferre ignem, sed potius ex ardentissimo pectore precum suffimentum ad DEUM mittimus, ut nos divina sua gratia in omni veritate deducat, studiaque nostra in sanctissimi Nominis sui gloriam quam clementissime dirigat.



CA-

CAPUT I.

Voculæ סמים *ſignificatio ac differentia a* בשם *expenditur. Parit varias ſententias.* נטף *quid. Quomodo in Michlal Jophi exponatur. A variis varie nominatur.* שחלת *Rabbinis* צפורן *ungula. Aliis Interpretibus onyx eſt. Onychen hic non teſtam conchilii; ſed bdellium denotare cum Bocharto ſtatuimus.* חלבנה *originatio. Interpretamento de galbano boni non tetri odoris repugnat vocum & accentuum poſitus. Kimchi & Jarchi ſententia de hoc aromate. Varia ejus nomina ac quidditas. Oſiandri ob gravem galbani fœtorem opinio. Symbolicum ejus uſum a R. Salom. paucis indicatum pluribus Simlerus exprimit.* לבונה זכה *thus lucidiſſimum. Thus a quonam derivetur. Thuris quidditas & natale ſolum. Arbor thurifera bis anno inciditur. Variæ thuris ſpecies. Quænam optima. Philonis, Baſilii, & Cornelii a Lapide myſtica horum* IV. *aromatum interpretatio. Confecturam ſuffimenti* XV. *ſpeciebus conſtitiſſe Talmudiſtæ docent. Quænam fuerint aromata, eorumque pondus e Talmud citantur, Joſephus* XIII. *Judæi tamen communiter* XI. *fuiſſe putant. R. S. explanatur. Variæ Interpretum de vocibus Hebræis* בר בבר יהיה *ſententiæ. Luth. laudatus. Bezaleel primum ſuffimentum conficit. Ejus genealogia. Abarbenelis conjectura de contentione Iſraelitarum. Cuilibet Sacerdoti poſtea hoc ſuffimentum parare licuit. Modus conficiendi expenditur. Vox* ממלח *non proprie cum Aben Eſdra, ſed metaph. cum Paraphr. Chald. & Gr. exponenda. Aromata in pulverem tenuiſſimum, non in paſtillos ſunt redacta.*

§. I. Verba ſacra, quibus nobis accuratiſſime hujus ſuffimenti ſpecies aromaticæ, conficiendi modus atque alia hic obſervatu neceſſaria deſcribuntur, extant Exod. xxx. 34. 38. atque ita ſeſe habent: ויאמר יהוה אל משה קח לך סמים נטף ושחלת והלבנה סמים ולבנה זכה בד בבד יהיה ועשית אתה קטרת רקח מעשה רוקח ממלח טהור קדש ושחקת ממנה הדק ונתתה לפני העדת באהל מועד אשר אועד לך שמה קדש קדשים תהיה לכם והקטרת אשר תעשה במתכנתה לא תעשו לכם קדש תהיה לך ליהוה איש אשר יעשה במוה להריח בה ונכרת מעמיו: *Et dixit Dominus ad Moſen: Sume tibi aromata, ſtacten & Onycha & galbanum, aromata & thus purum: æqualis ponderis erunt omnia. (35) Facieſque thymiama compoſitum opere pigmentarii; miſtum diligenter, & ſanctificatione digniſſimum. (36) Et contundes ex eo minutim, poneſque ex eo coram teſtimonio in tabernaculo congregationis, in quo loco apparebo tibi. Sanctum ſanctorum erit vobis. (37) Et ſuffimentum, quod facies, ſecundum pondus ejus non facietis vobis; ſanctum enim erit tibi Domino. (38) Quicunque fecerit ſimile ei, ut odore ejus perfruatur, utique exſcindetur e populis ſuis.* Quid igitur hæc verba ſibi velint, quidve nos doceant, in ſubſequentibus videbimus.

§. II. Vox סמים, quæ in textu legitur, imprimis ea ſignificat aromata, quæ ad ſuffitum tam bonum quam malum adhibentur; unde dicitur: סמא דחיי vel סם החיים *aroma vitæ*, & סם המות *aroma mortis ſ. venenum*: qua locutione etiam Apoſtolus uſus eſt 2. Corinth. II. 15. ὀσμὴ θανάτου & ὀσμὴ ζωῆς. סמים vero differt a בשמים quod hujus uſus in cibis & ad delicias eſt. Quia autem bis hic occurrit, varias parit ſententias, & Judæos æque ac Chriſtianos dubios reddit ac fluctuantes. Hinc *Jun. & Trem.* ad hunc locum: Tribus modis iſtud ab Hebræis redditur: Quidam hoc modo: ſtacten & onychem „ & galbanum, hæc aromata, & thus, „ &c. Alii, & galbanum, illa aromata, „ & thus, reſpicientes ad ea, quæ „ nominata ſunt in ſuperiori confectura (olei nempe ſacri v. 23.) Alii „ nardum interpretantur, ut nos fecimus: Nardus enim teſte Plinio lib. 12. „ Nat. Hiſt. cap. 12. præcipuus eſt in „ unguentis odoratis, ideoque generis „ nomen κατ᾽ ἐξοχὴν obtinet; obtinet „ autem in plurali, quia non tantum „ ſpica ſua, ſed etiam foliis celebratur „ gemina dote, ut idem idem loquitur. Quam triplicem ſententiam etiam in ſuo Comment. in Exod. *Dn. D. Joh. Ad. Oſiander* citat, ſed nullam ex his eligit. Tremellianæ vero adſtipulatur *Prucknerus* Part. I. Vind. Bibl. ad h. l. pag. 266. & Synecdochen generis pro ſpecie ſtatuit, & priori loco *genus* ipſum, poſteriori vero *ſpeciem* ſc. *Nardi folia cum ſpicis* ſignificare dicit. Sed neſcimus, an duæ poſtremæ interpretationes tuto arripi poſſint? Nobis prima potius probatur, cui & Viri magni nominis album calculum tacite adjicere videntur, dum quatuor aromatum ſpecierum tantum mentionem faciunt, quas jam ordine ſiſtemus.

§. III.

§. III. Prima aromatum ſpecies vocatur נטף ſtilla, a radice נטף ſtillare. Unde & LXX. ϛακτὴν & Vulgatus *Stacten* reddunt, quod idem denotat, & ſi ſpectes genuinam nominis ſignificationem, cum *Myrrha* [ἀπὸ τῦ μύρω *ſtillo, fluo*,] coincidere, vel aliqua ejus ſpecies eſſe videtur. Hinc Medici Myrrhæ diſtinctionem tradunt, quæ Theophr. 9. Hiſt. 4. eſt, quod ſit vel ϛακτὴ ſeu *naturalis*, vel πλαϛὴ ſeu *factitia*. Quomodo tamen ſtacte differat a Myrrha? an ſit ſpecies? an ſtacte ſit lacryma arboris ſponte fluens? an ſit compoſitio quædam ex Myrrha? conſuli poteſt *Caſp. Hoffmann* de Medicam. Officin. lib. II. cap. clIv. pag. 357. De hoc vero aromate in *Michlal Jophi* hæc legimus. נטף אמרו שהוא צרי ונקרא כן על שם שנוטף מעצי הקטף כמו שאמרו רז״ל הצרי אינו אלא שרף הנוטף מעצי הקטף בלסמו בלע״ז: *Dicunt quod Nataph ſit Zeri Reſina, ſic appellata, quod ſtillet ex arboribus Ketaph ſeu inciſis. Quemadmodum dixerunt Rabb. p. m. Zeri nihil aliud eſſe quam ſuccum e ligno inciſo, qui vulgo vocatur Balſamum.* Quare etiam Samaritanus ad arborem hanc reſpiciens, צשב; Luth. vero ſuccum arboris exprimens, *Balſem* habet. Et qui Nataph *Balſamum* aut *Opobalſamum* denotare volunt, dicunt ad mentem Bauhini, præter liquidum etiam concretum & ſolidum extare, quod ad ſuffitum adhiberi poteſt. Et *Plinius* ſcribit: Balſami guttam primo candidam, poſtea ſimilem oleo aut muſto rubeſcere, inſimulque dureſcere translucidam. R. *Salomon* tamen præter ea, quæ ex Michl. Jophi adduximus, ſcribit: בלע״ז גומא והצרי קורין לו טריאקה: *quod Nataph barbare nominetur Gummi, & reſina theriaca*. Interim *Varenio Nataph prima myrrha eſt, & Munſtero prima gutta myrrhæ*, cum quibus etiam nos facimus. Fuit enim pinguiſſimus flos recentis Myrrhæ ſponte deſtillans, qui induratus poſtmodum terebatur.

§. 4. Altera ſpecies eſt שחלת & ὄνυξ Græcis, *onycha* Vulgato dicitur. Targum Hieroſolymitanum reddit שובלא מוריא *ſpicam myrrhæ*, ſed minus recte, nulla enim eſt ſpica myrrhæ, fortaſſe שובלא דנרדא *ſpica nardi* eſſe debet. Onkelos habet טופרא *ungulam*, quod & Syrus ܛܦܪܐ retinet. Judæi Germani vocant *Ragelvurk*. Vulgo tamen שחלק ὄνυξ eſſe creditur, quæ conchilii & piſcis genus eſt, & concha ſeu purpura potiſſimum vocari ſolet. A Dioſc. lib. 2. cap. 8. *unguis odoratus* ſeu aromaticus appellatur, dum figura ejus nonnullorum animalium unguem refert. Plinio oſtracium dicitur, Pharmacopolis Blatta Bizantia. Teſtaque hæc conchilii carbonibus vivis injecta odorem ſpirat nardo ſimilem, & in paludibus Indiæ ναρδοφόροις invenitur, in quibus nardi ſpica creſcit, quæ & hujus piſciculi pabulum eſt, quo fit, ut teſta nardum redoleat. Sunt tamen & alii, qui odorem ejus caſtoreo perquam ſimilem & gravem eſſe ſtatuunt. Vid. *Matthiolus* & *Amatus* in Dioſcor. Verum enim vero שחלת tale conchilii operculum minime poteſt ſignificare, refertur enim hic inter סמים *aromata* & a pleriſque Hebræorum per שורש בשם *radicem aromaticam* exponitur, qualis conchæ teſta non eſt. Et licet multi Interpretes, quorum auctoritas apud nos plurimum valet, per *onychen* tranſtulerint, quæ communiter unguem odoratum ſeu tegumentum conchilii odore caſtoreum æmulans denotat, adhuc tamen inquirendum, quid hoc loco ὄνυξ ſit. Hanc R. *Salomo* hiſce deſcribit verbis: שחלת שורש בשם חלק כצפורן ובלשון המשנה קרוי צפורן: *Schecheleth radix aromatica eſt, lævis & lucida ut unguis, & in Miſchna* צפורן [unguis] *nominatur*. Et *Maim.* כלי המקדש cap. 23. שחלת היא הצפורן שניתנין אותה בני אדם במוגמרות *Schecheleth eſt unguis, quem filii hominum in ſuffitibus adhibent*. Neque aliter *Pomarius*, *Kimchius*, *Elias & plures Hebræorum alii*. Acutiſſimus vero *Bochartus* per onycha *bdellium* veteres intellexiſſe putat, quod a Damocrate & Galeno βδέλλα ὄνυξ vocatur, ut diſtinguatur a ſanguiſuga, quæ eſt βδέλλα λιμναία. Sicuti etiam *Joſeph.* lib. 3. Antiqu. cap. 1. de cibo rorido, qui manna eſt, enarrans, ὅμοιον, inquit, τῇ τῶν ἀρωμάτων βδέλλῃ, *adſpectu ſimilis erat bdellio aromatico*. Ex quo eluceſcit, dari bdellium aromaticum. Et hoc ungui ſimile etiam dicitur, lævore ſcil. & ſplendore, eſtque juxta Dioſcor. vel Arabicum, vel Indicum; illud hoc præſtantius eſt. Color ejus quidem nonnunquam variat, præcipue tamen ſubniger eſt, & ſi albeſcit, nigredo etiam dominatur. Unde *Alchalil* filius *Achmed* a Bocharto citatus ſcribit: الاظفار شيء من العطر اسود شبيه بالظفر *Adphar* [ungues] *aliquid aromaticum nigrum ungui ſimile*. Clarius vero de hoc bdellio Serapio Arabs lib. Aggregat. cap. 294. *Bdellium Judaicum eſt gummi arboris, quæ naſcitur in terris Arabum, & melius ex eo eſt illud, quod eſt odoris boni, tenax interius,*

rius, citæ diſſolutionis, ad albedinem declinans, non habens in ſe ligna neque ſordities aliquas, & quando fit fumigium cum eo, profert odorem bonum ſimilem odori Blattæ Bizantiæ. Nos itaque *Bocharto*, viro ſubtilis ingenii & multæ lectionis hac in re applaudimus, qui de שחלת Hieroz. Part. II. lib. v. c. 20. plura alia habet, & erudite æque ac adcurate diſſerit.

§. V. Porro ad ſuffimentum ſacrum adhibebatur חלבנה eſtque vel a חלב quod *pinguedinem* ſignificat, pingue enim eſſe debebat ſincerum galbanum, ut ait *Dioſcor.* vel a חלב quod *lac* denotat, quia colore ſuo lac referebat. Unde *Varenius* in Ex. p. 423. Galbanum eſt ſuccus herbæ aromaticæ albus adinſtar lactis, qui induratus terebatur in pulverem. Ab hoc nomine Græcorum χαλβάνη & Latinorum Galbanum devenit, quæ voculæ etiam in LXX. Virali & Vulgata verſione leguntur, & Luth. reddit *Galben*. Plerique tamen Interpretes ſubſequentem vocem סמים cum hoc aromate conjungunt, ac ſi ſumi debuerit galbanum boni & grati odoris, non quod fœtet. Sed hoc interpretamentum non bene olere, vel exinde patet, quod חלבנה non eſt in regimine, nec accentu conjunctivo gaudet, qui alias in tali voce ſyntactice conſtructa neceſſario requireretur. Habet enim חלבנה Sakeph Katon, & סמים Tiphcha; ille hoc major eſt, ſemperque abſolutiorem ſiſtit ſenſum. Ita vero *Kimchius Galbanum* deſcribit: סם שריחו רע והוא שרף אילן הנמצא בערי יון והוא כמו דבש שחור: *Aroma eſt, cujus odor malus, eſtque ſuccus arboris, qui invenitur in urbibus Græciæ ſimilis melli nigro, & Arabice nominatur Miab.* Et R. *Sal.* idem docet: בשם שריחו רע וקורין לו גלבנה: *eſt aroma tetri & gravis odoris, & vocatur galbanum*. Germanis *Zeufels-Choth*, Medicis *Aſa fœtida* dicitur, & eſt liquor plantæ ferulaceæ naſcentis in Syria, ſuoque nidore ſerpentes fugat. Videſis *Dioſc.* lib. 3. cap. 8. *Plin.* l. 12. cap. 15. *Iſid.* lib. 17. cap. 9. & *Hoffm. in Medicam. Offic.* lib. II. c. 28. & 98. & lib. I. cap. 31. Colligit autem Dn. D. *Oſiander* ob fœtentem galbani odorem, non fuiſſe olim tale, quale hodie in pharmacopoliis emimus, quia in illa compoſitione nihil non gratum erat & ſalubre. Vel dicendum eſſe putat, illud forte cum aliis aromatibus mixtum gratum fuiſſe. Multa quippe bene olentia aromata, quæ niſi cum aliis temperentur, plus olfactui obſunt quam proſunt. Et quod galbanum tetri odoris odoramento aromatico immiſtum fuit, *R. Sal.* hunc ſymbolicum uſum exprimit: Infirmos ſcilicet & improbos non ſtatim e cœtu fidelium eſſe exterminandos, ſed potius patienter tolerandos. Quem *Simlerus* in Comment. ad h. l. pluribus hiſce explicat: Etſi galbanum „ gravis ſit odoris, maximam tamen „ vim habet fugandi ſerpentes, quod „ optime convenit orationi fidelium, „ quam figurat hoc ſuffimentum. Item „ gravis odoris galbanum ſuaviſſime „ olentibus aromatibus commiſcetur, „ vel propter crucis gravitatem, vel „ quia preces eccleſiæ adumbrantur, „ in qua ſemper hypocritæ mixti ſunt „ bonis, ideoque preces eccleſiæ aliquid „ graviter olens admixtum habent.

§. VI. Tandem hiſce aromatibus accedit לבנה זכה *Thus puriſſimum, luciſſimum, præſtantiſſimum*. Thus latinum eſt a græco θύειν, quod primo ſignificatu *ſuffire* fuiſſe annotavit *Porphyrius*. LXX. λίβανον διαφανῆ; Luth. *reinen* Weirauch. Eſt vero thus lacryma candida & pinguis, quæ facile incenditur & ſudat ex arbore Arabiæ felicis. Quid tamen de hac arbore ejuſque foliis ſentiendum, vide *Hoffmann. in Medic. offic.* lib. 2. cap. 226. Arbor hæc thurifera bis anno incidi, biſque thus colligi autumno & vere dicitur: Thus autumno, puriſsimum eſt & candidum; ſed vere natum, rufum. Variæ etiam thuris ſpecies commentitiæ ſunt, optimæ tamen notæ eſt, quod thus σταγονίας nominatum, & maſculum, rotundamque guttarum ſuarum figuram habet. De quo *Dioſcor.* ait: ἄτομον εἶναι, λευκὸν, καὶ θλασθέντα ἔνδοθεν λιπαρὸν, ἐπιθυμιαθέντα δὲ ταχέως ἐκκαιόμενον. *Integrum eſſe album, confectum autem intus pingue, accenſum ſubito conflagrans*. Plura de hoc legi poſſunt apud *Dioſc.* lib. 1. cap. 60. 65. 70. 72. 73. *Plinius* lib. 12. cap. 14. *Iſid.* lib. 17. cap. 8. Sufficiant interim nobis hæc, quæ de thure ac reliquis aromatibus delibavimus, plura qui deſiderat, ac myſticos ex aromatibus hiſce ſenſus edocere cupit, adeat Medicos noſtros hodiernos, qui ab experientia optima ſcientiarum magiſtra edocti aromata eorumque facultates & virtutes ex profeſſo deſcribunt.

§. VII. Sicuti autem *Philo* totus in eo eſt, ut omnia, quæ Moſes ſcripſit, virtutes ἠθικὰς καὶ διανοητικὰς myſtice adumbrare, & hominem ad ſupremum illum finem ζωὴν κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τέλειαν dirigere oſtendat; Ita etiam ex hiſce IV. ſpeciebus myſticam aliquam ſignifica-

ficationem elicit, quando in *libr. de eo, quis rerum divin. hæres sit*. pag. 397. hoc modo differit: ἐστὶ οἶμαι τὰ τέσσαρα ταῦτα, ἐξ ὧν τὸ θυμίαμα συντίθεται, σύμβολον τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἀπετελέσθη σύμπας ὁ κόσμος. στακτὴν μὲν γὰρ ὕδατι, γῇ δὲ ὄνυχα, χαλβάνην δὲ ἀέρι, τὸν δὲ διαφανῆ λίβανον πυρὶ ἀπεικάζει. στακτὴ μὲν γὰρ παρὰ τὰς σταγόνας, ὑδατῶδες· ξηρὸν δὲ ὄνυξ καὶ γεῶδες· ἡ δὲ χαλβάνη τοῦ ἡδυσμοῦ πρὸς τὴν ἀέρος ἔμφασιν προσετέθη. Τὸ γὰρ εὐῶδες ἐν ἀέρι. τῷ δὲ λιβάνῳ τὸ διαφανὲς πρὸς φωτὸς ἔνδειξιν, διὸ καὶ τὰ βάρος ἔχοντα τῶν κούφων διεχώρισε, τὰ μὲν τῷ συμπλεκτικῷ συνδέσμῳ ἑνώσας, τὰ δὲ διαλελυμένως ἐξενεγκὼν, ἔφησε, λάβε σεαυτῷ ἡδύσματα, στακτὴν, ὄνυχα· ταῦτα ἀσύνδετα, τῶν βάρος ἐχόντων, ὕδατός τε καὶ γῆς σύμβολα· εἶτα ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς μετὰ συμπλοκῆς, καὶ χαλβάνην ἡδυσμοῦ καὶ λίβανον διαφανῆ. ταῦτα πάλιν καθ' ἑαυτὰ τῶν κούφων ἀέρος καὶ πυρὸς τὰ σημεῖα· τὴν δὲ τούτων ἐμμελῆ σύνθεσίν τε καὶ κρᾶσιν, τὸ πρεσβύτατον καὶ τελειότατον ἔργον ἅγιον ὡς ἀληθῶς εἶναι συμβέβηκε τὸν κόσμον, ὃν διὰ συμβόλου τοῦ θυμιάματος οἴεται δεῖν εὐχαριστεῖν τῷ πεποιηκότι, ἵνα λόγον μὲν ἡ μυρεψικῇ τέχνῃ κατασκευασθεῖσα σύνθεσις ἐκθυμιᾶται. ἔργῳ δὲ ὁ θείᾳ σοφίᾳ δημιουργηθεὶς κόσμος ἅπας ἀναφέρηται πρωῒ καὶ δειλινῆς ὁλοκαυτούμενος. βίος γὰρ ἐμπρεπὴς κόσμῳ τῷ πατρὶ καὶ ποιητῇ συνεχῶς καὶ ἀδιαστάτως εὐχαριστεῖν, μονονοὺκ ἐνθυμιῶντι καὶ ἀναστοιχειοῦντι ἑαυτὸν πρὸς ἔνδειξιν τοῦ μηδὲν θυσαυρίζεσθαι, ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν ἀνάθημα ἀνατιθέναι τῷ γεγεννηκότι θεῷ. *Opinor ego, quatuor hasce species, ex quibus suffitus componitur, figuram esse elementorum, ex quibus constat mundus hic universus. Nam per stacten aquam, per onychen terram, per galbanum aerem, per thus pellucidum ignem significat. Siquidem stacte a stillando dicta est liquida, onyx terrestris & aridus, galbanum suaveolens cognominatur ad significandum aerem; odor enim locum habet in aere. Thuri quoque pellucidi cognomen additur, ut ignem subindicet: ideo gravia separavit a levibus, altera per copulativam conjunctionem uniens, altera disjunctim proferens, dicendo: Sume tibi aromata, stacten onycha. Hæc disjunctim significativa gravium, aquæ terræque. Deinde incipiens denuo per copulam, & galbanum suaveolens & thus pellucidum, quæ jam levem aerem & ignem significant. Temperaturam autem ex his compositam antiquissimum perfectissimumque opus vere sanctum dicimus hunc mundum, qui per figuram suffitus admonetur, ut agat suo creatori Deo gratias: ut verbo quidem unguentaria compositio adoleatur, sed re vera totus mundus per Dei sapientiam fabricatus mane ac vespere accensus exhalet vaporem suaveolentissimum. Hæc enim vita decet mundum, ut parenti suo factorique indesinenter agat gratias, tantum non evaporans & in elementa resolvens se ipsum, ut declaret se nihil sibi recondere, sed totum seipsum offerre creatori ac dedicare.* Huic viæ quoque insistit *S. Basilius*, quando in cap. 1. Es. ita scribit: Thymiama hoc corporis est
„ sanctimonia per temperantiam & frœ-
„ num rationis in corpus, quod qua-
„ tuor elementis constat; stacte ad aquam
„ refertur, thus ad aerem, onyx ad
„ terram ob ariditatem; galbanum ad
„ ignem ob calorem præservidum. Hæc
„ ergo inter se contemperat & mode-
„ ratur sanctimonia, quasi thymiama
„ sanctum maxime vero thymiama est
oratio. Ast *Cornelius a Lapide* per thus religionem ac orationem, per stacten mortificationem, per galbanum, quod calidum & pingue, charitatem & misericordiam, per onycham, cujus color ungui similis, & odor nardo, castitatem intelligi posse putat. Nos equidem pias hasce meditationes non improbamus, quæ homines ad DEUM colendum precibusque devotis devenerandum ducunt: an vero Tetractys Elementaris hisce IV. aromatibus designetur, merito debitamus.

§. VIII. Etsi quidem sacræ literæ quatuor tantum recensent aromata, quindecim tamen speciebus פיטום s. condituram suffitus constitisse nonnulli scribunt: ארבעה מהן מפורשון בתורה ואחת עשרה לקבלה: *Ex quibus quatuor explicitæ essent in lege, undecim ex Cabala haberentur*. Hæc in Talmud Cerithuth fol. 6. 1. cum adjecto pondere sequenti modo nominantur: תנו רבנן פיטום הקטרת הצרי והצפורן והחלבנה והלבנה משקל שבעים של שבעים מנה מר וקציע׳ שיבל׳ נר׳ וכרכוס משקל י״ו של ששה עשר מנה הקושט שנים עשר קילופ׳ ג׳ וקנמון תשעה בורית כרשינה תשעה קבין יין קפריסין סאין תלתא קבין תלתא אם אין לא יין קפריסין מביא חמר חיו׳ יין עתיק מלח סדומית רובע מעל׳ עשן כל שהוא: *Ita tradiderunt Doctores nostri: confecturam aromaticam ingrediebantur resina, onyx, galbanum & thus, fuitque pondus unius cujuslibet horum aromatum LXX. librarum; ut & myrrha & casia, spica nardi & crocus; cujuslibet horum pondus fuit XVI. libbr. costus, XII. cortex odoratus, III. & cinnamomum IX. libb. Adhibebantur quoque Saponis Karsinensis IX. cabi, vini Capparini mensuræ tres, tres cabi, (si*

non

non habuerit vinum Capparinum, afferat vinum album, aut vetus;) salis Sodomitici quarta pars cabi, & modicum herbæ fumigantis. Sed *Josephus* lib. VI. de Bello Jud. cap. *6.* scribit, quod suffitus hic sacer ex XIII. speciebus fuerit confectus, verba ejus sunt hæc: τὸ θυμιατήριον διὰ τῶν τρισκαίδεκα θυμιαμάτων, οἷς ἐκ θαλάσσης ἀνεπίμπλατο τῆς τ᾽ ἀοικήτου κ᾽ οἰκουμένης, ἐσήμαινεν, ὅτι τοῦ Θεοῦ πάντα κ᾽ τῷ Θεῷ. *Thuribulum per tredecim odores, quibus replebatur, per mare inhabitabile & terrarum orbem designabat omnia Dei esse, Deoque servire*. Communiter tamen Judæi undecim aromatum species fuisse statuunt, quatuorque reliquas, quarum mentio fit in Talmud ad alios usus fuisse adhibitas, nimirum quod בורית כרשינה ששפין בה את הצפורן כדי שתהא נאה יין קפריסין ששורין בו את הצפורן כדי שתהא עזה: *Sapo Karsinensis usurpatus, ut emacerarent in eo onychen aromaticam, ut esset pulchra: Vinum Capparinum, ut emacerarent in eo onychen, ut esset odor ejus fortis*. Sicque etiam in Talmud Babylonico legendum esse censet R. *Joseph Karro* citante Buxtor. in Lex. Rabb. pag. 2098. quod in loco supra adducto sua sententia mancum est. Ast מלח סדומית Sal Sodomiticum forte adhibebant, ut vivatiores redderent carbones; & מעל׳ עשן herbula illa fumificans semel in anno igni injiciebatur. Huic rei inter alia fidem faciunt, quæ R. *Sal.* in hunc locum habet. למדו רבותינו י״א סמני׳ נאמרו לו למשה בסיני מעוט סמי׳ שני׳ נטף ושחלת והלבנה ג׳ הרי ה׳ סמי׳ לרבות עוד כמו אלו הרי י׳ ולבונה הרי י״א ואלוהן הצרי והצפורן החלבנה והלבונה מר וקציעה שבלת נרד וכרכם הרי ח׳ שהשבלת ונרד אחד שהנרד דומה לשבלת הקשט והקלופה והקנה והקנמון הרי י״א בורות כרשינה אינו נקטר אלא בו שפין את הצפורן ללבנה שתהא נאה. *Docent Rabbini nostri, undecim aromata indicata fuisse Mosi in monte Sinai*. סמים *ad minus numeri pluralis duo [aromata] involvit; deinde stacte, onyx & galbanum, quæ tria, & cum prioribus duobus faciunt quinque, postea* סמים *tot sumi docet, quot adfuere, & sic sunt decem, cum thure vero sunt undecim. At quænam illa sunt? Resina, onyx, galbanum, thus, myrrha, casia, spica nardi, & crocus, quæ sunt octo: Spica autem & nardus una tantum species est, quia nardus similis spicæ, quæ costus dicitur, & cortex odoratus, calamus odoratus & cinnamomum, quæ in universum sunt undecim. Sapo tamen Karsinensis ad suffitum non adhibetur, nisi ut macerent in eo onychen aromaticam, ut fiat pulchra*. Putant enim recutiti, Mosen studio nonnulla aromata celasse, illaque traditioni orali reservasse. Nam quia סמים bis indefinite a Mose ponitur, docent, primum minus numeri pluralis intelligi debere, nempe duo aromata: Dehinc tria nominata cum hisce duobus facere quinque; postea repetitum סמים tot denotare, quot afuere, nim. quinque, & sic conjunctim esse decem; hisce si annumeraretur thus purum, in universum undecim aromata provenire. Interim *Clar. Buxt. in Lex. Rabb.* pag. 2023. & ex eo *Hottingerus in Jure Hebr.* pagin. 131. duodecim species aromaticas nominant, qui tamen undecim tantum numerare volunt. Si conjecturæ locus relictus est, Clar. Buxt. רשי cum Talmud, ex quo hic suam hausit sententiam, contulisse videtur; sed ibi קושט ad שבלת נרד refertur, & in locum ejus הקנה substituitur; hic vero קושט ut species peculiaris sumitur, quæ duo ut distincta aromata adducit: Utut tamen sit, nos hisce diutius non immoramur, quum quilibet facile videat, hæc omnia, quæ hactenus ex Rabbinorum Pandectis adduximus, lubrico niti fundamento; dumque hi suis indulgent ingeniis, sæpius monstra errorum pariunt.

§. IX. Sepositis itaque fictis aromatum speciebus, falsisque horum ponderibus, quippe quæ sententia sine pondere est, videbimus, quantnm de singulis sumi debuerit. Hebræa verba ita sonant: בד בבד יהיה quæ crucem figunt interpretibus. Nonnulli *de æqualitate ponderis* interpretantur, ut Luth. *Eins so viel als des andern*. Vulgatus: æqualis ponderis erunt omnia. Septuaginta: ἴσοι ἴσῳ ἔσαι, æquale æquali erit. Et Syrus: ܡܬܩܠܐ ܡܬܩܠܐ ܢܗܘܐ cujus Interpres Latinus vertit: sicli pondo erit unumquodque. Dubitamus tamen, an mentem Syri sit assecutus. Nos idem esse arbitramur, quod Targum habet מדקל במדקל יהא pondus in pondere erit, i. e. æqualis ponderis erit, ut tantum de uno sumatur, quantum de altero. Huic sententiæ R. Sal. favet, quando ait: אלו הארבעה הנזכרים כאן יהיו שוים משקל במשקל כמשקל של זה כן משקלו של זה וכן שנינו הצרי והצפורן החלבנה והלבונה משקל שבעים שבעים מנה ולשון בד נראה בעיני שהוא לשון יחיד אחד באחד והיו זה כמות זה: *Illa quatuor aromata, quorum mentio hic fuit, erunt ejusdem ponderis, pondus illius erit sicut pondus hujus, & nos edocti sumus, quod sit resina, onyx, galbanum & thus. Pondus vero cujuslibet*

borum aromatum est LXX. librarum, & *vocabulum* בד *idem mihi esse videtur*, *quod est* יחיד, *solum cum solo erit*, *hoc sicut illud*. Alii exponunt *de singulis seorsim in pulverem redigendis & ponderandis*, ut seorsim unumquodque contundantur, non mistum cum aliis. Sic *Aben Esdra*: כל אחד יריקה ואחר כך יעורב: *unumquodque seorsim præparetur*, *posteaque cum reliquis commisceatur*. Et *Kimchi* scribit: בד בבד כאלו אמר בבד בבד ושמוש שני ביתין כשמוש שני כפי' הדמיון אלא שיספיק בזה הענין בבית אחד כלומר זה במשקל זה וזה במשקל זה כלומר כל אחד באחד כלומר שיהיו שחוקים כל אחד לבדו ויש בד בבד מפרשים בד בבד משקל במשקל וכן תרגום אונקלוס: [solum cum solo] *idem est ac si dixisset* בבד בבד (cum solo cum solo) & *servilia duo Beth similia sunt duobus Caph servilibus*, *sed in hoc significatu unum Beth sufficit*, *quasi dicat hoc in pondere hujus & illud in pondere illius*; *vel quasi dicat*: *unumquodque seorsim*; *vel quasi dicat*: *contundatur singulum seorsim*. *Sunt tamen*, *qui exponunt pondus in pondere*, *seu æqualis ponderis erit*, *ut Targum Onkelos*. Alii adhuc aliter: ut solum in solo erit, h. e. vel ipsum thus, vel alia aromatum species, pura & non adulterata aliis. Unumquodque prout in se est, non aqua, oleo, aut alio liquore maceratum cum altero erit, ut sicca singula maneant. Vid. *J. A. Osiand. Comment.* in h. l. In hoc autem sententiarum divortio Luthero Munsteri & Varenii aliorumque auctoritate stipati accedimus.

§. X. Ex quatuor hisce aromatibus thymiama sacrum *Bezaleel* confecit, quem DEUS ex nomine sive nominatim ad omnia sacra Tabernaculi conficienda vocavit, Exod. XXXI. 2. Vocaturque filius Uri, filii Hur; Hur vero fuit filius Caleb, non exploratoris sed alius celebris senioris I. Par. II. 18. De Bezaleel *Josephus* lib. 3. Antiq. c. 4. ita sentit: ἦν Βασαήλος ὀῦν παῖς τῆς Ἰούδα φυλῆς, υἱὸς δὲ μαριάμμης τῆς ἀδελφῆς τοῦ στρατηγοῦ. *Besaleel erat ex tribu Judæ Uronis filius*, & *Mariammes*, *Sororis ducis Mosis*. Et cap. 2. ejusd. lib. *Uri vocat maritum Marjæ*. Quare etiam *Abarbanel* colligit, contentionem fuisse inter Israelitas de exstruendo Tabernaculo, illosque hunc honorem Bezaleeli invidisse, sed DEUM ad hoc munus obeundum illum nominatim designasse, ne gens rebellis posset dicere: משה עשה עצמו מלך ואת אהרון אחיו כהן גדול ואת בני אהרון כהני יי' ואף את בצלאל מפני שהיה נכדה של אחותו נתן כל התרומה בידו והפקידו על מלאכת יי': *Moses facit se ipsum regem*, *Aharonem fratrem suum sacerdotem summum*, *filios Aharonis sacerdotes Domini*, *Bezaleeli denique nepoti ex Sorore in manu tradit omnes oblationes* & *præficit ipsum operi Domini*. Huic Bezaleeli adsociavit DEUS *Oboliabum* filium Ahisamech de tribu Dan. Exod. XXXVI. *6.* quæ tribus infima erat. Hinc R. *Bechai* ex Talmud adducit, id propterea factum, שלא תהא רוח בצלאל גסה שגדול וקטון שוים לפני הקב"ה: *Ne animus Bezaleelis efferretur*, *quia magnus & parvus æquales essent coram Domino*. Absumta hac confectura aromatica, æque Sacerdoti summo ac vulgari aliam parare licuit, cui sors hanc conficiendam demandavit, speciale enim præceptum de certa aliqua persona in sacris non extat.

§. II. Tandem etiam a Deo ipse modus conficiendi præscribitur vers. 35. & sequentibus. Debebat enim hoc suffimentum sacrum fieri opere pigmentarii, mistum diligenter, & purum, & sanctum seu sanctificatione dignissimum, omniaque aromata in tenuissimum pulverem contundi, & coram vel ante tabernaculum testimonii poni, cum annexa excisionis pœna, si quis suffimentum huic simile faceret. *Aben Esdra* quidem *propriam vocis* ממלח *significationem* retinet, ac si *salitum fuerit* hoc suffimentum, quum ex traditione patrum constet, Sal Sodomiticum hisce aromatibus fuisse immissum. Nos tamen *metaphoricam cum Paraphraste Chaldæo & Græco*, ut & *Jarchi* assumimus, quod aromata diligentissime commisceri debuerint. Ut enim ea, quæ sale condiuntur, solent commisceri & sursum, deorsumque verti, ita & hæ species aromaticæ sedulo fuerunt commistæ. Nec assentimur *Junio & Tremellio*, qui in Notis scribunt, pastillos & trochiscos unguentarios primum fuisse confectos, illosque demum in pulverem iterum redactos, si igni sacro injici debuerint. Quantum autem suffimenti singula vice pararint Hebræi hisce verbis ex traditione produnt: בכל שנה ושנה מצוה עלוהם לעשות ממנה כדי להקטיר בה: *singulis annis juxta præceptum tenentur tantum* [suffimenti] *parare*, *quantum ad adolendum satis est*. Vid. Hotting. Jus Hebr. pag. 130.

CA-

CAPUT II.

Quonam loco altare thymiamatis fuerit locatum. χρυσῦν θυμιατήριον Hebr. IX. 4. non altare, sed thuribulum denotat. Sacerdos in altari suffitus sub pœna flagellationis nil quicquam præter suffitum offerre debebat. Bis quotidie suffimentum accendebatur. Horæ suffitui destinatæ. Vespera Hebræis duplex. Josephus & Philo ante matutinum & post vespertinum sacrificium suffitum fuisse factum docent. Ritus offerendi thymiama ex Maimonide adducitur. Alienus ignis quid. Quamdiu ignis cœlitus delapsus duraverit. Judæorum figmentum de apparitione ignis instar leonis & canis. Tempore suffiminis extra templum populus precans stabat. Moses non fuit Summus Sacerdos. Sacerdotes e familia Aharonis suffitum tantum faciebant. Stationes Sacerdotum a Mose VIII. a Davide XXIV. introductæ. Zacharias itidem non fuit Pontifex. Solemnis suffiendi ritus in die expiationis describitur. Quoties quotannis Sacerdos Sanctum Sanctorum intraverit. Augustinus & Sigonius a Cunæo refutati. DN. Frischmuthius & Varenius laudati. Hæresis de suffitu in adytis adolendo orta. Preces a Pontifice in sacrario fusæ. Qualis nubes, quæ propitiatorium tegebat. Sententia Tostati de Angelo e propitiatorio loquente incerta. Judæorum fabula de lingula coccinea album colorem induente rejicitur. Verbis Radulphi mysticam hujus suffitionis significationem exprimentibus concluditur.

§. I. HActenus ingredientia ac confectionem suffimenti sacri ex Hebræorum monumentis spectavimus, animus nunc est, hujus usum quoque paucis perscrutari. Ut autem feliciter cedat, Divinum Oraculum ante omnia consulemus. Hoc non tantum formam & extructionem altaris thymiamatis ex lignis Sittim sive præstantissimarum cedrorum Exod. xxx. vers. 1. usque ad 5. præscribit; sed & a vers. 6. usque ad 9. inclusive mandatum de suffitu in ara hac quotidie adolendo injungit. Verba ibidem ita sonant: ונתת אתו לפני הפרכת אשר אל ארן העדת לפני הכפרת אשר על העדת אשר אועד לך שמה והפטיר עליו אהרן קטרת סמים בבקר בבקר בהיטיבו את הנרת יקטירנה ובהעלת אהרן את הנרת בין הערבים יקטירנה קטרת תמיד לפני יהוה לדרתיכם לא תעלו עליו קטרת זרה ועלה ומנחה ונסך לא תסכו עליו: *Et pones illud* [thymiaterium suffitus] *ante velum, quod ante arcam testimonii; e regione operculi propitiatorii illius, quod supra testimonium, quo conventurus sum tecum.* (7) *Ut adoleat super illud Aharon suffitum aromaticum; unoquoque mane, cum aptaverit lucernas, adoleat illum.* [8] *Similiter quum accenderit Aharon lucernas inter duas vesperas, adoleat illum: suffitus jugis coram Jehova per generationes vestras* (esto). [9] *Ne offeratis in eo suffitum exterum, aut holocaustum, aut oblationem: neque libamen libatote super illud.*

§. II. Hisce præmissis, despiciendum primum nobis est, quonam loco altare hoc suffitus fuerit collocatum? *Origenes* Homil. 9. in Exod. & 9. in Lev. *August. qu.* 133. 136. 137. in Exod. & *Rupert.* lib. 4. in Exod. *cap.* 9. aliique putant, hoc altare intra Sanctum Sanctorum ante arcam fuisse positum. Contrarium autem statuunt *Theoph.* in Hebr. 9. *Beda* lib. 3. de Tab. cap. 11. & 12. *Cornelius a Lap.* in Exod. pagin. 600. *VValther.* in Harmon. Bibl. pag. 229. & 1279. *Varenius* Decad. Mos. in Exod. pagin. 420. & 421. *Osiander* Comment. in Exod. pag. 305. & 396. aliique quamplurimi. Horum sententiam clara Scripturæ dicta confirmant, expresse enim hic vers. 6. jubetur poni לפני הפרכת אשר על ארן העדת *ante velum, quod erat ante arcam testimonii*. Nec obstant verba לפני הכפרת אשר על העדת *ante propitiatorium, quod est super testimonium*, quæ in eodem versu subsequuntur. Vere enim, dicente Clar. *Varenio*, fuit לפני הכפרת sed mediante הפרכת post quod פרכת proximum fuit cum arca testimonii propitiatorium: unde הפרכת dicitur fuisse לפני פרכת על ארן העדת altare autem & hoc mediante לפני הכפרת. Id quod etiam luculentissime videre est ex divina ordinatione, secundum quam Tabernaculum erigebatur Exod. XL. Primum enim arca cum propitiatorio ponebatur in S. Sanctorum, Parochet seu aulæo interiori id terminante vers. 2. 3. Deinde post Parochet locabatur mensa cum panibus propositionis, candelabrum cum lucernis suis, & altare thymiamatis, hocque locandum לפני ארן העדת *ante arcam testimonii*, [intercedente scil. ככת הפרכת v. 3.] & medium locum inter candelabrum, & mensam obtinebat juxta Josephum lib. 3. Antiquit. cap. 7. Postea velum etiam hic appendebatur, per quod sanctum hoc ab atrio distinguebatur v. 4. & 5. Tandem post hoc secundum tegmen erigebatur altare ho-

locauſti, & labrum æneum, & iterum prætendebatur velum, quod eſſet שער החצר *porta atrii* v. 6. & 7. Adeoque tria diſtincta dabantur vela [1] Atrii, [2] Sancti & (3) Sancti Sanctorum. Ubi ſimul probe obſervandum venit: Ut *altare holocauſti* immediate erat, ad & ante *Oſtium* ſeu *Aulæum ſancti* vel τῆς σκηνῆς ἥτις λέγεται ἁγία; Ita altare thymiamatis immediate erat ante *Parochet*, vel *Oſtium Sancti Sanctorum*, & adeo velo ſaltem intercedente erat ante arcam & propitiatorium. Unde patet, qua ratione coram propitiatorio & arca fœderis hic fuiſſe dicatur. Argumenta vero, quibus altera pars triumphare vult, facile poſſunt ſolvi; palmarium eſt, quod deſumtum ex Hebr. IX. cap. 4. ubi legitur, Sanctum Sanctorum habuiſſe χρυσοῦν θυμιατήριον. Hoc Syrus vertit ܒܝܬ ܒܣܡܐ *Domum aromatum*. Intelligunt itaque Patroni hujus ſententiæ per θυμιατήριον θυσιαστήριον θυμιάματος, uti hoc in ſignificatu *Joſephus* utitur lib. 3. Antiquit. cap. 7. & lib. 6. Belli cap. 6. ſed ſi etymon ſpectes, ſuffumigatorium ſonat, quod quidem tam de thuribulo proprie dicto, quod Hebræi מקטרת Germani *Rauch-Faſs* vocant; quam etiam de altari ſuffitus accipi poteſt. Hic autem χρυσοῦν θυμιατήριον arulam fumigatoriam ſignificare nequit, cum jam ſatis oſtenſum, illam ſitam fuiſſe ante Parochet ſeu τὸ καταπέτασμα ἐσώτερον in illa σκηνῇ, in qua erat ἡ τράπεζα καὶ ἡ λυχνία, ſeu ἐν τῇ λεγομένῃ ἁγίᾳ. Nec ullibi inſuper legimus, DEUM Moſi mandaſſe, ut duas aras thymiamatis exſtrui curaret. Geminum tamen thuribulum fuiſſe, haud improbabile eſt; unum, quod in S. Sanctorum reſervatum cum craticula ſeu patera in Sancto, in qua ignitos carbones feſto expiationis Pontifex in S. Sanctorum attulit; alterum, quod ſingulorum dierum, binis ſuffitionibus fuit deſtinatum. Illud ad anniverſarium in ſanctiſſimo loco; hoc ad diurnum ſuffitorium in ſancto fuiſſe adhibitum cum *Varenio* ſtatuimus. Quid interim alii quoque ad hoc dubium reſpondeant, legi poteſt in Harmon. Bibl. Walth. & Comment. Cornel. a Lap. & Oſiand. locis ac paginis §. hoc citatis. Hanc ſedem poſtea, quam in Tabernaculo altare hoc etiam obtinuit, ſervavit in templo Salomoneo, ceu rotunde ſcribit *Joſeph.* lib. 8. Antiquit. c. 2. τὴν λυχνίαν καὶ τὴν τράπεζαν καὶ τὸν βωμὸν τὸν χρύσεον, ἔστησαν ἐν τῷ ναῷ πρὸ τοῦ ἀδύτου, κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους, οὓς καὶ τότε ἐν τῇ σκηνῇ κείμενοι κατεῖχον, καὶ τὰς καθημερινὰς θυσίας ἀνέφερον. *Candelabrum, & menſam & altare aureum ſtatuerunt in templo ante adytum, iiſdem locis, in quibus in tabernaculo prius ſita fuerant, ubi quotidianas hoſtias offerebant*. Nec quicquam aliud, præter ſuffitum, in hoc altari, DEO Sacerdos offerre debebat, unde Hotting. in Jure Hebræorum pag. 132. ex Rabb. ſequentia adducit: שלא להקריב במזבח הזהב שבהיכל כי אם קטרת שבכל יום זולתי הזאת הדמים מיום הכפורים ליום כפורים שנ׳ לא תעלו קטרת זרה ועלות וכו׳ *Non eſſe offerendum ſuper altare aureum templi quicquam aliud, quam ſuffitum quotidianum, præter aſperſionem ſanguinum ab uno die expiationum ad alterum, q. d. Ne offeratis* (Exod. xxx. verſ. 9.) *in eo ſuffitum exterum & holocauſtum* &c. Quod ſi Sacerdos quicquam, præter ſuffitum obtulit, חייב מלקות *reus erat flagellationis*.

§. III. Bis vero quotidie odoramenta ſacra incendebantur, בבקר בבקר *mane mane*, ſeu *ſingulo mane*, vel ut *Philo* explicat, *ſummo mane*, quod & geminatio innuere videtur; בהיטיבו את הנרת *in bonificando lucernas*, i. e. quando ſcil. illas Sacerdos, quicquid immunditiarum oleum & ellychnium noctu contraxerat, removebat; & בין הערבים *inter duas veſperas* ſeu veſperæ lucem duplicem, quarum una declinantis ſolis, altera accedentium tenebrarum noctis. A tempore enim, quo Sol incipit declinare a meridiano, eſt veſpera una, quod accidit hora ſexta diei Judaici, aut ipſo meridie, & poſt occaſum ſolis, altera eſt. Communiter tamen בין הערבים exponitur pro luce occidentis ſolis, & obſcuro lumine ad occultatum ſolem, quod vocamus crepuſculum; Targum. בין שמשיא *inter ſoles*, Rabbini בין השמשות *inter ſolarium tempus Zag-Scheidung* exprimunt. *Bux. in Lex.* Sub veſperam igitur fragrantiſſima hæc aromata adolebantur, בהעלה את הנרת *in faciendo accendere lucernas* h. e. quando lucernæ ſub veſperam accendebantur. Tres enim ſemper per integrum diem luxiſſe, reliquas vero quatuor ſub crepuſculum accenſas fuiſſe *Joſephus* tradit lib. 3. Antiquit. cap. 9. inquiens: Δὶς τῆς ἡμέρας πρίν τε ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον, καὶ πρὸς δυσμαῖς θυμιᾶν ἐχρῆν· ἔλαιόν τε ἁγνίσαντας φυλάσσειν εἰς τοὺς λύχνους· ὧν τοὺς μὲν τρεῖς ἐπὶ τῇ ἱερᾷ λυχνίᾳ φέγγειν ἔδει τῷ θεῷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν τοὺς δὲ λοιποὺς περὶ τὴν ἑσπέραν ἅπτοντας. *Oportebat bis in die ſuffitum facere ante ortum & circa occaſum ſolis; & oleum purificatum ad lucernas ſervare, quarum tres in ſacro candela-*

delabro per totam diem DEO lucebant, reliquæ ſub veſperam accendebantur. Atque ita hora ſuffitus fuit mane ante vel ſub ortum ſolis, & ſtatim poſt occaſum veſperi. Deditque ſuffitus matutinis Sacrificiis primordium, veſpertinis vero terminum impoſuit. Id *Philo* libro de victimas offerentibus, de altari aureo ſcribens diſerte docet: Οὐ μόνον ὕλης πολυτελείᾳ καὶ κατασκευῇ καὶ τόπῳ τετίμηται ὁ τῶν θυμιαμάτων βωμός: ἀλλὰ καὶ τῷ πρότερον καθ' ἑκάστην ἡμέραν νομοθετεῖν ταῖς πρὸς θεὸν εὐχαριστίαις ταῦτ' ἐπιθύειν· οὐ γὰρ ἐφεῖται τὴν ὁλόκαυτον θυσίαν ἔξω προσαγαγεῖν, πρὶν ἔνδον περὶ βαθὺν ὄρθρον ἐπιθυμιᾶσαι. *Non ſolum materiæ pretio, artificum opere, ſanctitateque loci ara hæc auguſta facta eſt; ſed & hoc quod apud eam quotidie ſacra exordium ſumunt a gratiarum actionibus. Non eſt enim fas immolare foris, prius quam intus ſummo mane ſuffitus factus ſit.* Quod etiam finem ſacrificiorum diurnorum frequentiæ ac celebritati injecerit, iterum *Philo* libro de Victimis habet, quando ſcribit: Δὶς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιθυμιᾶσαι τὰ πάντων εὐωδέστατα θυμιαμάτων εἴσω τοῦ καταπετάσματος, ἀνίσχοντος ἡλίου καὶ δυομένου πρό τε τῆς ἑωθινῆς θυσίας καὶ μετὰ τὴν ἑσπερινήν. *Inſtitutum eſt etiam, ut quotidie bis adolerentur odoramenta fragrantiſſima in ara, quæ intra velum eſt, oriente ſole occidenteque, ante matutinum & poſt veſpertinum ſacrificium.* Præterea etiam Rabbini aſſerunt: אם לא הקטיר בבוקר מקטיר בין הערבים כל השיעור של יום אחד שהוא משקל מאה דינרין ובכל יום היה מקטיר חציים בבוקר וחציים בערב אחר תמיד של בין הערבים קודם הטבת הנרות: *Si non adoleverit mane, adolet inter duas veſperas totam menſuram unius diei, quæ eſt pondus centum denariorum. Quotidie autem adolet alteram dimidiam partem mane, & alteram dimidiam veſperi, poſt juge ſacrificium duarum veſperarum ante diſpoſitionem luminum.* Vide *Maim.* Hal. Temid. cap. 3.

§. IV. Nunc paulo propius ad altare hoc ſuffitus accedimus modum offerendi thymiama obſervaturi, qui præcipue talis erat: Primo ibat ſacerdos ad aram holocauſtorum, e cujus cornibus pendebant thuribula igniumque receptacula Exod. XXVII. indeque ſumebat thuribulum, atque in illud prunas ignis ex altari holocauſtorum imponebat. Aliunde enim carbones vivi non erant ſumendi. Quapropter etiam Nadab & Abihu flamma Domini devoravit Levit. X. quod ignem alienum & extraneum, non divinum & e cœlis miſſum in thuribulis ſuis coram Domino attulerant. Deciderat enim e cœlo ignis, qui ſacrificia DEO grata & accepta conſumebat Gen. IV. Lev. IX. 2. Par. VII. Duravit autem ignis iſte cœlitus demiſſus ſupra altare uſque ad ædificationem templi Salomonei, quo tempore rurſus fuit renovatus e cœlo, & perduravit uſque ad tempora Manaſſe. Id quod *Hiſcuni* hiſce prodit verbis: אש שיוצאה בימי משה לא נסתלקה ממזבח דנחשת עד שבא לבית עולמים ואתה שירדה בימי שלמה לא נסתלקה ממזבח העולה עד שנסתלקה בימי מנסה: *Ignis qui egreſſus eſt in diebus Moſis, non receſſit ab altari æneo, donec perveniſſet ad domum ſeculorum,* [i. e. ad Templum Salomonis, ob durationem ſic dictum;] *& iſte, qui deſcendit in diebus Salomonis, non receſſit ab altari holocauſti, donec aſcendiſſet in diebus Manaſſe.* Extat etiam de hoc igne 2. *Mach.* I. 19. ſcriptum, quod illum Sacerdotes tempore Captivitatis Babylonicæ in profundum quendam puteum abſconderint, qui poſtea reduces e Babylone facti pro igne aquam invenerint, quæ affuſa ſacrificiis in ignem ſit converſa. Non multum fidei tribuitur illis, qui dicunt; quod ignis ſupra altare in domo prima inſtar leonis, in ſecunda vero inſtar canis cubuiſſe dicatur. Quum notum ſit, quod nonnulli Rabbini ignem hunc in ſecunda æde plane defeciſſe ſtatuant. Huic igitur cœleſti ac ſacro igni Sacerdos aromata injiciebat juſſus prius ab Antiſtite quodam ſacerdotum, teſte *Maim.* Hal. Temid. cap. 3. v. 9. אין המקטיר מקטיר עד שהממונה אומר לו הקטר ואם כהן גדול הוא אמר לו הממונה אישי כהן גדול הקטר ואחר שאומר יפרשו כל העם ויקטיר המקטיר וישתחוה ויצא: *Non adolebat ſuffitor, uſque dum ei dixerat Præpoſitus: adole. Et ſi Sacerdos M. munus ſufficiendi obibat, dicebat ad eum Præfectus hic: Domine mi, Sacerdos M. adole. Et poſtquam hoc dixerat, ſecedebat omnis populus, ſuffitor vero ſuffiebat, & incurvans ſe exibat:* Non enim populo Judaico tempore ſuffiminis in templo permanere licebat, ſed foris ſtabat quod luculentius idem autor allegato loco verſ. 3. proponit: בעת שמקטירין הקטרת בהיכל בכל יום פורשין כל העם מן ההיכל ומבין האולם ולמזבח לא יהיה שם אדם עד שיצא זה שהקטיר הקטרת: *Tempore illo, quo accendunt ſuffimentum in templo quotidie, diſcedit omnis populus e templo & ex atrio, nec quiſquam homo penes altare eſt, donec egrediatur, qui thymiama combuſſit.* Hujus

jus rei exemplum datur Luc. I. 10. Πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον ἔξω τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματος. *Tota multitudo populi foris precabatur hora ſuffitus* [Zachariani.] Cum autem conſummatum eſſet thymiama, tollebat ſacerdos thuribulum, atque egrediens extra caſtra illud evacuabat, cinereſque loco mundo affundebat, ac denique referebat thuribulum ad altare holocauſtorum, ſuſpendebatque rurſum ex cornibus illius, unde ſuſtulerat. Quæ præterea *Maimonides* de idoneis miniſtrantibus ſacerdotibus ac vaſis ſuffitus variis habet, ſilentii peplo malumus involvere, quam pagellis hiſce inſcribere, ne nimis diſſertatiuncula noſtra excreſcat.

§. V. Potius illos intuebimur, qui in ſacris cum thuribulo oculis noſtris præcipue ſeſe offerunt. Quorum omnium primus eſt Moſes. Hic enim ſuper altare aureum adolevit thymiama, ac reliqua ſacrificia omneſque alios ritus ſacerdotales peregit, antequam Aaron & filius ejus conſecrati erant, ceu patet ex Lev. VIII. Ad quem locum R. *Salomon* in comment. ſuo: משה שמש כל שבערת ימי המלואי בחלוק לבן: *Moſes miniſtravit totis ſeptem diebus impletionum ſeu conſecrationum cum induſio albo*. Unde concludunt *Druſius* in Comment. ad Lev. VIII. *Bellarm.* de Cler. c. 30. *Bonfrer*, in Pentat. ac plerique Romano-Catholici, Moſen Summum fuiſſe Sacerdotem, ſed extraordinario ſacerdotio & inviſibili unctione conſecratum. Sicuti quoque Doctores Hebræi illum כהן כהנים *Sacerdotem ſacerdotum* nominant. Id *Druſius* probare vult ex eo, quod in odis Davidicis inter ſacerdotes referatur Pſalm. XCIX. 6. משה ואהרן בכהניו *Moſes & Aharon in ſacerdotibus ejus*. Aſt rectius alii negant. Licet quidem omnes ſacerdotum functiones expleverit; ideo tamen non ſtatim dicendus Summus Sacerdos. Efficacia enim ſacerdotii pendet potius a vocatione, quippe quæ facit Pontificem, Heb. V. 4. non ab actu uno aliove. Unicus etiam quovis tempore extitit Summus Sacerdos in V. T. ad exprimendum typum Chriſti, unici illius in N. T. ἀρχιερέως. Si tamen adhuc Pontifex maximus nominandus, talis eſt unius ſeptimanæ, temporarius & honorarius; non vero ordinarius, conſtans ac perpetuus; ſiquidem poſtea nullum amplius munus ſacerdotale ſubiiſſe legimus. Hunc in ſuffitu offerendo ac reliquis actionibus ſacerdotii Aharon verus ac primus Pontifex M. excepit, ejuſque filii. Nam ſuffiendi ratio non Pontifici tantum, ſed & vulgaribus ſacerdotibus incumbebat. Iis tamen qui non erant ex ſtirpe Aharonis prognati, ut ſuffitum facerent, minime conceſſum erat. Si vero hoc privato ſtudio quiſpiam affectaret, graviſſime a Deo puniebatur. Id maximo cum damno ſuo experti ſunt Core, Dathan & Abiron, Proceresque rebelles, qui, cum ad ſacerdotium adſpirantes inter ſe conſpirarent, ut Aharonem & filios ejus a ſacerdotii munere removerent, a terra abſorpti ſunt. Ita etiam ira Domini in murmurantem plebem Judaicam vehementiſſime ſæviit, nec deſiit prius, quam Aharon thuribulo ſuaviſſimis ac ſacris aromatibus pleno DEUM placaſſet. Elegerat itaque DEUS Aharonem ac poſteros ejus ad famulitium ſuum, qui & ſecundum familias ſuas offerebant ſacrificia ac ſuffitum. Erant vero VIII. ſtationes primum a Moſe conſtitutæ, e quibus quatuor ab Eleazare, totidemque ab Ithamaro gentem ſuam deduxerunt. Et cum filii Aharonis in magnum excreviſſent numerum, diviſit eos Rex David in viginti quatuor ordines ſ. claſſes, ut ex Eleazari ſedecim, ex Ithamari familia octo eſſent, quæ per vices ſuas miniſtrarent in templo, facta ſortitione, quænam eſſet claſſis prima, ſecunda, tertia &c. Hujus diviſionis fit mentio I. Par. 24. & Joſeph. lib. 7. Antiq. cap. II. ait. Διέταξε μίαν πατριὰν διακονεῖσθαι τῷ Θεῷ ἐπὶ ἡμέρας ὀκτὼ, ἀπὸ σαββάτου ἐπὶ σάββατον. *Ordinavit* (Rex David) *ut unaquæque familia miniſtraret Deo per dies octo, a ſabbatho uſque ad ſabbathum*, quod ſatis etiam inſinuatur 2. Par. XXIII. 8. & ſic poſt centeſimum & ſexageſimum octavum diem cuilibet familiæ ſuus ordo redibat. Quoniam autem varia erant peragenda ſacra, ne confuſio oriretur, cuilibet in familia ſua ſorte ſuum obtingebat officium. Id enim eſt, quod Lucas dicit de Zacharia cap. I. verſ. 9. ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι, *ſortitus eſt munus ſuffitus faciendi*. Ex quo etiam patet, Zachariam ſacerdotis ſolum, non Pontificis dignitate fuiſſe præditum, ut *Auguſtinus & Ambroſius*, aliique docuerunt. Nam ſacerdotibus minoribus ſorte obveniebat tantum incenſum; Sacerdoti vero M. perpetua ratione officii Lev. XVI. ſicuti quoque a Luca ἱερεύς τις *ſacerdos quidam* & non ἀρχιερεὺς appellatur, additque ipſum poſuiſſe incenſum non intra velum coram arca, ſed in altari thymiamatis. Vid. de hoc *Harmon. Evang. Chemnitio-Lyſero-Gerhard.* Tom. I. pagin.

gin. 47. & *Corn. Janſen.* in Comment. ad Luc.

§. VI. Notatu tamen digniſſimus eſt ſolemnis ac peculiaris ſuffiendi ritus, quem Sacerdos M. die הכפורים ſeu expiationum, qui erat decimus menſis Tiſri, in Sancto Sanctorum peragebat, & quidem ea hora, qua expiatio fiebat; uti docet *Maim.* Hal. בית הבכירה cap. 7. בית קדש הקדשים מקודש מבין ההיכל שאין נכנס לשם אלא כהן גדול ביום הכפורים בשעת העבודה: *Sanctum Sanctorum eſt ſacratius reliqua parte templi, quia nemo illud adit, niſi S. S. die expiationum, ipſa ſacrificii hora.* Lex vero divina de hoc inter alia extat Levit. XVI. 12. 13. hiſce verbis: ולקח מלא המחתה גחלי אש מעל המזבח מלפני יהוה ומלא חפניו קטרת סמים דקה והביא מבית לפרכת ונתן את הקטרת על האש לפני יהוה וכסה ענן הקטרת את הכפרת אשר על העדות ולא ימות: *Et tollet thuribulum plenum prunis ignis deſuper altari coram Domino; & in quantitate duorum pugillorum ſuffimentum aromatum tenue: inferet e domo in velum. (13) Imponetque ſuffimentum illud igni coram Domino: Ut tegat nubes ſuffitus propitiatorium, quod ſuper teſtimonium, & non moriatur.* Et in N. T. Heb. IX. 6. 7. itidem de hoc ingreſſu anniverſario legitur: Εἰς τὴν πρώτην σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες· Εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς, οὐ χωεὶς αἵματος, ὃ προσφέρες ἰπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ ναοῦ ἀγνοημάτων. *In prius tabernaculum quovis tempore ingrediuntur Sacerdotes, qui cultus obeunt. In ſecundum autem ſemel quotannis ſolus Pontifex, non ſine ſanguine, quem offert pro ſeipſo & populi erratis.* Sicuti vero Sac. S. immolati vituli & hirci ſanguinem in S. Sanctorum portabat; ita etiam ſemper ſecum afferebat ſuffitum aromatum. Quod præter Scripturam Sacram etiam R. *Bechai* in Pent. f. 137. comprobat ſeqq. לא יבא בכל עת אל הקדש מבית לפרכת אלא בקטרת כענן וכו': *Non ingreditur Sac. S. ullo tempore in ſanctuarium intra velum, niſi cum ſuffitu ad inſtar nubis &c.*

§. VII. Hic nunc quæritur: Quoties Pontifex cum ſuffitu ſecretum ſanctiſſimi loci adierit, an ſemel in anno, die ſcil. expiationis; an quotidie, ſed minus ſolemniter? Aut an feſto expiationis non ſemel, ſed iterata vice, bis, ter, aut quater intraverit? Eruditi in diverſas abeunt ſententias, & non tantum de ingreſſu anniverſario, ſed & quotidiano diſceptant. *Auguſtinus* hanc fovit ſententiam, quod Pontifex quotidie Sanctum Sanctorum intraverit, quia vero ſemel in anno duntaxat Pontificem intraſſe Author Epiſtolæ ad Hebræos dicit, retulit id ad anniverſariam expiationem, quæ ſanguine fiebat: Hunc ſecutus *Carolus Sigonius* verba Epiſtolæ ἅπαξ ἐνιαυτοῦ in perverſiſſimum diſtorſit ſenſum, quaſi quidem Pontifex quotidie Sacerdotum comitatu ſtipatus, ſemel tamen quotannis ſolus intraverit. Quem errorem *P. Cunæus* vir judicii profundi & doctrinæ ſecretioris lib. II. de Rep. Hebr. cap. 4. non ſolum atro notavit carbone; ſed & feliciſſime confutavit. Deinde ſtatuunt Hebræi, Pontificem non quidem quotidie, aliis tamen diebus, quando ex re nata neceſſarium id fuerit ad conſulendum DEUM, & quater ſolemni expiationis feſto intimum ſacrarium intraſſe. Ita enim *R. Moſes Kotzenſis* ספר מצות הגדל fol. 83. col. 2. ſcribit: כמה פעמים הוא נכנס לשם הכפורים ד' פעמים ואם נכנס ה' חייב מית' בידי שמים: *Quoties ingreſſus eſt die expiationis? quater. Si quinquies ingrederetur, cœlitus morte eſt affectus.* Cujus mentem *Grotius* in Comment. ad Hebr. IX. 7. hiſce verbis explicat: Id intelligendum, quod uno tantum die intraverit, non quod non aliquoties exierit & rurſus intrarit. Primum enim intrare eum oportuit quantilli inferendi cauſa, deinde ſuffitus, deinde ſanguinis vitulini primum, deinde & hircini. Itaque quater eo die intraſſe ait Moſes Kozi. Alii ſunt, qui ter hoc feſto Sacerdotem S. intra velum intraſſe autumant, (quos inter etiam eſt *Quiſtorpius* in Comment. in Lev.), illumque intuliſſe [1] ſuffimentum Lev. XVI. 12. 13. (2) Sanguinem juvenci v. 14. (3) mactati hirci ſanguinem verſ. 15. Cui ſententiæ *J. A. Oſiander* quoque ſubſcribit, ſed adhuc paululum ſubdubitans, an tribus vicibus intraverit. Ita enim inquit in Comment. ad Levit. XII. p. 138. Semel unico die quotannis ingrediebatur ſanctum ſanctorum, ſed in illo die ſolemnique actu ter ingrediebatur, (ad minimum BIS:) [1] thymiama adolebat intra velum in ſanctis v. 12. 13. (2) aſpergebat ſanguinem vituli pro ſe ſuaque domo v. 14. [3] inferebat ſanguinem hirci pro peccato populi v. 15. Hæc duo poſteriora fuerunt diſtincta, ut clare patet. Ergo ſemel reſpicit unum diem, unamque ſolennitatem, non diſtinctos illos aſperſionis actus &c. Nec *Caſaubonus Exerc.* I. *ad Annal. Baron.* ter repetitum ingreſſum probat, quando ſcribit: Tanta „ fuit illius loci [ſancti ſanct.] religio

„ & ſan-

„ & ſanctimonia, ut non dicam Laici „ aut etiam ſacerdotes Pontifici S. pro- „ piores gradu; verum etiam ipſe P. M. „ ſi vel ſæpius in anno quam unico „ duntaxat die, aut illo ipſo die, ſi „ ter aut quater ingrederetur, mortis „ ſupplicium ſine ulla ſpe veniæ fuerit „ ipſi ſubeundum. Aſt Clar. Dn. *Varenius* Decad. Bibl. in Lev. pag. *92. 93.* Sacerdotem S. ſemel in anno, ſemelque in feſto expiationis introiiſſe Sanctum Sanctorum aſſerit. Non enim poteſt evinci ex diverſa conſperſione ſanguinis hirci & juvenci, diverſos etiam fuiſſe ingreſſus. Nec illatio ſanguinis hirci pro peccatis populi erat diverſa ab illatione ſanguinis vituli pro S. S. ejuſque familiæ delictis, ſed utra ſimul cum ſuffitu aromatum fiebat. Sicuti etiam nihil ſolatii inveniunt, qui Aben Eſdram ſecuti ex Lev. XVI. 15. plures uno ingreſſus volunt adſtruere. Fontes enim ita fluunt ושחט את שעיר החטאת אשר לעם והביא את דמו אל מבירת לפרכת: *Mactabitque hircum peccati, qui eſt pro populo, atque inferet ſanguinem ejus intra ipſum velum.* Supponitur enim hic actus mactandi ſanguinemque inferendi; deinde adſperſio per ſanguinem hirci copulatur cum aſperſione per ſanguinem juvenci, velut hac poſterior, ut tamen utriuſque eadem fuerit illatio. Poterat enim S. Sacerdos craticulam cum prunis & aromatibus ſanguinemque hirci & juvenci diſtinctis vaſculis exceptum ſimul inferre. Quare etiam verba Apoſtoli ἅπαξ ἐνιαυτȣ̃ de unico ingreſſu propter Archetypum Meſſiam noſtrum, qui ſemel proprio ſanguine Sanctum S. intravit, intelligenda putamus, ut adeo rectiſſime Celeberrimus Dn. *Friſchmuthius*, Præceptor ac Promotor ſtudiorum noſtrorum ætatem omni obſervantiæ ac honoris cultu ſumme ſuſpiciendus in eruditiſſima Diſſertatione ſua priori, de Hirco Emiſſario An. 166. hic habita, hiſce verbis doceat atque concludat: *Veritati non eſt conſentaneum, Pontificem iterata vice die expiationis intimum ſacrarium intraſſe. Nihil enim apparet, quod diverſos ingreſſus probet, ne ipſa quidem conſperſio, quam P. ſeorſim hirci perinde ac juvenci ſanguine fecit.*

§. VIII. Pridie vero, quam peragendum piaculare ſacrum erat, P. S. variis modis ſe exercere tenebatur, ut pluribus *Maim.* Cap. I. Hal. Hab. jom. Haccip. tradit, quæ paucis in compendium contrahemus. Valde erant anxii ac ſoliciti Judæi, ne in feſto expiationis Pontifici aliquid mali accideret, quo rite & debito modo ſacrificia offerre, reliquaque miniſteria peragere poſſet. Si enim contrarium eveniebat, pro infelici ac malo omine habebant. Quapropter etiam pridie feſti expiationis in ipſa nocte non licebat Pontifici cubitum ire, ſed Sacerdotes reliquos maxime juvenes, quos פרחי כהנים *flores ſacerdotum* nominabant, ſecum habebat, qui per totam noctem cum illo ex lege diſſerebant de ratione ac ordine ſacrificiorum aliiſque rebus ad cultum ſpectantibus, ut ita exercitatus in ipſo ſacrificandi actu nihil erroris committeret. Et quia ſub templo ſecundo Hæreticus quidam prodierat, a quo Sadducæorum ſecta prognata creditur, legati a ſenatu miſſi juramentum quotannis ſolenni more a Pontifice exigebant. Hic enim docebat, odoramenta הוץ לפרכת extra velum ignibus debere imponi, poſteaque in Sanctum Sanctorum cum ſuffitu eſſe ingrediendum. Ratio ejus erat quod Lev. XVI. verſ. 2. ſcriptum extat. בענן אראה על הכפרת *In nube apparebo ſuper propitiatorium.* Quumque altas hæc doctrina ageret radices, ac late animos hominum pervaderet, ſtatutum a Senioribus erat, ut Pontifex pridie diem decimum Tiſri ſolemniter juramento ſe obſtringeret, ne quid in lege mutaret, cujus formula erat: משביעין אנו עליך במי ששכן שמו בבית הזה שלא תשנה דבר מכל דבר שאמרנו לך: *Nos te jurare jubemus per eum, cujus nomen in hac æde habitat, ne quid immutes eorum, quæ dixerimus tibi.* Quo præſtito, Pontifex & legati flentes diſcedebant. Subſtituebatur interim Sacerdos alius כהן משנה *Sacerdos ſecundarius* 2. Reg. XXV. 18. Rabbinis סגן *Vicarius* dictus, qui in locum Pontificis M. ſtatim ſuccedebat, ſi re aliqua ordinarius ſe inquinarat, ut ſuffitui & ſacris præeſſe non poſſet. Quod iterum *Maim.* citato loco pluribus proponit, ſed brevitatis gratæ gratia hic nolumus adducere.

§. IX. Qui igitur Sacerdos ſive ordinarius ſive vicarius ſacra ſubire dignus habebatur, adyta ſanctiſſimi loci prædicto modo accedebat, ſecumque ſuffitum aromaticum inferebat, ſine quo ingredi nefas erat & piaculum. Talmudiſtæ tamen hic putant, ut etiam in præced. cap. §. 8. indicatum, carbonibus ignitis herbulam fumiſeram fuiſſe injectam, ut eo magis nubes fumi operculum propitiatorii tegeret. De hac nube *Philo* lib. 2. περὶ μοναρχίας ſequentia profert: Ὁ νεὼς παντὸς λόγȣ κρείττων, ὡς ἐκ περιφαινομένων ἐςὶ τεκμήρασθαι. Τὰ

γὰρ

γὰρ ἐντὸς ἀόρατα παντὶ τῷ, πλὴν ἐνὶ, τῷ ἀρχιερεῖ. καὶ τούτῳ μέντοι δὶ ἔτους, ἐπιτετραμμένον ἅπαξ εἰσιέναι, πάντ᾽ ἐστιν ὁρατά· πυρεῖον μὲν γὰρ ἀνδράκων πλῆρες καὶ θυμιάματος εἰσκομίζει· πολλῆς δ᾽ ἀναδιδομένης, ὡς εἰκὸς ἀτμίδος, κατέχεται τὰ ἐν κύκλῳ πάντα· καὶ ἡ ὄψις ἐπισκιάζεται, καὶ ἀνακοπὴν ἴσχει, πρόσω χωρεῖν ἀδυνατοῦσα. *Templum omni prædicatione eſt pulchrius, ut quidem ex illis, quæ apparent colligi poteſt. Nam intima nemini videre fas eſt, præterquam ſoli Sacerdotum principi, & id ei quoque uno die duntaxat anniverſario permittitur, quo introſpicit omnia. Infert autem odoramenta & foculum cum ignitis carbonibus, ibi multo ſuffitu facto fumus circumquaque offunditur, & viſum offuſcat, nec ſinit longius proſpicere.* Quando vero ita fumus aromaticus propitiatorium impleverat, Sacerdos (ut recutiti ulterius arbitrantur,) preces ſuas coram Domino fundebat, & nomen τετραγράμματον ſecundum literas & vocales ſuas diſerte decies pronunciabat, ceu R. *Bechai* Comment. in Pent. expreſſe ait: היה מזכיר עשרה פעמים המקרש ביום הכפורים *pronunciabat illud denis vicibus in die expiationis*. Sed reliqui Sacerdotes & tota plebs Judaica ſtans foris extra templum כשהיו שמעין את השם המפורש יוצא מפי כהן גדול בקרושה ובטהרה היו כורעים ומשתחוים ונופלים על פניהם ואומרים ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד: *Quum audirent Schem Hamphoraſch exire ex ore S. S. in ſanctitate & puritate, incurvabant ſe & adorabant, & cadebant in faciem ſuam dicentes: Benedictum ſit nomen glorioſum, regnum ejus in ſeculum & ſempiternum.* Præterea Pontifex in S. Sanctorum juxta traditionem Hebræorum alias precatiunculas breviſſimas orabat, [quod moris eſſet, paucis ſe expedire a conſpectu Domini,] petebatque [1] bona ac felicia tempora. [2] ne a tribu Juda ſceptrum auferretur. (3) Ne quis in populo egeret. [4] Ne DEUS exaudiret ſtultas hominum preces quæ bono publico eſſent noxiæ, v. g. qui proficiſcuntur ſerenam auram optant atque petunt, cum forte terræ & bono communi magis pluvia conveniat. Horum verba *Fagius* Comment. in Lev. ex Libris Talmudicis attulit, quæ & hic placuit referre: יהי רצון מלפניך יהוה אלהינו שתהא שנה שחונה ונשומה לאי יערי עביד שולטן מבית יהודה ולא יהיו עמך ישראל צריכן לפרנסה זה מזה ולא תכנס תפילת לפניך עוברי דרכים: i. e. *ſit bona voluntas coram te, Domine DEUS noſter, ut ſit annus hic calidus & pluvioſus. Non auferatur, qui facit poteſtatem de domo Juda. Neque indigeat populus tuus, ut alius alium cibet. Nec ingrediatur in conſpectum tuum oratio eorum, qui iter faciunt.* Sacerdos poſtea ſuffitu aliiſque ritibus rite peractis e ſanctuario exibat, & a populo magno cum gaudio excipiebatur.

§. X. Quoniam tandem DEUS dicit Lev. XVI. 2. בענן אראה על הכפרת *in nube apparebo ſuper propitiatorium*, in quæſtionem etiam hic venit, quænam nubes intelligatur, an ענן הקטרת *nubes ſuffitus*, quæ propitiatorium debebat tegere Lev. XVI. 13. an vero ענן הכבוד *nubes gloriæ*, de qua Exod. XL. a. v. 33. uſque ad finem. *Aben Eſdra* & *Autor Michlal Jophi* nubem ſuffitus fuiſſe cenſent, qui etiam particulam כי adverſative pro *ſed* exponunt, ceu alibi quoque hoc in ſenſu legitur. Gen. XVII. 15. cap. XIX. 2. & XLII. 12. ut ſic hoc loco כי ponatur pro רק & talis ſenſus emergat: *Non veniat quovis modo vel tempore, pro lubitu, ſed tantum veniat in nube ſuffitus.* At *Varenius* Decad. Bibl. in Lev. pag. 88. nubem gloriæ intelligit, adductis nonnullis argumentis, quibus ſuam corroborat ſententiam. Cui etiam adſtipulamur, & quid nos moveat, in conflictu, ſi quis deſiderat, aperiemus. Cauſam vero, ob quam Sacerdos S. cum ſuffitu ſanctiſſimam Tabernaculi partem intraverit *Cornelius a Lapide* ex mente *Origenis* indicat, ut nempe adſpectum ſanctorum, quem Pontificis revelabat ingreſſus, nubes velaret incenſi. Vel Angelus ut alii, ne Pontifex videret corpus Angeli vice Dei ſecum loquentis ex propitiatorio. Induiſſe enim creditur angelus corpus humanum ex craſſa nube formatum, cum alias cum Pontifice loqui non potuiſſet. Id enim expreſſis verbis *Alphonſus Toſtatus* in Exod. pag. 103. col. 2. ſcribit: Nam ut ſa„ cerdos certificatus eſſet, quod DEUS „ remitteret peccata populi ſui, audie„ bat vocem de propitiatorio. Sed non „ poterat formari iſta vox, niſi ange„ lus in corpore aereo formaret eam. „ Quia tamen de tali certificatione re„ miſſionis peccatorum ex Scriptura ni„ hil certi nobis conſtat, parum ipſi tribuimus. Sicuti etiam multo minorem meretur fidem, quod de lingula coccinea dicitur, quaſi hoc feſto expiationis itidem in ſignum remiſſorum peccatorum purpureum colorem exuerit. De quo cap. 6. *Maſſechet Joma* hæc leguntur. כשהגיע שעיר למרבר היה הלשון מלבין שנאמר אם יהיו חטאיכם

כשני כשלג ילבינו: *Cum hircus* [Asasel] *in desertum venisset, lingua illa albescebat, quia dictum est*, (Es. I. 18.) *si fuerint peccata vestra, ut coccinum instar nivis albescent*. Imo Scholiastes Talmudicus *En Israel* ipsum tempus determinat, nempe 40. annos ante excidium templi, quo hoc signum remissionis peccatorum cessaverit. Quæ omnia Amplissimus atque Excellentissimus Dominus *Frischmuthius*, Præceptor ac Patronus noster nunquam satis laudandus in allegata dissertatione adducit, & Judæorum esse figmentum prægnantibus ac ponderosis rationibus evincit. Plura addere, quæ huc omnino spectarent, instituti nostri ratio non permittit, ad finem igitur properamus, & verbis *Radulphi*, quibus mysticam hujus suffitionis significationem exprimit, concludimus. *Thuribula sunt corda Christi & sanctorum. Ignis est Spiritus Sanctus, thymiama sunt virtutes: suffitus sunt orationes sanctorum Apoc. VIII. 4. quod ergo Aaron jubetur thuribulum de igne altaris implere, præsignificat potestatem Christi, qui mentem humanam, quam pro nobis assumpsit auro justitiæ radiantem, spiritualis amoris facibus inflammavit, pari modo, qui Christi sunt, & ipsi thuribulis suis ignem imponunt, & incensum adolent: quia ex amore divino virtutes concipientes, ad cœlestium promissorum beatitudinem desideria sua extendunt. Sed adhuc cum mœrore & in ænigmate. Unde nebula hic ex iis adscendere dicitur, quam aliquando secutura est flamma, cum videbunt ea facie ad faciem: atque hi vitam inveniunt & mortem evadunt.*



PRO-



PROSPERI ALPINI
DE BALSAMO
DIALOGUS.

PRÆFATIO.



MULTOS ab hinc annos in Ægypto Medicinæ causa moratus, nonnullos libros de illiusce gentis tum usitata medicina, tum plantis conscripseram; præsertimque de Balsamo Dialogum, ex quo arboris, succi, fructuum, virgarumque veritas hactenus plerisque Medicis, & Pharmacopolis obscura, cognosceretur, claraque elucesceret. Quos omnes sane libros simul in lucem prodere cogitabam. At hortatu quorundam amicorum, qui me aliorum librorum editionem non ita brevi tempore publicaturum putarent, sententiam mutavi, maximeque nonnullis doctissimis Pharmacopolis obnixe suadentibus, qui Theriacam, Mithridatiumque nunc paraturi, ab Excellentissimo hujus inclytæ urbis Medicorum Colle-

gio veri Opobalſami, Carpobalſami, & Xylobalſami veritatem, & hiſtoriam agnoſci exoptant, ut his ad prædicta paranda medicamenta, atque ad alia libere uti poſſent; Non immerito Theriacam Mithridatiumque his ablatis ab antiqua ſua excellentia, non parum deficere dubitantes. Ne itaque iſtorum deſiderio me obſequi nolle videar, libellum hunc prius emittere non ſum veritus. Hancque hujus celeris editionis cauſam candide lector veram eſſe putato. Interim libros alios de Medicina Ægyptiorum vocatos (ſi modo hunc meum libellum Medicinæ ſtudioſis aliquo pacto arriſiſſe intellexero) propediem in lucem venturos expectabis. Tuque etiam quo animo ego Balſami diſputationem hanc, veritatis tantum agnoſcendæ ſtudio, atque juvandi deſiderio ſum proſecutus, eodem legendam accipies. Vale.



CAPUT I.

De Balsami Planta, Succo, Fructibus, & Virgis esse loquendum.

ABDELLA Medicus Ægyptius, ABDACHIM Hebræus, & ALPINUS Italus.

QUEM ego nunc hominem conspicio per hoc viridarium el Mattharia gressus moventem? is certe meis oculis Abdachim Medicus videtur, vir honestissimis moribus [quamvis Hebræus] præditus, mihique multum familiaris: eum igitur conveniam, & salutabo. Salve Abdachim, Quam diluculo hoc viridarium es ingressus! Quid tibi vero negotii est, ut tam summo mane huc te recipias? ABDACH. Te nunc huc convenisse, valde lætor, quando jamdiu te exoptaverim videre, ac tecum colloqui: Tibi optata hæc sit dies, Ego ut viridarii hujus amœnitate, suavissimoque florum cassiarum odore, auraque matutina frigidiuscula me aliquantulum recrearem, huc accesseram. ABDEL. Cur vero viridarii istius plantas undique observas? neque te humi stratum sub ficus hujus Ægyptiæ latissimis ramis conspicio, ut quietius ita tum animum, tum etiam corpus recreares. ABDACH. Oculos hinc inde dimovebam, si aliquam Balsami plantam viventem potuissem inspicete, cujus odore eximio olfactu animales spiritus delectassem, quas custodum negligentia exaruisse comperi, quod satis ægre patior, plurimumque me tædet hoc viridarium illis nunc carere plantis, multumque ornamenti hac de causa hic deesse videtur. ABDEL. Ne te ob id excrucies, quandoquidem sæpe alias aliunde asportatæ, atque hinc insertæ plantæ perierint, quæ nunc fortasse, aliis adhuc jussu præfecti advectis, cito renovabuntur, ut sæpe alias factum est. Sed quem video ad nos venientem? An Alpinus Veneti Consulis Medicus? ABDACH. Ipse est, cui nos obviam ire honestum est, quod humanus hic sane vir est, atque affabilis. ABDEL. Quid istud est Alpine, quod nos te hic nunc offendimus? tuus adventus pluribus de causis est nobis jucundissimus. ALPIN. Viridarium hoc spectandi gratia huc me contuli, vobisque pro vestra erga me humanitate, plurimum debeo, neque parum gaudeo, quod ambos vos hic offenderim, jam diu enim vos videre desiderabam, nec immerito, cum vos pluribus nominibus tantopere observem? Neque est quod vestram ego nunc in arte medica doctrinam coram extollam, neque quantum a vobis in ea profecerim, vel didicerim. ABDEL. Bonus es cum hæc existimas, utcumque res se habeat, a te amari nos summopere expetimus. ALPIN. Gratias habeo, sed timeo ne importuno meo adventu jam cæptos vestros sermones interturbem: eorum tamen, & vestræ jucundissimæ consuetudinis si fieri particeps mihi liceret, mirum in modum meus hic adventus mihi voluptati foret. ABDEL. Gratissimum nobis erit, nunc tecum vir doctissime colloqui, a quo pro tua doctrina plurimum nostros sermones claritatis recepturos sperabimus. ALPIN. Vobis gratiam habeo. Quid istud autem est, de quo sermonem institueratis? ABDACH. De Balsami planta, quam in hoc viridario aruisse comperi, inter nos commentabamur, cujus jacturam mihi ægre ferenti Abdella noster in plantarum materia exercitatissimus, animum restituit, multas e Mecha olim etiam pluries delatas huc, insitasque fuisse, & plane revixisse narrans, atque etiam hoc modo sæpe Balsami plantas renovatas fuisse, ut sperandum sit, nunc etiam præfecti Ægypti jussu, ubi ad illius aures harum jactura aliquando pervenerit, denuo instaurari posse. ALPIN. Quid audio? illas plantas huc aliunde fuisse asportatas, eoque modo perpetuo instauratas? quasi Ægyptus illis proprium solum non fuerit, non in sermonem inanem spero me nunc incidisse, de Balsamo inceptum: de quo non pauca vobiscum loqui jam diu desideravi, quæ si vobis nunc grata fore putarem, libenter proponerem. ABDEL. Gratam nobis rem facies si hac de re disputationem aliquam promoveris: ex qua plurimum emolumenti pro tua doctrina, atque humanitate nos esse consecuturos speramus, proinde quicquid est, quod a nobis scire velis, nunc in medium profer. ALP. Multum vobis pro hac re debeo, veterumque Ægyptiorum sapientiam & humanitatem agnosco. Verum ne longius verbis rem producam, de Balsami planta, succo, fructibus, lignis nunc vobiscum disputare desidero, quando ego hactenus Scriptorum varietate anceps, ac dubius fuerim. ABDACH. Neminem Ægyptiorum, vel Arabum esse nunc arbitror nostro Abdella in re plantaria magis versatum: pluribus iisdem plantis ab eo cum hic, tum alibi inspe-

inspectis, ac omni studio observatis, sed ut de hac re clarius differamus, in capita redigere te oportet, de quibus sit sigillatim differendum. Quare istæc omnia nunc in medium profer. ALPIN. Dicendum a vobis primo censeo, an Balsami planta hoc tempore alicubi vivat, quando in hoc viridario, in quo hactenus a priscis illis temporibus usque adhuc vixit, plane exaruerit; atque non minus, an ab ea collectus succus, fructus, lignaque ad nos perferantur, vel potius una cum arbore cuncta perierint. Hæc in primis a vobis enarrari mihi cupio, quibus cognitis, sigillatim de singulis agemus.

CAPUT II.

An Balsami planta, ejusque succus, fructus ac virgæ nunc reperiantur, & in quibus locis proveniant.

ABDELLA.

QUamplures Balsami arbores in multis Arabiæ locis nunc vivere, quarum succus, fructus, ac virgæ huc ad nos a multis asportantur, certissimum est. Neque id Ægyptios, Syros, Turcas, & aliarum nationum homines multos, Arabiæ loca peragrantes latet, quinimmo omnes annis singulis Mecham, & Medinam primarias Arabiæ Felicis urbes, peregrinationis gratia adeuntes, quantus in illis locis sit ex arbore Balsami proventus, plane fateri possunt. Nam Mecham hinc euntibus, & ad villam quandam Bedrunia ab his vocatam, quæ distat ab urbe Cayri spacio dierum quindecim, accedentibus, mons pergrandis, arenosus prope eam villam positus continuo conspicitur, Balsami innumeris arbusculis refertus, quas ibi Mahemetis miraculo ortas nostrorum multis suasum est; Sed utcumque ibi natæ fuerint, nobis id sufficiet, omnes ea loca quotannis peragrantes, innumeras ibi vivere comperisse; idque a quamplurimis hujusce urbis incolis, qui olim, & proximo etiam elapso anno ea loca peragrarunt, audire, atque verum esse scire poteris. Multis quoque rationibus hæc veritas tibi a me persuaderi posset, sed si hujus viridarii Balsamis olim multis refertissimi terram aliquando olfeceris, Balsami etiam nunc suavissimum odorem redolere senties, bisque, vel ter tantum, sol suum peragravit orbem, postquam hæ plantæ custodum negligentia periere. At quid taces Abdachim, quem millies hic te illas inspexisse certo scio? vel cur me Italo Medico incredulo veritatem hanc suadentem minime adjuvas? ABDACH. Quid? An hunc nostrum sodalem medicum, multos annos hic moratum, plantarumque omnium studiosum, hanc veritatem ignorasse dubitas? Ego certe Balsami plantas innumeras diversis temporibus ex Arabia advectas, hicque insitas vixisse, certo scio, quas multi etiam alii Cayri incolæ inspexerunt. ALPIN. Nephas esse, ac inurbanum putarim, tantorum medicorum testimonio non moveri, qui præter herbarum peritiam, in qua illustres apud plerosque Ægyptios habiti sunt, una cum Balsamo in eadem terra nati, vixerunt. Sed, ut ingenue fatear, quamquam ego cum viris in medicina clarissimis plane sentiam, hujusque rei veritatem omnino cognoscam, tamen hæc veritas non adeo usquequaque mihi satisfacit, ut possim aliis permultis Italiæ, aliorumque Europæ locorum medicis, atque Pharmacopolis incredulis hoc, ut cuperem, persuadere, qui absolute affirmant, Balsami plantam nullibi hoc tempore reperiri, eamque plane periisse, ex quo succum, fructus, & virgas hinc in Italiam asportatas falsas etiam esse statuunt. Atque priscis sæculis, cum Balsamum tantum in Ægypto & Judæa vixisse, Dioscorides ac alii prodiderint, quibus in locis nunc eam plantam cum amplius vivere nemo referat, plane omnibus in locis periisse colligunt. Quam sententiam ipsi pervicacissime defendunt, neque omnino carere videntur argumentis, quibus proprium errorem tueantur. ABDEL. Quomodo quæso istud esse potest? tantone medicos, doctissimosque herbarum professores ita obcæcatos esse, qui non viderint, neque cognoverint, Balsami plantas neutiquam in suo nativo solo periisse? Quod autem Ægyptium, ac Judaicum falso Dioscorides, atque alii crediderint, ex me paulo post cognosces. Neque optimi illi sunt Philosophi, qui ita facile vegetabilium species, quæ juxta Philosophorum placita perpetuæ existunt, tolli omnino posse, putent: Cœlo etenim nullis causis ad generationem facientibus nunc destituto, terraque ac cæteris aliis elementis eodem modo nunc, ut olim, se habentibus, cur terram easdem nunc ferre plantas, ut olim faciebat, non posse dicemus? Grave tibi non sit, quæso, illos, qui Balsamum periisse affirmant, mihi referre, & quibus etiam rationibus

bus in tam falsam opinionem venerint, explicare. ALPIN. Parum interesse arbitror, te hosce homines nominatim cognoscere, sed ipsorum potius rationes audire, quibus negant hoc tempore Balsami arbores, atque ipsarum succum, fructus, & virgas apud nos inveniri; id vero inceptæ disputationi sat erit. Horum siquidem non pauci existunt, qui non modo ad nos in Italiam prædicta vera comportari negent, sed arbores quoque, e quibus illa colliguntur, prorsus periisse prædicent. Quam sententiam valde auxere Amatus Lusitanus Medicus in aliis non spernendus, & Nicolaus Monardus Hispanus, qui Syriacum atque Ægyptiacum Balsamum periisse affirmantes, aliud genus Balsami in Occidentalibus Indiis nasci, prodiderunt: Balsamumque a Dioscoride, Theophrasto, Plinio, ac a multis aliis herbarum antiquis scriptoribus celebratum, ac descriptum, eo affirmant periisse, quod prædictorum antiquorum Scriptorum testimonio constet, olim duobus tantum Judææ viridariis concessum fuisse, ut inter cæteros Plin. & Theoph. testantur, postea vero quam Judæa a Ptolæmeo primo Rege Ægypti, ac a Vespasiano devastata est, Balsamum in vallem Hiericum appellatam transplantatum fuisse, ibique vixisse Justino, Strabone, Solinoque, Polysthore id affirmantibus, statuunt. Et ab Artaxerse Persarum rege primo, ac mox a Romanis Adriano Cæsare rursum tota ea regione bello eversa, prorsus Balsami plantam periisse. Tandemque in Ægypto paucas hoc in viridario adservatas vixisse. Quo in loco non tantum priscis sæculis Balsamum vixit, sed multo etiam postea, quasi ad hæc usque tempora plantam hanc hic conservatam fuisse afferunt. Nunc vero a multis, qui hoc tempore Ægyptum peragrarunt, hic quoque demum eam aruisse, confirmatur. Qua hic extincta, cum Dioscorides, aliique in Judæa tantum, & Ægypto Balsamum vixisse prodiderint, cui dubium erit, nusquam gentium eam amplius inveniri posse? Ex quo succum, fructus, virgas, pro vero Opobalsamo, Carpobalsamo, & Xylobalsamo, ab Ægypto, vel Syria in Italiam asportata, vera esse quo pacto affirmabimus? Merito igitur hæc omnia falsa nos affirmasse videmur. Hincque tanta incredulitas, ac pertinacia invasit eorum animos, ut potius in erroribus perseverare, veraque sibiipsis oblata rejicere, quam opinionem mutare velint. ABDEL. Vix me continere potui, quin susceptum tuum sermonem interrumperem, usque adeo animum adversus illos concitasti meum, nullis rationibus, sed meris nugis Balsami omnes plantas periisse, Opobalsamumque etiam, Carpobalsamum, & Xylobalsamum apud nos inventum falsum esse asserentes, ut tanta illorum impudentia excitus, quasi quid loquar nesciam ac ne differam illis respondere, dico, ac edico tibi, Balsami frutices neque etiam in Ægypto plane periisse, dici posse, quando sæpe jussu præfecti Cayri, quem Bessà appellant, plantæ multæ ex Felici Arabia delatæ in isto viridario inserantur. Et nunc vix tertius agitur annus, cum Messinoris per id temporis Ægypti præfecti jussu, quadraginta e Mecha advectæ, hic insertæ fuerunt; quæ tamen cum per annum vixerint, rursum custodum negligentia periere; quæ facile etiam denuo renovari possunt. In Arabiæ vero multis locis innumeræ propemodum magno cum illiusce gentis lucro, aluntur: neque satis diu est, quod apud Arabes utilitas, & lucrum hoc cognoscitur; etenim Opobalsami quantitas multa in Orientis loca comportatur, quibus in locis eum succum in summo pretio esse, multi ex Arabibus, nunc Cayrum habitantibus, narrant. Cujus succi lucro ab iis cognito omnes certatim multos Balsami frutices ex arenosis, montuosisque locis in morbida viridaria transferre conantur. Quamobrem ibi innumera pulcherrima balsameta cernuntur. Lege tamen iis populis interdictum est, ne præter fiscum quis eam plantam serere queat; neque succum, vel flores, vel ramulos, vel fructus sine publico mandato quis capiat. Idemque ibi de Balsami arboribus, atque hic de cassiis solutivis accidit. Solet etenim hic alicui cassiarum negotium locari, & ideo non licet quemquam cassiam ex arbore capere, vendere, emere, aut emptam aliquo deferre. Quod itidem de Balsamo in Arabiæ locis observari, ex Arabum relatione plane constat. At quid illi Ægyptiarum ac Arabicarum plantarum ignari herbarii dicent, duobus ne tantum locis, quippe Ægypto ac Syriæ Balsamum olim (Dioscoride, Theophrasto, Plinio, Justinoque id docentibus) concessum fuisse? quasi aliorum antiquorum scriptorum testimonio non constet, in pluribus aliis etiam locis olim hujusmodi plantam vixisse: nonne Diodorus Siculus 2. historiarum libro, in quadam Valle Arabiæ Balsamum nasci, & non alibi memoriæ prodidit?

didit? Constantinus vero in lib. de gradib. ait, nasci in India; & Joseph etiam in lib. 8. de antiq. Judaicis, Sabam Reginam Balsami plantam ex Arabia in Judæam tulisse, Salomonique eam dono dedisse, ex qua ibi aliæ postea plantæ propagatæ fuere: & Strabo in lib. suæ Geograph. 16. hæc scripsit: His proxima est felicissima Sabæorum terra, quæ maxima natio est. Apud hos Thus, & Myrrha, & Cinnamomum nascitur, in ora etiam Balsamum, & alia quædam herbula valde odorata: Necnon & Pausanias idem in lib. 9. his verbis confirmavit, dicens: De viperis vero iis, quæ in Arabia inter Balsami arbores versantur, diversum quidem accepi. Id hujusmodi est. Sunt Balsami arbores eæ, quæ mirthi stirpis magnitudine. Folia illis, qualia herbæ amaraco. Theophrastus vero in Asia etiam nasci prodidit. Incolæ quoque Basiliani montis Libani, olim Alexio Græcis imperante, in quodam loco illius montis Solis ortui exposito Balsami plantas non paucas, e quibus tantum Opobalsami suscipiebatur, quantum in Ægypto hic colligi consuetum fuerat, diu vixisse narrant. Ex quibus certe sciri potest, olim non solum Ægyptum ac Judæam, sed etiam Felicem Arabiam, & alia loca Balsamum aluisse atque habuisse. Quæ veritas etiam ex ipsomet Dioscoride confirmari videtur, scribente, Carpobalsamum, idest Balsami fructus suo tempore adulterari seminibus hyperici similibus, ex Petra oppido delatis, ex quo certo colligitur Balsami plantam alibi quam in Ægypto vivere, atque semina producere. Præterea verum quoque hoc esset ex me audies, non in Ægyptum ex Judæa, ut aliqui somniarunt, ipsum venisse, sed ex Felici Arabia semper fuisse delatum: Ægyptiumque solum veluti neque Judaicum, nunquam proprium, ac nativum ei fuisse, in his locis Balsamum perpetuo peregrinam plantam extitisse haud leve inditium est, eam ubique viridaria tantum aluisse, in ipsisque tantum vixisse, ut Theophrastus, Plinius, Strabo, ac Solinus meminerunt. Plinius enim hoc hiisce verbis significavit, dicens: Sed omnibus odoribus præfertur Balsamum uni terræ Judææ concessum quondam duobus tantum in hortis, utroque regio, altero jugerum viginti non amplius, altero pauciorum. Theophrastus vero hæc dixit: Balsamum in valle Syriæ provenit. Ejus arbusta duo tantum affirmant, alterum viginti jugerum, alterum multo minus: & Strabo de Balsamo vallis Hierici, hæc etiam memoriæ tradidit: Ubi & regia est, & Balsami viridarium, quæ arbor aromatica est, & fruticosa, Cytiso & Terebintho persimilis. Quid? nonne omnes observant plantas peregrinas in viridariis tantum ali, ac custodiri, quædam vero ex patriis tametsi etiam in viridariis aliquando serventur, nihilominus multa alia loca inculta, sylvestriaque iisdem sponte natis non carere observantur? At peregrinæ in viridariis tantum magno studio, ac diligentia aluntur & conservantur; quod in incultis, sylvestribusque locis sponte nasci, neutiquam conspici solent. Hic vero Balsami plantam perpetuo advenam, vel peregrinam fuisse, & perpetuo ex Felicis Arabiæ locis advectam, plures una nobiscum Cayrum nunc habitantes certa fide confirmare poterunt, qui omnes, plantas Balsami, quas hactenus hoc habuit viridarium, exinde comportatas fuisse variis temporibus observarunt. Multoque labore, ac custodum diligentia vixisse, facileque ex levissima etiam causa aruisse, quibus arefactis alias rursum ab illis locis extractas, hic insertas renovatasque; & hoc modo alternatis vicibus Balsamum in hoc viridario hactenus conservatum fuisse. Nemo plantas tanto labore ac diligentia in viridariis adservatas patrias dicet, quando patriæ ubique sponte nascantur, crescant, ac nullo labore in propriis locis vivant. Ex quibus nos plane certi esse debemus, Balsamum nunquam Ægyptiis ac Syris patrium fuisse, cum in viridariis ibi multa diligentia, ac cura semper fuerit custoditum: quod tamen de Arabia Felici, cum Balsamum ibi perpetuo vivat, minime videtur dicendum, nullibi etenim nunc, quod sciam, hujusmodi planta, nisi Felici tantum Arabiæ concessa, reperitur. Quam regionem Diodori Siculi, Strabonis, Pausaniæque testimonio, ut nuper dictum est, constat Balsami olim feracem fuisse, quæ eodem modo etiam nunc innumeras ejus plantas sponte natas alit. Quam Balsami fertilitatem omnes Ægyptii, atque aliarum nationum homines annis singulis Mecham Felicis Arabiæ urbem adeuntes, veram plane esse confirmant. Copiamque ibi Opobalsami insignem annis singulis colligi, fructuumque non minus, & virgarum (cum Balsami frutices sæpe quotannis putent) quæ ad varias orbis partes vendenda ab his demandatur. ABDACH. At istæc vera esse concedentes, dicent, quam

pro

pro Balſamo tu, atque noſtri Felicem Arabiam nunc alere inquiunt, non eſse Balſamum, ſed aliam plantam. ALPIN. Notæ hujus plantæ ab antiquis Scriptoribus deſcriptæ ac memoriæ traditæ, iſtud recte docere poterunt. Nam omnes convenisse videntur, [ut ex te ſpero me magis diſtincte cogniturum] Balſami plantam fruticem eſse, non admodum magnum, foliis rutæ proximis, perpetuo virentibus, atque ex ſtipitis cortice ſcarificato liquorem in primis album oleo ſimilem, eximio, acutoque odore præditum, manare. ABDACH. Millies tecum Abdella fruticem hunc ex Alpino deſcriptum me inſpexiſse in hoc viridario ſcio. Verum qui hujuſce plantæ notas quærit, quibuſnam hominibus magis credere debebit, Italis ne, an nobis Ægyptiis, qui una cum Balſamo in hac civitate hactenus viximus, eamque arborem ſæpius in hoc viridario inſpeximus? Nemo certe ita fatuus erit, qui hac de re vobis, quam nobis libentius credere, ac fidere maluerit. Hanc vero plantam pro vera arbore, quæ ab antiquis Balſamus appellata eſt, & in poſterum memoriæ prodita, noſtri omnes Arabes hucuſque conſtantiſſime habuerunt, aliamque pro Balſamo ab aliis monſtratam nemo noſtrum uſpiam offendit, vel vidit, vel aliquem vidiſse unquam audivit. His addo nomen hujuſce plantæ, quod eſt Baleſsan a noſtris ei fuiſse impoſitum, a quo & Græci b litera carentes, in u, mutata, βάλσαμον dixere, atque ab ipſis Latini Balſamum. Cur igitur Italis magis quam noſtratibus de hac planta credendum erit quando a noſtris & Itali, & Græci, vel nomen ipſius plantæ acceptum, didicerint. Quapropter Balſami cognitionem a Dioſcoride, Theophraſto, atque ab aliis antiquis ſcriptoribus minime petendam judico, ſed ab Ægyptiis & Arabibus, qui loca, in quibus Balſami plantæ omnium conſenſu olim vixerunt, habitarunt. Si Ægyptii Arabes, Syri, atque alii omnes Arabica lingua utentes medici citra ullam difficultatem talem fruticem nunc in Felicis Arabiæ locis cultis, atque incultis, domeſticis, atque ſylveſtribus naſcentem, tanquam verum Balſamum recipiunt, eodemque tum ſucco, tum fructibus, tum virgis, pro vero Opobalſamo, Carpobalſamo, & Xylobalſamo, nemine ipſorum hæſitante, ad componenda medicamenta, utuntur: Cur Itali etiam, atque alii aliarum nationum medici ab illis, qui magis quam noſtri ſunt in ea cognitione, eoque uſu, exercitati, ac docti, idem facere recuſant? Certe indignum facinus eſt, vos hanc veritatem non fateri, ſed potius, quo minus a multis ea dignoſcatur, operam dare. ALPIN. Hæc doctiſſime a vobis prodita fuiſſe arbitror, veruntamen quoniam cum medicis, Pharmacopoliſque incredulis diſputatio agitur, quæſo ſi quid aliud apud vos utique ſit, quod hanc veritatem adhuc etiam illuſtrare poſſit, ne vos me iſtud quoque docere pigeat, ut poſtea quam ego in patriam, Deo concedente, rediero, facilius id incredulis illis hominibus poſſim ſuadere. ABDEL. Cum anno a Beatiſſimæ Virginis partu M.D.LXXV. Petro Michaele viro Clariſſimo, pro Sereniſſima Veneta Republica conſulatum hic agente, Eunuchus Meſſir dictus, Ægypti Præfectus, Cayri civitatis hujus quæpiam loca inviſeret, huncque præſertim locum el Mattharia nuncupatum devotionis gratia [quando hanc in proximam domunculam olim Beatiſſimam Virginem cum puero filio Herodis iram fugiendo ſe recepiſſe, multoſque annos in ea manſiſſe omnes Ægyptii opinentur, atque ob id hunc locum in ſumma habeant veneratione] ſingulis hebdomadis die Veneris, ſacrum, venerandumque hunc locum viſitans, viridarium hoc proxime poſitum aliquando animi gratia ingreſſus, vidit omnes Balſami plantas cuſtodum negligentia aruiſſe; qua re commotus, ut e Mecha quadraginta plantæ afferrentur curavit, eamque operam cuidam militum, ac peregrinorum duci, Mecham ſingulis annis devotionis gratia proficiſcentium, Haly Bei nomine locavit; qui mihi admodum domeſticus, atque familiaris fuerat, eumque ſæpe ex renum calculo peſſime ægrotantem inviſeram, ac curaveram; plantaſque illas quadraginta præciſis ramis detulit, quæ in conſueto hujus viridarii loco inſertæ fuerunt, dumque ſererentur, ego una cum Paulo Mariano eo tempore pro Gallorum Rege Conſule medicinæ quoque cauſa mihi familiari, atque cum multis etiam Cayrinis medicis in re plantaria valde exercitatis interfui. Ex ipſo autem Haly Bei Cayrum reverſo veri Opobalſami binas uncias dono habui, atque ab alio, qui poſt hunc illud iter confecerat uncias tres. Horrem Bei alius Caravanæ peregrinorum dux meus amiciſſimus, cujus in domo ſæpe tum ipſius, tum aliorum cauſa medicinam feceram, peregre anno MDLXXX. Mecham profectus, atque ſic a me rogatus, attulit multa ſemina, & ramulos

los eximium odorem spirantes, atque multum Opobalsami a Seriph Mechæ partim acceptum, cujus modicam portionem dono dedit Francisco Priolo, tunc temporis Cayri pro Veneta Natione Consule Clarissimo, & partim ab iis, quibus Balsami negotium locatum est, emptum. Postmodum Scander quidam & ipse dux militum, Medinam Felicis Arabiæ urbem pro prætore a Bassa missus, mihi non minus quam alii, medicinæ causa familiaris, atque etiam quia ex Insula Zacyntho a Segurorum familia ortum duxerat, Balsami recentes ramos, fructus, ac succum misit, ac per literas sua manu scriptas, significavit propriis manibus ibi ea collegisse, quæ omnia apud me adhuc asservantur. Omnes prædicti nobiles Turcæ uno ore affirmant, prope Mecham & Medinam, in montibus, planis, cultis, atque incultis locis innumeras Balsami plantas sponte natas spectari, plurimasque etiam in arenosis, sterilibusque locis, quæ tamen vel nihil, vel minimum succi producebant. Multa tamen semina ferunt, quorum multa copia ad nos quoque vendenda mittitur. Quales sunt in monte arenoso apud Bedruniam Villam posito. Nihil hæ, atque aliæ in arenosis, sterilibusque locis viventes Opobalsami ferunt, ideo incolæ eas excerpunt, atque pingui in solo inserunt, fœcundissimasque reddere studént. Addunt, apud omnes Arabes veterum memoriis constare, passim in pluribus Felicis Arabiæ locis innumeras sponte nascentes, atque crescentes Balsami plantas perpetuo vixisse, nunquamque illa loca iis caruisse. Non multum temporis tamen esse, ex quo plurimi eas colere lucri causa cæperunt, cum scilicet Opobalsami facultas ac vires ad quamplurimas Orientis regiones concesserint. Narrant adhuc iidem omnes Arabes, uti Balsami succo, fructibus, ac virgis ad componenda ipsorum omnia medicamenta, atque ad alios medicinæ usus, quæ eadem plane existunt, quibus Ægyptii Syri ad usum nunc recipiunt, quæque a vobis varia in Europæ loca hinc advecta, negliguntur, atque rejiciuntur, falsaque eorum multi [te auctore] pertinaciter, ac inutiliter esse disputant. ALPIN. Ex his, quæ te vera dixisse arbitror, me non parum pudet, quod cum illis tot annos in tanto errore permanserim, quem ex te nunc probe cognovisse fateor. Cupio igitur plantam hanc suis notis a te quoque describi, in quam attollatur magnitudinem, qualibusque floribus, & fructibus observata a vobis sit, quo pactoque etiam ab ea planta Opobalsamum distillet, sponte ne, an, ut multi dixere, arte potius elicitum. ABDACH. Hic nullas, quas ego viderim crescere, flores, vel semina tulisse unquam spectare potui, etsi succus interim paucus a cortice stipitis scarificato aliquando distillaverit. Verum hac de re Abdellam audiamus, qui hæc exploratius, & reliqua docebit. Interimque dum loquimur, mandes velim mancipio tuo, ut nobis hisce domo hujusce plantæ iconem, quæ apud te est, deferat, ut Alpinus noster veram Balsami iconem videat. ABDELL. Recte mones, libenterque faciam. ALPIN. Ego vero utrique vestrum multas hac de causa gratias referam. Mihique istuc acceptissimum semper erit.

CAPUT III.

Planta, quæ ab antiquis Arabiæ medicis Balessan, a Græcis βάλσαμον, & a Latinis Balsamum vocabatur, fructuum, succique descriptio.

ABDELLA.

Balsamum arbusculum est, quod crescit ad altitudinem Hanne; vel ligustri, vel cytisi, folia paucissima gerens rutæ proxima, non tamen iis candidiora, ut Dioscorides docuerat, sed potius colore viridi subalbido, perpetuoque virentia. Ejus lignum gummosum leneque apparet, colore exterius subrubro, cujus ramuli eodem colore conspicui sunt longi, recti, graciles, paucis foliis inordinatim referti, foliaque simul terna, aut quina, aut septena alæ adnata, aliquo pacto etiam lenthisci foliorum æmula, sunt ramuli odorati gummosi, digitisque contrectati eis tenaciter adhærentes. Flores fert parvos, albos, Acaciæ proximos, ternos singulis alis appensos, quasi in umbellæ forma, summe odoratos, a quibus semina promanant, flava, folliculis nigris subrescentibus contenta, valde odorata, intusque humorem flavum melli persimilem habentia, sapore subamaro, parumque acri linguam ferientia, Opobalsamumque redolentia, Terebinthi fructuum figuræ, & magnitudinis æmula, extrema aculeata, & medium crassum obtinentia. Cui descriptioni maxime quadrare videtur illa, quæ fuit a Constantino Aphricano tradita, quæ his verbis apud ipsum in libro de grad. legitur. „ Balsamus est arbor in India „ cre-

„ crescens, saliens super terram mensura unius brachii, vel parum plus. „ Cujus rami rubeo viridique colore „ perfusi quasi thitymali tenues sunt, „ & colorem viridem habentes faciunt„ que in capite quasi gemmas, parva„ que grana in modum piperis produ„ centes. " Ex fissuris ramorum hujus arboris, egreditur quidam liquor in canicularibus diebus, sicut lac ex Titymalo. Opobalsamum mensibus, Junio, Julio, Augusto, partim sponte, & partim stipite ferreo scarificato, distillat, in vitreaque vascula recipitur; quod statim eductum, ut audio, colore est albo, qui paulo post in viridem, tertio in aureum, & demum in melleum mutatur. Ejus succi etiam substantia in primis, turbida crassaque, ut oleum statim ab olivis expressum cernitur, postea tenuissima atque clarissima, demum terebinthi modo crassescit, odore eximio in primis atque acutissimo terebinthum redolens, cum suaviori odoris fragrantia observatur, saporeque amaro, acri, & adstringenti. Levissimum est in primis diebus, atque usque adeo validi, & acuti odoris, ut aliquibus inter odorandum, sanguis e naribus eruperit, & præ multa ejus levitate in aquam stillatam non desidet, sed ex alto in ea projectum parumper in ipsa mergitur, fereque continuo assurgens, supra totam aquæ superficiem totum expanditur, eique miscetur, & citissime ita in ea dissolvitur, ut ab aqua maxima cum difficultate separatum secernatur, in qua paulo post concrescit, atque coagulatur, coagulatulumque stilo totum ab aqua eximitur, quod tunc colore lactescit, sive album quale lac visitur. Quanto hic succus annosior, eo fit inodoratior, atque ad motum segnior. In primis itaque statim albo colore conspicitur, qui color paucissimis diebus in viridem, ut nuper etiam dixi, mutatur, oleique crassitie cernitur, qui postea longo temporis intervallo depuratur, nonnullisque annis tenuissimus evadit, atque clarissimus, ex viridique colore in aureum splendidissimum transit. Senio vero confectus, crassus qualis terebinthina fit, qui si in aqua, vel lacte stilletur, statim considet, multaque cum difficultate, & non nisi longo tempore denuo supra aquam fertur, tardissimeque in ea dissolvitur. Quare non secus quam in animalibus omnibus quatuor constituuntur ætates, quæ in ipsis maximam differentiam faciunt, & Balsami succo, quod Opobalsamum dicitur, proculdubio a nostris quatuor tempora tribuuntur. Quandoquidem ille succus ab arboris stipite continuo elicitus usque ad quintum circiter annum acutissimi, validissimique odoris percipitur, levissimusque usque adeo observatur, ut in aquam stillatus, nihil, vel parum considat, facillimeque diluatur, quod ejus calor in annis infantiæ plurimus existens, ei acutiem atque vehementiam præstet, crassiori quoque substantia tunc cernitur, & turbida, quod cum multus in eo exuberet crudus humor, eo ob calorem in ipso agentem valde agitato, instar urinæ turbidæ, quæ in pestilentibus febribus fieri solet apparet, & quemadmodum puerorum corpora multa humiditate, atque multo calore prædita crassa, ac fere tumentia videntur, ita Opobalsamum in pueritiæ annis constitutum a multa humiditate excrementia, cum validissimo calore in ipsa agente, crassum, ac turbidum apparet, quod in grandiori ætate ab ea purgatur, tenuissimumque fit, & aureo colore clarissimo spectatur; in quo statu, consistentiæ ipsius ætate continuante, conservatur, posteaque calore ejus nativo aliquatenus resoluto, ac imminuto, senescens crassum instar terebinthinæ evadit, solitoque tum odore eximio tum levitate deficit. Proinde neque supra aquam enatat, neque multum, & suaviter olet. Hæcque de Balsami planta, fructibus, lignis, succo tibi dicta sufficiant. ALPIN. Quæso ne te pigeat, ad nonnulla adhuc, quæ a nostris, Balsami descriptioni repugnantia proferuntur, respondere, ac satisfacere, quando ea non parum hujusce plantæ cognitam veritatem obscurare, ancipitesque nos reddere videantur. Antiqui etenim omnes Balsami scriptores inter se in illiusce plantæ, succi, fructuum, virgarumque descriptione discrepare videntur, ex quibus non videtur, tutum satis esse illorum cognitionem perquiri debere. Qui fuere in causa, ut nostri ipsorum traditionibus imbuti, verum sibi oblatum Opobalsamum, fructus, virgas, veras esse non crediderint. ABDEL. Summum semper errorem esse putavi, homines plantæ hujus, succi, fructuum, virgarumque cognitionem a Dioscoride, Theophrasto, vel aliis antiquis scriptoribus velle exposcere, quando ista inter eos in scribendo fructice, succo, fructibus, & virgis, diversitas certissimum ignorantiæ argumentum nobis fuerit. Ego sum hujus sententiæ, neminem illorum fortasse accurate arborem hanc vidisse, ex audituque omnia de eis ab ipsis literis prodita fuisse,

se. Olim enim non erat ita facile hominibus loca, in quibus Balsamum nascebatur, ex longioribus difficilioribusque navigationibus, quibus eo tempore antiqui utebantur, adire, proinde multa Dioscorides, Theophrastus, atque alii multi ex hominum potius relatione, quam ex inspectione de Balsamo scripsere. Hincque mirum non est, si in pluribus nostri ipsorum sententiæ inhærentes decepti sint, quando & ipsos a falsis aliorum relationibus deceptos fuisse putandum est. An non Dioscoridem, Theophrastum, atque alios affirmantes, Balsami plantæ Ægyptum, vel Judæam patriam fuisse, cum dixerint eam solum in Ægypto & valle Judææ vivere, maxime errasse superius demonstratum est, cum illam plantam ex Ægyptiorum relatione perpetuo ex Arabia Felici in Ægyptum venisse certissime constet? Ex quibus mirum quoque non esset, in aliis eosdem deceptos fuisse, præsertimque in succi, fructuumque cognitione. Hincque his herbarum scriptoribus omnes medicos Pharmacopolasque plane fidentes, errasse mirari non debemus, quando non ab illis, ut etiam dixi, sed ab Ægyptiis, & Arabibus, qui tum primi Balsamum cognoverunt, atque observarunt, tum etiam cum hujusmodi planta in eodem solo nati sint, atque eadem loca, in quibus vivit, & vixit Balsamum, habitarunt, istorum cognitio esset petenda. Sed quæ ea existunt, quæ nobis repugnent, fac ut ex te jam audiamus. ALPIN. Quæ de Balsami arbore a multis olim literis tradita fuere, nunc in medium afferam; Reliqua vero de succo, fructibus, virgis, ad usum medicinæ memoriæ proditis, posterius a me recensenda arbitror. Multa igitur, variaque de hujusce stirpis magnitudine, figura, situ, foliisque a multis prodita sunt, quæ non parum veritatem obscurant, hominesque ancipites, ac rem hanc totam incertam efficiunt. Aliqui siquidem plantæ istius magnitudinem Lycii, Pyracanthæ, vel Cytisi, vel Therebinthi magnitudini compararunt, ut Dioscorides, Straboque dixere. Theophrastus vero dixit ea magnitudine Balsamum spectari, qua magna mali punici arbor observatur. Justinus similem picei arboribus affirmavit, & Pausanias myrtho; Plinius, Solinus, atque Africæ descriptionis auctor, viti, hanc plantam compararunt. De ejus foliis non minor est apud illos diversitas, deque arboris figura. Quando Dioscorides, Theophrastus, Plinius, Avicennas, Simeon Sethus Balsami folia rutæ proxima esse statuerint, & Pausanias amaraco, Justinus piceis, Solinusque & auctor Aphricæ vitium foliis. De forma etiam vel figura arboris, alii arbustum, alii fruticem faciunt. Plinius enim de eo dixit: In totum alia est natura, quam nostri, externique prodiderunt, quippe viti similior est, quam myrtho, quod etiam Solinum dixisse ab illiusce verbis constat, quæ hæc existunt: Similes vitibus stirpes habent: ac Justinus; Siquidem palmeto & Opobalsamo distinguitur arborem Opobalsami formam similem piceis arboribus habent: & Strabo: Quæ arbor est fruticosa Cytiso & Terebintho persimilis. Nonnulli etiam affirmant, plantam hanc ali aqua, illaque tantum, quæ in proxima fonte illiusce proximæ domunculæ scaturire cernitur, ajuntque miraculo id fieri; quando ipsa sit pluribus virtutibus prædita, quod Virgo Beatissima olim ibi multos annos morata, ea aqua, tum ad potum, tum ad cibum, tum ad mundandos panniculos Jesu Christi pueruli usa fuerit: ex quo tanta in veneratione omnes viri mulieresque Ægyptiæ, Arabes etiam Mahometis asseclæ eam habuerunt, ut ipsa ad multorum etiam morborum curationem confidenter utantur: multique ex longinquis, remotissimisque locis huc veniunt, ut ex hujusmodi aqua accipiant: quare nonnulli Balsamum hujus aquæ beneficio hactenus hic vixisse ajunt. Hæcque sunt, quæ de arbore isti dicunt. ABDEL. De Blsami fruticis altitudine, figura, ac foliis, ea quæ ex te nunc proposita sunt nihil veritatem hanc obscurare possunt. Namque Dioscorides, atque alii, qui hanc plantam magnitudine similem esse lycio, cytiso, terebintho, & pyracanthæ, affirmarunt, minime errarunt, cum hæc omnia arbusta magnitudine non multum inter se differant, eisque planta Balsami major non sit, sed hic nullæ cernuntur arbores Balsami, quæ ita magnæ spectentur, siquidem grandiores, quas hic alias viderim, non assurgunt ad majorem trium cubitorum altitudinem. Audio tamen in Arabiæ solo eas plantas ad prædictorum arbusculorum altitudinem, & majorem etiam excrescere. In Ægypto, & Arabia mali punici arbores parvæ existunt, ita, ut inter arbusculorum fruticumque numerum ibi connumerentur, neque ad tantam assurgunt altitudinem, quales in Italiæ locis observantur. Quare neque Theophrastus reprehendendus erit, quod scri-

pse-

pſerit, eſſe magnæ punicæ arbori Balſamum ſimile, quando hæ noſtræ Italicis longe ſint humiliores. Juſtinum vero, quod picei arbori plantam Balſami ſimilem aſſerat, deceptum omnino fuiſſe, credendum eſt. Ex ipſiuſque verbis error apparet conſpicuus; nam piceis arboribus Balſamum ſimile eſſe dicens, ſubdit, & in vinearum more excoluntur: quis tamen uſpiam vidit piceam arborem viti ſimilem, & in vinearum more excoli? Inter quas quanta ſit differentia, non eſt, quod nunc demonſtretur. Fuiſſe vero Balſami plantam ramulis fruticoſis, ac ſarmentoſis viti ſimilem dubium quidem non eſt, ut neque etiam, quemadmodum vites, annis ſingulis putari, quod ſit admodum fruticoſa, & ſarmentoſa. Non tamen quod ad folia attinet, viti ea planta eſt ſimilis, cum foliis referta ſit rutæ aliquatenus proximis, præſertim vero extrema tria foliola, quæ in ſingulis virgæ Balſami alis cernuntur, quando ipſa ſimillima ſint tribus iis foliolis in extremo virgæ alæ rutæ poſitis; colore excepto: Neque abſurdum eſt, Pauſaniam dixiſſe Balſamum folia habere amaraci æmula, quoniam ſuſpicor ego ipſum plantam Balſami non adultam, ſed tantum recenter ex ejus ſeminibus natam inſpexiſſe, quæ folio, magnitudine, ac figura amaraci foliis omnino ſunt ſimilia, excepta earum craſſitie, ac colore, quibus ea folia invicem differunt, nam in amaraco ſunt graciliora, & albidiora. Balſamum, quod ex ſeminibus naſcitur, bina folia in primis habet, bifoliis naſcentis vitis maxime ſimilia, & quæ poſt hæc, quæ ſunt tria, quatuor, vel quinque, produntur, amaraci foliis ſunt proxima. Quæ vero tertio naſcuntur ſingula trina exiſtunt, rutæque proxima cernuntur. Repeto, prima naſcentia folia bina ſunt, ſecundo nata, his multum diverſa produntur, inordinatimque in virga. Tertio producta trina cuilibet alæ appenſa, cernuntur, quæ rutæ ſunt proxima, tribus inquam foliolis in extrema ala virgæ rutæ conſpicuis. Quarto, quæ naſcuntur in virga Balſami, ſunt quina, & poſtea ſeptena. Hæcque ſunt Balſami folia, aliter quam ſcriptores antiqui deſcripſerint in hoc viridario in fruticibus Balſami ſæpiſſime viſa, ex quibus atque aliis fortaſſe Dioſcoridem, atque alios multos antiquos ſcriptores viventem Balſami plantam non inſpexiſſe, jure ſuſpicamur. Hanc etiam arborem in hoc viridario vixiſſe certum eſt, aqua ex hoc proximo fonte, in quo Beatiſſimam Virginem panniculos Salvatoris noſtri pueri olim perpetuo laviſſe noſtri omnes autumant, irrigatam; tamen in arenoſis, ſquallidiſque locis non paucæ reperiuntur, quæ tamen quo ad Opobalſamum ſteriles exiſtunt. Atque hæc obiter de Balſami planta dicta a nobis ſint. Nunc ad Opobalſamum deveniendum. Sed Balſami plantæ ramos, quos mihi domo mancipium detulit, abſoluto de ipſo ſermone ſpectabimus.

CAPUT IV.

Veri Opobalſami cognitio unde ſumatur, & qui ex antiquis vere hunc ſuccum literis prodiderint.

ABDELLA.

Quid inquies Alpine de Balſami planta? nonne a nobis probe, ut veritas exigebat deſcripta eſt, deque ejus foliis, floribus, fructibus, ac virgis, quæ dicta a me ſunt, vera tibi eſſe videntur? ALPIN. Omnia ſane rectiſſime, ac veriſſime es proſecutus, ſed ſuperſunt tamen quæpiam de ſucco quoque, fructibus, ac virgis dicenda, cum antiqui Scriptores, qui de Balſamo ſcripſere, ſimul in horum deſcriptione inter ſe nihil fere conveniſſe viſi ſint: quorum diverſitas, ut de arbore etiam nuper dictum eſt, fuit cauſa, ut multi negarint, quæ pro Opobalſamo, Carpobalſamo, & Xylobalſamo monſtrantur, vera utique eſſe, nullumque ob id ipſos credere, ſyncerum ac legitimum Opobalſamum ad nos aſportari: de quo primo ſermonem a nobis haberi cupio, mox de cæteris. De Opobalſamo igitur multi hujus ſunt opinionis, ut arbitrentur, ſyncerum ad nos non advehi, neque injuria, quando ex te deſcriptum Opobalſamum, a nobiſque ſæpius inſpectum, diverſum ſane videatur ab eo, quod omnes priſci rei herbariæ Scriptores memoriæ mandarunt. „ In primis enim album, multi ipſorum, eſſe prodidere, Strabo ſiquidem „ dicebat: ejus corticem ſcindentes ſuccum in vaſis ſuſcipiunt tenaci lacti „ perſimilem: & Plinius: ſuccus e plaga manat, quem Opobalſamum vocant eximiæ ſuavitatis, ſed tenui gutta ploratu lanis parva colligitur in „ cornu, ex his novo fictili conditur, „ craſſiori ſimilis oleo, & in muſto „ candida. Et Simeon Sethus vir in „ Balſami hiſtoria aliis non poſtponendus, dixit: Succuſque inde manabat „ omni oleo viſu ſimilis, quod ideo

„ Bal-

„ Balsami oleum nominatur, succus his „ aggregatus vasculis excipiebatur, & „ id quidem, quod supernatabat, al- „ bum ac tenue erat, & ideo preciosius: Alii sunt rursus asserentes, hunc succum non esse tenuem, sed crassum, veluti qui dixere in conchis susceptum coagulari: Cum vero Opobalsamum, quod tu descripsisti, & nos sæpe inspeximus, vel viride, vel aureum, vel mellis colore observetur, interdumque turbidum, interdum clarum, ac tenue, aliquandoque ut terebinthina crassum cernatur, (nemo enim nostrum est, qui eum succum tot prædictis differentiis evariatum non viderit scilicet oleosum, viride, aureum, ac melleum, clarum, turbidum, tenue, crassum,) de ipso varios, & dubios esse mirum non erit. ABDACH. Facile has ambiguitates noster Abdella ex animis nostris abiget. Præsertim cum harum explicatio ex iis pendeat, quæ dudum ipse attulit. Dixit enim Opobalsamum juxta ejus ætates varias, variari & ipsum, quo ad colorem, substantiam, perspicuitatem, odorem, & levitatem; continuoque a stipite instillatum ac exceptum, albo colore conspici, præsertimque quod supra enatat, veluti minus quod subsidet, qui color paululo momento in subviridem oleosum mutatur qui post quinquennium, ut superius etiam dictum meminimus, aureus fit, ac demum senio confectus crassescens, mellis colorem, obscuriorem tamen accipit. Tot etiam mutationes in perspicuitate, substantia, odore, levitate, ejus varias ætates facere alias dictum est, quando Opobalsamum recenter eductum per quinquennium turbidum maneat, a quo tempore clarescere incipit, per decenniumque fere ipsum clarissimum, ac ut aurum splendescere observatur, postea senescens turbidum rursum evadit. A stipite etiam statim exceptum tenuissimum est, pauloque post parum crassescit, atque hinc Strabo dixit, susceptum in conchis coagulari, peractoque quinquennio, quod tempus pueritiæ datur, purgatur, fæcemque in fundum vasis deponit, tenuissimumque fit, & totidem geminatis peractis annis senescens crassum, crassiusque est, quo annosius. Odor non minus & sapor, in recentissimo validissimus est, in medio tempore odor fit suavior, thus ac terebinthum redolens cum suaviori tamen odoris fragrantia, sapor est amarus, subacris, atque adstringens. Demum senio omnia hæc maxime remissa percipiuntur. Hincque Plinium deceptum fuisse arbitror, qui putaverit, optimi hujus succi lachrymam fricando percipi odoratam. Siquidem Opobalsamum senio solummodo confectum inodoratum fit, ut tunc solum frictione dignosci queat. In principio etiam hic succus levissimus est, qui quam maxima difficultate in aqua, vel alio liquore instillatus considat, sed continuo in aquæ superficiem feratur, citoque cum aqua dissolvitur: annis vero consistentiæ medio se habet modo, senescensque, colore ejus imminuto, crassescit, quo fit ut subito in aquam projectus considat, tardissimeque sursum in aquæ superficie feratur, difficillimeque ac tardissime cum ea dissolvatur. Hæcque etsi non ita concinna oratione, tamen ad tuarum difficultatum explicationem accommodata satis esse Abdella noster judicabit. ABDEL. Ego vero sic ea vera judico, ut omnes, qui de Opobalsamo scribentes, aut loquentes ab his dissenserint, rem prorsus ignorent, ex quibus Plinium ex variis coloribus, ac substantiis in Opobalsamo inspectis, varias ejusce succi differentias vel species facientem errasse clarissime patet; dixerit enim ille: „ Lachrymæ probatio, ut sit pinguis, „ tenuis, ac modice russa, & in fri- „ cando odorata, secundus candidus co- „ lor, pejor viridis, crassusque, pessimus „ niger. Nemo Ægyptiorum, vel Arabum album Opobalsamum nisi ex arbore recentissime stillatum vidit, qui tamen color quam paucissimis diebus evanescit, atque, ut dictum est, in olei colorem vertitur, atque ab eo colore in aureum, & denique in melleum obscuriorem. Nigrum vero nunquam ab aliquo nostrorum, vel Arabum visum est, neque auditum. Nisi fortasse produceretur novissime ab Occidentalibus Indiis delatum, a quibusdam pro legitimo Opobalsamo, ut superius quoque meminimus, receptum. Quod tamen falsum esse plane constat, cum ii, qui ejus historiam scripsere, affirment illum succum improprie Opobalsamum vocatum, in Occidentalibus Indiis ex procera, ac magna arbore nasci, quæ quidem magnitudine, figura, ramis, foliis, fructibus a vera Balsami arbore longissime differt. Quod iis qui utramque norunt arborem, non erit difficile suadere. ALPIN. Simeon Sethus confirmare & ipse videtur, optimum Opobalsamum recentissime a stipite distillatum album colorem habere, nec non, & Strabo, qui Opobalsamum lacti simile esse scribit. Sed quamquam hujusce succi albus color pauculis diebus

a stil-

a ſtillatione evaneſcat, atque in alium colorem mutetur, nihilominus, quod non paucis valde admirandum videbitur, Opobalſamum oleoſo colore inſpectum, in aqua vel lacte ſtillatum, album rurſum videri: & idem etiam facere aureum, & melleum, perpetuoque verum Opobalſamum cujuſcumque coloris ſit, in aqua, vel lacte ſtillatum, ac liquatum album ſpectabitur. Hincque Dioſcorides doctiſſime dixit: Quin „ etiam ſyncerus in aqua, aut lacte „ celerrime, liquatur, coloreque lacte- „ ſcit. Nunquam quiſquam Opobalſa- „ mum viſui non album, album eſſe judicarit, quod tamen verum eſſe experientia docebit, ſi, inquam, quis ſinet ſtillatum in aqua, liquari, ac coagulari, ipſum etenim liquatum ſupra aquam ita album redditur, ut vix ab aqua diſtinguatur, ſed paululo momento in ea coagulatur, eique inſtar telæ albæ incumbere, & in ea ſupernatare cernitur, manifeſtiorque ejus albus color fiet, ſi coagulatum ſtilo quopiam ab aqua eximatur, aut extrahatur. Sed hæc illius ſucci experientia per æſtatis tempus eſt facienda, vel ſi hyeme, prope ignem, Opobalſamo probe prius calore attenuato. At cur ex albo tam cito in alium colorem mutatur? ABDEL. An quod lactei illiuſce coloris ſubſtantia mollis, ac tenuiſſima, quam cito reſolvitur ac diſſipatur? vel quia nondum ejus calor prævalidus in eum ſuccum agendo ipſum turbavit? Idem in Zebet obſervatur, etenim ſtatim e teſtibus extractus lacteo colore inficitur, pauloque ebullire incipiens, vireſcit, & tandem ſubnigreſcit. ALPIN. Recte ſunt a te hactenus explicata, & enarrata omnia. Nunc igitur ego idem a te fieri cupio, pro indagandis, ac docendis notis vel ſignis, quibus verum a non vero, ſnycerum ab adulterato recte diſtinguatur.

CAPUT V.

De notis, quibus verum Opobalſamum a non vero, ſyncerum ab adulterato tuto cognoſcitur, ac diſcernitur.

ABDELLA.

HIS notis quiſque probe ac exactiſſime verum hunc ſuccum, a non vero, & legitimum ab adulterato dignoſcet, neque ab aliquo ita facile decipi poterit, etenim ſuccus is, qui nondum ad ſenium, inclinare cæperit, colore albo conſpicitur [quod rariſſime, & non niſi dum ipſum e ſtipite ſtillat, vel recentiſſime eductum videre contingit] vel viridis eſt, oleoſus ſubturbidus, oleoque ſubſtantia & colore valde ſimilis, vel aureus fulgentiſſimus, tenuiſſimus, atque clariſſimus. Qui ſane omnes has notas habebit, vehementis erit odoris, & quo magis etiam recens eſt, acutioris, terebinthum cum alio ſuaviori odore redolentis, gratiſſimuſque olfactui erit. Guſtu etiam ſubamarus, adſtringens, & modice mordens percipietur, lævis, diluique facilis, quæ nota; eo inſtillato in aqua vel lacte dignoſcetur, lævis enim exſtabit, & vel nihil ſub aqua morabitur, vel parum, & quaſi continuo ſupra eam ſurſum aſſurget. In qua cito diluitur, vel liquatur, nil unctuoſi retinens, vel oleoſi, tenax, ſive lentore aliquo præditus eſt, hiſque omnibus notis verum, ſyncerumque Opobalſamum ſemper omnibus apparebit. ALPIN. Poſſit ne quis aliquod factitium oleum ita ſimile Opobalſamo parare, ut eo multos decipiat? ABDEL. Sine dubio, cum Gal. ſuo tempore etiam ipſum uſque adeo adulterari dixerit, ut vix adulteratum cognoſceretur. Veruntamen quod adulteratur, neceſſe eſt, ut aliquo liquore, vel oleo, vel unguento vitietur. Dioſcorides dixit, Opobalſamum vitiari poſſe admiſto teribinthi, cypri, lentiſci, balanique unguento, & ſuſino, metopio, melle, cypriaque cera liquida. Serapio his addidit oleum roſaceum, myrtinum, & de alcanna, quod cyprum appellant. Plinius ex ſeminibus veri Balſami, quæ vocant Carpobalſamum, extrahi ſimile oleum aſſerit, qua via multi ex ipſis oleum exprimunt, vero Opobalſamo admodum ſimile; quod tamen ab eo diſcernitur amariore ſapore, odoreque Opobalſami longe obſcuriore. Prodit etiam ipſum adulterari poſſe oleo roſaceo, cyperino, lenthiſcino, balanino, terebinthino, myrtino, reſina, galbano, & cera cypria, quæ ſane eadem exiſtunt, quorum nuperrime Dioſcoridem ſub nomine unguentorum meminiſſe, dictum eſt. Sed forſitan melius ipſe dixiſſet, oleis, quam unguentis adulterari poſſe, quod ille ſuccus tenuis perinde ac oleum ſit, minimeque craſſus, niſi ſenio fuerit confectus. His igitur Opobalſamum vitiari poteſt, cujus maleficium facile deprehenditur, oleoque adulteratum trifariam detegitur, atque in primis, quod digitis contrectatum, nullo lentore, vel viſcoſitate adhæreat, quando verus Balſami ſuccus lentore, ac viſcoſitate quapiam non carere a nobis alias

alias dictum sit, a multisque ex antiquis scriptoribus confirmatum, oleo siquidem resinarum omnium tenacitatem abigi omnibus manifestum est. In aqua præterea instillatum supra ejus superficiem orbiculorum formis expandi nemo nostrum ignorat. Quod syncerum Opobalsamum non facere posterius docebitur. Demum in panno oleo infecto macula relinquitur, quæ & difficile aufertur, & quotidie etiam magis majorem in circulum expanditur, quod non fit in sincero Opobalsamo. His igitur notis Opobalsamum oleo vitiatum cuique patere poterit. His etiam comperietur vitium, si unguenta iisdem oleis composita misceantur, sed hoc amplius iis aderit, quod in Opobalsamo parvi temporis spatio in fundo vasis unguenta sidere necesse est. Cera vero mistum comprehendetur turbido colore, nunquam clarescente. Melle etiam infectum dulcis sapor detegit, atque ad ipsum, ut Plinius quoque testatur, muscas alliciet. Resina adulteratum in carbones instillatum, nigriorem flammam edit, substantiaque crassiore quam in syncero sit, spectabitur. Syncerum vero his notis innotescet, namque præter ea signa, quæ illum juxta varias ætates præseferre diximus, hæc etiam addidimus, scilicet præterquam quod sit validi odoris, in aqua etiam stillatam, tametsi parva satis sit gutta, supra totam aquæ superficiem expandi, eamque liquatum totam supernatare, ac obtegere, atque in ipsa etiam cito coagulari, lactisque colorem adipisci; ac non minus ex ipsa coagulatum totum stylo quopiam excipi, ac auferri, quodque fusum in laneam vestem, eam, ut oleum non inficit, quamquam ei adhæreat. Lacque coagulat, etsi non ita, ut coagulum facit, quia lac non perfecte coagulat, quinimo cum ipso coagulatur. ALPIN. Multo plura, quam tu de synceri Opobalsami, ac vitiati notis complexus es, apud multos leguntur. „ Dioscorides siquidem hæc utique nobis prodiderat. Succi probatio „ est, ut sit recens, validi odoris, syn„ cerus, non ad acorem vergens, dilui „ facilis, lævis adstringens, ac modice „ mordens gustu. Et ubi ea, a quibus „ Opobalsamum potest adulterari me„ minerat, hæc subjunxit. Namque „ merus in laneam vestem fusus neque „ maculam facit, neque si eluatur no„ tam relinquit. Vitiatus autem inhæ„ ret, & lac instillatus coagulat, quod „ adulteratus non efficit. Quin etiam „ syncerus in aqua, aut lacte celerri„ me liquatur, coloreque lactescit, vi„ tiatus vero olei modo innatat, se „ convolvens, aut in stellæ modum dif„ fundens, snycerus senescens crassescit, „ deteriorque redditur. Hallucinantur, qui aqua concretum pessum ire & ad ima sidere, arbitrantur, postea dissipatum supernatare. Et Plinius ait, syncerum inhærescere, & in tepida aqua ejus guttam coagulari, & ad ima sidere, lac coagulare, & in veste maculam non facere. Et Avicennas: lac coagulare, aquæque ipsum misceri, & in ipsa densari, densatumque conservari, atque a gossypio receptum ablui posse. Sera„ pio eadem a Dioscoride jam recita„ ta, de ipso nobis prodidit. Simeon „ vero Sethus hæc & ipse scripsit. At „ vero nonnulli hac ratione probant, „ quod ferrum eo inunctum ignique ad „ motum incandescat, id quod & oleo „ caphuræ, aliisque dictis oleis accidit. „ Alii quod in aquam datum minime „ supernatet, sed statim fundum petat. „ vere hoc quidem, sed enim quando „ hæc duo concurrunt, videlicet fer„ rum candeat, & in aqua facile sub„ sistat, de eo statim arripe. Est enim „ legitimum, & non factitium. Scire autem præterea oportet, quod dum recens est, & in proprio vigore super aquam enatat actum ita probatur. Linteo in eo irrigato, ac postea sublato a linteo totum recedit, non colorem, sed odoris duntaxat suavitatem illi relinquens. Hæc omnia, ac inter se admodum diversa cum apud hos gravissimos plantarum Scriptores legerim, atque Opobalsamum, quod tu vere syncerum affirmas, apud me sit, non omnia que ab his Scriptoribus de eo perdocta, repræsentet, quinimo aliqua sint, quibus ipsum plane non respondere videatur; quamquam enim ipsum recens sit, minimeque ad ullum acorem vergens; validique odoris, oleosi coloris, turbidum in primis ejus annis observatum, mox clarum, aureum subamarum, adstringens, & modice mordens gustum, tenax, leve, dilui facile, lacque coagulet, & linteum non inficiat, atque ut ait Avicennas, aquæ etiam stillatum, misceatur, in ipsaque coaguletur, supraque aquam coagulatum enatet, atque eo etiam ferrum, ut Sethus ipsum hac experientia cognoscendum voluit, inunctum probe in ignem positum candeat. Tamen, quod apud omnes prædictos antiquos Scriptores affirmatur, quippe ipsum laneæ vesti instillatum aqua ablutum, omnino ab ea abigi posse, nihilque ei adhærere, nunquam potui

tui

observare. Nullum enim reperitur Opobalsamum quod instillatum in pannum, ei aliquatenus non adhæreat: ex quo ego etiam puto, nullum verum Opobalsamum eam experientiam facere posse, quando ipsum; ut in aliis omnibus resinis observatur [cum succus resinosus sit, inter resinasque possit sine errore recenseri] viscositatis ac lentoris non sit expers. Ex quibus valde de hujus succi signo, ab antiquis fere omnibus animadverso dubius, ac anceps sum. Cupioque tuam hac in re sententiam audire, ut in ea tandem acquiescam. ABDEL. Dignus es cum isto tuo scrupulo non parva reprehensione, qui uno signo magis quam pluribus, quibus tuum Opobalsamum omnibus probe respondere scis fidere volueris, quod neque verum signum hujus succi dicendum esse puto, siquidem quo pacto hic succus lentoris, ac viscositatis non expers, [cum ipse nihil quidem aliud quam resina quæpiam sit] lineo, vel laneo panno, vel gossypio instillatum aliquantulum non adhærebit? Etenim non modo succus iste tenax est, sed ramuli quoque virides, si digitis contrectentur, eis proculdubio adhærent, quod non nos modo, sed etiam aliquos antiquorum novisse certum est: nonne Strabo dixit: Ejus corticem scindentes succum in vasis suscipiunt tenaci lacti persimilem. Quid? nonne Plinius notas synceri Opobalsami docens dixit? Succum Balsami syncerum debere inhærescere? At ne amplius remorer desiderium tuum, paucis de nota hac a Dioscoride proposita dicam, quid sentiam. Puto enim syncerum Opobalsamum non aliam ob causam, Dioscoridem, atque una cum eo alios dixisse, vestibus vel panno non adhærere, nisi ut nos docerent mistum aliquo oleo, vel quopiam unguento hinc deprehendi, quoniam, ut ego nuper etiam vos docui [quod a plerisque oleo eo tempore vitiaretur] oleo vitiatum in pannum instillatum, laneumque præsertim, quod facilius sit ad emaculandum, instar olei inficit, eique perpetuo non modo adhæret, sed quotidie magis in eo recepta macula augetur, ac dilatatur. At syncerum, quamquam paululum panno etiam instillatum inhæreat, tamen ipsum ut oleum non inficit, neque maculam relinquit, quinimo secus atque oleum panno adhærescens quotidie decrescit, usquequo tandem omnino aliquo tempore sponte dissolvatur, atque evanescat. Quamobrem syncerum Opobalsamum panno quidem, at non olei modo adhæret, neque aliquam maculam relinquit. Quod sæpe vobis meum Opobalsamum in meam vestem instillatum ostendit. Verum non debet hoc experiri in pannis iis, quos vos in Italia paratis, nostris longe crassioribus, in quibus fortasse cum olim vestri hi crassi panni lana parati ex Italia huc non asportarentur, neque nostri his, ut nunc faciunt, uterentur: Dioscorides in his periculum faciendum non sentit, sed in nostris iis longe gracilioribus. Clarius vero hoc signum Plinius docuisse est visus, cum dixit, & in veste maculas non faciat, non autem, ut in Dioscoride habetur, vesti non adhæreat. Verius fortasse Sethus Opobalsami cognitionem ex hoc signo habendam tradidit, quod his verbis apud ipsum legitur: „ Linteo in eo irrigato, ac postea sublato a linteo totum recedit, „ non colorem, sed odoris duntaxat „ suavitatem relinquens: quod plane in nostro sic ad unguem observari licebit. Cœterum ex his, quæ ita diverse de notis verum Opobalsamum a falso distinguentibus, apud diversos antiquos Scriptores leguntur; dubitandum non immerito a nobis existimo, hosce autores nunquam fortasse, neque viventem plantam uspiam offendisse, atque multo minus syncerum ejus succum inspexisse, cunctaque potius aliorum relatione, quam vera observatione de eo ab his prodita fuisse. Qua de causa non ab antiquis Scriptoribus, inter se de Balsami historia discordantibus veritas hæc petenda esset, sed ab his populis, præsertimque Medicis, qui loca in quibus Balsamum, omnium Scriptorum consensu, vixit, perpetuo habitarunt, & sæpissime observarunt. His etenim jure merito de ipso firmior fides habenda erit. Hi sunt Ægyptii, atque Arabes, qui omnes uno consensu asserunt, hoc excepto Opobalsamo, quod vos verum esse non creditis, nullum aliud usquam vel in toto Ægypto, vel in tota Arabia, vel Syria, fuisse cognitum, aut usitatum. Cujus veritatis clarissimum ac certissimum signum erit, aliud Opobalsami genus ab hoc diversum, apud Turcarum Regem iis locis imperantem, atque apud plures Turcas; qui variis temporibus his omnibus prædictis locis, præsertimque Ægypto præfuerunt, nunquam fuisse repertum, quinimo apud hos inventum idem plane esse cum nostro, atque nihil ab isto communiter recepto, differre. Rex enim Turcarum singulis annis a Seriph Mechæ, atque Medinæ domino bi-

no binas, & plures etiam Opobalſami libras dono miſſas accipit, perpetuoque, poſtquam Ægypto imperavit, ab ipſo Opobalſamum recepit. Quod ſane idem plane eſt cum eo, quo omnes Ægyptii, Arabes, Syri, atque alii utuntur. ALPIN. Verum dicis; Nam ego certo ſcio idem eſſe Opobalſamum vulgo receptum cum eo, quod apud multos dominos Turcas Conſuleſque Venetos habetur, quibus a præfecto Ægypti, ac aliis nobilibus Turcis dono datum fuit, idemque cum eo, quod apud Sereniſſimum Franciſcum Medicem Ducem Florentiæ a Turcarum Rege olim ei dono datum, hodie conſpicitur quod cum meo etiam Opobalſamo ex Ægypto, ad prædictum Sereniſsimum Ducem anno ſuperiori miſſo, recte ab ipſo comparatum, idem plane eſſe, certum eſt. Quamobrem omnes qui negant vulgo receptum verum eſſe, ſi ipſum cum Opobalſamo comparent, quod apud multos exſtat Venetos, olim hujus loci Conſules Clariſsimos, atque apud alios plures, qui olim hæc loca peragrarunt, & Opobalſamum a nonnullis Dominis Turcis acceptum illuc comportarunt, probe, an ipſum verum ſit, cognoſcent. ABDEL. Multum tamen Avicennam admiror, qui dixerit, a goſſypio, hunc ſuccum aqua ablui poſſe, cum tamen ſuperius dixerit, ipſum in aquam inſtillatum coagulari ac denſari: quod cum verum ſit, quomodo in goſſypio receptum, ac imbibitum, aqua ab ipſo ablui poterit? hoc enim fieri non poſſe cuique patebit. Eſt demum alterum Opobalſamum ex ſeminibus Balſami expreſſum, cujus etiam inter adulterata nuper recenſuimus, quod pro vero ſucco Opobalſami aliquando venditur, quod tamen facile, ut dictum eſt, ex obſcuriore ejus odore, amarioreque ſapore a vero diverſum ab his eſſe comprehenditur. Ac de Opobalſamo hæc a nobis dicta ſufficiant. Reſtat modo, ut de Balſami fructibus, & virgis loquamur, quando multi quoque non deſint, qui contendant verum neque Carpobalſamum, neque Xylobalſamum eſſe.

CAPUT VI.

Veri Carpobalſami, & Xylobalſami cognitio, & conſideratio.

ALPINUS.

HActenus Balſami plantæ, atque ab ea educti ſucci ambiguitates omnes vir doctiſsime diſsolviſti, veritatemque ita claram effeciſti, ut de arbore, ac ſucco noſtri amplius contendere non debeant, ſed ipſum potius agnoſcere, atque in uſum medicinæ reſtituere, quod quidem facientes ſumma laude digni erunt, tantum auxilium in uſum revocantes, atque recipientes. Cum nemo noſtrum dubitet amplius verum Opobalſamum ex Ægypto, & Syria in Italiam comportari, quod facile a nuper adductis notis ibi an ſyncerum ſit, cognoſcetur. Reſtat modo, ut de ejuſdem plantæ fructibus, & virgis, quod apud noſtros dubii ſuperſit ab illorum animis evellas. Quando vulgaria ſemina, pro vulgari falſo Carpobalſamo a multis recepta, quorum ad nos ſingulis annis multa copia advehitur, verum eſſe antiquorum Carpobalſamum me judice etiam affirmandum ſit. Animadvertendum tamen eſt, duplex genus Carpobalſami circunferri & utrumque pro Balſami ſeminibus apud nonnullos recipi quorum unum ſemen eſt terebinthi magnitudine, atque fere etiam forma, rotundumque & oblongum, ovo ſimile, in extremis acutum, flavum, folliculo nigro rubeſcente undique contectum; Hocque verum eſt antiquorum Carpobalſamum. Alterum vero Pſeudo-Carpobalſamum huic admodum magnitudine, colore, figuraque eſt ſimile; differt tamen a vero, quia ipſo eſt oblongius, ex medietate tantum folliculo contectum eſt, nam illud extremum, quod ſuo pediculo appenſum eſt, folliculo caret, minimeque eo totum contegitur, ſed tantum ad ejus uſque medietatem. De hoc vero, quod falſo pro Balſami ſemine me judice recipitur, non loquimur, quamquam odoratum ſit, atque aromaticum. Illudque fortaſſe eſſet, quod olim Dioſcoridis tempore ex Petra oppido Arabiæ pro Carpobalſamo aſportabatur, & quo verum Carpobalſamum adulterabatur, ſi piperis ſaporem præſeferret. De altero vero ab hoc prædictis notis diſcrepante, quod præſertim a falſo differt, quia totum folliculo ſuo contectum eſt, quando falſi, ut jam dictum eſt, tantum medietas folliculo contecta appareat, a nobis ſermo habendus eſt. Audio nunc Venetiis omnes Pharmacopolas conſilio excellentiſsimi collegii Medicorum in componenda Theriaca, atque Mitridatio, pro veris Balſami fructibus Juniperi fructus ſubſtituere: quod quanta dignum reprehenſione ſit, ac in quanto illi verſentur errore, vobis doctiſsimis viris nunquam latuit. Et utinam nunc perſpectis rationibus iidem non permittant

fine

ſine his tanto artis cum dedecore (quando hæc omnia non ſit difficile apud eos reperiri) Theriacam atque alia medicamenta amplius parari; ſed vereor, ne magis in antiquis erroribus perſiſtere, quam rei veritatem amplecti velint. ABDEL. Quid? etiam ne fructus Balſami, quorum in Italiam, aliaque loca hinc copia multa advecta, illis non deeſt, negant veros eſſe, atque pro eis in componenda Theriaca aliiſque medicamentis baccas Juniperi ſubſtituunt? quid de te audio? pudet me tantorum Medicorum, qui hos hactenus veros fructus neglexerint, minimeque his utantur. Sed quibus rationibus adducti, negant iſta ſemina merito ex te pro vero antiquorum Carpobalſamo recepta, veros eſſe fructus Balſami. An non ipſorum magnitudo, color & forma ad eos recognoſcendos ſatis illis erunt? Theophraſtus dixit: illos eſſe ſimiles therebinthi fructibus magnitudine, figura ac colore. Et clarius Serapio ex Dioſcoridis mente hunc in modum eos deſcripſit: „Et granum quidem ipſius, quod „nominatur Carpobalſamum, eſt granum rotundum ad longitudinem aliquantulum tendens ad acuitatem in „ambobus capitibus, in medio vero „groſſius. Cujus color tendit ad rubicunditatem, & eſt plenum, grave, „mordens linguam mordicatione aliqua non multa, & quando frangitur interius habet humiditatem ſimilem melli, & ejus odor eſt bonus. At Dioſcorides addidit hoc ſemen redolere Opobalſamum. Certe, ut verum fatear, fructus Balſami ab Italis tuis Medicis, atque Pharmacopæis neglecti, tum Serapionis deſcriptioni omnino reſpondere cognoſcuntur, tum etiam notis a Theophraſto allatis, quando hi colore, figura, atque magnitudine vere fructibus terebinthi proximis ſpectentur. Serapio vero eos multo diligentius ac exquiſitius declaravit, qui ipſos grana eſſe rotunda ſtatuit, oblonga, extremis acutis, & medio craſſiore, ad coloremque ſubrubrum tendentia, gravia plenaque eſſe, ac modice guſtum mordentia, quæ intus ſubſtantiam melli ſimilem habent. Ex quibus notis vulgare Carpobalſamum verum omnino eſſe certiſſime oſtenditur, ſed quamobrem iſti negant hos, veros Balſami eſſe fructus, ſcilicet Carpobalſamum antiquorum? ALPIN. Omnes uno ore prædicant prædicta ſemina non una, at omnibus carere prædictis notis, quibus ea prædita eſſe Dioſcorides omnium antiquorum in plantarum deſcriptione facile primus, memoriæ olim prodiderat, hiſque ſpeciatim verbis. „Quare eligatur flavum, plenum, „grande, ponderoſum, mordens guſtum, fervens in ore modice, Opobalſamum olens. Dicunt itaque iſtæc ſemina a vobis pro Carpobalſamo monſtrata, non flava, ut Dioſcorides docuit, ſed nigra, ſubrubeſcentia ſpectari, vacuaque non plena eſſe, levia & non gravia, parva & non magna, neque guſtum aliquo pacto mordere, neque Opobalſamum olere. Hiſque rationibus negant illa ſemina verum Carpobalſamum antiquorum eſſe, ſed potius ea, quæ olim ex Petra oppido Arabiæ advecta, verum Carpobalſamum adulterari Dioſcorides animadvertit, quod ipſe hiſce verbis docuit, dicens: Adulteratur ſemine hyperico ſimili, quod „a Petra oppido defertur, ſed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignavia, ſapore piperis. Idemque fere Plinius teſtatum reliquit. Atque hæc ſunt adverſus Balſami vulgares fructus a quampluribus Italiæ, aliarumque nationum Medicis, & Pharmacopæis diſputata. ABDACH. Ex his duobus alterum verum eſſe arbitror, vel illos ſcilicet viros, a te recitatas Carpobalſami notas, nunquam probe cognoviſſe, aut nunquam hos fructus, vel ſemina, quæ præ oculis omnes hi Pharmacopolæ quotidie habent, inſpexiſſe, quod ſi illi hæc aliquando inſpexiſſent, ac recte obſervaſſent, proculdubio fieri non potuiſſet, ut ex omnibus notis ipſos non agnoviſſent, veros eſſe Balſami fructus, quando non ſolum falſum ſit ipſos omnibus notis a Dioſcoride traditis carere, ſed ne unam quidem illis deeſſe. Nam iſtæc ſemina ſunt humiditate melli ſimili plena, quorum ſi multa facta intus ii inſpexiſſent, niſi cæci omnino fuiſſent, fieri nullo modo poterat ut non id animadvertiſſent. Cernuntur etiam longe hyperici ſeminibus majora, ſunt gravia, cum aliqua mordicatione, atque Opobalſami odoris fragrantia, quorum ſaporem, atque odorem unuſquiſque guſtu, ac olfactu minime deſtituto, poterit cognoſcere. Nemo mea quidem ſententia erit, qui prius Opobalſamum olfecerit, ac guſtaverit, mox iſta fracta ſemina olfaciendo & guſtando, in ipſis eundem ſaporem, atque odorem Opobalſami apertiſſime non cognoſcat. ABDEL. Veriſſima prædicas, neque indigna, ut ab iis Medicis audirentur, ac animadverterentur. Nam hæc ſemina vulgaria a nobis pro Carpobalſamo recepta, eadem eſſe, quæ in multis Arabiæ Felicis locis

cis supra Balsami frutices colliguntur, omnes, qui illa loca peragrarunt, vere testantur: neque ullis unquam aliis Ægyptii Pharmacopæi pro Balsami fructibus ad componenda medicamenta usi fuere. Neque aliorum Ægyptiorum memoria constat, unquam ex Petra oppido, quod nunc Mecha dicitur, alios, quam hos fructus pro Carpobalsamo ad nos delatos fuisse. Neque Galenus existimat homines in eorum seminum cognitione hallucinari, ac decipi posse, quando in libro de Antid. dixerit, Carpobalsamum non posse adulterari, idque merito, cum minime fieri posse videatur, ut aliquis, qui vera Balsami semina semel tantum viderit, posset ab aliis decipi; sed concedatur posse adulterari, tamen cognosceretur id saltem, ut Dioscorides docuerat, inanitate, parvitate, & sapore piperis. Verum non possum non vehementer illos Medicos admirari, dicentes, notas a Dioscoride nobis Carpobalsami eo traditas fuisse, ut ista semina ab aliis distinguerentur; quando ipse illas notas non ob id tradiderit, sed potius, ut iis homines perdocti seligerent ex seminibus Balsami, ea, quæ flava existunt, plena, majora, gravia, sapore, atque odore Opobalsami prædita, quoniam hæc cæteris meliora existunt. Quis ignorat, agricolas etiam ipsos aliqua semina ementes, sive triticum sit, sive hordeum, seligere plena, magna, ponderosa, optimi saporis, atque odoris, abjicereque inania, parva, levia? Quamobrem istud? quia hæc inutilia, illa optima existunt. ALPIN. Dicunt, flavum colorem, quo vera semina Balsami spectari Dioscorides tradidit, in istis seminibus non conspici, cum ipsa subrubra potius, & nigrescentia cernantur. ABDEL. Recte dicunt, sed hinc conjicitur, ipsos minime esse in horum seminum observatione exercitatos, seduloque nunquam ea inspexisse quoniam si sæpe multa sedulo, variisque modis observassent, proculdubio duplici colore referta esse cognovissent, quippe nigro rubescente, suis folliculis vestita, hisque spoliata, ac nudata, flavo. Ex qua observatione, nec Dioscoridem, docentem illud semen flavum esse, nec Theophrastum cum Serapione subrubrum nigrescens, falsum prodidisse, patet. Quando hi semen vestitum suo folliculo, quod nigrum subrubescens cernitur: & Dioscorides, folliculo spoliatum, quod flavum est, intellexerint. Hæcque a nobis de Carpobalsamo dicta sufficiant. De Xylobalsamo vero non puto a nobis multa esse dicenda, quando non ita omnibus, ut Carpobalsamum, ignotum videatur, esse illas virgas communiter ab omnibus Pharmacopæis pro Carpobalsamo receptas, & iis tamen non utantur, argumentum erit certissimum, ipsas redolere odorem Opobalsami, & Carpobalsami, eundemque gustui saporem etiam præseferre. Optimæ autem existunt, sarmentosæ, tenues, fulvæ, & recenter excisæ, odorem Opobalsami manifestissimum spirantes. Quem odorem eximium spirare a Theophrasto ac Serapione proditum est. His vero recentibus Pharmacopæi uti debent, cum parvo etiam tempore omni odore ac sapore destituantur; tanta est enim illius humidæ substantiæ, in qua odor, saporque fundantur, tenuitas, ut cito exsolvatur, simulque cum ea sapor, atque odor evanescat. ALPIN. Fascem recentissimarum virgarum Dominicus a Rege, noster Pharmacopola ab amico suo Turca, apud oppidum Sues, illuc Mecha advectum habuit, qui multum Opobalsami odorem spirabat, qui tamen paucis mensibus fere omnino exolutus est. Multas virgas recentes habui, quæ apud me adhuc asservantur; quas comparatas cum iis, quæ apud Venetos Pharmacopolas sunt, easdem utique esse sine dubio cognoscitur, quæ si recentes conservarentur, veritas hæc omnibus esset manifestissima, ita validus, ac manifestus in iis odor Opobalsami perciperetur, ex quo omne dubium ex ipsorum animis sponte excidisset. ABDEL. Tibi sufficiat, hæc de Balsami planta, succo, fructibus, virgis, ex nobis audivisse, atque didicisse, veramque hanc hujus plantæ iconem, nunc Alpine spectare poteris, atque ex dictis ipsam recognoscere. Sed absoluto de iis sermone, cum jam Sol supra Orizontem multum ascenderit, aeremque inflammare cœperit, satius erit nos hinc abire, & in urbem redire, priusquam augeatur caloris æstus. ALPIN. Recte suades, abeamus, vobisque, quod tantum hactenus susceperitis laborem, multas gratias refero, meque ut pro vestra humanitate ametis, quemadmodum facitis, etiam, atque etiam rogo, valete. ABDEL. Atque tu interim vale, mementoque nos tui esse studiosissimos, teque multum, atque multum observare,

CA-

C A P U T VII.

Cur Petri Bellonii observationes in Ægypto circa Balsami Plantam factæ hic adnotatæ sint.

CUM hisce diebus librum olim Ægypto a me de Balsamo conscriptum in publicum emissurus essem, Ecce in manus meas perveniunt doctissimæ itinerariæ observationes a Petro Bellonio Cenomano, viro tum in aliis, tum in plantarum materia doctissimo, ante annos ab hinc quadraginta literis traditæ, atque hoc tantum anno in lucem editæ. In quibus cum Balsami nonnullarum plantarum olim in Ægypto viventium diligentissimam observationem ab eo rectissime exaratam, ac descriptam legerim, optimum fore putavi, si eam sub fine hujus libelli adjicerem, siquidem peravi ex tanti viri in plantarum materia exercitatissimi lectione, ea, quæ dicta sunt a nobis, ac literis de Balsami historia mandata, posse haud parum animos legentium confirmare, quod is omnia fere complexus sit, quæ in meo libello leguntur. Hæcque, priusquam Balsami observationem Bellonii hic adjecissem, præfari libuit; ne ex abrupto hic ea inserta candido lectori viderentur.

C A P U T VIII.

Ægyptii Balsami observatio ex Petro Bellonio in libro II. itinerariarum observationum, capite XXXIX. collecta.

IN quodam pago spectatum ivimus hortum Balsami fruticibus consitum, qui a Cayro longius haud abest, quam Lendit a Lutetia. Quoniam porro Balsami planta admodum celebris, preciosa, raraque est; hic scribere libuit quidquid ad ejus historiam pertinere arbitrati sumus. Quosdam esse scimus, qui Matareæ Balsamum ex Judæa delatum esse putent: rem autem haud ita se habere, postea demonstrabimus. In magno quodam horto sunt, sed angusto loco muris conclusæ, quos extructos fuisse ajunt, postquam Turca Ægyptum Sultano ademit: Bacha autem a Turcarum Imperatore huic regioni præfectum, ea arbusta digna existimasse, quæ peculiari loco concluderentur. Cum istic essemus, novem, aut decem duntaxat frutices ejus aderant, qui nullum liquorem præbebant. Inter notas a veteribus proditas, quibus Balsamum dignosci possit, una est, ut perpetuo vireat: illud tamen in Materea, apud Cayrum, pauca admodum folia Septembri mense habebat: quod nobis insolens visum est. Nam reliquæ arbores, quæ hyeme virere solent, folia solum novo vere abjiciunt, cum videlicet nova germina produxerunt: solentque autumno magis virere, quam novo vere. At reliquæ, quæ folia abjiciunt, id sub hyemem facere solent, ut æstate nova adquirant. Ideoque nobis præter naturam videbatur, Balsamum folia abjicere, ut hyeme nova germina produceret: nobis enim id observantibus, quæcumque habuit folia, recens nata erant. Ejus justam magnitudinem tradere nequimus; nam quotquot ejus frutices in horto aderant, stipitem solum habebant pedis longitudine, & pollicari crassitie, tenuibus ramulis præditum, raris foliis obsitis. Ubicumque autem tandem nascantur, duorum aut trium cubitorum altitudinem non superant; & pedali altitudine cum sint, in multos graciles ramulos anserinæ pennæ caule haud crassiores finduntur. Balsami frutices Matareæ jam recens putati fuerant, sic ut soli stipites superessent, qui ramulorum rudimenta producebant. Ejusdem etenim est Balsamum cum vite naturæ, quam singulis annis putare necesse est, alioqui degenerat. Nova illa Balsami germina sub rubente cortice erant tecta, foliaque viridia habebant, lentiscinorum foliorum modo formata, hoc utrinque in nervo nata, ut in rosarum, vel fraxini, vel juglandis foliis videre est, ciceris tamen foliorum magnitudinem non excedebant, sicque constructa erat eorum series, ut postremum foliolum extimam alam occupans, imparem numerum efficeret: nam totius alæ foliolis numeratis, terna, quina, aut septena inveniuntur, septenarium certe numerum superare vix animadvertimus: extremum autem foliolum reliquis majus est, facto etenim ab illo progressu, reliqua sensim minutiora fiunt, ut in rutæ foliis. Plinius in ejus historia Theophrastum per omnia sequutus est, quemadmodum etiam Dioscorides, ejusque vestigiis insistentes, Balsami folia rutæ foliis compararunt: quod veritati consonum esse deprehendimus. Quoniam autem primum in Matarea illud exacte non observaveramus, denuo illud spectatum ivimus, ejusque ramulum nacti, ipsum, atque illius folia degustavimus, quæ facultatis non nihil adstrictoriæ esse comperimus, pinguisque aliquantulum saporis, atque aromatici,

ramu-

ramulorum autem cortex his odoratior est gemino cortice præditi sunt ramuli, extimo foris subrubente, qui ut membrana intimum viridem operit. Is gustatus inter Thus & Terebinthi folium sapit, satureiæ sylvestri sapore simili admodum grato, atque digitis tritus cardamomum olet: ipsum lignum candicat, odorisque & saporis expers est, non secus atque aliud inutile lignum. Ipsius virgæ rectæ sunt & graciles, rarisque foliorum alis sparsim & confuso ordine nascentibus obseptæ, quæ [ut diximus] ternis, quinis, aut septenis foliolis constant. Variæ sunt auctorum, qui de Balsamo scripserunt opiniones: & nisi nosipsi plantam conspexissemus, nihil post illos de eo scribere ausi fuissemus: atque in eam fere opinionem inclinaremus, illud Hierico planis nunquam cultum fuisse. Quia autem ipsum fruticem vidimus, diligenterque observavimus, de eo, tanquam de re quæ diligenti observatione digna, differere libuit. Experientia autem didicimus lignum illud vulgo Xylobalsamum nuncupatum, quod ex Felici Arabia delatum a mercatoribus venditur, cum Ægyptio quod in Matarea colitur, convenire: nam desiccatum nostrum Balsami ramum cum eo, quod in officinis venale reperitur contulimus, atque omnibus notis respondere, deprehendimus: estque ex duobus alterum necessarium, aut Xylobalsamum & Carpobalsamum, quale in officinis venditur, adulterinum esse, aut illud Ægyptium, quod colitur in Matareæ horto, legitimumque Balsamum esse censetur. Nam cum in omnibus conveniant, certique simus idem esse, asserimus, & concludimus id, quod hoc nomine venale reperitur, simile ei esse, quod ab omni antiquitate in usu fuit. Balsamum nunc temporis in sola Ægypto colitur apud Cayrum. Et licet Theophrastus in ea opinione sit, id sylvestre & sponte nasci non inveniri: asserere tamen audemus, ab omni ævo in Felici Arabia fuisse, atque etiam nunc nasci, cujus lignum, & fructus etiam olim ad nos perlata fuerint cum aliis Arabiæ mercibus. Atque demonstrare volumus ea non minus cognita fuisse mercatoribus, quam reliqua aromata, ut ex medicamentorum, quibus perpetuo injici solita sunt, compositionibus apparet. An non Mithridates in suum Medicamentum intulit? An non in officinis venalia reperiebantur? Id ex sola Dioscoridis auctoritate probari potest, qui in sua ætate Carpobalsamum adulterari conqueritur. Carpobalsamum [inquit] adulteratur semine hyperico simili, quod a Petra oppido defertur: per Petram oppidum Mecham intelligimus, atque de Xylobalsamo: e ligni genere, quod Xylobalsamum vocant, probatur recens, sarmento tenui, fulvum odoratum, quadatenus Opobalsamum spirans. Ex his liquido apparet vulgaris usus inter reliqua aromata fuisse. Sed & ex Diodori Siculi vetustissimi Scriptoris Arabiæ Felicis opes enumerantis, verbis, manifesto liquet. Maritima enim loca Balsamum producere, ait. Cultum igitur id esse non intelligit, sed sponte nascens. Pausanias etiam tradit Balsamum Arabiæ fruticem esse. Plerique tamen auctores de Balsamo agentes, inter se non conveniunt. Nam Strabo prodit in Syria nasci apud lacum Genezareth, inter montem Libanum & Antilibanum. Reliqui volunt solam Judæam regionem id producere, ejusque ramos osseo cultro, aut vitro duntaxat vulnerandos esse ad liquorem eliciendum, alioqui si ferro cædantur, statim emori: Cornelius Tacitus scribit, ferro juxta adposito, metu exhorrescere, idcirco aliis quam ferreis instrumentis vulnerandum; si liquorem elicere quis cupiat. Percontantes a mercatoribus Cayri de Balsamo, cum nostrum ramulum conferremus, nobis affirmarunt, quidquid Xylobalsami, vel Carpobalsami unquam vendidissent, id omne ex Mecha cum aliis aromatibus accepisse; atque meminisse suo tempore Balsami frutices, qui nunc in Matarea coluntur, ex Arabia Felici delatos esse, magnis sumptibus Sultani. Quoniam vero id nobis tam multi affirmarunt, existimavimus sine ullo scrupulo aut dissimulatione nobis licere id scribere.

Laus Deo Opt. Max.

De

De Balſamo, Balaſſan ab Ægyptiis vocato. *

GUILANDINUS.

NUnquid Balſami planta amplius in Ægypto vivit? ALPIN. Nequaquam, ſed in Arabia Felici, quam Balſami feracem omnes tum Ægyptii, tum Arabes prædicant. GUILAND. Igitur Dioſcorides, Theophraſtus, Plinius, Juſtinus atque alii ex antiquis Scriptoribus permulti, qui Balſamum tantum in Ægypto & in Judæa olim vixiſſe prodiderunt, decepti ſunt. ALPIN. Sine dubio illos non modo de loco Balſami patrio, ſed etiam de arbore quoque, ſucco, fructibus atque aliis deceptos fuiſſe arbitror, ex quo etiam dubitandum eſſet ipſos Balſami arborem viventem nuſquam vidiſſe. GUILAND. Rem valde admirabilem prædicas, de qua tibi non ita facile medici certam fidem adhibebunt; quæſo an non Dioſcoridi, Theophraſto, Plinio, Serapioni atque aliis graviſſimis Scriptoribus de Balſamo magis quam tibi credendum putas, qui in docenda herbarum ſtirpiumque materia, ceteris præferuntur, ac fide digniores habentur? ALPIN. Etſi in Dialogo olim Cayri conſcripto Balſami veritatem plane manifeſtam me reddidiſſe puto, nihilominus quando me nunc ut veram Balſami hiſtoriam narrem provocaſti, ut tecum de ipſa colloquar, atque commenter effugere nunc non poſſim, quare iterum eadem, quæ olim ſcripſi nunc repetere, cum res agatur tanti momenti, non me pigebit, & ne longius rem producam, dico. Arabiam Felicem Balſami locum patrium perpetuo fuiſſe, ac nunquam Ægyptum, ac Judæam Balſami terram patriam fuiſse, facile hinc conjicitur, quod omnes, qui de planta Balſami mentionem fecerunt, eam in viridariis ſolum cuſtoditam, minimeque in aliis incultis locis ſponte natam, prodiderunt, ut Theophraſtus, Plinius, Solinus, & Strabo ſigillatim meminerunt. Plinius ait: Sed omnibus odoribus præfertur Balſamum uni terræ Judææ conceſsum, quondam in duobus tantum hortis, utroque regio, altero jugerum viginti non amplius, altero pauciorum & Strabo de Balſamo Vallis Hierici ſcribens, dixit: Ubi & regia eſt, & Balſami viridarium, quæ arbor aromatica eſt & fruticoſa, cythiſo & terebintho perſimilis. Nulli dubium eſt plantas peregrinas in viridariis tantum ſumma cura cuſtodiri, & patrias non ſolum in viridariis vel hortis, ſed multis aliis in incultis locis, ſponte natas obſervari. Sed cur ſtudeo tibi perſuadere Balſami plantas in Judæa advenas fuiſse, cum Joſeph lib. 5. de antiquitatibus Judaicis rem plane claram effecerit, qui ibi meminerit, Sabam reginam primam ex Arabia Balſami plantam in Judæam dono Salomoni Regi tuliſse: ex qua poſtea aliæ propagatæ fuerunt. De Balſamo Ægypti eadem dicenda ſunt, cum eam plantam ibi in viridario prope locum el Mattharia vocato, ſumma diligentia perpetuo cuſtoditam vixiſse, omnium Ægyptiorum relatione liquido conſtet: quod omnes antiqui ac juniores Scriptores fatentur, minimeque in alio Ægypti loco inculto unquam vivere inventam fuiſse, non ſemelque ibi periiſse, atque ex Arabia rurſum aſportatam inſertamque ac renovatam fuiſſe, omnes Cayrini affirmant. Anno a partu Virginis Beatiſſimæ MDLXXV. Ægypti præfectus Eunuchus Meſſinor nominatus, dum quaſdam partes Ægypti viſeret, præſertimque el Mattharia, quem locum ob Virginis Beatiſſimæ honorem ac obſervantiam ſingulis hebdomadis die Veneris, quem diem iſti, ac nos Dominicum ſanctificant, adire, ac viſere, in ipſoque loco orare conſueverat, proxime cum eſset in viridario, videns omnes plantas Balſami exaruiſse, ac periiſse e Meccha quadraginta plantas afferendas curavit, quæ ſane in eodem viridario inſertæ fuerunt, paucisque annis rurſum curatorum negligentia periere. Quamobrem Ægyptii Balſamum ſemper ex Arabia habuerunt: quæ res ſcitu ibi non eſt difficilis, cum ſæpius multi e Meccha per rubrum mare Cayrum veniant. Iter quidem a Cayro in Meccham eſt facillimum, & frequentatiſſimum: verum non eſset inutile nunc me hiſtoriam peregrinorum, qui annis ſingulis illa loca religionis cauſa, adeunt, atque viſitant, ſubnectere, ſic enim certiora de loco, ex quo veniat nunc Balſamum, habere poteris: necnon unde Rex Turcarum multum opobalſami habeat. GUILAND. Perplacuit mihi ex te audiviſse Arabiam Felicem nunc, perpetuoque fuiſse Balſami feracem, ex Ægyptiorum Arabumque teſtimonio. Quod veriſſimum exiſtimo, quando Dio-

ſco-

* Quo magis Balſamum illuſtraretur, iſtas quoque ejuſdem *Alpini* de Balſamo obſervationes ex ejus libro de Plantis Ægypti excerptas edendas hoc loco curavimus.

ſcorides, Theophraſtus, Plinius, Solinus, Serapio, Sethus, atque alii ſcriptum reliquerint, ſolum Ægypto ac Judææ fuiſse olim Balſamum conceſsum. Quibus Scriptoribus plena fides fortaſse haud omnino, me judice, erit adhibenda, cum permulti alii ex antiquis Arabiam olim quoque Balſami feracem fuiſse teſtatum reliquerint. Diodorus etenim Siculus in 2. libro ſuarum hiſtoriarum, Balſamum in quadam Valle Arabiæ naſci, & non alibi memoriæ prodidit: & Strabo in 16. lib. Geograph. ait: His proxima eſt feliciſſima Sabæorum terra, quæ maxima natio eſt, apud hos thus & myrrha, & cinnamomum naſcitur, in ora etiam Balſamum, & alia quædam herbula valde odorata, & Pauſanias lib. 9. De Viperis vero iis, quæ in Arabia inter Balſami arbores verſantur, diverſum quidem accepi. Sed cur nos magis Dioſcoridi, Theophraſto, atque aliis de Balſamo quam Ægyptiis & Arabibus prope Balſameta natis credere debebimus, præcipue quia incertus ſum illos unquam viventem Balſamum offendiſſe, ac inſpexiſse, & hi in Balſami locis nati (quando omnium cum priſcorum, tum hujus ætatis ſcriptis firmiſſime conſtet, Ægyptum Balſami plantas aluiſse) quam facile potuerunt has plantas vidiſse, ac vere agnoviſse, a quibus cum conſtet Ægyptum has ex Arabia habuiſse, cur amplius dubitabimus Arabiam eſse patrium Balſami ſolum? quæ res apud Ægyptios & Arabes demonſtratione nulla opus habet, cum hi omnes certo ſciant non modo ſuperiori, ſed præſenti quoque ætate Balſami innumeras plantas in Arabia adductas vivere, atque omnes, quas hactenus Ægyptus habuit, exinde exportatas & ſæpeſæpius eo modo renovatas fuiſse. Apud me itaque amplius dubium non erit, Dioſcoridem, atque alios Balſamum ſoli Ægypto, ac Judææ conceſsum olim fuiſse aſserentes, plurimum deceptos, idque ex aliorum relatione magis, quam ex vera ſcientia, literis prodidiſse. Sed tu tamen ne obliviſcaris jam propoſitam peregrinorum Ægyptiorum hiſtoriam nunc recenſcere: quæ mihi gratiſſima erit. ALPIN. In Arabia Felici civitas eſt primaria Meccha dicta, quæ eſt ad mare rubrum ſita: ab ipſaque altera Medina vocata, diſtat itinere octo dierum, in qua eſt ſepulcrum Mahemetis ipſorum Pſeudoprophetæ, ad quod ſingulis annis ex Ægypto duodecim vel quindecim millia peregrinorum ſe conferunt, ſacrificaturi, & holocauſtum oblaturi. His præficitur Dux quidam, qui trecentorum militum præſidio illos omnes peregrinos Meccham, Medinamque conducat, & mox Cayrum reducat incolumes ab injuriis Arabum, qui non raro in his deſertis, eos invadunt, & occidunt, ac depredantur. Vivunt enim Arabes hi rapina victum quæritantes, ſuntque ferociſſimi, atque audaciſſimi, habentque equos velociſſimos, quibus utantur, legeque ſancitum etiam habent, ut alicubi nunquam conſiſtere queant, ſed continuo equitent, degentes ſub tentoriis. Peregrini itaque duce illo, quem Hamirag appellant, recta Meccham pergunt, deinde redeuntes proficiſcuntur ad ſepulchrum Medinæ, quod iter perficiunt diebus quadraginta: Medinæ & Mecchæ per alios viginti morantur. Turcarum Rex Medinam mittit duos præfectos, quorum alter ſacris præeſt, & alter prophanis & militibus. Mecchæ vero, quæ Turcarum imperio non omnino obedit, præeſt quidam Arabum princeps, quem Seriph appellant, hoc nomine vocant omnes, qui a Mahemet oriundi ſunt, & ſe illius cognatos ſcripto oſtendunt. Habet hic princeps equitum armatorum decem millia, & viginti quoque millia peditum: quibus timens a Turca ſibi hac itineris occaſione inſidias fieri, ſtatim cum audit peregrinos ad ſua loca appropinquare, recedit a Meccha & in montes ſe recepit, ubi uſque dum abierint peregrini, moratur, quibus quotidie minatur, niſi diſcedant poſt viginti dies, ſe aquas intercepturum, quando aquæ omnes defluunt ex montibus. Mittit Rex Turcarum huic Seriph munera hæc, quippe chlamydem auratam, ejuſque filiis & fratribus centum & quinquaginta millia aureorum ſingulis annis, pro quibus muneribus ipſe Regi Turcarum dono mittit quadringentas petias lineas Indicas ſubtiliſſimas, cujuſmodi eſse byſsum, de quo meminere ſacræ literæ, exiſtimari poteſt. Amplius cum eo byſso mittit etiam Regi opobalſami tres quatuorve libras, & præfecto Cayri libram, atque Hamirag peregrinorum ſemilibram. Sunt etiam alii duo duces ſive Hamirag cum multis peregrinis, ſcilicet alter e Damaſco, & alter ex Arabiæ Felicis locis, Meccham & Medinam viſitatum venientes, quibus omnibus donat parum opobalſami. Poſtquam omnes Ægypti, Damaſci, Arabiæque peregrini Meccha diſcedunt, ad montem quendam proficiſcuntur, quem appellant Araſat, ad cujus radicem

cem est locus, quem Maure vocant, ubi sacrificant in memoriam sacrificii, quod fecit Abraham, credentes illum esse locum sacrificii. In medio vero itinere, quod redeundo conficitur, mons est arenosus, in quo multas balsami plantas vivere affirmant, quas miraculo Mahemetis in sterili illo monte natas affirmant. Cæterum ne ex hac historia dubites, tantum opobalsami habere Seriph, scito, ibi a Seriph opobalsamum solere locari, solvuntque, ut audio, aliquot millia aureorum in singulis annis; & qui habent ab ipso conductum, quibus volunt, vendunt opobalsamum, atque hæc est historia de peregrinorum ad eas urbes itinere, ut ex ea etiam scias unde ad Turcas tantum opobalsami accedat, atque ut etiam tuam hac de re retineas sententiam, quippe Arabiam Felicem esse proprium balsami solum, Ægyptum vero peregrinum. GUILAND. Quam gratissimum mihi fuit, ex te diligentem peregrinorum Ægyptiorum peregrinationis historiam audivisse, nec non ex Arabia solum Regem Turcarum opobalsamum habere: nunc vero illius planta est a te describenda. ALPIN. Balsamum arbusculum est viticosum, quod crescit ad altitudinem Elhanne, seu Ligustri vel Cythisi, folia paucissima gerens rutæ proxima, non tamen, ut dicebat Dioscorides, iis candidiora, sed potius lentisci foliis similia cernuntur, scilicet colore viridi, subalbido, perpetuoque virentia. Ejus lignum gummosum, leveque apparet, colore exterius subrubro, cujus ramuli eodem colore conspicui sunt, longi, recti, graciles, paucis foliis inordinatim referti, foliaque simul terna, aut quina, aut septena alæ adnata aliquo pacto lentisci foliorum æmula. Sunt ramuli odorati, gummosi, digitisque contrectati eis tenaciter adhærentes. Flores fert parvos albos Acaciæ floribus proximos, ternos singulis alis appensos, quasi in umbellæ forma, summe odoratos, odor paululo temporis resolvitur, a quibus semina promanant flava folliculis nigris subrubescentibus contenta, valde odorata, intusque humorem flavum melli persimilem habentia, sapore subamaro parumque acri linguam ferientia opobalsamumque redolentia, terebinthi fructuum figuræ & magnitudinis æmula, extrema aculeata & medium crassum obtinentia: opobalsamum æstate a scarificato cortice caudicis distillat, statimque eductum colore albescit, & postea in viridem, tertio in aureum, atque demum in melleum mutatur. Stillatum etiam est clarum, quod mox turbatur, crassescit, & tertio tenuissimum atque clarissimum fit, tandemque senio confectum, ut terebinthina crassescit: olet in principio recentissime distillatum acutissimo atque eximio odore, quod multis capitis dolorem concitare solet, & aliquibus etiam sanguinem ex naribus promovere, odoris vero illa acuties ac vehementia ac in Zebet fit, tempore obtunditur, & gratior evadit, senio vero confectum vix sentitur in eo aliquis odor, & ob id Dioscorides dixerat inutile esse antiquum. Est etiam in principio levissimum, & dilui facillimum, ita ut si in aqua vel lacte ex alto distillet, in imum vasis residere non patiatur, clarum vero aureumque redditum, ac ab omni fece purgatissimum mediocri lævitate præditum est, ita ut instillatum in aqua, etsi fundum petat, tamen cito rursum in superficiem aquæ feratur, cum eaque cito resolvatur, quæ omnia quo annosius, eo obscurius habet. Hincque merito dicebat Dioscorides, optimum Balsami succum esse recentem, validi odoris, syncerum, non ad acorem vergens, dilui facilem, levem, adstringentem, ac modice mordentem gustum. GUILAND. Dubium in colore natum est, cum tu dixeris in primis opobalsamum statim eductum colore albescere, atque hunc colorem brevi tempore in viridem oleosum mutari, & mox in aureum, & tandem in melleum, & Dioscorides, quem tu haud negabis verum opobalsamum inspexisse, dixerit ipsum colore lactescere. ALPIN. Succum Balsami in aqua instillatum & liquatum colorem lactis accipere Dioscorides scriptum reliquit, quod verissimum est, quinimo hoc est signum inseparabile proprium, quod fidelius ostendit verum succum balsami ab aliis vitiatis pro opobalsamo a multis receptis. Multa de opobalsami synceri & adulterati notis, essent a nobis dicenda, non minusque de carpobalsamo, & xylobalsamo, de quibus medicamentis dubii sunt fere omnes recentores Medici, sed quia alias de his omnibus fusissime a nobis in Dialogo de Balsamo scriptum est, quæ omnia cum te jampridem legisse & considerasse, certo sciam, nolo tempus amplius in iis consumere, sed sermonem nostrum ad alia traducere, proinde qui absolutam ac perfectam plantæ, succi, fructuum, & virgarum rationem audire, ac agnoscere cupiunt, Dialogum illum legere non graventur, ad quem te quoque pro aliis quæ de Balsamo super-

esſent, dicenda, remitto, Balſami plantam apud me viventem veriſſimam Jacobus Contarenus Senator Clariſs. Joannes Vothus nobilis Anglus, Fran. Ferrerius Gallus, Joachimus Jungermanus Germanus, Marcus Fernarius Venetus pharmacopola & plures alii viderunt, verumque etiam opobalſamum ab ejus foliorum alis diſsectis inſtillaviſse, quod multis maxime mirum fuit, cum alias Italiam hanc plantam habuiſse, nuſquam appareat, uſus tamen in medicina, quos apud Ægyptios habeat opobalſamum carpobalſamum & xylobalſamum, tibi quoque detegere, ac referre nunc conabor, ab opobalſami dotis deſumpto principio. GUILAND. Galenus paucos uſus Balſami in medicina hinc noviſse putandum erit, quod ipſe in lib. 6. de ſimpl. med. facult. omnium ſimplicium medicamentorum uſus copioſe docendo, de Balſamo nihil ad hanc rem protulerit, ut ex ejus his verbis conſtat: „ Balſamum deſiccat & „ excalefacit ſecundo exceſsu, eſt autem tenuium partium adeo, ut odoratum ſit. Sed liquor ejus ſubtiliorum etiam partium eſt, quam ipſa planta, non tamen adeo calidus, ut quidam exiſtimant, tenuitate partium falſi. Porro fructus ejus perſimilis genere facultatis eſt, ceterum longe in ſubtilitate partium inferior. “ Sed age tu dic uſus illius apud Ægyptios frequentatos. ALPIN. Nullum certe ibi eſt medicamentum, quo magis, ac frequentius gens illa medendo utatur, quam opobalſamum, quod quidem illi fere ad omnes morbos, ac ſymptomata adhibent ad eoſque maxime, qui vel ex ſimplici temperie frigida & humida, vel a frigidis humidiſque ſuccis, vel a venenis, concitantur. Summa cum laude eo utuntur ad omnia vulnera, quo mirifice curantur, quod ego experientia in Petro Mariano Veneto mercatore, in capite a Turcis nocte quapiam uſque ad os peſſime lignis vulnerato, didici: Balſamo ſiquidem inuncta ea vulnera per diem tantum, fere omnino coaluerunt, & eo quam pauciſſimis diebus, ut is teſtis eſse poteſt, perfecte ſanatus eſt: utuntur etiam ipſo ad ulcera ſordida, quæ eo mundantur, atque ſanantur. In venenatis, & demorſis a ſerpentibus, atque ictis a Scorpionibus tum epotum, tum illitum maxime juvat. In peſte, ut ab ejus contagio defendantur, nihil majus habent, quo utilius & tutius utantur, ſingulis diebus ejus ſemidragmam deglutientes. Multaſque etiam putridas febres eo epoto illi ſanant, largiori ab ipſo erumpente ſudore. In chronicis febribus a crudis frigidiſque humoribus, obſtructionibuſque viſcerum, nihil utilius ac præſtantius experiuntur, quam opobalſami binos ſcrupulos, vel dragmam per os quotidie exhibere: liberat enim valenter viſcera ab obſtructionibus, caloremque naturalem fovendo crudos humores concoquit, ac digerit. Hincque ejus uſus ad omnes frigidos morbos, ac ſymptomata, apud eos eſt frequentiſſimus. Oculis viſum deperditum, atque auribus auditum inſtillatum reſtituit, auriumque dolores ſanat, præterea ad convulſos ex humiditate ac frigiditate, ad vertiginoſos, epilepticos, reſolutos, trementes, ad tuſſimque ex frigido humore, orthopnæam, & omnem ſpirandi difficultatem, pulmonum fluxiones, humiditates, & dolores, ad ſtomachique frigiditatem, cruditates, atque ad omnes flatuum moleſtias, ad uteri frigidam humidamque intemperiem, ad præfocationes, dolores, ſterilitatem, albos fluores, ad interceptam urinam ex frigiditate, flatu, vel lapidibus, ad calculoſque in renibus valenter frangendos, ac abſtergendos, uſus opobalſami eſt apud omnes illos populos notiſſimus, & ad hæc omnia mala præſtantiſſimum illi auxilium experiuntur. Mulieres vero Ægyptiæ ſteriles eo tum epoto tum ſuppoſito, tum ſuffito feliciori ſucceſsu ſæpe ad removendam ſterilitatem utuntur. Non minori in uſu etiam habent, ad pulchram faciem efficiendam, quando eo ipſa illita a rugis defendatur, audio etiam aliquas eo ad conſervandam faciei pulchritudinem ac juventutem non inutiliter uſas fuiſse. GUILAND. Sed quomodo hæ illo ad conſervandam juventutem utuntur? hic enim uſus quam quam in ore multorum ſit, nihilominus a nullo id diſcere potui. ALPIN. Ut mulieres faciei cutem, dum juvenes ſunt, perpetuo conſervare poſſint, opobalſami uſum in hunc modum ſequuntur. Balſamanda enim mulier [ut ſic loquar] in balneum calidum in primis moratur quouſque multum incaluerit, quo tempore cutem opobalſamo multoties copioſe illinit: a qua linitione per horam & amplius in balneo valde calido, quouſque recte cutis opobalſamo imbibatur & areſcat, morata, balneum egreditur, ſolitaque munia exercet, permanetque ſic, facie atque pectore opobalſamo inuncta per tres ad minus dies, in quibus nunquam perunctam cutim abluit, vel mundat: ac tertia die ab inunctione, rurſum in balneum

neum eodem jam dicto modo se confert, faciemque ac pectus valde calefactum copioso opobalsamo multoties perungit: aliquæ sunt, quæ vel decies una die cutem inungunt, observantes commodum intervallum, quo recte cutis perуncta totum opobalsamum imbibat, atque paululum arescat, ut promptius succum intimius haurire queat. Quam opobalsami unctionem hoc modo præstitam multoties moliuntur; saltem diebus triginta. In quibus cutem nunquam lavant, vel mundant a quibus quindecim & etiam amplius, sic cute opobalsamo inuncta quiescunt, quousque nihil liquoris ostendat, probeque ab eo siccata fuerit, quo tempore aqua fabarum stillatitia, prius ad eas partes præmissa modica olei amigdalarum amararum inunctione se lavant, cutemque multis diebus abstergunt, atque hæc de viribus opobalsami sint dicta. Seminum atque virgarum quoque recentium usus apud illos est familiaris. Eis siquidem ad omnia fere, ad quæ opoballamo, utuntur: præsertimque ad robur stomacho conciliandum, ejus enim pulverem cum decocto spicæ nardi, ad binas dragmas exhibent. Idem præstat decoctum, quo maxime calorem naturalem fovent, augent, & roborant: utuntur & ipso in spirandi difficultate, tussi frigida, atque aliis morbis a frigiditate nascentibus. Usum frequentissimum habet pulvis, & decoctum ad humiditates uteri exsiccandas, ejusque calorem vivificandum, suffitum ex his frequentant ad morbos omnes uteri a causa frigida concitatos, eodem modo & ligni usus est. Succus enim, semina, ac lignum iisdem facultatibus donata sunt, ad eademque usum habent, veruntamen opobalsamum efficacius potest, eoque minus carpobalsamum, omniumque minime xylobalsamum: at tempus est, ut finito hoc sermone, nos ad alias plantas narrandas transeamus. GUILAND. Istorum trium medicamentorum usus omnes etiam Dioscorides, Avicennas, atque alii multi præclarissimi Medici docuerant, ex quo mirum non est, si iis adhibitis ad multa mala, voti compotes Ægyptii fiunt.





JO. GEORGII MICHAELIS
EXERCITATIO
DE THURIBULO ADYTI.

ARGUMENTUM.

MEntem naturali quodam impetu ad res difficiles expedienda rapi. §. 1. Per θυμιατήριον intelligendum thuribulum vel acerram. §. 2. Eodem ſenſu venit τοῖς ἔξω §. 3. Quid per מחתה & כף ſit intelligendum §. 4. Feſto expiationis die P. M. tantum aureo thuribulo miniſtrabat §. 5. Quæ fuerit ratio adolendi ſuffitus in ſancto ſanctorum §. 6. Suffitus adolendi ritum omnium difficillimum ſacerdotalis muneris habitum fuiſſe §. 7. Aureum thuribulum primum omnium fuiſſe, quod Pontifex expiationis die in adytum intulerit & ultimum, quod inde retulerit §. 8. Permanſiſſe in adyto per totum illud tempus, quo Pontifex ſacris eſt operatus §. 9. Ex ſerie miniſteriorum die expiationis obeundorum, probatur Pontificem illo die quater ingreſſum fuiſſe §. 10. Conciliatur cum Hebr. IX. 7. §. 11. Apoſtolum & ſacerdotium Aharonicum & Chriſti in ſua activitate conſiderare §. 12. Quod probatur ex Hebr. VIII. 4. §. 13. c. IV. 14. 15. IX. 24. 25. §. 14. Inde jam infertur adytum thuribulum aureum revera & ipſo actu habuiſſe §. 15. Objectiones ſolvuntur §. 16. 17. 18. Per θυμιατήριον non eſſe intelligendum altare ſuffitus §. 19. Neque illorum ſententiam conſiſtere poſſe, qui exiſtimant, thuribulum ipſi adyto ſemper præſens fuiſſe, vel ad illud ratione uſus ſpectaſſe §. 20.

§. 1. Eam

§. 1. EAM esse mentis humanæ indolem, ut ad ea, quæ difficilia & impedita videntur, expedienda sponte & naturali quodam impetu rapiatur, experientia comprobat. Nec id quidem mirum, cum enim vitam & spiritum ab illo ducat, qui omnia quam accuratissime & perfectissime novit, cujus suæ perfectionis umbram aliquam in sciendi desiderio, quo ad ipsius imaginem ex parte reduci possumus, in nobis exstare voluit. Equidem res omnes non ejusdem sunt indolis, aliæ ob defectum historiæ, quam tempus edax nobis invidit, densa quadam caligine sunt obductæ & ultra humanæ cognitionis terminos projectæ judicantur, ut eas nonnisi conjectura consequi possimus; aliæ ob sublimitatem suam, mentisque nostræ imbecillitatem & vitæ præsentis imperfectionem, ingenii nostri aciem præstringunt, quarum plenior cognitio tum demum exspectatur, cum divino lumine toti circumfusi res divinas in omni suo nexu & ordine intuebimur. In prioribus officio suo fecisse satis est censendus, qui istiusmodi viam ingreditur, qua ad veritatem quam proxime accedat. Scriptorem vel ἀνιςορησίας, vel erroris arguere, quod quædam nobis difficilia cognitu, nec satis expedita occurrunt, non est nodum solvere, sed secare. Hanc rationem qui ineunt, a sua ad scriptoris ignorantiam argumentantur, & culpam, cui se ipsos obstringunt, ad illum rejiciunt. Ferendum equidem illud aliquo modo esset, si hanc, quam sibi adrogant, dictatoriam potestatem in profanos tantum scriptores exercerent. Verum ubi iniquam hanc κρίσιν suam ad eos nonnunquam transferunt, quos indubiis argumentis divino adflatu agitatos novimus; nostrum est, illorum auctoritatem, quantum potest maxime, sartam tectam tueri & si quæ sunt difficultates, easdem pro virili tollere. Idem hoc fatum est expertus celebris ille locus Ebr. IX. 4. in quo ubi mentionem thuribuli in adyto fieri advertebant, nec tamen ipso opere in penetrali inveniebant, nulli sunt veriti, auctorem hujus epistolæ ἀνιςορησίας arcessere, ipsamque illam divinitus inspiratam diffiteri. [a] Quæ sententia cum in scriptorum injuriam, inque oraculorum divinorum contemtum vergeret, ab illa fere omnis interpretum turba discessionem fecit, & qualemcunque conciliationis viam eidem præferendam duxerunt. Quoniam vero nondum omnes omnino scrupuli sunt exemti, pleniorem, ut mihi quidem videtur, conciliandi viam ex scriptoris θεοπνεύςυ scopo, totaque ipsius συναφείᾳ, iisque, quæ circumstant, demonstrare allaborabo. Qua in re num punctum tulerim, penes Lectorem esto judicium.

§. 2. Prius vero, quam ad difficultates, quæ in h. l. occurrunt, expediendas me accingam, oportet & verba & res, quas divinus scriptor designat, nobis familiares reddamus. Adpellat autem θυμιατήριον, per quod intelligimus *thuribulum*, vasculum adolendo suffitui destinatum, sive *acerram* i. e. ut *Festus* loquitur *arculam thurariam*, sc. *ubi thus reponebant*. Syrus vertit ܒܝܬ ܒܣܡܐ *domum*, sc. *locum aromatis*, illi quippe thus & aroma suave olens immittebant ac ardentibus prunis accendebant. Interpres Hebræus reddit מחתה quod nomen huic vasculo a veteris fœderis scriptoribus multoties datum Lev. X. 1. XVI. 12. Num. XVI. *6.* 17. 18. XVII. 2. 3. 4. 11. Joannes Apoc. cap. VIII. 3. 5. adhibet λιβανωτὸς, cui nomen est a thure, quod immittebatur, pro quo Ill. *Grotius* λιβανωτὶς legendum censet, Syrus reddit ܦܝܪܡܐ cui voci fortean græca πυρεῖον, ortum dedit. Interpres quippe Alexandrinus מחתה per πυρεῖον explicat, sic dictum, quoniam ardentibus prunis erat repletum, quæ accendendis aromatibus serviebant. Hinc πυρεῖον & θυμιατήριον unum idemque designant, unde *Hesychius* πύελον, quod idem est ac πυρεῖον interpretatur τόσαρον, ἢ ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ. Θυμιατήριον etiam οἱ ο adhibent II. Par. XXVI. *19.* & Hex. VIII. 11. ubi in codice Hebraico legitur מקטרת, quod sive vocis originem, sive illius usum spectes, idem est cum מחתה, quod ipsum *Kimchi* & ad c. l. & in libr. rad. observavit, המחתה נקראת מקטרת לפי שמקטרין בה i. e. מחתה *adpellatur* מקטרת, *eo quod illo suffitum adolent*. Unde etiam Chaldæus in posteriori loco vertit מחתיתא דקטרתא.

§. 3. Hoc sensu etiam venit τοῖς ὁ. Elegantissimus sane est locus Æliani H. V. L. XII. c. LI. enarrantis, quomodo Philippus Macedo *Menecratem* medicum, qui eo dementiæ processerat, ut se Jovem jactitaret divinosque sibi honores adrogaret, stultitiæ arguerit: κατακλιθέντι, inquit, ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ παρέθηκε καὶ ΕΘΥΜΙΑΤΟ αὐτῷ, *discum-*

(a) *Grotius* ad h. l. notat: *hic est locus, qui eruditis plurimis suspectam fecit epistolam, alios vero multum torsit*. Conf. Cl. *Braunius* comm. in Hebr. pag. 497.

ſcumbenti ACERRAM *adponi & ſuffitum ei fieri curavit*. Unde ſimul & uſus hujus vaſculi & origo vocis admodum liquido pernoſci poteſt. Equidem non intercedo, poſſe θυμιατήριον *altare* quoque *ſuffitus* ſignificare, quemadmodum Cl. *Lamb. Bos* notavit Exod. xxx. 1. in cod. Oxon. θυμιατήριον legi, cum reliqui omnes θυσιαστήριον θυμιάματος habeant. Quin *Philo* contendit illud a fine, cui deſtinatum erat θυμιατήριον, oppoſitum τῷ θυσιαστηρίῳ, mactandis victimis deſtinato, dicendum eſſe: τὸ ἐτύμως προσαγορευομένον ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ, τὸν δὲ ἐν ὑπαίθρῳ βῶμον εἴωθε καλεῖν, ΘΥCΙΑCΤΗΡΙΟΝ de vit Moſ. L. III. pag. 666. eodem ſenſu vocem adhibet *Clemens Alexandrinus* Strom. L. V. p. m. 562. ubi ita diſſerit: ἀνὰ μέσον δὲ τοῦ καλύμματος καὶ τοῦ παραπετάσματος, ΕΝΘΑ ΤΟΙC ΙΕΡΕΥCΙΝ ΕΞΗΝ ΕΙCΙΕΝΑΙ ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ τε ἔκειτο, *in medio vero operimenti* [quod ſanctum ab atriis ſuis diſtinguebat] *& veli* [adyto oppanſi] *quo ſacerdotibus ingredi licebat, ara ſuffitus poſita erat*. Quod ſi enim θυμιατήριον hoc in medio tabernaculi loco intra velum exterius & interius fuit poſitum, contra diſtincto illi loco, qui erat ἔντος τοῦ καταπετάσματος, ἔνθα μόνῳ τῷ ΑΡΧΙΕΡΕΙ ἐπετέτραπτο ῥητοῖς ΕΙCΙΕΝΑΙ ἡμέραις, quæ verba in ſeqq. addit, neceſſaria conſecutionis lege ſequitur, per θυμιατήριον Clementi intelligi *aram ſuffitus*. Sed vero per θυμιατήριον in hoc, quem tractamus, loco, aram ſuffitus, ac ſi in ipſo adyti ambitu fuiſſet, intelligere, nihil aliud ſane foret, quam in hiſtoriam Moſaicam & univerſalem antiquitatis conſenſionem adverſis frontibus incurrere velle.

§. 4. Ex illis jam quid per θυμιατήριον ſit intelligendum adparet מחתה, ut dixi, quæ vox illi reſpondet, interprete *Kimchio*, eſt כלי לחתות את האש *vas, quod ignem capit*, libr. rad. p. 172. Ab illo diſtinctum quidem, ſed uni tamen eidemque rei ſacræ ſerviebat כף, vaſculum, quod aroma, ſive ſuffitum continebat indeque in thuribulum ſive acerram immittebatur. Quod ipſum ex ſententia *Kimchii* eſt הבזך והיא כפופה *phiala, & ea quidem incurvata*. Eo ſenſu occurrit Ex. xxv. 29. (ad quem locum R. *Iſacides* notat: כפותיו בזיכין שנותנין בהם לבונה i. e. כפותיו *ſunt phialæ, in quibus adſervant thus*, quo cum paria habent *Bechai* & *Abarbanel*) Ex. xxvii. 16. Num. iv. 7. vii. 14. 50. 86. In quibus omnibus locis כף a Chaldæo interprete vertitur per בזיך, ab Alexandrino, θυΐσκα, niſi quod in primo loco in MS. Oxon: addatur καὶ τὰς φιάλας, qua ipſa voce utitur Joannes Ap. v. 8. cum dicit καὶ φιάλας χρύσας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων.

§. 5. Hoc autem θυμιατήριον ſacer ſcriptor a materia adpellat χρύσεον. Inter excellentiam *feſti expiationis*, illud recenſet *Abarbanel*, quod illo die Pontifex *aureo* tantum thuribulo miniſtrarit, cum reliquis id ipſum argenteis ſit factum. Verba ejus ita ſunt concepta: הביאו לו מחתה אחת של זהב כי בכל ימות השנה היו משתמשין במחתו של כסף וביום הכפורי במחתה של זהב וחתה כנ׳ אש ממזבח החיצין ונותן על המחתה והביאו לו כנ׳ כף אחת של זהב וכלי מלא קטורת דקה מן הדקה. Quæ ita latino idiomate converti poſſunt. *Adduxerunt ad ipſum thuribulum unum aureum, nam* OMNIBUS DIEBUS ANNI MINISTRANT THURIBULIS ARGENTEIS, *verum die expiationis* AUREO. *Et quidem decerpit* P. M. *ignem ex altari exteriori & immittit in thuribulum. Porro attulerunt ad ipſum unam* PHIALAM AUREAM *& vas plenum ſuffitu tenuiſſimo*: in leg. fol. 200. col. 3. Ex quo loco adparet thuribulum & phialam auro paratam adhibitam fuiſſe. Sed vero exiſtimandum non eſt omnino aureis thuribulis reliquis anni diebus abſtinuiſſe. Uſi ſunt utique & aureis, ita tamen ut differentia quædam intercederet. Quod ſi enim doctorum Miſchnicorum ſententia ſtandum, *argenteis* prunas ardentes ex holocauſtorum altari exceperunt, inde vero in *aureum* immiſerunt. Ita quippe tradunt: בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה בתוך של זהב והיום חותה בשל זהב ובה היה מכנים *Singulis diebus depromſit* [ignem] *thuribulo argenteo & immiſit in aureum, eodemque eſt ingreſſus*: Jom. c. iv. m. 4. coll. Tam. c. v. m. 5. Illud autem *argenteum* altari ſemper præſto fuiſſe videtur, ut quoties opus eſſet, ſacerdotes illo uti poſſent. Liquet hoc ex illis, quæ *Juda Leo* in תבנית היכל L. II. c. xiv. pag. 18. coll. 2. perhibet, ubi ſimul exponit, quo in loco thuribulum fuerit adſervatum: לקרן דרומי מערבי מן המזבח היתה מחתת הכסף נתונה בארץ בינו ובין הכבש הנזכ׳ לבעבור אשר יתנו בה הכהנים את נחלי האש ממערכת הקטרת אשר על מזבח העולה היתה יוקדת ואחר יערו אות׳ ממנה למחתה של זהב הקטנה ובה יולכו את האש תוך ההיכל להקטיר את קטורת הסמים על מזבח הזהב שהיה שמה, *Verſus plagam inter auſtrum & meridiem mediam reſpectu altaris fuit thuribulum argenteum, repoſi-*

tum

tum in terra inter illud & jam dictum gradum, ut in illud immittant sacerdotes prunas ardentes, depromtas *ex ligni strue suffitui destinata, quæ in altari holocausti ardet. Posthæc vero illas excutiunt inde thuribulum aureum minus, & illo deportant ignem intra templum ad adolendum suffitum aromatum in altari aureo, quod est ibidem*. Licet igitur etiam ad ministerium quotidianum thuribulum aureum adhibuerint, tamen infra pretium alterius illius longe subsidebat. Nam בכל יום היה זהבה ירוק והיום אדום *omni die fuit aureum illius viride, sed illo die* (expiationis sc.) *fuit rubrum* Jom. c. IV. m. IV. Per viride aurum vero magistri minus pretiosum intelligunt. Ex verbis itaque hujus mischnæ & supra excitatis *Leonis* intelligimus, (1) thuribulum aureum quotidianum, non æque pretiosum exstitisse, ac illud, quod in expiationis die usurparunt. [2] Non eadem magnitudine, adeoque ab illo distinctum fuisse.

§. 6. Huc cum deflexit disceptatio nostra, a me impetrare non possum, quin suffitus rationem, quo P. M. solemni illo die aditum sibi ad sacrarium interitus paravit, breviter ob oculos ponam. Ita vero illam exponit legislator: *& sumet* [Aharon] *acerram plenam prunis ardentibus de altari, quod est coram Domino, & impleat pugillum suum suffitu aromatum tenui & introducat intra velum & immittat suffitum in ignem coram Domino* Lev. XVI. 12. 13. Hæc quia succincte sunt tradita, magistros adire juvabit, ex iisdemque sacratissimum illud ministerium, quod Pontifex expiationis die obivit, evolvere. Ita vero illi tradunt: הוציאו לו את הכף ואת המחתה וחפן מלא חפניו ונתן לתוך הכף הגדול לפי גדול והקטן לפי קטנו נטל את המחתה בימינו ואת חכף בשמאלו היה מהלך בהיכל עד שמגיע לבין שתי הפרוכו׳ המבדילו׳ בין הקדש ובין קדש הקדשי׳ *Eduxerunt ad ipsum phialam & acerram & implevit pugillos suos & immisit in phialam, magnus pro magnitudine sua & parvus pro parvitate sua. Portavit acerram dextra sua & phialam sinistra, ibat per templum, usque dum perveniret intra duo vela, dividentia sanctum a sancto sanctorum*: Jom. cap. V. m. l. 2. Explicatius aliquanto totum illum ritum declarat *Abarbanel*, cujus verba, quoniam commentarii vicem in illa Jomæ præstare possunt, non pigebit adscribere, licet sint prolixiora: והיה כג׳ לוקח מאותו כלי מלא חפניו קטורת ונותן לכף שלפניו ומוליך מחתה בימינו והכף בשמאלו והולך להכנס בבית קדש הקדשים והסגן שהי׳ בימינו וראש בית אב שהיה בשמאלו היו מגביהין הפרוכת או הפרוכת כולפניו ונכנס הכ״ג בקדש הקדשים ומניח את המחתה בין שני בדי הארון ומשנגנז הארון בחרבן בית ראשון אבן היתה שם בקדש הקדשים גבוהה מן הארץ שלש אצבעות ועליה מניח את המחתה ואוחז שפת לכף בראשי אצבעותיו או בשניו ומערה הקטרת מהכף בתוך חפניו באופו שלא ישאר כלום בכף ויחזור הפניו להמלא מהקטורת כברא שונה כי לא היה הכ״ג מערה הקטורת מהכף אל המחתה אלא מהכף אל חפניו ומחפניו אל תוכו המחמה ונותן הקטורת על גבי נחלים שבמחתה ממתין שם עד שימלא הבית עשן ויוצא מהלך אחורנית פניו תמיד כנגד הארון ואחוריו כלפי הפתח עד צאתו מקדש הקדשי׳ *Et depromsit Pontifex ex illo vase pugillum plenum suffitus & immisit in phialam, quæ coram ipso erat & portavit acerram dextera sua, phialam vero sinistra & ingressus est sanctum sanctorum. Sagan vero, qui dexterum ipsius latus, & præfectus synedrii sinistrum claudebant, elevarunt velum saltem exterius & ingressus est Pontifex in adytum & posuit acerram inter duos vectes arcæ. A quo tempore vero arca fuit recondita in prioris templi excidio, ibi lapis fuit in adyto, elevatus a terra tres digitos, illique imposuit acerram. Labrum phialæ extremis digitis suis tenebat, aut dentibus suffitum excutiebat ex illa in pugillos suos, adeo ut nil quidquam reliqui in phiala permaneret; iterum pugillos suos implevit suffitu ut antea. Non enim Pontifex excutiebat suffitum ex phiala in acerram, sed ex phiala in pugillos suos & ex pugillis suis in acerram. Inde immisit suffitum in prunas, quæ erant in acerra & exspectabant ibi, usque dum fumo domus repleretur & retrorsum exiit, facie continuo versus arcam directa, posterioribus vero versus ostium, usque dum exiret ex sancto sanctorum* in leg. f. 200. col. 3.

§. 7. Silentio autem prætermittendum non est, adolendi ritum, die expiationum solemni usitatum, inter omnia sacerdotalis officii munia & templi ministerium, difficillimum habitum fuisse. *Tribus digitis*, quod Gemarici observant, *operuerunt volam & pugillum acceperunt, inque acerram immiserunt*. Qui ritus etiam ad profanas gentes migravit, ut, qui tribus tantum digitis extremis thus in focum immiserat, is officio suo fecisse satis censeretur. Hinc *Lactantium* dicit: *nam cruciari atque interfici malle*, quam thura TRIBUS DIGITIS *comprehensa, in focum jactare, tam ineptum videtur, quam in*

peri-

periculo vitæ alterius animum magis curare quam ſuum: inſt. L. V. cap. XVIII. p. m. 274. Inſani ſc. & mentis ſuæ impotes habebantur Chriſtiani, ſe potius omnibus cruciatibus objicere, quam vel tribus digitis thus diis adolere. Hinc præfectus *Eulaliam virginem* monet:

> *Hæc, rogo, quis labor eſt fugere?*
> *Si modicum ſalis* EMINULIS,
> *Thuris & exiguum* DIGITIS
> *Tangere virgo benigna velis,*
> *Pœna gravis procul* abfuerit.

Prudent. Periſteph. III. v. 121. 125.

§. 8. His jam præmiſſis inquiramus oportet, quid Ap. teſte dici poſſit, hoc aureum thuribulum in adyto fuiſſe, cum conſtanti traditione Moſis & magiſtrorum certum ſit & exploratum, in penetrali præter arcam fœderis, eaſque res, quæ eidem vel ſunt incluſæ, vel ad ejus latus collocatæ, nil quidquam conſpectum fuiſſe. Difficultas hæc diverſas eruditorum ſententias peperit, ſed Lector a me non exſpectabit, ut in iis examinandis tempus conſumam, meam prius mentem clare ac dilucide aperiam, quo facto unuſquiſque hanc meam cum aliorum confligere, &, quæ ad veritatem proxime accedat, judicare poterit. Quo vero ad id, quo noſtra vergit diſceptatio, ſenſim ac ſine ſenſu collineemus, Lectorem rogatum volo, ut mihi concedat, (I.) *aureum thuribulum primum omnium fuiſſe, quod P. M. ſacra in adyto ſolemni expiationis die facturus intulerit, & ultimum, quod abſoluto ſacerdotalis muneris circulo inde retulerit*. Sub mortis pœna interdictum erat ſacerdoti, adytum intrare, neceſſum erat, ut ſuffitu ſuave olenti viam ſibi pararet, ne a ſplendore gloriæ divinæ, in nube habitantis, conſumeretur Lev. XVI. 2. Per *nubem*, *in qua ſe adpariturum* promittit numen, ſunt qui intelligunt *nubem propitiatorium obtegentem, gatioſum divinæ præſentiæ ſymbolum*. A qua ſententia non omnino eſt alienus R. *Salomo Iſacides*. Quoniam vero illa una cum igne, quem incluſum habebat, ordinarium divinæ præſentiæ ſignum fuit, commodius eſt longe, de fumo ſuffitus, quem ſacerdos, adytum intrans, excitabat, intelligere. Liquet hoc ex illis, quæ ſequuntur *& obtegat nubes ſuffitus propitiatorium, quod eſt ſuper arcam teſtimonii, ne moriatur* v. 13. Promittit igitur ſacerdoti ſe gratiam illi ſuam demonſtraturum & aditum ipſi conceſſurum, ubi gratos aromatum odores ſparſerit & fumus ſuffitus adytum oppleverit. In hac ſententia fere omnes ſunt Judæorum magiſtri, quos inter nominaſſe ſufficiet *Aben-Eſram*, *Bechai*, *Abarbanelem*, R. S. ben *Melech*. Rationem hujus rei hanc dat *Bechai*, præſtantiſſimus legis interpres: אבל עתה כשאמר כי בענן אראה על הכפורת באר כי לאחר שיבא שם בענן ישמט הכבו׳ מן הענן ויהירת מתראה על הכפורת ומפני זה כמך התראות אל הכפורת וכן דרך הכבוד בכל שאר ימות השנה להתראו׳ שם על הכפורת וכהן גדול אינו רשאי להכנס שם בשאר ימות השנה כי אם ביום הכפורים ולפיכך היה צריך ביום הכפורים לקטורת כדי שיהיה לו כמות עינים ולא יזונו עיניך מזיו הכבוד. *Sed vero cum jam dicit*: nam in nube adparebo ſuper propitiatorium, *ſenſus eſt, quod, ubi intravit cum nube* [ſuffitus] *ſe extulerit gloriæ* (Schechina) *ex nube & conſpecta fuerit ſupra propitiatorium; idcirco in proxime ſequentibus mentio fit adparitionis in propitiatorio. Et hæc ratio fuit gloria per totum annum, ut conſpiceretur ibi ſuper propitiatorium. Hinc P. M. fas non erat ingredi reliquis anni diebus, niſi die expiationis, & ideo opus habujt ſuffitu die expiationis, ut eſſet ipſi velamentum oculorum, ne paſcerent ſe ſplendore gloriæ.*

§. 9. [II.] *Thuribulum illud ſuaviſſimos odores exhalans per totum tempus, quo* P. M. *miniſterio fungebatur, in adyto permanſiſſe, nec relatum eſſe prius, quam ſacris omnibus rite operatus eſſet*. Ubi P. M. ſuffitum in acerram intra ipſum adytum immiſerat, eam non illico extulit, ſed ſtante ſecundo templo intra vectes arcæ fœderis ſepoſuiſſe, illa vero ſublata lapidi fundationis impoſuiſſe, conſtans eſt magiſtrorum traditio: הגיע לארון נותן את המחתה בין שני הבדים צבר את הקטורת על גבי גחלים ונתמלא כל הבית כולו עשן: *ubi acceſſit ad arcam, ponit acerram intra duos vectes, coacervavit ſuffitum ſuper prunas & tota domus fumo eſt repleta* Jom. c. I. m. I. Hunc morem in templo Salomoneo obtinuiſſe contendunt, ſed quando Sorobabelicum arca deſtitutum fuit, autumant, lapidem fundationis huic fini ſerviiſſe: משניטל הארון אבן היתה שם מימות ראשונים ושתייה היתה נקראת גבוהה מן הארץ שלוש אצבעות ועליה היה נותן *A quo tempore abducta eſt arca, lapis fuit ibi a diebus priorum prophetarum, fundationis adpellatus, eminens a terra tres digitos & illi impoſuit* [acerram.] Ubi autem ſemel conſtituit illam, ibidem permanſit, uſque dum omnia ſacra, hoc die paranda, confeciſſet. Juxta legem Pontifex non ſolum ſua, & domus ſuæ, ſed etiam populi peccata expiare debebat;

bebat: unde magiſtri perhibent, non SEMEL, ſed QUATER adytum illo die penetraſſe, primo quidem cum ſuffitu, inde vero cum ſanguine juvenci pro ſuis ac domus ſuæ, tandem vero ſanguine hirci pro peccatis totius populi. Quod enim ex ordine miniſteriorum in cod. Joma definitorum ſatis adparet, illud conceptis verbis tradit *Abarbanel*: היה נכנס כהן גדול ביה״ד ד׳ פעמים ביום הכיפורים הא׳ להקטיר הקטורת הב׳ להזות מדם הפרי הג׳ להזות מדם שעיר הד׳ כדי להוציא את המחתה ואף הכף שנשאר בקדש הקדשים משנכנס שם עם הקטורת. *Ingreſſus eſt Pontifex die expiationis* QUATER, primum *ut adoleret ſuffitum*, ſecundo *ut adſpergeret ſanguinem juvenci*, tertio *ut adſpergeret ſanguinem hirci expiationis*, quarto *ut referret acerram & lancem, quæ remanſerat in ſancto ſanctorum, a quo tempore illuc ingreſſus erat cum ſuffitu:* in leg. fol. 200. col. 4. QUARTUS igitur & ultimus ingreſſus, quem in ſacrarium interius tentavit, eum in finem fuit inſtitutus, ut acerram inde referret, quam adytum habuerat toto illo tempore, quo expiationis die ſacris intentus erat. De quarto illo ingreſſu ſpeciatim *Abarbanel* verba facit c. l. ונכנס פעם רביעית לקדש הקדשים כדי להוציא משם את המחתה והכף שנשארו שמה מעת ההקטרה. *Ingreſſus eſt quarta vice in ſanctum ſanctorum, ut efferret inde acerram & lancem, quæ relictæ erant a tempore ſuffitus*. Conſentientem hic habemus R. Sal. *Iſacidem*, juris Judaici peritiſſimum hominem, qui *quartum* hunc ingreſſum ex illis Lev. XVI. 23. *& ingreſſus eſt Aharon in tentorium conventus*, elicere ſatagit, ad quæ verba ita παραφράζει: להוציא את הכף ואת המחתה שהקטיר בה הקטורת לפני לפנים *ad repetendam lancem & acerram*, adoleverat *ſuffitum in templi penetrali*. Igitur per totum fere diem adytum thuribulum habuit aureum, idemque illud ſuaviſſimos uſque odores inter reliqua ſacrificia ſpiravit ac penetrale fumo replevit; quod priuſquam relatum non erat, certiſſimo illud fuit indicio, ſolemnitatem illius diei adhuc eſſe in actu ſuo, nec ſacerdotem ſuo plane ac plene ſatis feciſſe officio.

§. 10. Sed vero dicat aliquis, quidquid hoc eſt rei, illud omne fide nugivendulorum Judæorum niti. Verum ſit ita, Judæos ex eburnea porta multa ſomnia proferre, inque rebus fidei miſerrime cæcutire, num propterea omnis ipſis fides eſt deroganda, in iis cum primis rebus, quæ externum cultum ſpectant, cui vel maxime intenti fuerunt? Ratio certe & integra miniſteriorum ſacrorum, hoc die peragendorum, ſeries ſatis evincunt, plus ſimplici vice P.M. ſe penetrali templi immiſiſſe. Expiationem hoc die parare debebat *pro ſe*, *pro domo ſua & pro toto cœtu Iſraelitarum* Lev. XVI. 17. Quis vero, ut credat, a ſe impetrare poteſt, hoc unico eodemque ſimplici actu factum fuiſſe? Num credibile eſt, ſacerdotem lance, acerra, pateris ſanguine juvenci & hirci repletis, onuſtum incedere, inque adytum ſemel atque unica vice inferre potuiſſe? Qui fieri potuit, ut ſanguinem hirci una cum ſanguine juvenci & ſuffitu intulerit, quem tamen juxta ſeriem narrationis Moſaicæ demum mactavit, ubi ſanguinem juvenci adſperſerat v. 15. coll. 13. 14.? Fateor unicum tantum actum fuiſſe, quem pontifex hoc ſuo ingreſſu intenderit, expiationem ſc. typicam populi v. 34. cui ipſe tanquam præſtantiſſima & nobiliſſima illius portio accenſeri poterat. Verum enim vero, quæ legis erat imperfectio, quod unico, eoque indiviſo actu minus fieri licebat, id ipſum in plures, itemque repetitos eſt partitum, P. M. ſacra facturus ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος Hebr. V. 1. Ἔχων ἀσθένειαν VII. 28. peccatis atque imbecillitati erat obnoxius: neceſſum igitur erat omnino, ut propria prius peccata expiaret, divinumque ſibi favorem adjungeret, quam ad populi peccata piacularibus ſacris eluenda accederet v. 3. Suffitu opus erat, ut aditum ſibi peccatori ad ſacrarium interius pararet, ne a coruſcante igne conſumeretur, ſacrificio pro ſe & domo ſua indigebat, quia non aliis peccatorum veniam & ſcelerum expiationem parare potuiſſet, niſi ipſe prius purgatus fuiſſet. Expiatio populi, ſanguine hirci facta ſumma ac præcipua ſacerdotalis muneris functio fuit, verum quia illa procurari minus poterat, niſi actus quidam acceſſorii vel præmitterentur, vel ſubſequerentur: minus pugnat, unico ingreſſu expiationem intentam & tamen alios itemque alios actus eidem fuiſſe adjunctos, quia ſine his illa ob legis infirmitatem obtineri minus potuiſſet.

§. 11. Nec obſtat, quod Apoſtolus dicit: Εἰς δὲ τὴν δευτέραν ΑΠΑΞ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων Hebr. IX. 7. His verbis dubio procul digitum intendit in illa Lev. XVI. 34. והיתה זאת לכם לחקת עולם לכפר על בני ישראל מכל חטאתם אחת בשנה

Quæ verba οἱ ο convertunt : Καὶ ἔςαι τȣ̃το ὑμῖν νόμιμον αἰώνιον ἐξιλασκέσθαι περὶ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἀπὸ πασῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, ΑΠΑΞ ΕΝΙΑΥΤΟΥ ποιηθήσεται. Ex quibus verbis adparet (1.) pontifici integrum non fuiſſe alio tempore adytum interius ingredi, quam quidem ſolemni expiationis die [2]. Illud ſemel factum eſſe ratione FINIS, quem intendebat, ſc. expiationem peccatorum & ſuorum & populi. Ad hæc (3) notari velim, unum tantum ab Apoſtolo ingreſſum memorari, ut ſic illum cum ingreſſu Chriſti in Cœlum componere poſſit. Hinc in ſeqq. addit: διὰ τε τȣ̃ ἰδίȣ αἵματος [χεἰςος] εἰσῆλθεν ΕΦΑΠΑΞ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λυτρώσιν εὑράμενος. Quoniam vero P. M. ingrediens ſanctum ſanctorum, expiationem peccatorum procuraturus, typus fuit Chriſti, veri pontificis, ſuo in cœlum ingreſſu conſummatiſſimam omnium peccatorum noſtrorum abolitionem promerens & obſignans, neceſſum erat, ut unicum tantum ingreſſum P. M. quo typicam expiationem parabat, cum unico illo Chriſti ingreſſu compararet. Ipſi enim Judæi minus diffitentur, miniſterium hujus diei ſublimioris cujuſdam myſterium typum exſtitiſſe. Notatu digna ſunt verba R. *Bechai* כהן גדול המשרת לפני לפנים בבית המקדש של מטה דוגמא לשירות הנעשה בבית המקדש של מעלה *ſacerdos magnus miniſterio fungens intra velum in ſanctuario inferiori* ΔΕΙΓΜΑ (FIGURA, REFORMATIO) *fuit miniſterii, facti in ſanctuario ſuperiori* Comm. in leg. f. 148. col. 3. Quæ verba quam accuratiſſime conveniunt cum illis ap. v. 23. ubi memorat τὰ ΥΠΟΔΕΙΓΜΑΤΑ τῶν ἐν ΟΥΡΑΝΟΙC. Igitur ille tantum actus P. M. in cenſum venit, quo figuram Chriſti ſuſtinuit, non PRÆPARATORII, qui eo tantum faciebant, ut PRIMARIO rite defungeretur. Ingredi fas non erat Aharonico Pontifici abſque ſuffitu, nec populi peccata expiare poterat, niſi prius pro propriis peccatis ſanguinem intuliſſet. Quæ omnia in Chriſto neceſſaria non erant, qui nullis peccatorum ſordibus unquam pollutus erat. Ingreſſus pontificis cum ſanguine hirci pro peccatis totius populi, junctus aromatum odoribus ſuaviſſimis, quos acerra fumigans per totum tempus miniſterii emittebat, deformat Chriſtum ſuo ſanguine cœlum intrantem, proque nobis apud patrem ſuum cœleſtem jugiter intercedentem. Licet enim pontifex ſuffitui ſuas jungeret preces, eas tamen metus atque trepidatio breviores eſſe jubebat, nec niſi exiturus emittebat, denique non pro populi ſalute, ſed illius tantum externa atque temporaria incolumitate inſtituebantur מתפלל תפילה קצרה בבית החיצון ולא היה מאריך בתפילה שלא להבעית את ישראל *inſtituebat preces breviores in domo exteriore, neque longus fuit in precibus ſuis, ne terrorem injiceret Iſraeli :* Jom. c. v. m. 1. Tantum animorum non fuit Pontifici, ut in ipſo adyto precaretur, veritus, ne a coruſcantis divinæ majeſtatis gloria conſumeretur. Audiamus ea de re *Abarbanelem*, qui ſimul precum Pontificalium argumentum refert : בבצאתו מקדש הקדשים היה כ״ג מתפלל לשם כי הוא לא היה מתפלל בקדש הקדשים אלא בצאתו משם או בהיכל היה מתפלל תפילה קצירה על תבואת ועל ממלכות בית דויד *dum exiret ſancto ſanctorum precatus eſt* P. M. *Deum. Non enim precatus eſt in ſancto ſanctorum, ſed cum exiret inde aut in templo preces fudit breves ob uberem anni proventum & regnum domus Davidis* Com. in leg. fol. 200. col. 3. Inde jam manifeſtum evadit, preces has Pontificis non ſymbolum ſuſtinere precum Chriſti pontificis ſed illas per ſuffitum, adytum replentem, effigiatas fuiſſe. Quare ſuffitus hic non tanquam actus ab adſperſione ſanguinis diviſus, ſed conjunctus reſpici debet & una eademque opera repræſentat Chriſtum, verum Pontificem & ſanguinem ſuum inferentem & preces fundentem.

§. 12. Omnia jam, quæ moram aliquam facere videbantur, e medio ſuſtuli, nondum tamen eo proceſſiſſe diſceptationem meam video, ut tuto liceat adſeverare, nodum in h. l. latentem ſolutum eſſe. Velim igitur, ut & hoc Lector mihi concedat. (III) *Apoſtolum heic utrumque ſacerdotium Aharonicum* pariter *atque Chriſti in ſua activitate conſiderare, maxime vero quatenus* P. M. *ſacris in adyto templi interiore ſit operatus*. Scopus Ap. in hac epiſtola eſt, credentes ex Judæis cohortari, ut miſſo cultu umbratili ſancta & intemerata fide Chriſto ſummo Pontifici & Regi, ad dextram patris evecto, ſe adjungant. Nihil autem ad perſuadendum erat efficacius, quam ſi cultum Leviticum, quatenus ipſo actu in templo, ſpeciatim adyto, peragebatur, ipſis ob oculos poneret, cum eodemque ſacerdotium Chriſti, quo in cœlis noſtri loco fungitur componeret, quo ex utriuſque collatione hujus præ illo præſtantia adpareret. Quo evicto, non habebant amplius Judaizantes, quod exciperent. Ubi

enim demonſtratum erat, ſacerdotium Chriſti ipſo actu ſine ulla intermiſſione in ipſis cœlis vigere, idemque illud in locum ſacerdotii Aharonici ſucceſſiſſe, cujus illud tantum figuram & umbram geſſerit, ſponte ſua ſequebatur, illud omni ſua efficacia jamdum deſtitutum, adque ἀφανισμὸν ſuum citatis paſſibus properare. Adhæc multiplex illius infirmitas, hujus vero conſummatiſſima perfectio haud luculentius ac evidentius monſtrari poterat, quam ſi utrumque in ipſo ſuo actu conſideraretur.

§. 13. Hæc autem, quæ dixi, ita eſſe, ex Ep. hujus συναφείᾳ muttis argumentis declarari poteſt. Notari merentur [α] verba cap. VIII. 4. Εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς, ȣ̓δ' ἂν ἦν Ἱερεὺς ὄντων τῶν Ἱερέων τῶν προσφερόντων κατὰ τὸν νόμον τὰ δῶρα. Verba hæc probationis vicem illius ſuſtinent, quod v. I. adſeruerat, *Chriſtum ad dextram ſolii magnificentiæ in cœlis conſediſſe*. Simpliciſſimus ſenſus hic eſt, Chriſtum pontificem in terris amplius non eſſe, quia ſi in terris eſſet, ſacerdotium obire nequiret, quia non ex tribu Levi, ſed Judæ oriundus, cui ex Moſis legibus ſacerdotium non conveniret v. 14. c. VII. maxime cum ſint, qui ex familia Aharonica ſacerdotium in templo Hieroſolymitano ipſo actu adminiſtrent. Quod ſi enim Epiſtola hæc a. LVIII. a Chriſto nato eſt exarata, quod Cel. van *Till* exiſtimat, inter illius ſcriptionem, ipſamque templi, & urbis everſionem XII. a. ſpatium intercedit. Unuſquiſque igitur per ſe ipſum cognoſcit, vim atque robur argumenti in eo vel maxime conſiſtere: ſacerdotium Aharonicum ipſo quidem adhuc actu Hieroſolymis vigere, ſed quod ad efficaciam atque virtutem ſuam jamdum abolitum, poſteaquam Chriſtus oblato ſacrificio in terris cœlos ingreſſus eſſet, quo ſic credentes ex Judæis in hanc paullatim ſententiam ingrederentur, cultui Levitico, tanquam infirmato ac brevi ipſo opere abolendo valedicendum eſſe.

§. 14. Hoc jam, quod Ap. tanquam κεφαλαιώσιν & ſummam ante dictorum, conſecutionis lege intulerat, ex iis, quæ in ſupp. demonſtraverat, ulterius confirmari poteſt. Nam [β] c. IV. 14.15. comparat pontificem Aharonicum cum Chriſto, pontifice cœlos tranſeunte, ſimulque hortatur, ut in ipſo & cum ipſo ad thronum gratiæ, jamdum apertum ac in omnium oculis poſitum accedant v. 16. Vult igitur dicere: intuemini quæſo, fratres, pontificem Aharonicum adytum pervadentem, num licet vobis in templo conſiſtere, & ſi quidem liceat, tamen a conſpectu throni gratiæ, ne dicam, acceſſu ad illum ob velum intermedium removemini. En quanta cum trepidatione accedit, quanto terrore perculſus redit, ut ne auſit quidem in ipſo penetrali preces fundere. Contra vero reſpicite Chriſtum verum pontificem, cœlos non ad momentum aliquod tranſeuntem, vel in illis permanentem, divinumque ſolium occupantem, cujus beneficio ad gratiæ divinæ thronum, juſtitiæ ac merito ipſius innixum, ſumma cum animi fiducia poteſtis accedere. Quod ſi igitur ſacerdotium Aharonicum & Chriſti in ſua activitate conſideratur demonſtratio Ap. ſummam habet ἐνέργειαν ac pondus firmiſſimum. [γ] Novum nobis argumentum exſurgit ex v. 24. 25. c. IX. ubi unicum Chriſti ſacerdotium cum repetito Aharonis confligitur, ipſum ſc. ingreſſum fuiſſe cœlum NΥΝ ΕΜΦΑΝΙCΘΗΝΑΙ τῷ προσώπῳ τȣ̃ Θεȣ̃ ὑπὲρ ἡμῶν. Actuale Chriſti ſacerdotium conſiderat, illudque confert cum ſacerdotio Aharonico quotannis repetito: ȣ̓δ' ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτὸν, ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς ΕΙCΕΡΧΕΤΑΙ εἰς τὰ ἅγια κατ' ἐνιαυτὸν ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ. Jubet igitur Ap. credentes animo ſecum reputare, univerſum pontificum ſibi ſuccedentium ordinem, ſanctum ſanctorum ingredientium, indeque infirmitatem ſacerdotii illius colligere. Quare multum roboris accedit demonſtrationi Apoſtolicæ, ubi dicimus, ſacerdotium Aharonicum & Chriſti in ipſa ſua activitate repræſentari conf. cap. X. v. 11. 14. Alia addere poſſemus argumenta, ſed nolumus in re manifeſta prolixi eſſe, cum ſua ſe ſponte attento lectori offerunt.

§. 15. Quod ſi igitur Ap. per totam hanc Epiſtolam ſacerdotium Aharonicum in ſua *activitate* conſiderat, quid impedit, quo minus dicamus, etiam in h. l. quem meditationi noſtræ ſubjecimus, adytum cum ornamentis ſuis, vaſiſque miniſterii, quo pontifex die expiationis ſolemni fungebatur, deſcribi? Suadent hoc, quæ Ap. deſcriptioni ſancti & ſancti ſanctorum illico ſubjungit v. 6. 7. Εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διὰ παντὸς ΕΙCΙΑCΙΝ ὁ ἱερεὺς τὰς λατρείας ἐπιτελȣ̃ντες. Εἰς δὲ δευτέραν ΑΠΑΞ τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς κ. τ. λ. Potuiſſet Ap. prorſus abſtinere deſcriptione tabernaculi, nec ad demonſtrationem ipſius contuliſſet quidquam, niſi ſimul & ſanctum & ſanctum ſanctorum reſpexiſſet, quatenus in illo cultus divinus fuit peractus. Quod ſi vero adytum ab Ap. de-

ſcribitur, quatenus pontifex ipſo expiationis die ſolemnia ſacra in illo fecit, ſummo jure dici poteſt, ipſum illud REVERA & IPSO ACTU aureum thuribulum, quod per totum fere illum diem ibidem permanebat §. *6.* 7. habuiſſe. In hanc igitur, rationibus omnibus ſubductis, propendemus ſententiam, per θυμιατήριον χρύσεν hic ab Ap. indigitari acerram auream, qua P. M. expiationis die in ſancto ſanctorum utebatur, illamque adytum per totum miniſterii illius diei tempus incluſiſſe, licet alio tempore non habuerit. Q. E. D.

§. 16. Sed vero dicat aliquis, quod ſi Ap. adytum in ſua activitate conſiderat, quatenus miniſterio ſuo in illo fungebatur P. M. quid cauſæ, quod nullam plane adſperſionis ſanguinis faciat mentionem, quæ tamen primariam pontificis functionem illo die abſolvit? Reſp. (1) ſuffitum ex aromatibus in acerra accenſis non tanquam actum *ſimplicem*, ſed *compoſitum* cum adſperſionibus ſanguinis conſiderari §. *9.* Propterea enim Pontifex acerram in adytum intulerat ac ſuffitum accenderat, ut ſibi cum ſanguine juvenci & hirci ingredi liceret. (2) Adſperſiones iſtæ erant actus *tranſitorii*, fumus vero ex acerra ſurgebat, uſque dum aromata igne abſumta erant. [3] Alii actus intra velum, alii extra illud in ſancto, quod cum omnibus ſuis vaſis purgandum & expiandum erat, peragi debebant. Uti igitur fumus ex acerra primitus adſcendens ſacerdoti gratiam divinam paravit, ut miniſterio intra velum rite defungi poſſet, ita is ipſe Dei favorem ad reliqua miniſterii munia, extra velum obeunda, continuare debebat.

§. 17. Inſtabis fortean, ſi Ap. hic nobis adytum delineat, prouti in illo ipſo actu cultus, peragebatur, quare igitur ſermonem facit de tabernaculo, nullam vero plane templi mentionem injicit, unde tamen commodius longe diſſerendi argumentum trahere poterat, cum Hieroſolymis adhuc eſsent, qui ſacra in templo facerent? Opportune mones, dudum id cupiebam, ſed habeas velim. (α) Tabernaculum fuiſse typum & exemplar utriuſque templi & Salomonici & Zerubabelici. [β] Scopum Ap. fuiſse, credentes ex Judæis confirmare, ut ſancta fide Chriſtum pontificem & regem, ad dextram patris collocatum, amplecterentur c. x. 19. 23. Hanc Chriſti mediatoris gloriam præfiguraverat olim nubes, ignem incluſum habens, acræ fœderis incubans. Hoc igitur quoniam ex umbris atque figuris cultus Levitici demonſtrandum erat, ſermonem Ap. non mutuatur a templo, illo tempore adhuc præſente, a quo arca fœderis una cum aliis rebus ſacris aberat, ſed a tabernaculo, quod non ſolum illo ſacratiſſimo divini amoris ac gratiæ pignore præcelluerat, ſed ad cujus etiam formam & exemplar utrumque templum excitatum erat. [γ] Tacite monitos voluit converſos ex Judæis, exeundum ex templo atque ſynagoga, nec gratiam & libertatem cum juſtitia legali & jugo externi cultus confundendam eſse, maxime ubi Chriſtus ad templum ſuum veniſſet & confecto obedientiæ ſuæ ſtadio cœlum ingreſſus eſset. Quam cogitationem ipſis ingerebat, ubi ex conſideratione præcellentiſſimæ gloriæ tabernaculi præſentem templi faciem animis ſecum verſare poterant. Quod ut hac inſigni prærogativa deſtitui advertebant ac tempus διορθώσεως jamdum adveniſſe reputabant, cogitare poterant, ἀφανισμὸν illius, totiuſque cultus externi Levitici inſtare.

§. 18. Sed alia difficultas oritur, gravior aliquanto prioribus. Si thuribulum in hoc loco *actu* ipſo adyto præſens ſiſtitur, æque præſens eſse debuit, ac arca, quam pariter Ap. dicit ſanctum ſanctorum habuiſse. Sed vero arcæ fœderis præſentia fuit *perpetua* & *continua*, thuribuli autem *temporaria* tantum & *diurna*. Reſp. Quidni dicamus thuribulum aureum æque præſens fuiſse adyto ac ipſa arca fœderis. Sed enim ratio & neceſſitas præſentiæ non ex temporis *diuturnitate*, ſed ex *uſu* eſt definienda. Unaquæque res præſens eſse dicitur, uti poteſt & *debet*. Arca fœderis cum inſidente gloria divina, ab adyto abeſse non poterat, niſi Deus teſtatum voluiſſet, ſe ſedem mutaſse, populumque ſuum præſentiſſimæ gloriæ ſuæ ſymbolo deſtituere. Thuribulum aureum per univerſum annum, excepto expiationis die, abeſse poterat, ſed eo ipſo a pontifice inferri & præſens adeſse debebat, quoniam illius præſentiam uſus neceſſario exigebat. Ita v. gr. de *iride* legimus Gen. VIII. 13. *arcum meum poſui in nube & erit in ſignum fœderis inter me & inter terram.* Nemo ſane dicet, iridem perpetuo in nubibus conſpici, cum enim illius cauſa naturalis non ſemper adſit, nec effectus a cauſa ſua pendens ſequitur, interim tamen extra omnem dubitationis aleam eſt poſitum, ipſam a Deo in nubibus locatam eſse, quia, quotieſcumque adparet, ſignum eſt longani-

ganimitatis & patientiæ divinæ, erga universum genus humanum, ipsumque adeo terram & res mutas atque inanimatas exercendæ. Eodem modo etiam hic scriptor sacer perhibet, adytum thuribulum aureum habuisse, non ac si illud semper præsens adfuisset, quod necessum non erat, quoties autem cumque aderat, signo id erat ac indicio, ministerium sacrum in penetrali ipso actu administrari. Quoniam autem §. 12. 14. probatum dedimus Ap. adytum considerare in sua *activitate*, quatenus in illo cultus divinus fuerit peractus, necessarium est, illud etiam thuribulum aureum habuisse.


§. 19. Exposuimus itaque sententiam nostram, eamque suis tibicinibus firmavimus, id igitur unum superesse video, ut illam cum aliorum explicationibus confligamus. Varia super hunc impeditum Ap. locum sententiarum divortia esse orta nemini, qui sacras literas tractat, obscurum esse potest. Sunt, qui per *θυμιατήριον χρυσοῦν altare suffitus* intellectum volunt, eo quod proximum fuerit adyto [qui enim in ipso adyto locant, ne quidem refutatione sunt digni] & carbones ex illo depromti in penetrale interius a P. M. sint illati. Hanc sententiam tuentur *Erasmus*, *Tremellius*, *Grotius*, Jac. *Capellus*. Sed vero [1] quod est prope adytum, non statim est in adyto, nec illis rebus, quas includebat, accenseri potest. Fuit ara suffitus לפני הפרכת אשר על ארון העדת לפני הכפרת אשר על העדת *ante velum, quod prætensum est arcæ fœderis, ante propitiatorium, quod est super arcam fœderis* Ex. xxx. 6. i. e. *Abarbanele* interprete, בהיכל הקדש מחוץ לפרכת באמצע רוחב אהל *in sancto extra velum in medio latitudinis tentorii*. Quo cum paria facit *Philo*: ὁ δὲ χρυσοῦν κατασκέυασται, ἵδρυται δ' ἐν ἀδύτω ἔσω τοῦ προτέρου καταπετάσματος ὅς' οὐδένι τῶν ἄλλων ἐστὶν ὁρατος, ὅτι μὴ τοῖς ἁγνεύουσι τῶν ἱερέωντι de vict. offerent. p. 850. Per ἄδυτον autem non intelligit דביר, sed היכל, in quo versari sacerdotibus integrum erat. Licet igitur non inficias eamus, habuisse illud σχέσιν aliquam ad locum sanctissimum, non tamen propterea adytum dici potest illud habere: eadem enim ratione dici posset, reliqua sanctuarii vasa habuisse, quia omnia relationem aliquam ad adytum habuerunt, in illius gratiam instituta, qui sanctissimum huncce locum tenebit. Tantum igitur abest, ut huc trahi possit locus I. Reg. VI. 22. Jac. enim *Capellus* hic conjungit, quæ intercedente alia vocula sunt disjuncta. Non legitur מזבח לדביר *altare adyti*, quod ipse existimat, sed מזבח אשר לדביר i. e. *altare, quod est juxta* vel *prope adytum*. Perpulcre hunc locum explicat *Kimchi* simulque tradit, quem & inter mensam & candelabrum aureum & ratione penetralis situm altare suffitus habuerit, quare non pigebit adscribere, quæ ad hunc locum commentatur: סמך המזבח לדביר ואף על פי שלא היה בתוכו אלא בהיכל היה השלחן לפי שהיה מכון כנגד פתח הדביר כי בהיכל היה השלחן בצפון משוך מן הכותל שתי אמות ומחצה ומנור בדרום משוכה מן הכותל שתי אמות ומחצה ומזבח הקטרת ממוצע ביניהם ומשוך קמעא כלפי חוץ והיה מכוון כנגד פתח הדביר Locus hic, typothetarum forsitan errore, in mendo mihi cubare videtur, verba enim על השלחן in priore tmemate nullum fundunt sensum & ex sequenti periodo per incuriam, me quidem judice, sunt intrusa, illis vero sublatis, omnia sunt sana. Quare ita verto. *Altare prope adytum erat, licet non fuerit intra illud, sed in templi palatio, positum quippe erat e regione ostii adyti. Nam in templo mensa versus plagam septemtrionalem distans a pariete duos cubitos cum dimidio & candelabrum in plaga meridionali, distans totidem cubitos, sed ara suffitus media inter utrumque aliquanto prominebat, posita e regione ostii adyti*. (2) Ap. in h. l. aliquam partium tabernaculi & vasorum ejusdem σκιαγραφίαν exhibet. Quo igitur modo reliquæ res sacræ sancto & sancto sanctorum adfuerunt, eodem etiam altare suffitus adfuisse debuit. Sed vero reliquæ ipso actu & vere adfuerunt, quod tamen de altari suffitus dicere non audent.

§. 20. Alii per θυμιατήριον thuribulum intelligunt, sed non eodem omnes sensu mentem explicant. *Villalpandus* existimans, illud per integrum annum fuisse in adyto inde ab expiationis die, & demum sequenti anno, ubi alio instructus fuerit ingressus, relatum & hoc illius loco reliquisse, nodum non solvit, sed secuit, fingit enim hic aliquid, quod nullo antiquitatis testimonio comprobari potest. Alii conjiciunt, hoc thuribulum aureum ad peculiare ministerium, die expiationis solemni, destinatum, in adyto adservatum fuisse. Qua in sententia sunt *Hospinianus* de templis L. I. c. 2. p. m. 9. *Tossanus*, *Lud.* de *Dieu*. Sed revera doctissimi viri principium petunt, &, quod est in quæstione, pro concesso ponunt. Si acerra hæc adservata fuisset in adyto, illam prius efferre

ferre debuisset P. M. quam se ad munus suum expiationis die accinxisset. Sed vero illud pugnat [1] cum universali Judæorum traditione [2], cum Moses integram ministeriorum, die expiationis peragendorum, seriem quam accuratissime percenseat Lev. XVI. quid caussæ, illud transmissum fuisse, unde pontifex muneris sui primordia capiebat. [3] sub mortis pœna interdictum fuisse pontifici absque suffitu adytum intrare V. 2. [4] Ut peculiare conclave adservandis vasis destinatum, quod *Leo Juda* l. II. cap. XIX. p. 22. coll. 2. describit, in templo fuit, ita nulli dubitamus, quin etiam in illo, vel hujus generis alio thuribulum istud aureum fuerit adservatum. Quare Gemaristæ ad illa Jom. v. m. I. הוציאו לו וגו' non injuria notant ex conclavi vasorum cupam & thuribulum ad Pontificem adductum fuisse. Denique sunt, qui quidem negant, adservatum fuisse in adyto, tamen dici posse illud habuisse, judicant, quia illius usus tantum spectarit ad adytum. Cui sententiæ pollicem premunt *Coccejus*, *Lundius* sacr. Jud. l. I. c. XX. pag. 99. *Biermannus* Mos. & Christ. L. II. cap. IV. *Braunius*, *Relandus* antiq. sacr. P. I. c. V. §. 30. p. m. 54. *Gomarus* & hanc & superiorem conjungit. Sed vero & illa suis premitur difficultatibus, tum enim (α) improprie tantum habuisset adytum thuribulum, cum tamen eodem modo dicatur habuisse acerram, quo arcam fœderis. [β] Eodem jure dici posset, arcam habuisse phialam & pateras, excipiendo sanguini distinatas, quorum usus pariter tantum fuit in adyto. His igitur rationibus ductus, certissime sum persuasus, quam in supp. demonstratam dedi sententiam, præferendam esse longe.



GEOR-



GEORGII FRID. ROGAL THURIBULUM.

PROEMIUM.

Biennium, & quod plus eo, completum est, cum sub Præsidio Viri Summe Reverendi atque Excellentissimi JO. JAC. QUANDT, Sac. Theol. D. & P. P. Ord. S. Regiæ Maj. a Sacris Primarii, & Samb. Consist. Consiliarii, Fautoris honoratissimi, Dissertat. Philologicam DE CINERE IN SACRIS HEBRÆORUM, sub Titulo: הלכות רשן המקרש Eruditorum quorundam examini subjicerem. Definiti tunc Dissertationis limites amplissimum materiæ campum, angustis valde finibus includebant, ea vero quæ leviter tantum tetigeram, ulteriori olim explicationi, demonstrationi, collustrationi mihi servanda erant. Cum igitur rerum mearum conditio Philologicum nunc mihi laborem imponit, producam ex §. III. p. 10. Dissertationis *De Cinere*, Materiam reliquis nobiliorem & utiliorem, de FIGURA THURIBULI, eamque ex antiquitate Hebræa restitutam ab adversa quorundam sententia liberabo, gravioribus argumentis confirmabo, & ad qualemcunque Locorum quorundam Sacræ Scripturæ illustrationem applicabo.

§. I. Suas

§. I. SUas Philologis relinquimus lites, de usu & figura Vasorum בזך & כף טני in quibus Thura vel præparari, vel conservari, vel mensæ Sanctuarii adponi solebant. Unicum illud instrumentum, quo quotidie Sacerdos gregarius, prunas, ad suffiendum in aram interiorem deferebat, & in quo Pontifex Maximus Magno Expiationis die in Sancto Sanctorum thura incendebat, quodque ob hunc usum THURIBULUM appellamus, nostram hic exercebit industriam. Voces si spectes, quibus Thuribulum illud venire solet, duas tibi dabit Sacra Scriptura: Unam מקטרת Ezech. VIII. 11. 1. Paralip. XXVI. 19. ab usu instrumenti in *suffiendo* desumtam & a Radice קטר *suffiit* deductam. Alteram usitatiorem, מחתה Chaldæis & Rabbinis מחתיא vel מחתית Exod. XXV. 38. 1. Reg. VII. 50. ab usu instrumenti in *excipiendis prunis* acceptam. Radix enim חתה in omnibus scripturæ locis, non ut Lexicographi volunt *accipere* tantum, sed *ignem vel prunas excipere* denotat. v. Diss. *de Cinere* §. XVI. p. 42. s. conf. Prov. VI. 27. XXV. 22. Psal. LII. 7. Quod & R. Nathan jam vidit, qui in *Concordantiis* חתה per הבערה *accensionem* exponit. Facit huc, quod in lingua Æthiopica חתה *accendere* & מחתות *candelam* significat. Ut Matth. V. 15. ואיחתו מחתות *& non accendunt candelam* conf. Lud. de Dieu *Animadv.* in Prov. XXV. 22. Non diversa, sed ejusdem generis fuisse instrumenta quæ מחתה & מקטרת dicebantur, communis Rabbinorum consensus evincit qui subinde vocem מקטרת per מחתה exponere solent. Sic enim R. Dav. Kimchi ad 1. Paral. XXVI. 19. מקטרת שם המחתה *vocem* מקטרת *cognomen* מחתה fuisse scribit, conf. ad Ezech. VIII. 11.

§. II. Non amplius vacuis Thuribuli nominibus immorabimur, cum magis arduæ adhuc de ejusdem *Figura* nobis sint discernendæ controversiæ. Rem desperatam esse existimares, veram Thuribuli indicare figuram, si diversa a Philologis adducta schemata, inanibus, quandoque etiam nullis niti conjecturis, consideres. Ecclesiæ Romanæ addicti *Arias Montanus* & *Villalpandus* gratis adsumunt, Thuribulum Judæorum ab eo, quo Sacerdotes Romani in Sacrificiis missæ utebantur, non fuisse diversum, pulchrum igitur depingunt calicem, tegunt eum operculo, catena a collo Sacerdotis suspendunt, eumque artificioso hoc thuribuli imagine ornatum in Sanctum dimittunt. Quibus *Goereum*, *Bynæum*, *VVitsium*, *Leydekkerum*, aliosque rerum Judaicarum non imperitos Viros, absque ulla circumspectione accessisse mireris. Quanta vero etiam sit Celeberrimorum Virorum Autoritas, eorum tamen sententiæ ponderis aliquid addere nequit, quæ quia omnibus destituitur rationibus, nulla quoque confutatione indigebit. Quæ a Lundio excogitata est Thuribuli figura, pari cum priori passu ambulat, & ne minimam quidem veri similitudinis speciem habet. Neque vero, Virum Clarissimum male adornata Versione R. Jehudah Leonis deceptum, a vero aberrasse, adeo mirum est. Multo quidem probabilior eorum videtur esse sententia, qui cum Cl. Braunio, Thuribulum Calicis habuisse figuram defendunt; Levissimis tamen & hæc tantum nititur conjecturis. Dum enim Cl. Braunius audacius paulo supponit, in restituenda Thuribuli figura, a Judæis sibi non expectanda esse auxilia, his desertis, rem omnem conjecturis quibusdam levibus conficiendam esse, judicavit, in S. S. L. II. C. V. p. 208. s. adjutus deinde a Summe Rev. Sal. Deylingio in Obs. S. P. II. Obs. XLVIII. §. VIII. s. p. 426. s. Adducunt VV. Cll. varias ex Versione LXX. Virali [quam verius Vulgatam Græcam nominaveris] vocis מחתה interpretationes, adferunt Nummos tum Samaritanis tum quadratis literis inscriptos, & dum in illis vasculum calici simile detegunt, thuribulum calicis habuisse figuram, conjiciunt.

§. III. Pace VV. Clarissimorum, כ״בם argumenta ab iis prolata acriori judicio perpendere liceat. Multum tribuunt Versioni Græcæ LXX. Virali, dicunt: Versionis hujus Autores, Vocem מחתה, quæ Hebræis *Thuribulum* denotabat, non tantum per πυρεῖον *foculum*, sed & per θυΐσκην *mortariolum* & ἐπαρύστριν quod Hesychio *Cadum* seu *Vas vinarium* designat, interpretatos esse, quæ vero vasa cum non multum absunt a *Calicis* figura, exinde non sine ratione colligi posse arbitratus Rev. Deylingius, l. c. מחתה seu *Thuribulum*, *Calicis* habuisse figuram, vel saltem *Calici* non multum fuisse dissimile. Verum, tum demum argumentum illud alicujus foret momenti, si Versio illa Græca, ab omni sublestæ fidei nota libera, & jam extra omne dubium positum esset: Ipsos interpretes hos, Thuribulum unquam propriis usurpasse oculis, ejusque figuram per vocem similis cujusdam instrumenti nobis notiorem reddere voluisse, vel potuisse. Id ipsum vero adhuc in quæ-

quæstione est. Quæ enim nobis id persuaderet ratio, clarum utique eosdem Thuribuli habuisse conceptum? Forte fabula, de arcessitis jussu Ptolomæi Philadelphi ab Eleazare LXXII. senioribus Judæis, Hebraice & Græce doctissimis & Scripturæ Interpretationi destinatis? Sane Seniores Judæos Thuribuli novisse figuram vix negaverim, si modo vera esset, quæ circumfertur fabula. Habet quidem fabula hæc universæ antiquitatis favorem atque suffragia, crediderunt eam tot seculorum Patres, Judæorum Doctores, ipsiusque Talmudis Autores: Credidit eam ipse Cl. Is. Vossius, Br. VValtonus, cum pluribus aliis magnis & eruditionis laude Clarissimis Viris. Primus tamen, præterito seculo Lud. Vives ad August. de Civit. D. L. XI. c. 42. fabulam hanc in dubium vocare cœpit, qui mox, inter innumeros sectatores Jos. Just. Scaligerum acerrimum suæ causæ defensorem nactus est *ad Euseb. Chron. Num. MDCCXXXV. pagin.* 133. Fortiter Scaligeri causam contendit Ant. van Dale: *Tract. de Or. & progr. Idol. C. IV. pag.* 73. *s.* 84. *s.* qui quoque, ne Aristææ Historia ipsi obstaret, *Dissertationem super Aristæa de LXX. Interpretibus* Amstelod. 1705. edidit, assertore Humfredo ab Hody, tum *in Dissert. contra Historiam Aristææ*. Oxon. 1684. tum, in vasto opere *de Bibliorum Textibus Originalibus*: Oxon. 2705. Communibus Viri hi Doctissimi viribus, omnique conatu id egere, ut ex historiæ literariæ monumentis evincerent: Fabulosas esse, quæ de LXX. senioribus circumferuntur Traditiones. Primum eorum artificem Pseudo-Aristæam personatum quendam Judæum Alexandrinum fuisse, hunc aureum istud de LXX. senioribus commentum sub persona Aristææ qui Regi a secretis erat, vendidisse, quo eo facilius fucum faceret, & Versioni Græcæ, quæ jam inter Alexandrinos Judæos obtinebat, & ab uno vel pluribus Alexandrinis Judæis diversis temporibus adornata fuerat, autoritatem aliquam conciliaret, posterisque aliquid suggereret, quod Judæis Codicis Hebræi Autoritatem extollentibus, opponerent. Hoc vero Figmentum a Philone Judæo atque Josepho susceptum a Talmudistis ac patribus, novis mendaciis atque miraculis fuisse auctum &c. Legunt eorundem vestigia Joh. Alb. Fabricius *in Bibl. Græca L. III. c. XI.* §. 5. *pag.* 324. Jo. Fr. Buddeus. *Hist. Eccl. V. T.* Per. II. Sect. VI. pag. 1037. Si vero sagacissimis his Criticis sit succensendum, quæ quæso huic Versioni manebit autoritas? Si enim non eodem tempore, nec ab uno, sed diversis iisdemque Alexandrinis procul a Patriis ritibus remotis, Judæis Græca hæc profecta est Versio, quis certiores nos redderet, Interpretes hos unquam Hierosolymitana vasa vidisse, nobisque Thuribuli figuram communicare vel voluisse vel potuisse? Fac vero veram esse fabulam, Fac, Interpretes LXX. Seniores Judæos fuisse, qui ut reliqua Templi vasa, ita & Thuribulum viderant, dubium tamen adhuc remanebit: Num Versio nostra Græca Vulgaris eadem sit, quæ olim LXX. Viralis audierit? Profert Autor *der Unschuld Nachr.* A. 1704. p. m. *161.* ed. pr. Observationem (ut credit) *raram*, ex Goussetio, qua, ex 1. vel si rectius in Talmude numeres 14. locis, olim, ut ferunt Autores *Megillah* c. 1. f. *9.* ab Interpretibus Græcis mutatis, nunc ab Hebræo non discrepantibus, Versionis Græcæ antiquitatem infringere studet. Sed rara adeo non est, hæc Cl. Goussetii observatio, in omnibus fere Compendiis Criticis jam obvia, dudum etiam ab Eruditis explosa. Graviori vero argumentorum pondere Illustris Jac. Usserius, Antiquam Versionem τῶν ο: dudum deperditam esse, recentiorem vero in locum & nomen antiquioris successisse, eandemque adhuc a librariis subtractione, additione, & variatione, misere corruptam nobis superesse defendit, in Tr. *de LXX. Intt. Vers.* Lond. 1655. Facit cum illo Cl. Salmasius *in Com. de Lingua Hellen.* p. m. 241. Schickardus *in Bechinat Happeruschim* p. *39.* 41. Quæ, si ita se haberent, nequaquam ex Codice hoc recentiori a Viris rerum Judaicarum imperitis profecto, vera Thuribuli figura restituenda esset. Sed ut tandem certi aliquid hac in re statuam, ingenue fateor: Non ausim, de *Autore* vel *Antiquitate* Versionis Græce Vulgaris, certi quid definire, nunquam enim ad hanc controversiam accessi, ut non incertior multo rediverim, quam antea fueram. Id tamen asserere non dubito: Codicem Græcum nobis usitatum, male sanum & Veteri non amplius similem esse, credo quoque Interpretes ipsos, quicunque illi etiam fuerint, minus ingenuos, sermonis, rituumque Judaicorum parum fuisse peritos. Multum intererat Bellarmino illibatam huic Versioni haberi dignitatem, invitus tamen fateri cogitur: *Versionem hanc adeo esse corruptam & vitiatam, ut omnino alia*

esse videatur. L. II. de V. D. cap. VI. de quo Hieronymus jam conquestus est *Præfat. l. in Paralipp.* v. Kortholt. de Variis Scripturæ Editionibus c. VI. §. 8. Ipsa etiam Versionis inspectio Autorum detegit ruditatem, atque audaciam. Ne decima quidem pars errorum Versionis Græcæ in Codice Samaritano occurrit, ex quo tamen conversam eam volunt R. Asarias *Meor Enajim* c. v. Lud. de Dieu ad Matth. XIX. 5. Hottingerus Thes. Ph. l. 1. c. 3. qu. 4. pagin. 294. Infinita enim in hac Versione occurrunt παροράματα & a textu authentico discrepantiæ, Viris ingenuis rerumque Judaicarum peritis vix adscribendæ. Addunt quædam pro lubitu, quæ in Hebræo non adsunt, decurtant quæ adsunt, nonnulla in sensum sæpe alienum, non raro contrarium, aliquando nullum convertunt, adeo ut supinam eorum ruditatem & oscitationem in omnibus paginis cernere liceat c. Hottinger. l. c. C. III. Sect. III. qu. 5. Ligthfoot *Hor. Hebr.* in Luc. III. 36. Quantopere illi non ineptiunt in vertendis instrumentis ac Vasis Sacris? Mox enim מחתה recte per πυρεῖον, *ignitabulum* Ex. XXVII. 3. convertunt, mox vero ex מחתה Θυΐσκην *mortariolum* 1. Reg. VII. 50. & ἐπάρυστειν *Cadum* vel *vas Vinarium* faciunt. Nunc per πυρεῖον s. *ignitabulum* iterum מזרקות *pelves* ex quibus adspersiones sanguinis fiebant, 2. Paral. IV. 11. intelligunt. Braunius quoque in suo exemplari, יעם *palas* quibus cineres removebantur, itemque כרכוב *ambitum altaris* per πυρεῖον *ignitabulum*, ab illis expositum legit, in Sel. S. L. II. cap. v. §. 61. Adeo ipsis cæcutire solenne est! Hæc tandem, si colligimus, quis ex Versione, quæ num antiquior num recentior sit, ignoratur, quæque vix apicem sibi similem & antiquitatem redolentem producere potest, ab Interpretibus minus ingenuis, Linguæ ac rituum Hebraicorum imperitis, in restituendis Antiquitatibus Sacris auxilia peteret, quis Thuribuli figuram in eorum Versione quæreret? Vidit id Cl. Braunius, & propterea l. c. confessus est: *Ex Versione* τῶν ο *nihil certi posse colligi, quid proprie fuerit Hebræorum* מחתה, *cum illud tam varie verterint, eundemque significatum dederint & aliis vocibus, quæ tamen prorsus alia instrumenta significarint*. c. Chr. Cellarii Dissert. de LXX. Int. Lips. 1698. Godfr. Weis *Dissert. de LXX. Inst.* Rost. 1687. Mich. Gronert. *Dissert. II. de Versione LXX. Int.* Regiom. 1704. & 1706.

§. IV. Majoris vero momenti argumento adhuc suam firmare nituntur sententiam, & Thuribulum Calicis habuisse figuram ex eo non verisimile saltem fieri, sed & extra dubium poni autumant, quod sicli Judæorum, calicis ab una parte figuram, exhibeant, Braun. l. c. §. 64. Deyl. l. c. §. 8. Plurimum etiam valeret VV. Cll. argumentum, si modo evictum esset Numismata illa satis esse antiqua, nec ab impostoribus supposita, Calicem quoque illum non aliud quid quam Thuribulum repræsentare debuisse. Utrumque vero adhuc VV. Cll. in dubio relinquunt, & proinde suam sententiam ex hoc fundamento nequaquam conficiunt. Profert Doct. Braun. ex Hottingero de Cippis Tab. VI. 1. Nummum, qui calicem ab una parte refert, ex quo triplici ordine flores superius exeunt. Alium addit, ubi a Calice fumum adscendentem ostendit, hos antiquissimos esse supponit, non probat, cum tamen utriusque nummi νοθείαν & characteres quadrati, & Criticorum, veteris rei nummariæ peritorum censura, detegit. Ante Captivitatem Babylonicam nullam Monetam signatam Judæis in usu fuisse, contractus, ponderis semper, nunquam vero nummorum interventu facti, evincunt. Gen. XXIII. 16. 1. Reg. x. 14. A Capt. Bab. ad Hasmonæorum ætatem Israelitis sub imperio Babyloniorum, Persarum, Macedonum, proprios cudere nummos non licuit. Simoni demum Pontifici Antiochus beneficium cudendæ monetæ concessit. 1. Macc. XV. 6. Omnes igitur nummos a VV. Cll. adductos Captivitate Babyl. longe recentiores esse oportet. Duos vero priores a Cl. Braunio adductos, quadratis literis inscriptos, ne quidem ante destructam Remp. Judaicam cusos fuisse, credo. Antiquiores enim Judæi בין כתב קדש לחול *characterem sacrum a profano* distinguebant, & in nummis cudendis Charactere quadrato vel sacro nunquam utebantur. כתב עברי הכתב שבא מעבר הנהר והכותים כותבין בו עד היום וישראל היו משתמשין באותו כתב בדברי חול ובמטבעות של כסף הנמצאות בידינו היום שהיו מזמן מלכי ישראל ומפותחות באותו כתב אבל הכתב שאנו כותבים בו ספרים היום כתב אשורי הוא נקרא והוא הכתב אשר היה בלוחות *Scriptura Hebræa* illa dicitur, *quæ venit ex terra transfluviali, utuntur etiam illa Chuttæi* (Samaritani) *ad hunc usque diem, Israelitis vero illa inserviebat in rebus profanis, & in Nummis argen-*

genteis quæ hodie adhuc a tempore Regum Iſraelis nobis ſuperſunt, his characteribus ſignati. Illa autem ſcriptura, qua hodie nos libros ſcribimus, dicitur Aſſyriaca & eadem eſt ſcriptura quæ fuit in Tabulis Legis. Scribit Bartenora *in Jadaim.* cap. IV. Et R. Moſ. Alaſchkar ש״ת cap. 74. ואסור לכתוב בכתב אשורי שבו נתנה תורה באמת אלא כתבי הקדש בלבד ומעולם לא הזו ישראל להיותם נשמרים מזה אמנם אגרותיהם וספרי חול וכל מה שחוקקין המטבעות ושקלי הקדש הכל בכתב עברי. *Imo Iſraelitis vetitum erat aliquid Aſſyriis characteribus ſcribere, quia revera Lex his* characteribus ſcripta, *tradita fuit, præter Scripturam ſacram tantum. Nec receſſerunt Iſraelitæ ab obſervatione hujus rei, ſed epiſtolas ſuas, & libros profanos, inſcriptiones etiam Monetarum & Siclorum Sanctorum ſemper charactere Hebræo* i. e. Samaritano *adornabant.* c. R. Aſarias *Meor. En.* C. IX. R. Gedalia *Schalſch. Hakk.* f. 9. Athan. Kircherus *Gymn. Hyerogl. Claſſe* II. p. 84. Buxtorffius *Diſſ. de Lit. Hebr.* §. 43. Loeſcherus *de Cauſ. L. E. L.* II. c. I. §. 7. *pag.* 209. Andr. Schmidt. *Diſſ. de Re monetali. Hebr.* §. 16. Nihil hic obſtat, quod *Ath. Kircherus* cum nonnullis aliis, *Siclum Sacrum* quadratis, *Profanum* vero Samaritanis characteribus forte ſignatum fuiſſe conjicit, eum totum conjecturæ hujus fundamentum jam everterit Herm. Conringius, & nunquam Siclum aliquem Sacrum a Profano diverſum Judæis in uſu fuiſſe evicerit, in *Paradoxis de Nummis Hebr.* cap. VII. & X. Sed, nec eo deveniendum erat, cum omnes & ſinguli, quadratis literis notati Nummi, quotquot modo cenſuræ Virorum rei Nummariæ peritorum, ceſſerunt, jamdudum *νοθείας* nomine damnati ſint. Vir eximiæ in hac ſtudiorum parte eruditionis, *Car. Patinus* omnes illos nummos, literis quadratis ſignatos, quos uſpiam gentium, in Cæſaris, Regum & Principum gazis offenderit, ὑποβολιμαίυς eſſe, & deceptoris manum prodere deprehendit. Vid. ejuſd. *Introd.* ad *Hiſt. Nummiſm. cap.* XII. Teſtes & ſuffragatores habuit inter alios Jo. Chriſt. Wagenſeil. in *Sota* pag. 575. it. in *Epiſtola ad Arnoldum*, fin. & Herm. Conringium, qui in Tr. *de Nummis Hebr.* cap. 7. etiam hos a Braunio adductos nummos examinat. Et primum, nec *pondus, nec ſtilum, nec artificium ſculptorium, quod antiquitatem ſapiat*, exhibere; alterum, ex inſcriptione, contra morem Judæorum a ſiniſtra in dextrum tendente, ab imperito quodam impoſtore Chriſtiano fuiſſe confictum, oſtendit. Cum igitur a parte Braunii non ſtet, nummorum literis quadratis ſignatorum, antiquitas, cadit & ipſum quod huic fundamento impoſuit ædificium, Thuribulum, calicis habuiſſe figuram. In hac igitur parte ipſe C. Deylingius Braunium deſeruit, confeſſus. *Dubia ac vana omnino ea eſſe, quæ pro invenienda & deſcribenda thuribuli figura ex Siclis ejuſmodi* ὑποβολιμαίοις *literis Aſſyriacis notatis, petuntur* l. c.

§. V. Militat adhuc a parte VV. Cl. argumentum a nummis Characteribus Samaritanis ornatis, deductum. Unum ejuſdem generis, adfert ex *Hottingero* C. Braunius l. c. Fig. III. alios tres ex *Relando* addit S. R. Deylingius l. c. ſinguli una facie flores vel palmitem, averſa vero calicem, referunt, quem Thuribuli exhibere ſpeciem VV. Cll. conjiciunt. Fundamentum ſuæ conjecturæ S. R. Deylingius l. c. addit. *Jannæum* ſcilicet, [a quo nummos adductos, procuſos fuiſſe vult) *& Regia & Pontificali dignitate præſtantem, in nummis ſuis pontificiæ dignitatis inſigne cum regio conjungere voluiſſe. Perinde ut in nummis Romanis ſigna Sacerdotii cum regiis conjuncta frequenter conſpicuntur. Eundem igitur in una nummi facie palmam Regiæ poteſtatis ſignum; in averſa parte, Thuribulum, Pontificiæ dignitatis ſymbolum exhibuiſſe.* Supponit vero V. C. quod ſupponendum non erat. Hanc enim Jannæo fuiſſe mentem, nondum evictum, neque Joſephus, nec alius quiſpiam id literis prodidit. Et, ſi etiam Jannæum hanc habuiſſe mentem evictum eſſet, aliud quid potius quam Thuribulum eum nummis exhibuiſſe, credibile foret; מחתה enim ſ. *Thuribulum*, non Pontificalem præciſe, ſed Sacerdotalem ſaltem indigitabat dignitatem, cum S. Pontifex eodem ſemel tantum in anno, gregarii vero ſacerdotes quotidie utebantur. Tum vero genuinum Pontificalis ſuæ dignitatis indicium exhibuiſſet, ſi rebus Pontifici propriis, unam nummi faciem ornaſſet, & vel מעיל *pallium* cum tintinnabulis aureis vel איפוד *Amiculum*, pallio brevius, cum 2. lapidibus שוהם *Smaragdi*, vel חשן *pectorale* cum 12. gemmis & אורים ותומים vel tandem ציץ *Laminam* auream, Cidari prætenſam, cum palmite conjunxiſſet. Hæc enim Jannæo de inſigni Pontificalis dignitatis cogitanti, primum in mentem venerint, oportet,

tet, & nulla fuisset ratio, quæ Thuribulum potius, quam unum ex his, ipsi eligendum esse, persuaserit. Manubrium, quod VV. Cll. in calice monstrant, calicem hunc, thuribuli Symbolum fuisse, non probat. Protensa enim pars, ab utroque latere Calicis, in nummo Brauniano ne minimam quidem manubrii speciem præ se fert, & longius multo, quam nummus exhibet, manubrium, aurei Thuribuli gravitas atque capacitas postulabat; ut calicis potius rostrum, ad aquam ab utroque latere emittendam aptatum, quam manubrium illud fuisse existimaverim. Nullius enim usus, alias alterum, ab altero latere, pari longitudine eminens manubrium fuisset, cum duo manubria & ipse Thuribuli usus prohibeat. Accedit, quod, si Thuribulum calicis habuisset figuram, manubrio nec opus fuisset, dum pede commodius, quam manubrio calix a Sacerdote ferri potuisset. His si jungas reliquos Samaritanis literis signatos nummos, qui plerumque non calicem, sed cantharum ad Thuribulum prorsus ineptum, collo angustiori, artificiose ornatum, operculo tectum, ansis mire inflexis, referunt; ne minima quidem dubitandi supererit ratio, autoribus Nummorum Samaritanorum Thuribulum nequidem in mentem venisse, calice vero in Nummis obvio, potius *Poculum benedictionis* Ps. CXVI. 13. Targum in h. l. vel *Urnam Mannæ*, vel aliud quid indigitare voluisse. conf. Adr. *Reland. Dissert. V. de Numm. Hebr. qui ab inscriptarum literarum forma Samaritani appellantur*, Traj. 1709. Corn. Diet. Koch. *Diss. de Numm. Hebr. inscript. Samar.* Helmst. 1722. Car. Lud. Hoheisel. *Diss. II. de Vasculo Mannæ*. Jenæ 1715.

§. VI. Destructa igitur fictitia Thuribuli figura, vera ejusdem species nunc restituenda erit. Non facile vero a Rabbinis nobis erit expectandum auxilium, cum omnes fere Biblici Commentatores vocem מחתה silentio prætereunt, vel cum Ab. Esra *ad Levit.* XVI. 12. ידוע היא *Quid Thuribulum sit notum jam est*, inquiunt. Vix etiam apud illos, qui ex professo sanctuarii Vasa descripsere, aliquam saltem Thuribuli descriptionem offendes. R. Jac. Raphelius in *Sepher Omeck Halacha* Thuribuli ne mentionem quidem injicit. Vastum Talmudis Opus nullibi in Mischnah Thuribuli figuram tradit, & in ipso Tractatu כלים qui de instrumentis sacris præcipue agit, nil nisi solum nomen commemorat. Aliquid duntaxat, ex vario מחתה usu colligere licet. Referunt Doctores Talmudici in Joma cap. IV. m. 4. בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה בתוך של זהב והיום חותה בשל זהב ובה היה מכניס *Quotidie* sacerdos *prunas* ab ara exteriori *acerra argentea excipere & in auream illas coacervare solebat*. Verum *Expiationis Die aurea acerra prunas excipiebat & eadem adytum ingrediebatur*. Usus Thuribuli, in excipiendis, seu hauriendis prunis, a Judæis hic descriptus, calicis figuram prorsus destruit, calice enim quomodo prunas excipere potuerit Sacerdos, non facile concipies. Non vero commodius & ad hunc usum magis idoneum excogitabis instrumentum, quam si Thuribulum *batillo*, [nobis *Eine Fever-Schauffel* dicto] quo prunas ex caminis extrahere consuevimus, simile fuisse fingas, quod & Thuribuli Nomen confirmare videtur, מחתות לחתות כהן תרומת הדשן ונחלים להוליך ממזבח החיצון למזבח הפנימי להקטיר קטרת *Machtoth propterea ita dicuntur, quia idonea sunt ad hauriendum & removendum cinerem, & ad excipiendas prunas ab Ara-Exteriori & deferendas in altare interius ad suffitum faciendum*, scribit R. Isaacides ad I. Reg. VII. 50. it. ad Jer. LII. 19. Convenit huic figuræ, quod in Joma l. c. addunt: פנה גחלים אילך ואילך *Hoc instrumento prunas Pontifex M. huc illuc vertere potuit*. His si addimus, distinctionem Talmudicam, inter מחתה שלמה *Acerram integram*, & מחתה פרוצה *Acerram effractam*, i. e. ut Maimonides exponit; פשוטה כולה בלא דפנות *Penitus declivem absque marginibus*, Kelim cap. II. m. 3. & 7. מחתה *seu Thuribulum*, instrumentum planum, marginibus cinctum fuisse, non sine ratione conjicias. Ansa fuisse instructum Thuribulum, expressis verbis docent in Joma cap. IV. m. 4. בכל יום היתה ידה קצרה והיום ארוכה *Quotidianum Thuribulum breve habebat manubrium, sed Expiationis die usitatum, longius.* כדי שתהא זרועו של כ״ג מסייעתו *Ut manubrium sublevaret Brachium Pontificis M.* Gemara in h. l. Obscuriora hæc & per Consequentiam ex Talmude tantum deducta Clarioribus verbis confirmabit R. Sal. Isaacides, quem Abarbanel *in Comm. in Judic.* XX. 17. *f.* 69. *d.* אב בתלמוד ואחריו לא קם כמוהו *Parentem Doctrinæ Talmudicæ & quidem omnium versatissimum* nominat, cujus quo major est Autoritas, eo certiora erunt quæ de Turibuli fi-

li figura forte solus inter Commentatores Biblicos nobis reliquit. Describit ille vero Thuribulum, ceu *Instrumentum planum, quadratum vel oblongum, tribus erectis marginibus a tribus lateribus ita cinctum, ut antica pateret*. Planum illud fuisse asserit ad Num. IV. 14. מחתה עשויה כמין מחבת *Factum erat Thuribulum instar Machbat.* quod ipsi ad Lev. II. 5. כלי אינו עמוק אלא צף ומעשה המנחה שבתוכו קשין שמתוך שהיא צפה האור שורף את השמן *Tale fuit instrumentum, quod non profundum sed planum erat, adeo, ut non nisi duræ vel aridæ oblationes, in illo præparari poterant*, quia enim planum erat *instrumentum, commode ignis oleum* cum quo præparatæ erant oblationes, *consumere potuit*: conf. Lev. VI. 21. VII. 9. I. Par. XXIII. 29. Neque instar Calicis, rotundum, sed vel quadratum vel oblongum fuisse Thuribulum, marginibus tribus prostantibus instructum, idem testatur ad Num. IV. 9. שוליהם פשומין לא סגלגלים ואין לה מחיצה לפנים אלא מצדיה *Margines* Thuribuli *erant longæ* seu protensæ *non rotundæ [illegible] antica margine carebat, latera tant[illegible] iisdem cingebantur*. & ad v. 9. co[illegible] 14. [illegible] אלא שלוש מחיצות [illegible] שואבת את הגחלים *Tres tantum thuribulum habebat margines, & antica hauriebat prunas*. Mire hanc Isaacidis descriptionem confirm[illegible] Locus ex Cod. Jom. cap. V. m. 5. qui Braunio crucem fixit l. c. C. V. §. LXXIII. ubi *Palam* illam, qua Thura ex conceptaculo excipiebant, eodem quo Thuribulum nomine מחתה appellant. הוציאו לו את הכף ואת המחתה וחפן מלא חפניו ונתן לתוך הכף *Adferebant Pontifici M. Caph & Palam* plenam thuribus, *accepit etiam ille plenum pugillum suum* aromatibus ex pala illa, *& conjecit in Caph*: quod *Gemara in h. l.* explicat: התם מחתה דגחלים הכא מחתה דקטרת דתניא לו כף ריקן מלשכת הכלים ומחתה גרושה של קטרת מלשכת אבטינס *Alibi per* Machta intelligunt *acerram, qua prunas excipere solent, hic vero, palam qua thura expromebant, tradunt enim: Quod* in die Expiationis sacerdotes *Caph vacuum Pontifici ex Conclavi Vasorum & Palam thuribus repletam ex conclavi Astines adduxerint*. Conf. Joma Cap. IV. m. 3.

§. VIII. Inservient illa quæ ex Antiquitate Judaica de Hebræorum Thuribulo dicta sunt, ad intelligenda omnia illa Scripturæ Loca, ubi instrumentum מחתה occurrit. Exod. XXV. 38. XXVII. 3. Num. IV. 9. 14. I. Reg. VII. 50. Jer. LII. 19. 2. Paral. IV. 29. Non amplius cespitabis, nec cum Interpretibus anceps hærebis, quid per Vocem מחתה sit intelligendum, sed distinctum tibi poteris formare conceptum, qualenam fuerit instrumentum in his locis voce מחתה commemoratum. Clarius intelliges, quomodo Nadab & Abihu igne adulterino coram Domino apparuerint. Lev. X. 2. Commentarium habebis in Lev. XVI. v. 12. s. ubi Deus Aaronem jubet: לקח מלא המחתה גחלי אש מעל המזבח מלפני יהוה ומלא חפניו קטרת סמים דקה והביא מבית לפרכת וגו׳ *Thuribulum prunis ab ara illa repletum, quæ coram Domino* in templo *erat, accipere, & pugnis aromatibus suffimenti tenuissimi, plenis, in Adytum procedere, & thura super prunas incendere*. Commoda tibi erit idea de LXX. senioribus Israelitis, quos Ezechiel, Thuribulis instructos Deastris suffire videt. c. VIII. 11. Comprehendes, quomodo Propheta Ezech. IV. 3. מחבת loco parietis ferrei usurpare potuerit, cum *Machbath* tenuem & planam fuisse lamellam §. VII. ostenderit. Clarius concipies, Usiam Thuribulum manu gestantem & ad excipiendas prunas properantem ab Asaria fuisse prohibitum, & si verum est quod R. Jarchi in h. l. scribit, Usiam paratum stetisse, ut Asariam Thuribulo feriret, facilius intelliges, quomodo hoc acerra oblonga potius, quam calice a baculo suspenso fieri potuerit. Præcipua vero Lux affundetur Num. XVI. 6. 7. 18. XVII. 2. 3. Improba hic Korachi cohors, acerris instructa, Summum Pontificatum sibi vindicatura, adest, propria forte quilibet, & domestica ad suffiendum attulit batilla, cum 250. Thuribula in Tentorio fuisse non credibile est, ipsi quoque cohortis socii, sua non minus sacra esse vasa ac instrumenta, quam illa Tentorii, ab Aarone dedicata, sibi persuaserint, adhæc, sua batilla domestica ad suffiendum æque idonea deprehenderint. Post eorundem excidium, Aaron eorundem Thuribula tollere & in laminas flexa ab ara suspendere jubetur. Calicis vero figuram si horum habuissent thuribula, difficulter in laminas duci, commodius vero ab utraque parte altaris in series collocari potuissent. Non vero adeo difficile erat thuribula plana, marginibus tantum prostantibus deflexis, ab ara suspendere, neque figura eorum

eorum convenientius aliquid fieri potuit, qua expositione textus quoque planissimus redditur. Admissa hac thuribuli figura, facilius concipies, quomodo Aaron cum Batillo fumiganti per media Israelitarum cadavera festinare potuerit, cap. XVII. II. 12. quod non temere, calice a baculo suspenso impeditus, fecisset. Nec diversas quoque Judæorum Thuribulis *Joannem* in manibus XXIV. Seniorum Apocalipsicorum vidisse φιάλας Apocal. v. 8. VIII. 3. 4. 5. admodum probabile mihi videtur, nihil enim obstat, quin cum omnia fere reliqua, iisdem quo in templo coloribus, Joanni depicta videas, & horum Seniorum Thuribula Thuribulis Judæorum æqualia fuerint,





JOHANNIS BRAUNII
DISSERTATIO
DE ADOLITIONE SUFFITUS
EX VARIIS SACRIS EXCERPTA.

CAPUT I.
DE SCOPO QUO COLLINEAT SPIRITUS S. SEPTIMO SIGILLO.

I. CHristus Ecclesiæ Sacerdos *fuit omni tempore. Excellentiori modo sub* Test. Novo. *Non omni tamen tempore sub N. T. æque est illustre ejus Sacerdotium. Quale sub Persecutionibus fuerit. Quale sub Antichristo. Illustrius post Reformationem. Excellentius erit ultimo fato, sub* Regno glorioso. *Ideo Christus introducitur istis temporibus functus excellentiori parte Sacerdotii, nempe* Thymiamata *offerrens.* II. *Ad* Septimum sigillum *referunt quidam solum* silentium semihorii. *Sed male. Continet totam* Septimam periodum. *Ut* septem tubæ, *ita & septem sigilla. Eodem ordine sequuntur.* III. *Per* Septimum sigillum *depingitur status Ecclesiæ sub* septima

ptima periodo. Septimæ Tubæ *cum* Septimo Sigillo *convenientia*. *Ecclesia* Coelum. Fulgura, tonitrua, grandines & *alia post septimam Tubam & Septimum Sigillum*. IV. *Hoc loco & cap.* XI. *ultima fata Ecclesiæ* Templum & Sacerdotium, & Casum Babelis. Templum, Dominus, Deus & Christus *idem*. *Ante* Constant. M. *Ecclesia erat ut* Tabernaculum *in deserto*. *Postea* Templum, *ut* Salomonis. Templum *quasi clausum sub Antichristo*. V. *Per* Reformationem *Templum apertum*. *Multis tamen populis hactenus clausum est*. VI. *Post integrum* Casum Babyloniæ *apertum erit omnibus*. *Christus* Sacerdotio *fungetur modo excellentiori quam hactenus*. *Quædam loca Scripturæ*. VII. *Christus est* Sacerdos *maxime quando ejus Sacerdotium multis applicatur*. *Status Ecclesiæ gloriosus cur per sigillum depingatur?* VIII. *Solvitur difficultas de* Semihorii Silentio. Septem Angeli *clangentes septem tubis*. *Sunt* cantores *inservientes Sacerdoti Thymiama offerenti*. IX. *Quæ examinanda sint circa* Septimum Sigillum. I. Apertura Sigilli. II. Silentium Semihorii. III. Septem Angeli. IV. Alter Angelus. V. Voces, & Terræ motus.

Christus excellentiori modo est Sacerdos sub Novo, quam sub Vet. Test.

I. Christum Sacerdotem fuisse Ecclesiæ suæ, omnibus temporibus, & sub Promissione, & sub Veteri & sub Novo Test. notissimum est. Nam ut se obtulit per Spiritum æternum: Hebr. 9. 14. ita sane & ab æterno se obtulit pro omnibus electis, omnium ætatum & Oeconomiarum. Nihilominus tamen excellentiori modo est Sacerdos sub Novo, quam sub Veteri Testamento. Cum enim ejus sacerdotium olim depictum solummodo fuerit, per victimas atque oblationes; nunc sub Novo Test. seipsum obtulit in cruce, tanquam veram victimam, quæ reatum prorsus deleret, veramque adferret ἀθέτησιν ἁμαρτίας *abolitionem peccati* Hebr. 9. 26. & ἄφεσιν *Remissionem peccatorum*, quæ cessare faceret omnem προσφορὰν *oblationem pro peccatis*. Hebr. 10. 18. Tamen & in Novo Testamento non semper æque illustre fuit ejus sacerdotium, omnibus temporibus. Quo Ecclesia, spirituale illud Christi Templum, fuit augustius, eo sacerdotium ejus magis fuit conspicuum atque gloriosum. Minus augustum fuit, quamdiu Ecclesia, instar exigui, ut olim post exitum ex Ægypto, Tabernaculi, erravit atque latuit in deserto, sub Imperatoribus Ethnicis, decem flagrantibus persecutionibus; quam postea sub Constantino Magno, nempe quarto, quinto, & sexto sæculo. Vix apparuit ejus sacerdotium, sæviente, in veros Dei cultores, * Antichristo, & pro vero Christi sacerdotio, obtrudente sacerdotium fictum Missæ. Multo sane illustrius,

Sacerdotium Christi quo tempore maxime est illustre.

* Multa hic & alibi eruditus Braunius dicit, quæ ingenium referunt Calvinianum Romanam Ecclesiam Babylonem vocat, atque schismaticam esse ait. Romanum Pontificem Antichristum appellat, & Missæ Sacrificium tanquam confictum ab Ecclesia Romana commentum deridet. Recolat quæso animo Braunius ad ea quæ obtigerunt sub reformationis initium, & illico comperiat Protestantium cœtus recte dici posse diversa, atque ad invicem diversa schismata. A discessione quidem schisma suum nomen sortitur; Romana Ecclesia nunquam hactenus ab ulla Ecclesia discessit, ab ea tamen tanquam a vera Matre multi discesserunt. Qui reformatorum nomine gloriantur, isti, inquam tanquam novelli Donatistæ discerpto Matris sinu eruperunt, atque in diversas communiones, seu congregationes abierunt. Perpetuus utriusque Ecclesiæ Orientalis scilicet, & Occidentalis in controversia cum Protestantibus doctrina usque ad hanc nostram ætatem consensus palam evincit in Ecclesia Romana in doctrina mirificam firmitatem, & Protestantium deplorandam varietatem. Hoc argumentum egregie illustravit Habrham Echellensis, in notis, & dissertationibus ad Bibliothecam Orientalem Hebed Jesu. Cui addendi sunt Leo Alatius de consensu utriusque Ecclesiæ, Autor Perpetuitatis Fidei, & Nicolaus de unitate Ecclesiæ qui omnes egregie hanc controversiam tractant.

Nec minus nugatur Braunius cum Romanum Pontificem Antichristum appellat. Nam Antichristus hominem significat Christi doctrinam evertentem, seque ipsum Deum facientem teste Paulo Apostolo ad Tessal. 2. Romanus Pontifex Christi Doctrinam tantum abest, ut evertat, ut in dies ubique gentium propagare satagat, eamque Doctrinam quam Ecclesia Romana ab Apostolis derivatam accepit, tueatur, ac conservet; nec Divinitatem sibi nunquam adscripsit. Braunii vero impudentia ex eo maxime manifestatur, quod Protestantium Doctores, & cordatiores, inter quos Hugo Grotius Romanum Pontificem nunquam ausi sunt tam nefario Antichristi nomine excipere, quippe qui ex Ecclesiasticis Annalibus, & Monumentis probe noverant Romani Pontificis dignitatem, majestatem, atque venerandam apud omnes Ecclesias authoritatem. Legat quæso Braunius si adhuc in vivis est, legant Braunii Sodales Ecclesiasticos annales, ubi nunquam inveniet ab ipsa Ecclesiæ origine usque ad Lutheri tempora (licet jurgia multa extiterint inter Ecclesiam Romanam, & Orientalem) Ecclesiam ullam, Patrum neminem, qui tam nefariam opinionem de Romano Pontifice conceperint. Impudentium hæresum ingenium est tam portentosas, & insanas voces effundere de Romano Pontifice.

Mis-

ſtrius, quam unquam antea, apparuit a tempore Reformationis, poſtquam Eccleſia obtinuit poteſtatem exeundi ex Babylone, ut Deum caſtius coleret in ſpiritu & in veritate. Sed & excellentiori modo ſacerdotium exercebit, ſub ultimis fatis Eccleſiæ ſuæ, ubi obtinuerit Regnum glorioſum per totum mundum, & in omnes populos, nationes & linguas; quale ſperamus poſt ultimam tubam, deſtructo Antichriſto, & ubi audietur vox: *Regna mundi ſunt Chriſto & Domino ipſius*. Apoc. 11. 5. Sane quo Chriſtus plures habet cultores, eo auguſtius atque nobilius quoque eſt ipſius ſacerdotium. Cum autem, ſub ultimis fatis Eccleſiæ, Chriſtus cultores habiturus ſit per totum terrarum orbem, multo plures quam hactenus, neceſſario colligi debet: ejus quoque ſacerdotium tunc demum apparere omnibus populis, & fore auguſtiſſimum. Hanc puto eſſe cauſam, ob quam Deus voluerit, ut filius ſuus vere ille Legatus, Apoſtolus & Angelus faciei Dei, præſens eſſet in Eccleſia ſua tanquam Sacerdos, qui fungeretur ſacerdotio, & ex omnibus ſacerdotii functionibus, parte nobiliſſima, qualis eſt *oblatio thymiamatis*, quæ ſatis manifeſto proponuntur per aperturam ſeptimi ſigilli, Apoc. 8. 1. 2. 3. 4. 5. Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἑβδόμην, ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς ἡμιώριον. Καὶ εἶδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους, οἳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι. Καὶ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἑπτὰ σάλπιγγες. Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλὰ, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων, ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου. Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων, ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸν λιβανωτὸν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ σεισμός.

Quæ ad Septimum ſigillum ſint referenda.

II. Sunt qui ad ſeptimum hoc ſigillum nihil referunt, præter *ſilentium ſemiborii*; reliqua autem omnia quæ his verbis continentur ad ſeptem tubas. Cui ſententiæ ſubſcribere nequeo: cum hac ratione per ſeptem ſigilla non prædicta eſſent omnia Eccleſiæ fata, nec ſeptem periodi, ſive ſeptem fata, credenda forent, ſed ſex tantummodo, aut octo omnino eſſent ponenda: ita ſcilicet ut *ſeptima* periodus contineret ſolum *ſilentium*, *octava* autem integram *everſionem Antichriſti*, & erectionem Regni Chriſti glorioſi. Sed quo referretur *Angelus* qui thymiamata ad Altare facit, *preces ſanctorum*, *effuſio ignis in terram*, *voces*, *tonitrua*, *fulgura & motus*, & reliqua quæ continentur uſque ad comma ſextum? Hæc mihi non videntur commode referri poſſe, nec ad Periodum primam, nec ad ſextam; Debent proculdubio ſequi ſeptimum ſigillum & præcedere ſeptem tubas, adeoque referri non poſſent, nec ad ſeptem ſigilla, nec ad ſeptem tubas, quod tamen abſonum videretur, quandoquidem per ſeptem ſigilla, quemadmodum & per ſeptem tubas, omnia fata Eccleſiæ prædicta ſunt, & cuilibet ſigillo ſua tuba eodem ordine reſpondet. Ergo hæc omnia, quæ prioribus hiſce quinque commatibus continentur, ad ſeptimum ſigillum referri nullus dubito; eo magis id credo, cum hoc *ſilentium* ad Thymiama referri debeat, non minus quam reliqua omnia quæ uſque ad ſextum comma continentur.

Septem ſigilla cum ſeptem tubis non ſunt confundenda

Depingitur hic Eccleſiæ ſtatus ultimus.

III. Depingitur itaque hic ſtatus Eccleſiæ ultimis temporibus, ſive Regnum Chriſti glorioſum, ſub ſeptima & ultima periodo, ſub emblemate Sacerdotii Jeſu Chriſti, maxime autem ejus thymiamatum. Et ſane omnia quæcunque hic a primo ad comma ſextum uſque dicuntur, & *ſilentium*, & *thymiama*, & *Preces*, & *voces*, & quæ ſequuntur, optime ad Sacerdotii Excellentiorem partem referuntur, eſt enim oblatio

 ſuf-

Miſſam denique quam Braunius inventum hominum eſſe comminiſcitur, eſſe verum atque Auguſtiſſimum Sacrificium, non modo ab Apoſtolis tradita doctrina, ſed inſuper omnium Eccleſiarum, & Patrum conſenſu firmata eſt. Nam Auguſtinus libro 9. Confeſſionum, hujus Sacrificii meminit ritumque ſacrificandi deſcribit tanquam rem in Eccleſia Chriſti jugiter frequentatam, & libro de ſpi. & litera cap. 11. facta comparatione inter Eccleſiæ Sacrificium, & veteres oblationes, Miſſam vocat veriſſimum, & ſingulare Sacrificium: eaſdem voces, eandemque ſententiam tenent Cyprianus, Ambroſius, Chryſoſtomus, aliique Patres de Eccleſia Catholica optime meriti. Hoc idem probant vetuſtiſſimi Eccleſiæ mores, & conſuetudines Altarium, menſarum, ſuffimentorum aliorumque rituum, ex quibus probe devincitur veritas Sacrificii Miſſæ. Adeat quæſo æquus ac Chriſtianus lector doctiſſimi Maldonati opuſcula de Sacram. Tom. 2. de Sacrificio Miſſæ & ibi plura inveniet quæ Proteſtantium deliramenta prorſus jugulant. Ineluctabile quidem eſt argumentum ab utriuſque Eccleſiæ conſenſu deductum apud Leonem Allatium ubi lector inveniet Miſſæ Sacrificium in Eccleſia Græca a primævis Sæculis uſque ad noſtra tempora conſtantiſſime, ac indeſinenter ſervatum, ac uſitatum. Leoni Allatio addi poſſunt Arcudius lib. 1. de conſenſu, Goar de ritibus, & Richardus Simon de Fide Orientalis Eccleſiæ. Definat igitur Braunius, deſinant Braunio ſimiles imperitæ plebi ſuis maledictis, ac mendaciis imponere, & ad veram unde diſceſſerunt Matrem devicto errore orantes redeant ſuique ſaluti conſulant.

Oblatio suffituum sanctissima pars Sacerdotii.

suffituum præcipua & sanctissima totius Sacerdotii pars. Ita sane & alibi status ultimus Ecclesiæ exhibetur, tanquam templum & sacerdotium. Capite enim undecimo, commate 19. post clangorem septimæ tubæ, quæ eadem depingit fata Ecclesiæ, ac septimum sigillum & fere iisdem verbis, iisdemque symbolis legimus: καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὤφθη ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης τοῦ κυρίου ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ καὶ ἐγένοντο ἀστραπαὶ, καὶ φωναὶ, καὶ βρονταὶ, καὶ χάλαζα μεγάλη. En *Templum Dei apertum in cælo*, [id est in Ecclesia, quæ toties cœlum dicitur] & *conspecta Arca Fœderis* in Templo, coram qua fieri solebat *thymiama*, decimo die Tisri in solenni expiatione & singulis diebus; & eodem tempore ἀστραπαὶ, καὶ φωναὶ, καὶ βρονταὶ, καὶ χάλαζα, ejusmodi, *Fulgura*, *tonitrua*, *voces* & *grandines* etiam facti post ultimam phialam. Apocal. 16. 18. eodem modo ac in hoc loco, post septimum sigillum, ἐγένοντο φωναὶ, καὶ βρονταὶ, ἀστραπαὶ καὶ σεισμὸς, ut prorsus non differre videantur ea quæ prædicuntur post septimum sigillum, ab iis quæ annunciantur post clangorem septimæ *tubæ*, & post septimam *phialam*.

Ultima Ecclesiæ fata, ubi depingantur?

IV. Sed non tantum hoc loco & Capite XI. ultima fata Ecclesiæ depinguntur tanquam *Templum*, & *Sacerdotium*; sed idem fit alibi, post integrum Babelis & Antichristi casum; veluti Capite 21. 3. καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης, ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν. Καὶ αὐτοὶ λαὸς αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν. Istud autem *Templum*, est ipse *Dominus & Deus*, scil. Jesus Christus. Cap. 21. 22. Ita sane res sese habet: est enim Christus sub Novo Testamento, maxime ultimis ac beatis istis temporibus, & *Tabernaculum*, sive *Templum*, & *Altare*, & *Sacerdos*, & *Sacrificium*. Nam quamvis sit Sacerdos æternus Ecclesiæ suæ, nihilominus ipsius Templum aliquando quasi clausum fuit, & sacerdotium ejus vix agnoscebatur ad aliquot secula. Sub persequutionibus Imperatorum Gentilium, vix exiguum habebat tuguriolum, ut olim Israelitæ, quamdiu errabant in deserto. At vero tempore *Constantini Magni*, tanquam alterius *Salomonis*, ædificatum est augustum quidem Templum, quando Ecclesia non solum liberata a persequutionibus, sed & totum fere Imperium Romanum, cum Imperatoribus, ad Christum conversum est. Sed paucis seculis post, per corruptiones & tyrannidem Antichristi, conculcantibus etiam

Templum Christi aliquando clausum, nonnunquam exiguum

Tempore Constantini M. ædificatum est.

Gentilibus Templum Dei, spatio quadraginta duorum mensium, id est, mille ducentorum sexaginta annorum. Apocal. 11. 2. Templum Christi iterum fuit quasi clausum, & sacrificium ejus, adeo ignotum, ut vix amplius Sacerdos vere agnosceretur. Suppositum ei fuit Sacerdotium Missæ, peragendum ab homine peccatore, offerenda erat hostia ex pane, & intercessio fiebat meritis Sanctorum atque Sanctarum, thymiamata ex rebus perituris, & igne materiali consumendis; unde factum est, ut Sacerdotium Jesu Christi negligeretur, & ut vix Sacerdos dictus fuerit.

Per reformationem Templum Christi fuit apertum.

V. Fatemur per Reformationem Dei Templum aliquo modo fuisse apertum, suoque Sacerdotio iterum functum Christum Servatorem, excellentiori modo, quam per aliquot secula & quam forte unquam hactenus factum fuerat; nihilominus tamen Templum Dei ad hunc usque diem clausum est, & *Arca Fœderis Domini* nondum est visa, non tantum apud multos populos gentiles, Turcas atque Judæos, sed & apud plerosque in Europa, qui in cryptis atque delubris Antichristi per fictum Sacerdotium, superstitioni & Idololatriæ litant, litabuntque donec tandem Babylon funditus evertatur.

Templum Christi omnibus populis apertum erit ultimis fatis.

VI. Post integrum autem casum Babyloniæ, quem speramus ultimis temporibus, sive sub periodo septima, audietur vox. *Regna mundi sunt Domino & Christo ejus*, Apoc. 11. 15. ubi *plenitudo Gentilium intraverit* in Ecclesiam Christi, & ubi *totus Israel servabitur*, Rom. 11. 25. Tunc Christi Templum omnibus populis apertum erit, per totum terrarum orbem, Arca Dei omnibus conspicietur, & Christus Sacerdotio suo, modo excellentiori, quam ante tempora ista unquam factum, fungetur, omnesque populi, quibus hactenus ignorabatur, ad eum accurrent, illiusque Sacerdotii participes esse volent. Eo respexisse videtur propheta Malachias cap. 1. 11. *ab ortu solis ad ejus occasum, omnes gentes, & in omni loco offerent hostias & munus purum* id est, omnes nationes agnoscent sacrificium Jesu Christi, ejus fient participes, & ipsi per Christum illiusque sacrificium offerent sacrificia spiritualia Deo. Videatur Esaias cap. 2. 2. Inter illos scilicet Christus vere sacerdotem agit, quia vera fide ipsius sacrificium agnoscunt, & amplectuntur.

Christi Regnum & Sacerdotium Augu-

VII. Quemadmodum igitur Christus, etsi semper regnet, nihilominus tamen tunc vere dicitur regnare, quando plures

res

stum sub ultima Tuba. res habet populos imperio suo subjectos, ita quoque vocatur *Sacerdos*, atque sacerdotio fungi dicitur, quando ejus sacrificium pluribus applicatur. Hoc autem augustiori modo, quam unquam antea, fiet post clangorem ultimæ tubæ, & post aperturam ultimi sigilli. Propter has igitur & alias rationes, credo Spiritum Sanctum per aperturam ultimi sigilli, statum gloriosum Ecclesiæ Christi nobis depingere voluisse sub emblemate Sacerdotii, aut saltem præcipuæ ejus partis, quales sunt oblationes thymiamatum.

Solvitur difficultas de septem tubis. VIII. Potest tamen alicui scrupulus injici, quod hic fiat mentio de *septem tubis*, statim post *silentium semihorii*. Unde colligi nonnulli volunt, aperturam septimi sigilli nihil aliud continere, quam *semihorium* tantummodo; eo magis incidunt in hanc opinionem; quod mox introducantur *septem Angeli* clangentes septem suis tubis. Verba igitur a commate secundo, usque ad septimum, uti credunt, continent tantum præparationem ad clangorem septem tubarum. Sed falluntur: cum præparatio ad clangorem tubarum exprimatur tantum commate sexto. Quod autem attinet ad comma secundum, ubi Johannes dicitur, vidisse *Angelos qui stabant coram throno, & quod ipsis datæ sint septem tubæ*, illud non probat, jam inde factam esse præparationem ad clangorem tubarum; verba enim ista nihil continent præter meram narrationem, quod septem isti Angeli, quibus datæ sunt tubæ, præsentes fuerint Sacerdotio & thymiamati Christi Summi nostri Pontificis: ut & ipsi isti Angeli participes fuerint Sacerdotii Christi, immo ipsi adstiterint, & inservierint tanquam tot Sacerdotes & cantores, quemadmodum ex sequentibus clarius constabit, cum revera circa oblationem suffitus etiam audita fuerint tubæ & cantica.

IX. Quinque circa hæc verba examinanda sunt. I. Ipsa *apertura sigilli*. II. *Silentium semihorii* quod sequutum est istam aperturam. III. *Septem Angeli* coram throno Dei, habentes *septem tubas*. IV. *Alter Angelus* Sacerdos offerens thymiamata, ejusque aliæ actiones circa oblationem suffituum. Et tandem V. *Voces* quæ ad istam oblationem auditæ sunt & *terræ motus*.

CAPUT II.

DE APERTURA SIGILLI & DE SILENTIO SEMIHORII.

X. Apertura Sigilli. Leo *aperuit*. *Solus Christus Deus omniscius*. Aperire sigilla *quid?* XI. Septem Sigilla *aperiuntur*. Septem Sigilla, septem fata *Ecclesiæ N. T.* Septimum *notat ultimam* Periodum. *Regnum Christi gloriosum, post lapsum Antichristi*. XII. Silentium semihorii. *Ubi? in* Coelo, *ubi* stabant Angeli *&c.* Templum *pictura Ecclesiæ N. T.* Coelum *est Ecclesia sub N. T. Quia omnia sunt* Coelestia *& Spiritualia*. *Quædam loca S. Scripturæ*. *Ecclesia* Jerusalem Coelestis. Silentium *in Ecclesia militante, non in vita futura*. XIII. *In coetu Ecclesiæ militante est apertura Sigilli*. *Ibi factum* silentium. In templo *Jerusalemitano ad oblationem* Thymiamatis, *magnum* Silentium. *Solus Sacerdos intrabat in locum sanctum; etiam Summus Pont.* decimo Tisri, *remotis omnibus*. Codex Joma. Misna & Gemara. Maimonides. Hilchot Tmidim Umusaphim. Zacharias Luc. 1. 9. 10. *Solus, in loco sancto hora* Thymiamatis. Silentium *expiat peccatum maledicentiæ quæ fit clanculum*. Gemarici Codices Sevachim. *Proverbium Talmud.* Aroma Silentium. Gemara Cod. Joma. XIV. *Ad* Silentium *in Templo Jerusai. respicit Johannes hoc loco*. Grotius *notatur*. *Ad oblationem* Thymiamatis, *cessat omnis strepitus in Templo*. *Ut precibus sint intentiores*. Silentium *in sacris & Gentiles commendant*. Seneca, Propertius, Servius. Favete linguis. *Proverbium Græcorum*. Achilles Tatius. XV. *Duravit* Silentium Semihorium. *Dicitur* ὡς. *vel intra semihorium, vel parum ultra*. Pon-

tifex Max. *in adyto non debuit manere diu*. *Ne timeret populus aliquid mali ipsi accidisse*, Codex Joma, Maimonides. *Quidam* Pontifices Max. *in adyto morte percussi*. *Non itaque debebant esse longi in precibus*. *Ideo de* Zacharia *timebant*. Luc. 1. 21. *Comminatio Dei* Levit. 16. 13. ולא ימות XVI. *Utrum hoc* Silentium *nullam habuerit significationem emblematicam?* XVII. *Sunt qui negant*. *Nudam putant* Visionem scenicam. *Sed male*. Paræus *in* silentio *nullum existimat mysterium*. *Contrarium statuitur*. Scena dramatica *an conveniat cum Majestate S. Scripturæ*. XVIII. *Habet* Silentium *significationem ut reliqua*. Ruperti *&* Paræi *sententia*. *Utrum* Silentium *sit tranquillitas post ultimum judicium?* *Negatur*. XIX. Brichtmanni *conjectura*, *de tempore* Arrianorum *&* Juliani. *Refutatur*. Lyrani *sententia cadit*. Bedæ *&* Anshelmi *de* silentio *post interfectum Antichristum*. xlv. *dierum*, (*cui favet* Hieronymus) *error*. *Notantur* Aretas *&* Andræas Cæsareensis. Cluveri *expositio nulla*. Ambrosius *& alii de pace post Augustum falluntur*. XX. Silentium Dei, *&* Hominum. *Quo sensu* Deus silere *dicatur?* *quomodo* ענה respondere. *Dicta Psaltæ*. *Deus dicitur etiam* loqui. XXI. Silentium Hominum XXII. *Utrum hoc loco* silentium Dei, *an* Hominum? *Forte utrumque*. Dei Silentium *quod Deus*, *Ecclesia versante in maxima calamitate*, *at tempus auxilio suo non adsit*. XXIII. Silet *& Ecclesia*. *Antequam Anti-Christus deleatur & Regnum Chr. gloriosum stabiliatur*, *in extrema calamitate constituti fideles animas in* silentio *possidebunt*. Silentium *ad Eversionem Anti-Christi*, *est Sanctorum* Cura, anxietas, preces, & intercessio J. C. *ejusque* Thymiamata *pro sanctis*. XXIV. *Tempus* silentii. ὡς ἡμιώριον. *Indeterminatum tempus Spatium* semihorii *exiguum est*. *Male* Cotterius *spacium notabile putat*. Grotius *de minimo recte exponit*. Pollex *citatur*. Grotius *notatur*. *Johannes hic etiam* minimum *intelligit tempus*. *Anti-Christus subito casurus*, una hora. Apoc. 18. 10. 19. XXV. Semihorium *difficile determinatur*. Dies *aliquando pro* anno *apud Prophetas*. Mensis *erit* duarum horarum, Semihorium una hebdomas. Dies *etiam notat* 360. *annos*. *Hoc sensu*, semihorium *erit spatium octo fere annorum*. *Ergo Antichristi lapsus & populorum conversio tempore* octo annorum *fiet*. XXVI. Dies *totum tempus Novi Testamenti*. *Oeconomia N. T. aliquoties vocatur* dies. *Quædam loca scripturæ*. Hofmanni *sententia*, *Novum T. duraturum* 24. secula. *Ergo* semihorium *faciet* 50. *annos*. *Conjecturæ quas experientia refutabit*. *Notat tempus fixum*, *a Deo decretum*. *At tempus breve*, *ut* Pontifex Max. *brevi tempore precibus inhærebat in Templi adyto*. *Ultimis anxietatibus sancti forte* subito, *& citius quam crediderunt liberabuntur*.

X. QUod ad primum attinet, καὶ ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἑβδόμην. Is qui *aperuit sigillum*, est Leo tribus Judæ aut *agnus*, sive Jesus Christus, qui solus dignus est, ut sigilla aperiat, ut dictum est cap. 5. 6. 7. 8. 9. & cap. 6. 1. Christus enim filius Dei unigenitus, solus in sinu Patris omnia didicit, decreta Dei circa Ecclesiæ suæ fata omnia novit; adeoque is solus futura aperire potest. *Aperire* itaque *sigilla* nihil aliud est quam, sub certis quibusdam emblematibus, prædicere fata Ecclesiæ, quæ hactenus fideles latuerunt.

Aperire sigilla quid?

XI. *Septimum* autem hic dicitur aperiri *sigillum*. Quemadmodum non dubitamus, quin septem sigilla significent septem diversa fata Ecclesiæ Novi Testamenti, ita nobis constare videtur, *septimum sigillum* notare ultimam periodum, sive septima *fata*, quemadmodum jam modo insinuavimus. Quam periodum initium habere putamus circa integrum Antichristi lapsum, per Regnum Christi gloriosum, Ecclesiæque pacem

Septimum sigillum notat ultimam Ecclesiæ periodum.

pacem usque ad consumationem sæculorum. Sed hæc fortassis alibi fusius pertractabimus. Præcipuum quod hic agemus est, ut examinemus quæ ad *aperturam septimi* hujus *sigilli* dicta sunt.

Quando ejus initium.

XII. Ante omnia autem dicitur: fuisse *silentium in cœlo*, ὡς ἡμιώριον. Exprimitur *locus* ubi istud *silentium* fuerit, nempe *in cœlo*. *Silentium* fuit eodem in loco, in quo stabant *angeli* cum *tubis suis*, ubi erat *thronus* Dei, ubi fiebat *Thymiama*, *Voces* & *terræ motus*. Sed hæc omnino fuerunt in *Templo* Dei, non in *cœlo beatorum*, ubi æterno & perfecto fruuntur gaudio, post hanc vitam. Quemadmodum autem Templum fuit quasi compendium totius Ecclesiæ Veteris Testamenti, atque simul elegantissima pictura Ecclesiæ Testamenti Novi, ita dubitari non debet, quin per *cœlum* intelligatur *Ecclesia* Jesu Christi, post eversum Templum Hierusolymitanum. Sane non mirum est, si Ecclesia dicatur cœlum, maxime sub Novo Testamento, cum omnia nunc prorsus sint spiritualia & *cœlestia*, & dona Dei, & cultus quem ei præstamus, [colitur enim a nobis in spiritu & veritate] & sacrificia nostra sunt mere *spiritualia* Rom. 12. 1. 1. Petri 2. 5. Et bona quæ Deus nobis largitur, *sunt benedictiones spirituales in locis cœlestibus*. Ephes. 1. 3. Ideo Ecclesia *Regnum cœlorum* vocatur hodie. Matth. 3. 2. Fideles Nov. Test. dicuntur *sedere cum Jesu Christo in locis cœlestibus*. Ephes. 2. 6. Et *luctam habere cum malitiis spiritualibus in locis cœlestibus*. Ephes. 6. 12. Et *Draco* i. e. *Diabolus* pugnat cum *Michaele in cœlo*. Apocal. 12. 7. Ita & *Stellæ cadunt e cœlo* Apoc. 6. 12. Matth. 24. 29. quæ omnia in *cœlo beatorum* locum habere non possunt, sed in *Ecclesia militante*. Et cum *Jerusalem fuerit* sedes Ecclesiæ Veteris Testamenti, etiam Ecclesia Testamenti Novi dicitur *Jerusalem cœlestis*. Hebr. 12. 22. ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ. Gal. 4. 25. *Silentium* hoc fuit in *Ecclesia* militante. Ut mihi errare videantur, quicunque hæc referunt ad vitam futuram, post finem sæculorum, in cœlo beatorum. Deinde omnia illa quæ hoc silentium comitantur, & ipsi juncta sunt, immo & quæ sequuntur, de statu beatorum intelligi neutiquam possunt, sed de Ecclesia militante tantummodo.

Locus silentii.

Cœlum dicitur Ecclesia.

XIII. In hoc igitur *cœlo*, id est, in Ecclesia militante, maxime ad aperturam *septimi sigilli*, sive sub septima Ecclesiæ fatorum periodo, factum est *silentium*. Hoc ante omnia requirebatur ad oblationem thymiamatum, in *cœlo* typico sive in *Templo* Veteris Testamenti: profundissimum enim erat *silentium*, dum offerebantur Thymiamata; quod patet manifestissime ex iis omnibus, quæ nobis a Talmudicis, de oblatione suffituum traduntur. Solus enim Sacerdos intrabat in locum sanctum, remotis, non tantum populo, sed & cunctis sacerdotibus, maxime autem Summus Pontifex, in solenni expiatione, decimo die Tisri. Codice *Joma* cap. 1. Misna 5. legimus Seniores Sacerdotum, postquam adduxissent Summum Pontificem ad locum sanctum, ut faceret suffitum, & postquam eum jure jurando obstrinxissent, ut omnia perageret rite, secundum legem Dei, discessisse ab eo: הוא פורש ובכה והן פורשים ובוכים *ille discedebat & flebat, & hi discedebant & flebant*. Adeoque nemo erat inter locum sanctum & altare. Conantur hoc probare ex Levitico cap. 16. 17. *Nullus autem homo esto in Tentorio conventus, quum ille ingredietur ad expiationem faciendam in looo sancto, donec egrediatur*. Videatur quoque Gemara ad Misnam Joma cap. 4. §. 5. fol. 43. & 44. Maimonides id intelligit de quolibet suffitu, singulis etiam diebus, ad Sacrificia תמידים *Jugia*, mane & circa vesperam offerenda, non minus quam die solennis Expiationis. Hilchot *Tmidim Umusaphim* cap. 3. §. 3. בעת במקטורין הקטרת בהיכל בכל יום פורשין כל העם מן ההיכל ומבין האולם ולמזבח לא יהיה שם אדם עד שיצא זה שהקטיר הקטרתו: *Tempore quo offerunt suffitum in Templo, singulis diebus abigunt omnes homines a sanctuario: ut inter vistibulum & altare nemo reperiatur, donec is qui suffitum offert egressus fuerit*. Hinc facile intelligitur locus apud Lucam cap. 1. 9. 10. quod, dum Zacharias erat εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τοῦ κυρίου *ingressus in Templum Domini, tota multitudo populi fuerit orans* ἔξω τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματος, *extra*, [scilicet a vestibulo usque ad altare, immo Israelitæ etiam extra atrium Sacerdotum] *hora thymiamatis*. Adeo necessarium erat *silentium* ad *oblationem thymiamatum*, ut etiam diceretur expiare peccata commissa clanculum maledicente lingua. Gemarici Codice *Sevachim* c. 9. fol. 88. col. 2. postquam ostendissent qualia peccata expiarentur singulis vestimentis, addunt & *maledicentiam linguæ expiari oblatione suffituum*; rationem, suo more, addunt: quod maledicentia fiat *clanculum*, & quasi per *silentium*, ideo & per *silentium* thymiamatis expiari. ותנא

Thymiamata fiebant sub Vet. T. in cœlo typico.

Silentium ad oblationem suffituum requirebatur.

רבי

רבי ישמעאל על מה קטורת מכפר על לשון הרע יבא דבר שבחשאי ויכפר על מעשה חשאי : *Docet Doctor Iſmael cur ſuffitus expiat maledicentiam linguæ? nempe quod adhibeatur res quæ fit ſilentio, ut expiet opus quod in ſilentio factum eſt*. Jarchius חשאי explicat ibi per בצינעא *clanculum*, aut *ſilenter*. דהוא דבר שבצינעא *quoniam eſt res quæ fit in ſilentio*. Eadem repetuntur in Gemara Codicis Joma. Cap. 4. fol. 44. col. 1. Eo proculdubio reſpexerunt Talmudici, ſuo Proverbio ad Pſalm. 65. 2. סמא דכולא משתוקא *Selectiſſimum aroma eſt Silentium*. Jungunt nempe ſilentium cum aromate.

XIV. Manifeſtum igitur eſt, ad oblationem ſuffitus inprimis requiri *ſilentium* profundiſſimum. Ad hoc autem ſilentium hic reſpexiſſe Johannem, mihi perſuaſiſſimum eſt: ut non opus ſit, ut illud accerſamus nec a *ventis tranquillis redditis*, nec a *turba angelorum aut Senioris voce*, ut Grotius aliique volunt, ſed ab ipſa conſuetudine ac ritu in omni *oblatione thymiamatis*, qualis & nunc ab Angelo fieri debebat. Ceſſare ſcilicet debebant & mactationes, & ſecurium ſeceſpitarum animalia in fruſta ſcindentium aliorumque inſtrumentorum fragores, ſtrepitus ac rumores, nec non voces & clamores quibus alter alterum alloquebatur vel hortabatur, vel monebat, & curſitationes per atrium & circa altare, & ad diverſa conclavia ad quæ inter miniſtrandum vocabantur, ut precibus, ſumma animi attentione, vacarent, omni tranquillitate, adeoque, ut par eſt, in *ſilentio* profundiſſimo. Ejuſmodi *ſilentium* & ipſi Gentiles ſummopere commendarunt in ſacrificiis. *Seneca, de Vita Beata ad Gallionem. Et ipſam, & Deos Profeſſores ejus, & antiſtite colite: & quando mentio ſacrarum literarum intervenerit*, favete linguis. *Hoc verbum, non ut plerique exiſtimant, a favore trahitur, ſed imperatur* ſilentium : *ut rite peragi poſſit ſacrum, nulla mala voce obſtrepente*. Imperabatur autem *ſilentium* hac formula *Favete linguis*, & *Ore favete*. Propert. l. 3. Eleg.

Silentium in Templo ſub Vet. Teſt.

Silentium a Gentilibus in Sacris commendatur.

Sacra facit vates: ſint ora faventia ſacris.

Ideo Servius ad Æneid. l. V. *In ſacris taciturnitas neceſſaria eſt, quod etiam præco, magiſtratu ſignificante dicebat*, *favete linguis*. Hinc in proverbium abiit apud Græcos: σιώπα μοι ὥν τὰ πολλὰ ὡς ἐν μυστηρίοις. *Silentio ut in ſacris*. Achilles Tatius Lib. 1.

Semihorium quid.

XV. Duravit autem hoc *ſilentium* ad ἡμιώριον, *ſemihorium*, ſed additur particula ὡς *ut*, vel *tanquam* ſemihorium, ut poſſet parum excedere ſpatium *ſemihorii*, vel etiam poſſet ſignificare brevius ſpatium. Utrum autem intelligendum ſit ſpatium *intra*, an vero *ultra* ſemihorium, id in medio relinquimus, cum ſatis clare dicatur *tanquam ſemihorii*. Iterum hoc deſumptum eſt ex ritu ſuffitus offerendi. Nam oblationem ſuffitus multum duraſſe ultra *ſemihorium*, credibile non eſt, brevi enim tempore in loco ſancto remanebat Sacerdos ſuffitum faciens: ipſe etiam Pontifex Maximus decimo die Tiſri, facto in adyto, thymiamate, abivit in locum ſanctum, ubi, antequam prorſus ex היכל *palatio* Dei exiret, precatus eſt, ſed orationem *brevem*. Codice Joma cap. 5. §. 1. יצא ובא לו בדרך בית כניסתו ומתפלל תפילה קצרה בבית החיצון ולא היה מאריך בתפילתו שלא להבעית את ישראל : *Exivit* (ex ſancto ſanctorum) *via per quam ingreſſus eſt, & precatus eſt precatione brevi in domo exteriori* [in loco ſancto] *& non moratus eſt diu in Oratione, ne terrorem incuteret Iſraeli*, ſcilicet ne timeret Iſrael aliquid mali accidiſſe Pontifici. Maimonides, in Expoſitione ſuper hanc Miſnam, dat rationem, ob quam metuerit Iſrael, ſcilicet quod nonnulli ex Summis Pontificibus ſuffitus rite non offerentibus, a Deo morte percuſſi ſint in ipſo adyto. היה inquit, מפחדים שמה אירעו מיתה כי הרבה כהנים גדולים היו מתים בקדש הקדשים אם לא היו ראויין או אם ישנה דבר במעשה הקטרת: *Timebant ne ipſi acciderit mors, quandoquidem multi Pontifices Maximi obierunt in ſancto ſanctorum, ſi indigni fuerint, aut ſi quid mutaverint in oblatione thymiamatis*. Quinam autem fuerint iſti Pontifices Maximi, qui tam ſevere a Deo puniti ſint, non exprimitur. Tamen id quibuſdam accidiſſe, verſimile eſt, cum tantopere timuerint ei, quamdiu in loco ſancto hærebat. Gemara ad Miſnam 1. capitis quinti Codicis Joma; narrat in ejuſmodi timore verſatos eſſe Sacerdotes. fol. 53. col. 2. ת״ר מעשה בכ״ג אחד שתאריך בתפלתו ונמנו אחיו הכהנים לכנס אחריו התחילו הם נכנסין והוא יוצא אמרו לו מפני מה הארכת בתפלתך אמר להם קשה בעיניכם שהתפללתי עליכם ועל בית המקדש שלא יחרב אמרו לא אל תהי רגיל לעשות כן שהרי מנינו לא היה מאריך בתפלתו כדי שלא להבעית את ישראל: *Docent doctores noſtri, accidit ſummo cuidam Sacerdoti, ut moraretur in precibus ſuis, quare decreverunt Sacer-*

Pontifices Maximi in Templo occiſi.

cerdotes fratres ejus, intrandum esse ad eum: quum inciperent intrare, ipse (Pont. Max.) *exivit. Dixerunt ipsi, cur longiorem fecisti orationem? Respondebat ipsis: an vobis grave est, quod precatus sim pro vobis, & pro Templo, ne vastaretur? Dixerunt ipsi non, sed ne assuescas ita agere, ecce enim didicimus; non erit longus in prece sua, ne terrorem incutiat Israeli.* Hæc proculdubio est causa, cur populus admodum sollicitus fuerit, de salute *Zachariæ* Sacerdotis, Patris Johannis, quod solito diutius remanserit in Templo, quod suffitum faciendi causa ingressus fuerat, Luc. 1. 21. *Et populus exspectabat Zachariam, & miratus fuit, quod moratus fuerit in Templo.* Hæc autem omnia, & quod nonnulli Summorum Pontificum mortui fuerint, & quod populus ipsi timuerit, fundata sunt in comminatione Dei, Lev. 16. 13. Ubi Deus jubet, ut Pont. Max. suffitum rite offerat; & tandem addit hanc clausulam: ולא ימות *& non morietur*: quæ verba continent manifestam comminationem pœnæ mortis, si officium negligat, aut non rite faciat Summus Pontifex, quod & de reliquis Sacerdotibus totius turbæ intelligendum est.

Populus timuit ob moram Zachariæ in Templo.

XVI. Quæritur, utrum hoc silentium prorsus nullam habuerit significationem emblematicam, ac propheticam, &, si aliquam habuit, quænam illa fuerit, & quare *semiborii* dicatur? quod nunc examinandum erit.

Silentii significatio.

XVII. *Silentium Semiborii* ullam habere significationem Emblematicam atque Propheticam, prorsus negatur, ab iis, qui illud spectant ut *nudam visionem scenicam, quæ nihil significet, cum plane nihil exhibeat vel visui vel auditui.* Sed non omnis Prophetia emblematica fit per *actionem*, per *visum* vel *auditum*, sed & sæpe per *cessationem* ab actione [ut & circa ipsum *Sabbathum* Hebr. 4.] ita & per id quod auditui est oppositum, nempe per *silentium*. Clarissimus *Paræus mysterium in silentio*, uti loquitur, *nullum quærit, sed historice accipit de brevi intervallo, qua visione priore peracta, a dramatis cœlestis continuatione cessatum fuit, atque B. Johanni concessum respirare a contemplatione mysteriorum cœlestium, quodque inter præcedentem & sequentem visionem intercessit.* Et tandem: *Pausa igitur*, inquit, *hæc ad τὸ πρέπον Dramaticæ actionis est referendum, nec mihi quidem aliud habere videtur mysterium.* At si est *mysterium* aliquod in toto hoc *septimo sigillo*, quemadmodum & in reliquis omnibus, si tota hæc oblatio *Thymiamatum* emblematice aliquid significet, nulla est ratio, cur & ipsum *silentium*, quod ad istam oblationem requiritur, uti ex præcedentibus patet, non aliquam etiam habere debeat significationem? Hic non solummodo est πρέπον aliquod *Dramaticæ actionis*, nec *nuda visio scenica*; nam præterquam quod nulla *scena*, aut *Dramatica actio*, hic locum habeat, nullaque ratio sit ut tale quid ponamus, certum est, *silentium* ad oblationem Thymiamatis necessario requiri, ut ex dictis constat. Nulla sane Dramatica actione, opus fuit ad aperturam *Septimi Sigilli*, magis quam ad aperturam reliquorum sex præcedentium. Tandem utrum cum majestate Sacræ Scripturæ conveniat, ut ejusmodi *scenam*, aut *dramaticam actionem* fingamus, lector cogitet.

Nulla in Silentio scena aut actio dramatica.

XVIII. Habere igitur hoc *silentium* emblematicam suam significationem, non minus quam reliqua omnia, quæ ad septimum hoc sigillum referuntur, aut ea etiam quæ dicta sunt ad sex sigilla præcedentia, dubitari non debet, quod & a multis viris doctis jam olim animadversum est, quamvis de veritate rei non omnes conveniant. *Rupertus*, &, ut notat Cl. Paræus, *quidam alii* intelligunt de *Tranquillitate cœlesti extremum judicium subsequutura, quando animæ martyrum cessabunt clamare vindictam, & hostes affligere Ecclesiam.* Sed, quemadmodum optime a *Paræo* observatum est, illa tranquillitas non durabit ὡς ἡμιώριον, sed erit perpetua. Addamus quod multa dicantur sequi *semiborium*, quæ cum tranquillitate, in vita futura, & in cœlo beatorum, subsistere nequeunt, uti superius ostendimus.

Emblematica Silentii significatio.

Ruperti & Paræi sententia

XIX. *Brichtmannus* aliique per silentium hoc intelligunt, triennalem Ecclesiæ tranquillitatem sub *Constantino* & *Licinio*, usque ad tempora *Arrianorum*, aut *Juliani* Apostatæ; sed illa non sunt facta sub ultimis fatis Ecclesiæ, qualia notat *septimum* hoc *sigillum*: nec ista tempora Arrianorum patiebantur sacerdotium Jesu Christi. Eadem ratione cadit sententia *Lyrani*, qui intelligit *persequutionem clanculariam Juliani*: præterquam quod persequutio excitet clamorem, magis quam silentium. *Beda*, *Anselmus* aliique intelligunt *pacem Ecclesiæ* post interfectum Anti-Christum, usque ad diem ultimi judicii, quod futurum erit spatio quadraginta quinque dierum: a qua sententia non admodum alienus est *Hieronymus*, in Danielem

An triennalis Ecclesiæ tranquillitas

An persequutio clancularia Juliani.

An pax Ecclesiæ, interfecto Antichristo.

cap. 2.

cap. 2. Sed quamvis forte non esset absurdum, si quis dicat istud *silentium* fore circa integrum casum Antichristi, tamen vanum est commentum quod addunt, de spatio *quadraginta quinque dierum*. *Aretas* & *Andreas Cæsariensis* εὐταξίαν & *Reverentiam Angelorum*, qui Domini adventum ignorant. Sed hæc ad septimum sigillum non magis referri possunt, quam ad reliqua tempora omnia; cum Angeli semper observent εὐταξίαν, Deum semper revereantur, & adventum Domini semper ignorent. Marc. 13. 32. Tamen a vero non multum aberrat idem *Andreas* Cæsariensis, qui hoc *silentium* refert ad tempora, quo manifestabitur Regnum Jesu Christi. Doctissimus Cluverus exponit de *Patientia piorum*, *quam sub Trajanea persecutione præstitere*, *expectantes in silentio salutem & libertatem*. Sed ad ista tempora referri non potest, cum referatur ad tempora ultima: quando *Regna sunt Domino & Christo ejus*. Sed prorsus delirant qui cum Ambrosio illud explicant de pace sub *Augusto*: ut hoc *silentium* magis fuerit ante Christum natum, aut circa ipsius natales, quam post ejus ascensionem in cœlos, quæ sunt absurda.

An patientia piorum sub Trajanea persequutione.

An de pace sub Augusto.

XX. Aliud quid hoc *silentium* significare, non dubitamus. Antequam autem mentem nostram aperiamus, cogitandum est, Scripturam S. loqui de *silentio Dei*, sæpe etiam de *silentio hominum*. *Deus silere* dicitur, cum peccatorem non exaudit; ubi autem eum exaudit dicitur ענה *respondisse*. Hoc sensu Psaltes Dei auxilium invocat Ps. 83. 2. *O Deus ne sileas!* Ita quoque *silere* dicitur erga impios, quando non punit eorum peccata, usus longanimitate sua. Hinc Deus sceleratum hominem hisce verbis corripit Ps. 50. 3. *Tu hæc facis, dum ego sileo*, scilicet dum te non punio pro gravitate sceleris perpetrati. Tandem & silere dicitur Deus dum non operatur; non quod revera unquam non operetur, [tota enim ejus natura consistit in perfecta operatione, est enim actus purissimus,] sed quod opera ipsius aliquando non appareant. Hoc sensu dicitur *loqui & silere*, ubi rem aliquam efficit notabilem. *Deus noster loquetur, & non silebit: ignis ante ipsum consumit, & circa ipsum procellosus valde*. Ps. 50. 1. 2. 3.

Deus silere dicitur.

XXI. Ut datur silentium *Dei*, ita & *Hominum*. *Tacere* dicuntur homines, dum versantur in extremis malis. *Silet prudens, quia dies mali sunt*. Amos 5. 13. Sic & amici Jobi tanta consternatione prostrati fuerunt, ob miseriam ejus, ut omnis ipsis loquela intercluderetur. Jobi 2. 13. *Nam curæ leves loquuntur, ingentes stupent*. Silent quoque homines sancto aliquo silentio in *spe* & *exspectatione* alicujus boni, aut liberationis ex malo. Ps. 62. 6. *Sile anima mea in Deo, nam ab eo est exspectatio.*

Silent homines.

XXII. Quale autem *silentium* hic intelligi debeat, *Dei* ne, an *hominum*, merito quæritur. Forsan non prorsus aberrabit a vero, si quis dicat, utrumque intelligi, & *Dei* & *hominum*. Cum enim in Templo ad oblationem Thymiamatum, [quo hic respici, satis manifesto ostendimus, & adhuc clarius constabit] uterque siluerit, & *Summus Pontifex*, Christi Servatoris, filii Dei, verique Dei Sospitatoris nostri pictura, & *populus* qui ab eo stabat remotus, uti ostendimus supra Thesi 14. non puto me errare, si dicam idem illud *silentium* significasse & *silentium Dei*, & *silentium hominum* in Ecclesia Dei. Videtur itaque notare *silentium Dei*, eatenus quod, dum Christus, Summus noster Pontifex, modo quodam speciali, oblatione Thymiamatum, sanctis scilicet precibus, intercedet pro salute Ecclesiæ, in extrema quadam calamitate constitutæ, sub finem Sextæ Periodi, aut initio septimæ, cura atque opera Dei circa Ecclesiam, ad aliquod tempus, non appareant, ut vix dignosci possit, quæ tandem futura sint Ecclesiæ fata: cum nec liberata sit Ecclesia, nec hostes ejus deleti; ut Ecclesia revera in corde suo dicere possit, *O Deus ne sileas!* sed responde nobis, libera nos, & quousque silebis, dum impii populum tuum obruunt? Ps. 83. 2. & 50. 3. quæ forte etiam *preces* tunc erunt *sanctorum*, quas Christus Summus Pontifex cum suffitibus suis Deo offert, de quibus in sequentibus.

Hic Silentium Dei & hominum intelligitur.

Silentium Dei ultimo fato.

XXIII. Si autem Deus istis temporibus silet, Ecclesiam nondum liberando, ejus preces nondum audiendo, & hostes suos nondum destruendo; ipsa quoque *Ecclesia* silebit ultimis istis temporibus, quando Antichristus prorsus delebitur, & Regnum Christi gloriosum stabilietur. Sed antequam id fiat, fieri non potest, quin præcedant horrendi tumultus, bella, Rerumpublicarum mutationes & eversiones, tam facile enim Babylon non expugnabitur. In tanta igitur calamitate constituti sancti tantisque periculis, ac rebus dubiis hærentes, qualis tandem futurus sit exitus omnium istorum motuum atque mutationum, in silentio animas suas possidebunt,

Silentium Ecclesiæ.

debunt, & perpetuis precibus eventum felicem a Deo flagitabunt atque exspectabunt; donec Antichristus sit eversus, Turcæ, qui fortassis præcipua erunt futura instrumenta ad expugnandam Babylonem, Judæi & Gentiles, adeoque omnia *Regna mundi* fasces Christo submiserint; & usque dum audiatur vox ultimæ tubæ: *Regna mundi sunt Domino & Christo ejus*. Apoc. 11. 15. Uno verbo, significat hoc *silentium*, ultimis temporibus, circa eversionem Antichristi, curam, preces atque intercessiones Jesu Christi pro salute Ecclesiæ, nec non anxietates, animum fluctuantem inter spem metumque sanctorum, eorumque ardentes preces de Regno Christi stabiliendo, exspectationemque felicis exitus, quemadmodum & populus, dum Sacerdos in Templo faciebat thymiamata, non sine aliqua cura & anxietate in silentio expectabat exitum precum & intercessionis ejus fructum.

Duratio silentii. XXIV. Exprimitur porro tempus, quamdiu istud silentium sit duraturum? Scilicet ὡς ἡμιώριον *ut semihorium*. Diximus jam particulam ὡς indeterminatum istud spatium relinquere, utrum diutius, an vero brevius quam *semihorium* duraturum sit: utrumque enim intelligi potest. Sed eventus suo tempore docebit. Difficultas tantum hæret circa ipsum ἡμιώριον, quantum temporis emblematice hic significet? *ἡμιώριον brevissimum tempus.* Spatium *semihorii* exiguum sane est, si conferatur cum integro *die*, multo magis si cum *hebdomada*, cum *mense* aut cum *anno*: ut *Gotterius* nullam prorsus habeat rationem, cur *spatium notabile* intelligat. *Cotterii error.* Posset sumi pro certo aliquo tempore *determinato* in æterno Dei decreto, ut nec tardius nec citius finem habere possit. *Grotii sententia.* Melius proculdubio *Grotius* aliique illud de *minimo*, sive *brevissimo tempore*, intelligunt. Ita sane *Pollux libr.* 4. *Cap. VII. Onomastici*, ubi de nominibus & partibus temporis, minimam partem ponit ἡμιώριον. *Pollux explicatur.* Utrum autem ipse *Menander* id explicet de *minimo tempore*, ut docet *Grotius*, ego ex Polluce id animadvertere non possum: *Menander* id potius de certo aliquo σημείῳ *signo* & *umbra* intelligit. Sed hæc sunt alterius loci. Ut ut sit, certum est, apud Pollucem etiam poni pro minima temporis parte. Et sane *breve tempus* etiam hic significare, nullus dubito: cum Antichristus subito sit casurus, *una* etiam *hora*. Apoc. 18. 10. 19. id est brevi tempore, & ubi minime exspectatus fuit ejus casus, quemadmodum & ipsa Ecclesia & Respublica Judaica subito eversa est, & quando id minime credebatur.

XXV. Si autem aliquis determinare vellet, precise quantum temporis contineat istud *semihorium*, id non nisi difficulter præstabit. Quemadmodum *dies*, stilo Prophetico, longius significat tempus quam νυχθήμερον viginti quatuor horarum, qualis est dies naturalis, ita proculdubio & *hora* & *dimidium horæ* plus temporis notat, quam naturaliter significare solet. *Dies pro anno.* Notum est, *diem* aliquando a prophetis sumi pro *anno*, veluti apud Danielem cap. 9. ubi septuaginta hebdomadæ, adeoque quadringenti nonaginta *dies*, ponuntur pro tot *annis*. Vide quoque Numerorum 14. 34. & Ezech. 4. 6. *Mensis duarum horarum.* Hoc sensu *mensis* duarum erit horarum, & *semihorium* unica tantum comprehendetur hebdomada. Hoc autem spatium, cum nimis sit angustum, quam ut in eo tantæ fierent mutationes, eo sensu hic sumi non potest. Sed dies etiam sumitur a Prophetis pro *trecentis sexaginta* annis, veluti *dies pro 360. annis.* quando tres dies cum dimidio ponuntur, pro mille ducentis sexaginta annis. Dan. 7. 25. & Apocal. 11. 2. Hac ratione *semihorium* contineret *octo*, præter propter, *annos*. *Semihorium VIII. annis constat.* Unde colligi posset, tempore fere octo annorum everti Antichistum, aut ab ejus eversione, ad integram pacem Ecclesiæ, per conversionem populorum, elapsuros tot annos.

Dies totum tempus Novi Test. XXVI. Posset exponi *dies*, per totum tempus Novi Testamenti, a Nativitate, aut ab Ascensione Christi, usque ad finem seculorum. Hæc expositio absurda videri nemini debet: cum Oeconomia Novi Testamenti plus semel veniat nomine *diei*. *Abraham desideravit videre diem Domini*, id est beata ista tempora Novi Test. Joh. 8. 56. Et *dies salutis* dicitur, quoniam hæc tempora, & Judæis & Gentibus, salutem adferunt. Es. 49. 8. Ps. 118. 24. 2. Cor. 6. 2. *Hofmanni sententia.* Si fidem adhibeamus *Hofmanno*, statuenti Oeconomiam Novi Testamenti duraturam viginti quatuor secula, quælibet hora erit integrum seculum, adeoque *semihorium* continebit spatium quinquaginta annorum. Sed hæc sunt meræ conjecturæ, quas fortassis experientia refutabit. Solus exitus docebit eos, qui sub isto silentio sunt victuri, quantum temporis *semihorium* comprehendat. *Semihorium notat Tempus fixum. Breve.* Hoc verissimum est, notare certum aliquod tempus fixum & in decreto Dei determinatum, immo & tempus aliquod *breve*; ut, quemadmodum tempore oblationis suffituum, & Pontifex Max. & Populus in profundissimo silentio, brevi tem-

tempore, ad *semihorium* fere, hærebant in precibus ad obtinendam remissionem peccatorum, ac conservationem Templi atque Ecclesiæ ; ita dubiis atque periculosis istis temporibus, dum Christus pro iis intercedet, eorumque curam geret, sancti summa patientia silentioque, perpetuis ardentissimisque precibus, pacem Ecclesiæ petent atque exspectabunt, quod forte breviori, quam credidissent, tempore obtinebunt.

CAPUT III.

DE SEPTEM ANGELIS.

XXVII. *Circa oblationem* Thymiamatis *adesse solebant in Templo* Cantores & Tibicines. *Eo respexit Johannes hoc loco*. XXVIII. *Vidit* Angelos Septem. *Quibusdam locis* Spiritus S. *intelligitur per* septem Spiritus. *Quare? Hic non* πνεύματα, *sed* Αγγελοι *dicuntur*. *Intelligi hic* septem Angelos *creatos* bonos. XXIX. *Qui fuerint* septem Angeli ? *Extraordinarii*. Hierarchia Angelica *excogitata ad Hierarchiam Papalem*. *Ortum habet ex figmentis* Platonis & Judæorum. Dionysius. Liber Tobiæ. *Liber* Col-bo. *De* Septem Angelis *Coram Deo*. Maimonides. Bereschit Rabbah : & Clemens Alexandrinus *Angelos singulis diebus coram Deo canere*. XXX. Angeli *sunt* Spiritus Ministri. *Respicit Spiritus S. ad ritum circa* oblationem suffitus. *Aderant tunc* Cantores. XXXI. *Intelliguntur* Sacerdotes & Levitæ *in* Templo cantantes. Angeli *fuerunt* Cantores, *quia habebant septem* tubas. *Usus* Tubarum *sub Vet. T. Quædam loca Scripturæ*. XXXII. *Ad* תמידים *fiebant* thymiamata. *Cantabant Cantores*. Magrepha *Projectum*. Massechet Tamid, & Maimonides. XXXIII. Sacerdotes & Levitæ *Cantantes ubi steterint* ? Ore *non* instrumentis *cecinisse duodecim Viros*. Maimonides: *Instrumentis cantasse docet* Massechet Tamid. *Quo sono cantaverint* ? Massechet Erachim, *Quot* Levitæ, *quot* Sacerdotes ? *quot* tubæ, *quot* tibiæ, *quot* citharæ. *Et honoratiores* Israelitæ *cantabant*. Maimonides. *Quædam loca Scripturæ*. XXXIV. *Per* Angelos *intelligi* Sacerdotes, Levitas & Israelitas. Codex Erachim. מיוחסים Ingenui *Israelitæ* Musici. *Doctor* Mejer. Sacerdotes & Prophetæ *vocantur* Angeli. מלאכי Angelus meus. *Duodecim Prophetæ Minores* Clementi Alexandrino *sunt* δώδεκα Αγγελοι. *Fabula animas fuisse creatas ab æterno, vel in prima creatione* Origenis & Judæorum. Metempsychosis. Maimonides. *Prophetæ & Sacerdotes* Angeli. *Quædam loca Scripturæ*. *Cur ita dicti?* מלאך, Αγγελος, Legatus *idem*. Sacerdotes *dicuntur* Legati & Angeli. Pontifex Max. שלוח Legatus Cod. Joma. *Et Christus* Angelus. XXXV. Cantores *Coram Deo esse* Angelos *die Expiationis*. Cod. Erachim. מלאכי השרת Angeli Ministerii. *Istis diebus* Israel *non canebat*. *Quare ? verisimile ideo sanctos ultima periodo dictos* Angelos Cantores. XXXVI. Angeli *numero* septem. *Plures semper adfuerunt* tubicines. *Minimum duo ad suffitum*. Massechet Erachim. *Num.* 10. *Quot* tubæ *adhibitæ? Quot* Citharæ? Unicum Cymbalum. Levitæ ore *canebant*. *Etiam* instrumentis Maimonides. Duo *minimum stabant* Sacerdotes *ad* mensam adipum. Cod. Tamid. & Erachim. *Plures quam duo*. *Poterat augeri numerus ad* cxx. Viros. Maimonides. *Non male itaque hic de septem*. XXXVII. Septem Spiritus *hic non intelligi*. Fabula Judæorum, Clementis Alexandrini *de* VII. Angelis Principibus. XXXVIII. Septem homines *intelligendos hoc loco*. *Sed* homines sub N. T. Septem Ecclesiæ Asiæ. Septem

Eccle-

Ecclesiæ Doctores, *sub septem Ecclesiarum fatis. Omnes sub N. Testam. sunt* Prophetæ *&* Sacerdotes, *adeoque* Angeli. XXXIX. *Sub* Novo Test. *ita dici. Ita* Johannes Baptista. *Et* Paulus. Pastores *Ecclesiæ* Angeli Math. 13. *Alia loca Scripturæ.* Doctores *septem Ecclesiarum* Asiæ *septem* Angeli. *Quædam loca Scripturæ.* Deus *suos habet* Legatos, Præcones, *ut Magni Principes.* Septem Angeli, *totque* tubæ septem Periodi. XL. *Solvitur difficultas. Non tamen omnia fata Ecclesiæ pertinere ad septimam periodum. Sequitur tantum, memorari omnia fata Ecclesiæ, quia tunc omnia habebunt suum complementum.* XLI. *Utrum sit allusio ad* septem tubas septem Sacerdotum *ad expugnandum* Jerichuntem. Angeli *stant coram Deo.*

Cantores & Tubicines ad silentium.

XXVII. DE silentio ad oblationem thymiamatum, hactenus egimus, sequitur nunc alterum, scilicet *Cantores* atque *tubicines*. Non minus ad sacrificia, & circa oblationem quidem suffitus, aderant *cantores* & *tubicines*. *Et vidi*, inquit Johannes, *septem Angelos, qui coram Deo stabant, & datæ sunt ipsis septem tubæ.* Καὶ εἶδον. *Et vidi.* Vidit scilicet Johannes Visione Prophetica, & eodem quidem tempore, quando *silentium* factum fuit. Sane non minus *tuba* & *tubicines* circa suffitum requirebantur, quam *silentium;* ut iterum Johannos respiciat ad ritum consuetum in oblationibus.

Septem Spiritus qui?

XXVIII. Vidit *angelos*; deinde exprimit numerum, quot viderit, nempe *septem*. Non puto per septem hos Angelos recte intelligi, *septem spiritus* de de quibus cap. 1. 4. & 4. 5. & 5. 6. Ipse enim *Spiritus Sanctus* intelligitur per *septem spiritus*, propter multiplices gratias atque dona, quæ largitur fidelibus, & quod semper adsit Ecclesiæ suæ per omnia septem fata, sive periodos Ecclesiæ. Deinde hic non dicuntur, ut alibi πνεύματα *Spiritus*, sed Ἄγγελοι *Angeli*. Tandem *Spiritus Sanctus* est unica tantum persona; at de *septem his Angelis* ita loquitur Johannes, ut manifesto constet, esse septem personas a

se invicem distinctas. Intelligendi itaque sunt septem Angeli creati, non *mali*, sed *boni*.

Hierarchia Angelica ficta.

XXIX. Quinam autem isti septem Angeli fuerint? quæritur. Sunt qui eos revera angelos cœlestes fuisse existimarunt: non ordinarios quidem Angelos, sed extraordinarios, & ex Principibus exercitus istius cœlestis, quibus adscribunt *Raphaelem*, *Michaelem*, *Gabrielem* & alios, quos *Archangelos* vocant. Nota enim est * ficta Hierarchia Angelica, ex Dionysio, ad quam formarunt Hierarchiam suam Papalem Pontificii: ut Angelus Angelo superior sit quantum Papa, Cardinalis, Patriarcha, Archiepiscopus & Episcopus Monachis & Sacerdotibus; quæ ex Platonis & Judæorum figmentis ortum habent, quemadmodum patet vel ex solo libro Tobiæ cap. 12. 15. ubi introducitur *Raphael* dicens: *Ego sum Raphael Angelus unus ex septem Angelis illis sanctis, qui referunt preces sanctorum, & egrediuntur coram gloria sancti.* In Libro *Col-bo* mentio fit שבעת מלאכים הממונים על שבעת ימי השבוע: *septem Angelorum qui constituti sunt super septem dies hebdomadis;* Maimonides *More Nevochim* Parte 2. cap. 6. docet ex *Berescbit Rabba*, non tantum angelos ejusmodi dari, sed & eos coram Deo singulis diebus *can-*

Judæorum figmenta de Angelis.

 ticum

* Angelorum Hierarchias impudenti calamo Braunius tanquam confictam ab Ecclesia Romana novellam opinionem deridet Braunius. Cum ex vetustissimis Ecclesiæ sæculis perpetua traditione ad nostra usque tempora sit derivata sententia. Augustinus tanti ingenii tantæque pietatis vir dum contra Priscillianum disputat indubio animo quasi de re in Ecclesia ab omnibus credita, hæc verba profert Cap. XI. esse itaque Sedes, Dominationes, Principatus, Potestates in cœlestibus apparatibus, firmissime credo, & differre inter se aliquid indubitata fide teneo. Sed quæ, & quænam ista sint, & quid inter se differrant nescio. Nec ea sane ignorantia periclitari me puto, sicut in obedientia, si Domini præcepta neglexero. Ordinem esse inter Angelos hominibus incognitum luculentissime docet Sanctus Irenæus in prioribus Ecclesiæ Sæculis Doctor clarissimus quem etiam ipsi Protestantes plurimum venerantur: hic lib. 2. c. LIV. de Angelorum Hierarchiis ita differit. Dicant nobis, quæ sit invisibilium natura: enarrent numerum Angelorum, & ordinem Archangelorum demostrent, Thronorum Sacramenta: doceant diversitates Dominantium, Principatuum, Potestatum, atque Virtutum.

Eadem ferme docet Sanctus Athanasius in Epist. ad Serap. Sanctus Basilius lib. III. contra Eunom. Sanctus Gregor. Nis. lib. VI. contra Eunom. & Joannes Chrysostomus orat. V. contra Anomæos, & Homilia IV. aurea quidem oratione ita de Angelis, Angelorum natura, munere, & ordine tractat ut nihil prorsus possit ultra desiderare Christianus Lector. Satius est enim cum tantis viris doctissimis æque ac sanctissimis qui Ecclesiæ nomine, & spiritu suas vulgarunt doctrinas insanire, quam cum Calviniano Braunio homine obscurissimo sapere.

ticum canere : בבראשית רבה, inquit, בכל יום הקב״ה בורא כת של מלאכים אומרים לפניו שירה והולכים להם : *Legimus in Bereschit Rabba, singulis diebus, Deus laudatus ille creat cœtum Angelorum, qui coram eo canunt canticum & discedunt*. In eodem luto hæsit ipse quoque Clemens Alexandrinus. Strom. 6. ἑπτὰ μέν εἰσιν οἱ τὴν μεγίστην δύναμιν ἔχοντες πρωτόγενοι ἀγγέλων ἄρχοντες. *Septem quidem sunt, qui maximam habent potentiam, primum geniti Angelorum Principes*. Ejusmodi autem Angelos hic intelligi, nulla est ratio quare id credamus.

Angeli sunt Ministri Dei.

XXX. Fatemur sane Angelos, proprie sic dictos, esse spiritus ministros Dei, etiam in bonum eorum, qui salutem obtinebunt. Hebr. 1. 14. nihilominus fideles homines hic intelligi, non dubito. Respicit proculdubio iterum Spiritus S. ad ritum qui observabatur circa oblationem thymiamatis. Notum enim est, adstitisse Sacerdotes cum tubis suis, qui cantica Deo canebant, mox finita oblatione suffitus ad libationem vini.

Ritus circa Thymiamata Vet. T.

Angeli Sacerdotes & Levitæ.

XXXI. Intelligimus igitur hic ipsos *Sacerdotes* & *Levitas*, qui in templo stabant parati, quam primum thymiama erat oblatum. *Cantores hos vel tubicines Levitas* & *Sacerdotes* fuisse patet, quia ipsis datæ sunt *septem tubæ*. Varium sane usum solebant habere *tubæ*, olim apud populum Dei. Utebantur enim iis, vel ad congregandum cœtum, ut Joelis 2. 15. Vel ut classicum canerent, populumque ad bellum excitarent. Num. 10. 2. Maxime in Templo, vel ad monendum Sacerdotes de officio suo, vel ad celebrationem festorum, & Noviluniorum, præsertim autem *festi Tubarum*, sic a *tubis* dicti. Levit. 25. 9. 2. Reg. 9. 13. vel tandem ad canendas laudes Dei, Ps. 150.

Usus Tubæ apud Judæos.

Singulis diebus fiebant thymiamata. Et Cantus.

XXXII. Singulis sane diebus ad תמידים oblationem sacrificiorum jugium, quæ mane & vespere offerebantur, non solum fiebant thymiamata, sed & cantus tubarum, ut semper parati adstarent sacri isti tubicines, quam primum *suffitus* peractus fuerat. Quum enim Sacerdos exiret ex היכל sive loco sancto, ubi *suffitus* & preces offerendæ sunt, erat aliquis qui sumebat *Magrepha* illudque projecit, ut scirent tubicines tempus clangendi instare Massechet Tamid cap. 5. Misna 6. הגיעו בין האולם ולמזבח נטל אחד את המגריפה וזרקה בין האולם למזבח אין אדם שומע קול חבירו בירושלם מקול המגריפה ושלשה דברים היתה משמשת כהן ששומע את קולה יודע שאחיו הכהנים נכנסים להשתחות והוא רץ ובא ובן לוי שהוא שומע את קולה יודע שאחיו שנכנסים לדבר בשיר והוא רץ ובא וראש המעמד היה מעמיד את הטמאים בשערי מזרח : *Quum progressi essent usque inter pronaum & altare, aliquis sumebat Magrepha, illudque projiciebat inter altare & Pronaum; Nemo poterat alium intelligere Hierosolymis, propter strepitum Magrepha. Tribus autem rebus inserviebat*. (scil. Magrepha) *Sacerdotes quum audirent ejus strepitum noverant fratres suos Sacerdotes ingressos esse ad adorandum, ut & illi properarent & abirent. Levita, quum ejus strepitum audiebat, noverat fratres suos intrasse ad cantandum canticum suum, ut & ille curreret & abiret. Et tandem præfectus Stationis disposuit immundos ad portam Orientalem*. De instrumento isto מגריפה plura postea habebimus, ubi de *tonitru* & de *vocibus* nobis dicendum erit. Sufficiat inde ostendisse tunc adfuisse *Sacerdotes* & *Levitas* tubicines & Cantores. De hisce legi etiam potest *Maimonides* in *Hilchot Tmidim Umussaphim*. Cap. 6. §. 4. 5.

Magrepha.

Cantores qui?

Ubi steterint?

XXXIII. Canebant autem ad Sacrificium juge *Levitæ* & *Sacerdotes*. *Sacerdotes* stabant ad mensas *adipis*, & *Levitæ*, quamvis eorum, qui numero fuerunt duodecim, munus fuerit, ut *ore*, non *instrumentis*, canerent, ut docet Maimonides *Kele Hammikdasch* cap. 3. §. 3. nihilominus tamen & clangorem edebant instrumentis aliis, uti patet ex Massechet *Tamid* cap. 7. *Misna* 3. שני כהנים היו עומדים על שלחן החלבים ושתי חצוצרות בידם תקעו והריעו ותקעו : *Duo Sacerdotes stabant ad mensam pinguedinum, cum duabus tubis in manibus suis, clangebant sono continuo & sono fracto, iterum sono continuo*. Et paulo post additur, Levitas quoque adfuisse, eadem Misna. ודברו הלוים בשיר הגיעו לפרק תקעו והשתחוו העם על כל פרק תקיעה ועל כל תקיעה השתחויה: *Et Levitæ canebant canticum. Quum pervenissent ad sectionem clangebant sono continuo, & populus adorabat ad quamlibet sectionem, & ad quemlibet sonum continuum*. Eadem, & fusius docentur Massechet *Erachim* cap. 2. Misna 3. 4. 5. ubi quoque notatur quot fuerint *Levitæ*, quot *Sacerdotes*, quot *tubæ*, quot *tibiæ*, quot *citharæ*, & quot ex reliquis instrumentis musicis; tandem etiam cujus conditionis fuerint omnes musici, scilicet *Sacerdotes*, *Levitæ* & *Israelitæ*; sed ex Israelitis ingenui & honoratiores, qui filias locare possent Sacerdotibus: quæ occurrunt etiam apud *Maimonidem* *Hil-*

Inter Cantores fuerunt & Israelitæ.

Hilchot Kele Hammikdaſch cap. 6. §. 3. 4. 5. De Sacerdotibus & Levitis, cum tubis & cantu, vide Num. 10. 1. Chron. 15. 24. 2. Chron. 5. 12.

Angeli notant Sacerdotes, Levitas, & Iſraelitas.

XXXIV. Hic proculdubio per *Angelos* intelligi debent *Sacerdotes* & *Levitæ*. Nec mirum hoc ulli videri debet, cum ſint nobiliſſimi, quibus etiam adjungebantur Iſraelitæ, ſed ex iis quoque ingenui & honoratiores, qui propius ad perfectionem & ſanctitatem Angelicam accedrent. Sic enim eorum conditio deſcribitur, Codice *Erachim* c. 2. Miſna 4. היו גברי inquit עבדי כהנים ר״מ ר׳ יוסי אומר משפחות בירת דפגרים ובית צפריה ומאמאום היו משיאין לכהונה ר׳ חנינא בן אנטיגנוס אומר לוים היו : *Erant ſervi Sacerdotum, ſecundum opinionem doctoris Mejer. Doctor Joſe dicit erant ex familia Pegarim & ex familia Zipariah ex Emaus. Erant tales qui cum Sacerdotibus poterant contrahere matrimonia. Doctor Chanina filius Antigoni dicit fuiſſe Levitas.* Ideo alibi vocantur Iſraelitæ Muſici מיוחסים *ingenui*, non *ſervi Sacerdotum*, ut vult *Doctor Mejer*.

Iſraelitæ Muſici.

Certum quoque eſt, & *Sacerdotes* & *Prophetas* nonnunquam vocari *Angelos*. De *Prophetis* conſtat vel ex ſolo *Malachia*, quare, ex ipſo nomine, veterum nonnulli credebant, eum revera fuiſſe *Angelum*. מלאכי Hebraice ſonat *Angelus meus*. Nihil dicam de duodecim Prophetis minoribus, qui a Clemente Alexandrino *Strom.* 1. & 3. neſcio quo ſenſu, δώδεκα ἄγγελοι vocantur.

Sacerdotes & Prophetæ Angeli dicuntur.

Origenis error.

Ex perverſa forte opinione Origenis aliorumque veterum, qui animas, vel ab æterno, vel ſtatim in ipſa prima creatione, omnes creatas fabulati ſunt, & ex ficta Metempſychoſi animarum, iſte error natus eſt. Judæorum ſapientes tamen idem quoque docent. Maimonides *More Nevochim*. Part. 2. cap. 6. 41. 42. הנביא גם כן יקרא מלאך *Propheta etiam dicitur Angelus*, quod probat ex Num. 20. 16. Hag. 1. 13. De *Sacerdotibus* quod *Angeli* dicti ſint, non minus conſtat. Hoc nomine ab ipſo Deo honorantur, Malachiæ 2. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia ANGELUS domini exercituum eſt.* Ita & ipſe præcurſor Jeſu Chriſti Johannes Baptiſta [forte eo magis quod fuerit & ipſe Sacerdos] *Angelus* dicitur. Malach. 3. 1. *Ecce ego mitto Angelum meum*. Nec male ita vocantur *Prophetæ* & *Sacerdotes*, cum a Deo ad opus ſuum conficiendum, tanquam tot *legati* mittantur: ſignificat enim מלאך, æque ac Græcum ἄγγελος, *legatum*, *nuncium*, quod de מלאך quoque obſervat Maimonides *More Nevochim*, locis allegatis. Sed plus ſemel *legati* & *Angeli* dicuntur *Sacerdotes* in Novo Teſtamento, cum dicantur miſſi ut *opus hominum facerent apud Deum*. Hebr. 5. 1. Ideo & Summus Pontifex שלוח *Legatus* populi dicitur a Patribus magni Synedrii. *Cod. Joma* Cap. 1. §. 5. uti oſtendimus in noſtris exercitationibus, ad locum Hebr. 7. 26. §. 35. Ita ſane & ipſe Chriſtus mox introducetur, ut *alius Angelus*, id eſt, non ut *creatus*, ſed ut ipſe *creator*, non ut ordinarius *Sacerdos*, ſed ut *Pontifex Maximus*. Nemini itaque mirum videri debet, ſi dicamus Johannem hoc loco intelligere, per hos *Angelos*, ipſos *Sacerdotes*, aut etiam *Levitas* & *Sacerdotes*, cum ipſis fortaſſis *Iſraelitis* מיוחסים *ingenuis* & nobilioribus per hos *ſeptem angelos*.

XXXV. Non poſſum ſilentio hic præterire doctrinam Gemariſtarum, eorumque Commentatorum, Codice *Erachim* cap. 2. ad *Miſnam* 3. 4. ipſos *Angelos* cantores eſſe coram Deo, die *Magnæ Expiationis*, & *initio anni*: quare etiam מלאכי השרת *Angeli miniſterii* dicuntur. Addunt præterea rationem, cur Iſrael ipſe non cantet iſtis diebus? Scilicet quod coram Deo ſtent tanquam rei, qui exſpectant ſententiam abſolutionis. אמר ר׳ אבהו אמרו מלאכי השרת לפני הקב״ה רבונו של עולם מפני מה אין ישראל אומרים שירה לפניך בראש השנה וביום הכיפורים אמר להן איפשר מלך יושב על כסא הדין וספרי חיים וספרי מתים פתוחים לפניו וישראל אומר שירה לפני: *Dixit Rabbi Ababu, Angeli Miniſterii dicunt coram ſancto, laudato Domino mundi; Quare Iſrael non dicit canticum coram te initio anni & die expiationis? Reſpondit ipſis: impoſſibile eſt, ut, dum Rex ſedet in ſolio ſuo judiciali, apertis coram ſe libris vitæ & mortis, Iſrael tunc dicat coram me canticum.* Ad hæc notat Gloſſa, ipſos *Angelos tunc canere*: אבל לא קאמר מפני מה אין אנו אומרים שירה משמע שמלאכי השרת אומרים שירה: *Sed non dicunt* (ſcilicet Angeli) *cur nos non canimus canticum? ut inde intelligamus Angelos miniſterii cantaſſe canticum*, ſcilicet iſtis diebus initio anni, & die Expiationis. Sane ſi hic reſpiceretur ad oblationem thymiamatis, Pontificis Maximi, die Expiationis ſolennis, ſuſpicari aliquis poſſet, an non hic, ad mentem Judæorum, *Sacerdotes* & alii *Cantores* dicti ſint *Angeli*.

Angelos Cantores nugantur Gemariſtæ.

XXXVI. Dicuntur autem hi *Angeli* numero *ſeptem*. *Plures* ſemper adfuiſſe *tubi-*

Angeli numero Septem.

tubicines, non *unum* tantum, certiſſimum eſt. *Duo*, minimum, adeſſe debebant *Sacerdotes* cum ſuis buccinis. Numer. 10. Maſſechet *Erachim*. cap. 2. Miſna 5. 6. אין פוחתין משתי חצוצרות ומוסיפין עד לעולם אין פוחתין מתשעה כנורות ומוסיפין עד לעולם והצלצל לבד אין פוחתין משנים עשר לוים עומדין על הדוכן ומוסיפין עד לעולם Iterum de Levitis: לא היו אומרים הלוים בנבל וכנור אלה בפה *Non ſolent eſſe pauciores duabus tubis; ſed ſemper ſuperaddunt. Non erant pauciores novem Citharis, ſed ſemper addunt. Sed Cymbalum unicum erat. Non erant pauciores duodecim Levitis, qui ſtabant ſupra ſuggeſtum, ſed ſemper ſuperaddebant. Non ſolebant Levitæ canere Cythara aut Pſalterio, ſed ore.* Tamen aliquando etiam inſtrumentis canebant Levitæ, de qua quæſtione legi poteſt apud *Maimonidem Hilchot*, *Kele Hammicd*. Cap. 3. §. 3. 4. 5. De duobus Sacerdotibus vide *Tamid* cap. 7. §. 3. ושני כהנים עומדים על שלחן החלבים ושתי חצוצרות בידם: *Duo Sacerdotes ſtabant ad menſam adipum, & duas habebant tubas in manibus ſuis*. Sed ut apparet, ex jam modo allegata Miſna 5. Codicis *Erachim* c. 2. מוסיפין עד עולם, *addebant ſemper*, id eſt plures fuerunt duobus. *Gemara* ad iſtam *Miſnam* docet, addi poſſe uſque ad עשרים ומאה *centum & viginti* tubas. Videatur quoque *Maimonides Kele Hammickd* cap. 3. §. 4. Non mirum itaque ſi de *ſeptem* hic fiat mentio. Quot ex quolibet genere inſtrumentorum fuerint, ibidem quoque docetur. Quidquid eſt, hic fit mentio de *ſeptem Angelis* cum ſuis *tubis*. Quales autem hic Spiritus S. emblematice intelligat, quæritur.

Inſtrumentis etiam canebant Levitæ.

Plures fuerunt uſque ad 120. tubas.

XXXVII. De *ſeptem Spiritibus* de quibus cap. 1. 4. & 5. fit mentio, diximus §. 28. Oſtendimus eos intelligendos non eſſe, ut eorum numerus etiam hic nihil faciat. Fabulas Judæorum, Clementis Alexandrini, de *ſeptem Angelis Principibus*, quoque exploſimus §. 29. ut etiam eorum numerus nihil dicat.

XXXVIII. Quemadmodum per *Angelos* hic intelligendi ſunt *Sacerdotes*, vel *Sacerdotes* & *Levitæ*, [forte etiam ipſi Iſraelitarum honoratiores] ut diximus §. 31. 32. 33. 34. Ita ſane & numero *ſeptem tubicines*, præcipue *Sacerdotes*, adeoque ſeptem homines intelligi exiſtimamus: Sed homines fideles ſub Novo Teſtamento. Vix dubitamus, quin *ſeptem Angeli* ſignificent *ſeptem Eccleſias Aſiæ*, aut potius ſeptem Doctores, ſub ſeptem diverſis fatis, per ſeptem iſtas Eccleſias Aſiaticas deſcriptos: aut tantum fideles qui per ſeptem iſta fata, in Eccleſia Chriſti victuri ſunt. Nec mirum, ſi quis dicat, fideles N. T. vocari *Angelos*, adeoque, ſecundum ſeptem periodos, aut ſecundum ſeptem fata, dici *ſeptem Angelos*, cum omnes ſub Novo Teſtamento ſimus *Prophetæ* & *Sacerdotes*, adeoque *Angeli*. Sancti ſub Novo Teſtam. dicuntur *Myriades Angelorum* Hebr. 12.

Septem tubicines, ſeptem Eccleſiæ fata.

XXXIX. Præſertim autem *Angeli* dicuntur ſub Novo Teſtamento, Eccleſiæ *Paſtores* & *Doctores*. De *Johanne Baptiſta* jam diximus, probavimuſque eum iſto titulo decoratum Marc. 1. 2. Ita & *Paulus* a Galatis exceptus eſt ut *Angelus*. Gal. 4. 14. Tales *Angeli* dicuntur *ſeparare frumentum a Zizania*. Scil. Paſtores Eccleſiæ adducent per prædicationem Evangelii fideles ad Eccleſiam, eoſque ſeparabunt ab infidelibus. Matth. 13. 40. 49. Quid? Nonne Doctores *ſeptem Eccleſiarum*, id eſt, per ſeptem periodos, ſive per ſeptem Eccleſiæ fata, vocantur *Angeli*? Ita ſane legimus de *Angelis* Eccleſiæ *Epheſinæ*, *Smyrnenſis*, *Pergamenſis*, *Thyatirenſis*, *Sardenſis*, *Philadelphenſis* & *Laodicenſis*. Apoc. 2. 1. 8. 12. 18. & cap. 3. 1. 7. 14. Videatur quoque cap. 14. 6. 8. 9. Quemadmodum igitur Magni Principes ſuos habent Nuncios atque Præcones, qui, etiam ad clangorem tubæ, decreta ſua promulgant, ita & Deus habet verbi ſui Præcones & Doctores, qui veritatem ſalutarem omniaque fata Eccleſiæ ſuæ, non leviter, ſed altiſſima voce, tanquam tuba, promulgant, per prædicationem Evangelii. Cum autem Eccleſia *ſeptem* diverſa fata expertura ſit, ideo *ſeptem Angeli* habentes *ſeptem tubas*.

Paſtores & Doctores Novi Teſt. dicuntur Angeli.

XL. Sed dicet forte aliquis, ſi per ſeptem tubas intelligas *ſeptem periodos*, ſive Eccleſiam ſub diverſis ſeptem fatis, ſequetur *ſeptem Angelos*, adeoque omnia fata, pertinere ad ſeptimam periodum, quod eſſet abſurdum: cum hoc modo ſola ſeptima periodus contineret omnia fata Eccleſiæ. Ad quam difficultatem repono, id non ſequi; ſed hoc tantummodo inde colligi poſſe; quod ſub ſeptima periodo memorentur & recitentur omnia fata Eccleſiæ, quod nihil abſurdi continet. Sane, cum omnes prophetiæ tunc ſuum complementum habituræ ſint, quod Eccleſia, ſub ultima periodo, ignorari diutius non poterit; mirum non erit, ſi dicamus, fideles tunc, beatis iſtis temporibus, perpetuo memorare opera Dei circa Eccle-

Difficultas ſolvitur.

cle-

clesiam, ejusque mirificam conservationem, per tot & tam diversa fata. Ut Ecclesia tunc quasi repetitura sit, quidquid unquam in sui bonum factum & auditum est, ad nominis Dei gloriam, Johanni itaque hic ostenditur, quid cantatura sit Ecclesia septimæ periodi, & hoc ipsi ostendendo Spiritus S. ipsum simul sub ejusmodi Emblemate, edocet omnia fata Ecclesiæ, per omnia tempora.

XLI. Sunt qui putant alludi ad septem tubas septem Sacerdotum, quibus clangebant per septem dies, ad expugnandum Jerichuntem, Josuæ 6. ut, quemadmodum septimo & ultimo die civitas expugnata & hostibus erepta est, ita Ecclesia, septima & ultima periodo, & tanquam ad clangorem septimæ tubæ, hostibus Christi eripienda, & libertatem consequutura sit.

Porro septem isti Angeli dicuntur *stare coram Deo*. Sed de *statione* Angelorum, aut potius Sacerdotum, dabitur locus plura dicendi, ad Comma tertium.

CAPUT IV.

DE ALTERO ANGELO, vel SACERDOTE OFFERENTE THYMIAMATA.

XLII. *De oblatione* Thymiamatis *agitur commate* III. *& sequentibus*. XLIII. Angelus alius. *Differt a septem prioribus. Illi* canebant, *hic* offert Thymiamata. XLIV. ἐστάθη. *Priores etiam steterunt. Omnes in Templo* stabant. Servi *coram Rege* stant. *Ministerium Templi* עבודה Servitus. *Vasa sacra* כלי עבודה & כלי שרת *Vasa* servitutis, *Vasa* Ministerii. *Quædam loca Scripturæ.* XLV. *Omnes in Templo dicebantur* עומדים stantes אנשי המעמד Stationarii. *Præfectus eorum* ראש המעמד Caput stationis. *Axioma Talmudicum de* statione *in Templo* Cod. Taanith. *Quædam loca scripturæ*. XLVI. *Maxime* stabant x. *die Tisri in Templo & in Synagogis. Nonnulli* XXIV. *horis* stabant. *Projecti tamen fuerunt faciem in Terram, quando pronunciabatur* יהוה. *Maximum* Miraculum. Codex PirKe Avoth. Maimonides. *Nostra de* Vestitu Hebræorum *citantur*. XLVII. Sedere *in Templo nemo potuit, præter Regem ex domo Davidis*. Codex Sotah. *Christus* sedit *in Templo Luc*. 2. *Quo sensu? In* Synagoga *in circuitu Templi. Nostra de* Vestitu Sacerd. XLVIII. Stetit *Angelus coram* Deo. *Est Hebraismus. Deus ubique est præsens. Speciali modo ubi colitur, in Templo.* היכל Palatium *Dei*. *Coram Deo stetit Angelus* offerens suffitum *in Templo*. XLIX. Stetit ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. ἐπὶ, על supra, juxta. *Duo fuerunt* altaria. Holocaustorum *in atrio*. Aureum *suffituum in sancto alterum*. *Fuit ex* ligno Schitim, *tamen* aureum *dictum*. *Quare?* L. *Interpretes hoc* aureum *intelligere solent*. *Male*. *Hic intelligitur altare holocaustorum*. *Inde prunæ desumptæ ad suffitum*. πυρεῖον, מחתה foculum. זכה לחמתה Sacerdos qui prunas de altari in vas collegit. זכה לקטורת qui suffitum obtulit. *Quinam fuerit? Quo ritu facta sint?* Codex Tamid *&* Joma. *Eo respexit Johannes hoc loco*. *Hactenus præparationes ad* Thymiamata. LI. *Hinc patet hunc* Angelum *non fuisse ex* septem Cantatoribus. Massechet Tamid. *Ubi* steterint Sacerdotes? *Ubi* Levitæ? על הדוכן Massechet Erachim, Tamid, Middoth. הדוכן suggestus *ubi fuerit?* Angelus *de quo nunc*, *prius* stetit in atrio *ad* altare holocaustorum; *postea ad* aureum. *Ideo* alius Angelus *quam* septem. LII. *Et* alius *propter ministerium*. *Qui suffitum offerebant eodem die alio Ministerio fungi non poterant. Singula ministeria singulis diebus* sorte *distribuebantur*. Cod. Tamid, Joma. *Ad* suffitum faciendum *destinatur* Zacharias. Luc. 1. 9. *Qui canebant non omnes fuerunt*

Sacer-

Sacerdotes. LIII. Oblatio suffituum *nobilissima pars sacerdotii. Ibi nulla sorditas, nullus foetor; ad Deum propius accedebat* suffitum faciens, *precibus intercedebat. Totum Sacerdotium duabus præcipue partibus continebatur.* I. Oblatio Victimæ. II. Intercessio *in Sancto per* suffitum & preces. *Prior a multis fiebat sacerdotibus. Altera ab uno tantum.* LIV. *Idem non poterat* suffitum bis *offerre. Alter mane destinabatur* sorte: *alter Vespera. In reliquis qui* mane, *etiam* vespertina *bora idem ministerium obit.* חדשים Novi, *qui de suffitu sortiebantur. De reliquis* חדשים גם ישנים Novi & Veteres. Cod. Tamid. Joma, & Glossa *ad Gemaram*, Maimonides. LV. *Cur nemini per missum fuerit ut bis suffitum faceret? Id munus junctam habebat singularem* felicitatem. Deuter. 33. 10. 11. Gemara Cod. Joma. *Gratis dicitur. Ita singulis diebus duo debuissent fieri* divites & felices. *Mirum plures Sacerdotes hoc officium neglexisse, qui a* Jerusalem remotius *habitabant.* LVI. *Tamen magna felicitas contigit* Zachariæ, *dum suffitum fecerat. Non quidem* dives *est factus; at angelus eo ipso momento nunciabat ei nasciturum* filium. Luc. 1. *Hæ* divitiæ *fuere maximæ. Iterum colligitur, hunc* Angelum alium *fuisse a* septem *prioribus distinctum. Fuisse* Sacerdotem. *Nemo alius* Thymiama *facere potuit.* Rex Ozias *id tentans gravissime punitur.*

XLII. HActenus de *Præparatione* ad Thymiama, nunc ad *Oblationem Thymiamatis* ipsam. De hac agitur Commate tertio & sequentibus. Καὶ ἄλλος Ἄγγελος, inquit, ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλὰ, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων, ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου &c.

XLIII. Hic introducitur iterum *Angelus*, sed *alius*, scilicet distinctus a septem prioribus, de quibus modo egimus. Hunc *Angelum* prorsus *alium* esse totaque natura distingui a prioribus *septem*, manifestum erit, si vel parum examinemus locum, ubi stetit, & *munus* quo functus est. Priores *canebant*, adeoque suo loco, cantoribus destinato, stabant: hic autem stetit prope *Altare*. Illi cantabant, hic Sacerdotio, & nobiliori quidem ejus parte, nempe oblatione Thymiamatum, fungebatur; *habebat* enim *in manu Thuribulum aureum, dataque ipsi sunt Thymiamata multa, ut offerret in Altari aureo, coram Throno.*

Angelus alius Differt a septem.

XLIV. Ante omnia dicitur: καὶ ἐστάθη & *stetit*. Priores *septem* qui cantabant, quoque steterunt. Debuerunt sane omnes stare, cum Sacerdotio fungerentur; quandoquidem & *Sacerdotes*, & *Levitæ*, & *Cantores*, & quicunque aliquo ministerio functi sunt in Templo, *ministri* Dei fuerunt; adeoque coram eo ipsis standum fuit, uti solent *ministri* coram Domino suo stare: non tantum quod id postulet animi submissio, quæ servos decet, veneratio & honor quem *servi* Domino suo debent, sed & ut ad omnia officia Domino præstanda, se paratos demonstrent. Ita *ministri* Regis *steterunt* coram Salomone. 1. Reg. 10. 8. & 12. 6. 8. 2. Chron. 9. 7. Sunt autem Sacerdotes & quicunque in Templo ministrant, *Servi* Dei: quare & eorum *ministeria*, magis quam officia reliquorum Sanctorum, dicuntur עבודות *Servitia*, sive *Ministeria*; vide Numer. 4. 23. 47. & seqq. Et *vasa sacra* dicuntur כלי עבודה Deuter. 26. 6. Exod. 39. 40. & כלי שרת *vasa ministerii*. Num. 4. 12. 2. Chron. 24. 14. & sic passim alibi.

Sacerdotes stabant in Templo.

Sunt servi Dei.

XLV. Hinc perpetuum *stabant* coram Deo, tanquam ejus *ministri*, ad omnia ministeria prompti & parati; ideo & עמודים *stantes* & *coram Domino stare* dicuntur. 2. Chron. 5. 12. Jerem. 28. 5. Ezech. 44. 15. Hæc est ratio ob quam illi, qui sua hebdomade ministrant, dicuntur אנשי המעמד *viri stationis*, quasi *Stationarii*, & eorum Præfectus ראש המעמד *Caput*, sive *Præfectus stationis*. Sed & reliqui omnes, cujuscunque essent conditionis, maxime autem qui sacrificium aliquod offerebant, coram Deo in Templo *stare* debebant. Nehem. 8. 5. Jer. 28. 5. Hinc istud axioma Talmudicum, Codice *Taanit* cap. 4. §. 2. וכי היאך קרבנו של אדם קרב והוא אינו עומד על גביו: *Quomodo fieri poterit oblatio ullius hominis, nisi ei adstet?* nempe is qui sacrificium offert.

Stationarii.

XLVI.

XLVI. Præcipue autem *ſtabant*, & totus quidem populus *ſtabat*, decimo die Tiſri, quando fiebat ſolennis expiatio totius populi. Iſtum ritum ad hunc uſque diem imitantur Judæi, in ſuis Synagogis: ſunt enim qui ejuſmodi *ſtationi* ſpecialem adſcribant ſanctitatem, atque meritum; ut etiam nonnulli iſto die *ſtent* integris viginti quatuor horis. Ita ſane magna reputabatur ſanctitas, ut *ſtarent* ſolenni iſto die, niſi quod in faciem ſe projecerint, cum Pont. Max. in Adyto pronunciaſſet nomen Tetragrammaton יהוה: unde etiam prodigioſum, immo nugaciſſimum confinxerint miraculum, inter alia hujus ponderis: ſcilicet, quamvis in atrio ſteterint צפופים *preſſi*, ut vix eſſet locus *ſtandi*, adeo etiam ut nonnulli terram non attigerint, ſed a multitudine e pavimento nonnihil attollerentur, tamen ſat eſſet loci, non tantum ut *in faciem ſe proſternerent* omnes, ſed ut alter ab altero eſſet *remotus* רוחיה *late diſtans*, ad quatuor cubitos, ut peccata ſua confiteretur alta voce, altero tamen non audiente. De hiſce videatur Codex *Avoth* cap. 5. §. 5. & Gloſſa ad iſtam Miſnam. Idem quoque docet *Maimonides*, *Hilchot Biath hammikdaſch* cap. 5. §. 17. paucis hiſce verbis: כל העוסק בעבודה מעבודת המקדש צריך שיהיה עומד על הרצפה וגו׳: *Quicunque miniſterium Templi peragit*, *debet ſtare in pavimento* &c. Ideo quia Sacerdotes multum *ſtabant*, & nudis quidem pedibus in pavimento, multas comedebant carnes, & aquam bibebant, ideo, inquam, ſæpe viſcerum dolore laborabant: quare & medicos habebant, qui eis mederentur. De hiſce vide opus noſtrum *De veſtitu Sacerd. Hebr. Libro* I. *Cap.* 3. *Standum* itaque erat in Templo, & *Sacerdotibus*, & *Levitis*, & *Cantoribus*, & *Populo:* niſi quod decimo die Tiſri, ad ſolennem Expiationem, in faciem ſe quoque proſtraverint.

Decimo die Tiſri ſtandum erat.

Eodem die in Templo ſe proſtraverunt.

Sacerdotes ſæpe dolore viſcerum laborabant.

XLVII. *Sedere* autem in loco tam ſancto, crimen fuiſſet morte piandum, ut illud, ne ipſi quidem Regi Iſraelis, permiſſum fuerit, niſi eſſet ex familia Davidis, ut legimus Codice *Sotah* c. 7. Nec eſt quod quis dicat, Chriſtum *ſediſſe* & docuiſſe in Templo. Luc. 2. *Sedit* enim non in ipſo Templo, ſive in loco *Sancto*, ſed in *Synagoga*, quæ erat in *circuitu Templi*. De hiſce & nos quædam notavimus *De veſtitu Sacerd. Hebr. lib.* 2. cap. 25. Non mirum igitur, ſi *Angeli*, & *ſeptem* iſti priores, de quibus commate 2. & *alius* iſte *Angelus*, de quo nunc agimus, dicantur *ſtetiſſe*.

In Templo ſedere nemini licitum.

XLVIII. *Stetit* autem iſte *alius Angelus* ἐπὶ τὸ θυσιαςήϱιον. Priores *ſeptem*, qui canebant, dicuntur *ſtetiſſe* ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ nempe לפני יהוה *ante faciem Dei*. Eſt Hebraiſmus, pro *coram Deo*. Cum Deus ubique ſit præſens, certum eſt homines, ſemper & ubicunque ſint locorum, eſſe *coram Deo*. Attamen cum dicatur habitare in *Templo*, tanquam in Palatio ſuo, quare etiam היכל ſive *Palatium* dicitur, illi qui ſunt in Templo, ibique rebus ſacris occupantur, modo ſpeciali dicuntur eſſe *coram Deo*. Non mirum igitur, ſi *Cantores* Angeli *ſeptem*, cum in Templo ſteterint ad cantandum, dicti ſint ſtetiſſe *coram Deo*. Sane *coram Deo ſtetit*, etiam iſte *alius Angelus*, qui faciebat Thymiamata, cum etiam *ſteterit* in Templo, quamvis non in eodem loco.

Ubi alius Angelus ſteterit?

XLIX. Stetit enim ἐπὶ τὸ θυσιαςήϱιον. Vox ἐπὶ idem notat ac Hebraica על, quæ & *ſupra*, & *juxta* & *ad* ſignificat; Hebraice enim על המזבח eſt *ad altare*. Nemo ignorat duo fuiſſe altaria in Templo. Alterum, quod & *magnum* dici ſolebat, fuit *altare holocauſtorum*, in atrio Sacerdotum, in quo comburebantur *Holocauſta* & *partes* cum *inteſtinis* & *adipe* reliquorum Sacrificiorum. Alterum in ipſo היכל ſive Palatio Dei, in loco *ſancto*, quod erat inter *Pronaum* & *ſanctum ſanctorum*. Hoc *aureum* dicebatur: nam etſi conſtiterit ex ligno *Schitim*, tamen aureis laminis erat obductum, ut merito *Altare aureum* appellaretur. In hoc offerebantur Thymiamata ſingulis, aliiſque diebus feſtis ad ſacrificia jugia, aliaque.

Duo fuiſſe altaria. Alterum holocauſti.

Alterum aureum.

L. Interpretes magna quidem confidentia docent, hic intelligendum eſſe Altare *aureum*, ſed falluntur procuIdubio: nam etſi etiam ad *aureum* poſtea *ſteterit*, ubi ſuffitum intus faciebat, tamen *aureum Altare* nondum intelligitur. Sacerdos ſane ſuffitum offerens, ad utrumque altare *ſtabat*, etiam cum *Thuribulo aureo*. Et primo quidem ad magnum altare *holocauſtorum*, in atrio Sacerdotum. Aſcendebat enim ad verticem magni Altaris, prius aliquis ex Sacerdotibus, qui erat זכה למחתה id eſt qui *requiſitus fuit* a *thymiamata* faciente, ut πυϱείῳ ſive foculo aliquo, id eſt Vaſe מחתה *Machtah* dicto, prunas adferret. Is, inquam, primum aſcendit ad focum magni Altaris, ibique vas iſtud argenteum replebat prunis, dum is qui erat זכה לקטורת *deſtinatus Thymiamati faciendo*, inferius prope Altare iſtud ſtabat & præſtolabatur cum *Thuribulo aureo*, donec is qui aſcenderat ad focum

Hic non intelligi altare aureum.

Ad utrumque altare Sacerdotes ſtabant.

Prunæ ex altari holocauſti ſtando colligebantur vaſe argenteo;

focum magni Altaris, inde deſcenderet, & prunas ſuas ex *argenteo* effunderet in aliud πυρεῖον ſive vas *aureum*, quo *prunæ* deferebantur in locum ſanctum ad *Altare aureum*, ubi tandem fiebat *ſuffitus*, ab eo cui id ſorte obtigerat; quæ manifeſto conſtant ex Codice *Tamid* cap. 5. §. 5. & ex Cod. *Joma* cap. 4. §. 4. Sed de hiſce infra plura dicemus. Hic itaque primum ad magnum Altare Holocauſti ſtetit *alius* iſte *Angelus*, tanquam Sacerdos mox ſuffitum facturus. Hanc ſtationem ſine dubio intelligit Johannes hoc loco, quando dicit: ſe vidiſſe *alium Angelum ſtantem ad Altare*. Hactenus enim, more ſolito, fiebant præparationes ad oblationem ſuffitus, in Altari aureo; nondum oblatio ipſa. Nihilominus tamen certum eſt, *alium* iſtum *Angelum* poſtea, ſuo tempore, quando ſuffitum faciebat, ſtetiſſe quoque ad *Altare aureum*, in loco ſancto; immo diutius ibi ſtetiſſe, quam hic ad Altare holocauſtorum.

In vas aureum infundebantur.

Differt hic Angelus a ſeptem prioribus.

LI. Vel hinc manifeſto conſtat; hunc *Angelum* prorſus *alium* fuiſſe, diſtinctum a reliquis *ſeptem*: cum *ſeptem* non *ſteterint* in eodem loco, nec tam prope altare *holocauſtorum*, multo minus, ut poſtea, *ſeptem* priores in alio loco, ubi *Cantores* cantica ſua canere ſolebant. Superius, nempe Theſi 33. Jam oſtendimus ex Maſſechet *Tamid* cap. 7. §. 3. *Sacerdotes*, dum cantabant, *ſtetiſſe* על שלחן החלבים *ad menſam pinguedinum*, in atrio Sacerdotum. Ita & *Levitæ* dicuntur *ſtetiſſe* על הרוכן *ad ſuggeſtum*, quod in eodem erat atrio, ad latus Orientale magni Altaris. Maſſechet *Erachim* cap. 2. 6. & *Tamid* cap. 7. §. 3. vide & *Middoth* c. 2. §. 6. & 2. *Chron.* 5. 12. Sunt nonnulli ex Hebræorum ſapientibus, qui docent הרוכן *ſuggeſtum*, fuiſſe in ipſo atrio Iſraelitarum. In hoc itaque loco *ſtabant*, Cantores, *Sacerdotes*, *Levitæ*, & *Nobiliores Iſraelitarum*, quando ſacram exercebant Muſicam in Templo. Ibi quoque *ſteterunt ſeptem* priores *Angeli*. At vero *alius* iſte *Angelus*, de quo nunc fit ſermo, *ſtabat* primum in *atrio* quidem *Sacerdotum*, tamen prope Altare, & multo propius quam *Cantores*, poſtea etiam *ſtetit* in ipſo loco ſancto ad *Altare aureum*. Ergo revera fuit ἄλλος ἄγγελος.

Non eodem loco cum ſeptem ſtabat.

LII. Sed & *alius* eſſe debuit, quia alio fungebatur miniſterio. *Septem* priores erant *Cantores*; hic autem *ſuffitum offerebat*. Et ſane non poterant illi qui ſuffitum offerebant, eodem die fungi alio miniſterio. Notum eſt iis, qui vel parum verſati ſunt in ritibus Hebræorum, ſingula miniſteria ſingulis diebus ſorte diſtribui, ut quilibet Sacerdotum ſciret, quale opus iſto die ſibi conficiendum eſſet. Codice *Tamid* cap. 3. אמר להם הממונה בואו והפיסו מי שוחט מי זורק מי מרשן מזבח הפנימי מי מדשן את המנורה מי מעלה אברים לכבש הראש והרגל ושתי הידים העוקץ והרגל החזה והגרה ושתי הדפנות הקרבים והסלת והחביתים והיין הפיסו זכה מי שזכה: *Dicebat illis Præfectus, Accedite ſortiamini, quis mactaturus ſit, quis ſparſurus ſanguinem? quis allaturus ad gradus membra, caput, pedem & duos pedes anteriores, extremitatem ſpinæ dorſi & pedem? Pectus & guttur, & duo latera, inteſtina, ſimilam, frixa & vinum. Sorte quiſquis ſuo miniſterio deſignabatur.* Clarius de *Suffitu* cap. 5. §. 2. אמר להם חדשים לקטרת בואו והפיסו הפיסו זכה מי שזכה: *Dicebat illis accedant novitii* [illi qui Thymiama nunquam obtulerunt] *ad ſuffitum faciendum & ſortiantur, ſortiebatur enim quis eo dignus eſſet*. Eadem occurrunt Codice *Joma* cap. 2. ubi plura de ſuffitu offerendo. Sane neminem *ſuffitum* obtuliſſe, niſi quem ſors deſtinabat, patet ex *Zacharia* Sacerdote, Parente Johannis Baptiſtæ: nam ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι *ſorte accepit ut Thymiama offerret*. Luc. 1. 9. Colligi itaque neceſſario debet, eum qui *ſuffitum* faciebat, prorſus *alium* fuiſſe, quam qui *canebant*. Primo quidem *Cantores* non omnes fuerunt *Sacerdotes*, ſed, uti oſtendimus, etiam *Levitæ*, immo & *Iſraelitæ*, ex מיוחסים *Nobilioribus*; at is qui *Suffitum* faciebat neceſſario debebat eſſe *Sacerdos*, erat enim oblatio Suffituum עבודה *Miniſterium Sacerdotale*.

Alius Angelus alio fungebatur officio.

LIII. Quid? omnium functionum Sacerdotum, nobiliſſima erat *oblatio ſuffituum*; ut is qui ei ſorte deſtinatus fuit, omnium honoratiſſimus & feliciſſimus haberetur; non tantum quod nulla ſorditate inquinari potuerit, ut illi qui mactabant, pellem detrahebant, animal in partes diſſecabant, ſanguinem excipiebant, ad altare deferebant & ſpargebant, altaria expurgabant, ignem ſtruebant, & qui ejuſmodi alia faciebant, quæ revera erant miniſteria ſordida: ſed maxime ideo, quod ad Deum propius accederent, cum intrarent in ipſum locum ſanctum, quod gratum odorem Deo offerrent: & pro populo intercederent preceſque effunderent. Ita is ſolus altera parte Sacerdotii, & nobiliori quidem functus erat. Totum Sacerdotium in duas omnino diviſum fuit partes; quarum prior erat *immolatio* & *obla-*

Oblatio ſuffituum functio nobiliſſima.

Partes Sacerdotii duæ.

Immolatio.

oblatio victimæ, in *Altari holocaustorum* in atrio Sacerdotum; altera, *intercessio* per preces, & per oblationem *suffituum* in *altari aureo* & in loco sancto, ut, cum prior pars a magno numero Sacerdotum, altera ab uno tantum perageretur. Reliqui duo, qui etiam circa

Oblatio suffituum.

oblationem suffituum aliquid præstiterunt, magis hujus fuerunt *ministri*, quam ut ipsi sint dicendi *suffitus* obtulisse, quemadmodum suo loco ostendemus.

Nullus Sacerdotum suffitum bis offerre poterat, per totam vitam.

LIV. Et hæc quidem est ratio, cur Patres non permiserint, ut idem Sacerdos eodem die bis, nec postea per totam vitam unquam, suffimentum iterum offerret. Notum est, singulis diebus duos oblatos fuisse agnos; primum mane hora *tertia*, aut, secundum nostrum horologium, hora *nona* matutina; alterum vespere, hora *nona*, secundum nos, hora pomeridiana *tertia*.

Sorte quilibet ad functionem eligebatur.

Is qui per sortem alicui functioni destinatus fuit, eadem fungi poterat & ad sacrificium matutinum, & ad vespertinum. Verum cui sorte obtigit *oblatio suffituum*, ea non nisi semel fungi poterat per totam vitam. Hinc ad sacrificium vespertinum de Thymiamate offerendo iterum sortiebantur: ideo illi qui de oblatione sortiebantur, חדשים *Novi* dicebantur, id est tales qui ad istud ministerium sorte nunquam destinati fuerunt. De reliquis functionibus sortiebanter חדשים גם ישנים *Novi & Veteres*, id est, illi quibus talia ministeria nunquam sorte obtigerunt, illi quoque qui eis antea jam functi fuerunt. Vide de hisce Codice *Tamid* c. 5. §. 2. & Cod. *Joma* cap. 2. §. 4. & ad ista Gemaram & Glossas. Clarius omnia traduntur apud Maimonidem *Hilchot Tmidim Umussaphim* cap. 4. §. 8. תמיד של בין הערביים אין מפיסין לו פייס אחר אלא כל כהן שזכה בעבודה מן העבודות שחרית יזכה בה בין הערבים חוץ מן הקטורת שהן מפיסין להפייס אחר בין הערבים: *Quod attinet sacrificium vespertinum, de eo non sortiuntur nova sorte, sed omnis Sacerdos, qui designatus est ministerio matutino, eidem ministerio etiam designatus manet vespere: excepto Thymiamate, ad quod requiritur nova sortitio circa vesperam.*

Cur fas nemini fuerit ut suffitum bis offerret?

LV. Addunt *Gemarici* rationem, ob quam non permittebatur, ut idem bis offerret thymiama? nempe quod istud munus adjunctam habuerit singularem aliquam felicitatem, & quod dives fieri soleret, is qui tali munere fungebatur. Hoc conantur probare ex Deuter. 33. 10. 11. ubi, postquam dictum esset: *Ponent suffitum in naribus tuis, & holocaustum super altare tuum*, mox additur: *Benedic Domine, facultati ejus, & opus manuum ejus sit tibi acceptum.* Hoc Sapientes exponunt, de *opere manuum* ejus qui *suffitum* offert. Audiamus *Gemaricos* ipsos, ad hæc verba Codicis *Joma* cap. 2. Misna 4. חדשים לקטורת בואו והפיסו *Novi accedant ut sortiantur*: תנא מעולם לא שנה אדם בה מאי טעמא אמר ר' חנינא מפני שמעשרת אמר ליה רב פפא לאביי מ"ט אילימא משום דכתיב ישימו קטורת באפך וכתיב בתריה ברך חחילו: *Traditio est, nemo unquam illud* [Thymiama] *repetit.* (bis suffitum offert) *Quænam est ratio? Respondet Doctor Chanina, quia divitem reddit. Dixit Raf Papa Abæo, ob quam rationem? Forsan dices, quia scriptum est*, (Deuter. 33. 10. 11.) *ponent suffitum in naribus tuis, & holocaustum super altare tuum, & scriptum est postea: benedic Domine facultatibus ejus.* Sane si omnes *divites* facti sunt Sacerdotes qui suffitum offerebant, singulis annis, minimum septingenti & triginta Sacerdotes divites redditi sunt: cum bis singulis diebus offerrent, semper autem חדש *novus* aliquis, qui antea nunqnam obtulit. Hinc sequeretur multos fuisse divites Sacerdotes: ut mirer ullum neglexisse vices suas, easque cessisse aliis, qui ministerio in Templo pro se fungerentur, dum illi sacris vacarent, in Synagogis civitatum suarum, uti solebant, qui ab Hierosolymis remotius habitabant. Ista igitur traditio de *divitiis* per oblationem suffitus acquisitis, mihi vehementer suspecta est, ut vix dubitem quin adnumeranda sit cæteris fabulis Judaicis.

Suffitum offerentes divites fieri solebant.

LVI. Nihilominus, sive fabulas narrent Talmudici, sive exempla quædam habuerint, nonnullorum Sacerdotum, qui post oblationem suffitus, divites facti, aut alio singulari beneficio aliquo gavisi sint, non possum hic silentio præterire magnam istam felicitatem, quæ obtigit *Zachariæ* Sacerdoti, eo ipso momento, quo *suffitum* offerebat in Templo. Verum quidem est, quod de ipsius divitiis non multa legamus: erat enim vir mediocris fortunæ, vitam agens rusticam & inter homines montanos, magis, quam inter nobiles & divites, quod vel ex solo genere vitæ & vestimentis filii ipsius Johannis constat Matth. 3. Vide, & nostra *De Vestitu Sacerd. Hebr.* libro 1. cap. 9. Nihilominus, etiamsi non magnam copiam argenti atque auri possederit, verissimum tamen est, ei contigisse bonum, omnibus divitiis præstantius, ea ipsa hora, qua *suffitum* obtulit:

Zachariæ suffitum facienti gratissimum nuncium.

Zacharias vir mediocris fortunæ.

tulit: nam eodem momento, cum in Templo ſtaret ad latus Altaris aurei, adſtitit ipſi Angelus, qui eum certum reddebat, de *filio*, modo etiam prorſus miraculoſo, & plane divino, ſibi naſcituro, quem vocaret *Johannem* qui *ei eſſet gaudio & exultationi, ſuper cujus nativitate multi gaviſuri ſint, & Spiritu S. implendus, etiam a ventre matris ſuæ, multoſque filiorum Iſraelis converſurus ſit ad Dominum Deum iſtorum, qui præcedet in conſpectu, cum Spiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda Patrum in filios, & rebelles ad prudentiam juſtorum, ut paret Domino populum inſtructum* Luc. 1. Hæ ſane fuerunt divitiæ maximæ, quibus ditatus eſt Zacharias, eo ipſo, inquam, momento quo offerebat Deo ſuffitum. Utrum ullus fuerit ante eum, qui majores obtinuerit divitias, non puto. Ne hiſce diutius inhæreamus, iterum colligimus, hunc *alium Angelum*, a prioribus *ſeptem*, fuiſſe prorſus diſtinctum: cum *ſeptem* iſti fuerint *Sacerdotes*, & *Levitæ*, & *Iſraelitæ*, ex quibus conſtabat tota Eccleſia Dei: ille autem *alius*, non niſi *Sacerdos*; cum *oblatio Thymiamatis* fuerit עבורה *miniſterium*, ad quod nemo, præter Sacerdotes, admittebatur, ut etiam ipſe *Rex Ozias*, quum iſto munere fungi vellet, non tantum cum gravi increpatione a Summo Pontifice arceretur, ſed & a Deo graviſſime puniretur, & lepra percuteretur, 2. Chron. 26.

Ditatus filio.

C A P U T V.

DE THURIBULO AUREO מחתה *Machta*, כף *Caph*, ACERRA, & טני *Tani*, Vaſis ad OBLATIONEM SUFFITUS adhibitis, ac DE EORUM USU.

LVII. Angelus *iſte* alius *ad oblationem Suffitus deſtinatus, omnia ſui muneris præſtitit. Habebat* Thuribulum aureum. *Græce* λιβανωτὸν. *Ejus variæ Expoſitiones. Non ſunt ipſa* thura *oblata*. LXX. *interpr. ſententia*. הלבונה Ariſtophanes, Heſychius, Suidas, vetus Gloſſarium Grammatici. λιβανωτοπολέω, λιβανωτοπώλης, λιβανοπώλης. Athenæus, Pollux. LVIII. *Hic non ſignificat* thus, *ſed* vas *quo* thura *offerri ſolebant. Pro* λιβανωτῷ *an legendum* λιβανωτίς. Vetus Gloſſarium acerra, thuribulum. Grotius. *Apud* Plinium & Dioſcoridem roſmarinum *notat. Hic notat* Acerram. LIX. *Reſpicit hic Johannes ad* vaſa ſacra, *quibus* thura *offerebantur. Maxime adhibebantur* מחתה & כף. *Quædam loca Scripturæ. Duo vaſa ad ſuffitum adhibebantur. Alterum* thure *replebatur; alterum* prunis *ardentibus, ex Altari holocauſti. Prius* מחתה Mactah, *Alterum* כף Caph. בזיך & בזק בזיכא. *Ita & Chriſto hic duo dantur. De* כף *in quo ſunt aromata, Commate* III. *De* מחתה *Commate* v. *Utrumque hic dicitur* λιβανωτὸν. *Johannes agit primo de* כף Acerra *aromatum. Nos primo de* מחתה. LX. *Quale vas fuerit* מחתה? *a* חתה *prunas* colligere. Sept. Interpretibus *eſt* πυρεῖον *ab* igne. *Quædam loca Scripturæ*. LXI. *Quid ſit* πυρεῖον? LXX. Interpret. מחתה. θυΐσκη Mortariolum Hieronymo. Senioribus & ἐπαρυστὶς, ἐλαιοχύτη Heſychius. Αντλητὴρ, κάδος ναυτικὸς Heſychio. Varia alia *vaſa* τοῖς LXX. *dicitur* πυρεῖον. יעים καλυπτὴρ, κρεάγρα, θέρμαι; φιάλη מזרק כרכב, ἐσχάρα craticula. *Quid ſit* מחתה *ex* LXX. Interpretib. *non poteſt colligi: varia loca Scripturæ*. LXII. מחתה *eſt vas cui imponebantur prunæ. Et* ſuffitus. *Varia loca ſcripturæ*. Codex Tamid. LXIII. *cujus fuerit* formæ מחתה? *Notantur* Pictores, Arias Montanus, Vilalpandus, Goere, VVitzius, Bynæus. *Non fuit inſtar* Thuribuli *in Eccleſia Romana. Nullam habuit* catenam; *Nullum* operculum. *Habuit* anſam, *ſive* Manubrium Cod. Joma *ein Rohlpfann, un rechaut. Longius erat manubrium decimo Tiſri*. LXIV. *Habuiſſe formam* Calicis. *Ideo Græcis* θυΐσκη, Mortariolum, & ἐπαρυστὶς Heſychio &c.

Num-

Nummi *Hebræor. apud* VVaſerum, VValtonum, Hottingerum. Virga amygdali, *&* πυρεῖον *ſigna* Sacerdotii, *ut apud Romanos* Lituus, Patera, Urceus &c. *in Nummis* J. Cæſaris, Auguſti, Lepidi, Neronis, Nervæ, Macrini, Decii &c. *Vas non eſt* urna *Mannæ*, *ſed* מחתה πυρεῖον, *ſive* foculus. VVaſerus *iterum &* Hottingerus. LXV. *ſive* foculus. VVaſerus *iterum &* Hottingerus. LXV. VVaſerus, VValton *aliique* urnam *mannæ exiſtimarunt*. *Male*. Optime Melanchton קטרת מחתה θυμιατήριον. *Non probatur eſſe* Urnam. *Varii* Nummi Hebræi *&* Samaritani, apud VVaſerum, VValtonum & Hottingerum. Tabula *qua tres inſignes nummi exbibentur*. Nummi *ubi vaſculum habet* manubrium. LXVI. מחתה *fuiſſe* πυρεῖον aureum. *Fuerunt &* ænea *&* argentea. *Cui rei inſervierit* æneum *&* argenteum. *Cui rei inſervierit* æneum *&* argenteum? Cod. Tamid. *&* Joma. *Quædam loca Scripturæ*. LXVII. *Interpretes* λιβανωτὸν *exponunt* מחתה. *Sed male*. *Quo ſenſu decimo Tiſri in adyto ſuffitus ejuſmodi vaſe fieri debuit?* Cod. Joma: vas in veteri ſiclo. *An idem vas bic intelligitur?* LXVIII. *Agitur de* כף Caph. *Notat* curvaturam, Vas *ad* Suffitum *deſtinatum*. *Septuag. per* מחתה *&* כף *idem intelligunt*. *Varia loca Scripturæ*. *Græcis eſt* θυΐσκη. *Ita dictum a* thure. *Sunt vaſa diſtincta*. *Uſus utriuſque diverſus*. LXIX. *Tres Sacerdotes requirebantur ad oblationem Suffimenti*. *Primus altare aureum purgabat*. *Utebatur vaſe* טני Tane *dictum*. *Fuiſſe inſtar* Caniſtri. Cod. Tamid. *Hoc vaſe cineres ab altari aureo recipiebat & auferebat*. *Alter ſumebat* מחתה. *Ex altari Holocauſti* prunis *replebat*, *alio vaſe* argenteo. *Eodem vaſe aureo portabat prunas ad altare* aureum. *Altari prunis effuſis, abiit*. Cod. Tamid. *Hic* ſorte *non fuit deſtinatus*; *ſed requiſitus ab eo qui ſorte fuit electus ad ſuffitum*. Bartenora, Caph Nachat. Tamid. *Tertius Sacerdos ſuffitum obtulit*, *preceſque pro populo fundebat*. *Idem babebat aliud vas*, כף acerram, *qua attulit aromata*. LXX. *Idem vas adbibitum ad offerrendos ſuffitus*. מחתה πυρεῖον, כף Thuribulum, *cur ita dictum?* Acerra *quid ſit?* Feſtus, Chaldæus, Jarchius. כף Caph *thure repletum panibus imponebatur*. כפות Capoth *ſunt* כלי השלחן. *Quædam loca ſcripturæ*. LXXI. בזיך בזיכא כף Acerra Cod. Tamid. כף *diſtinguitur a* בזיך Beſich, Bartenora *&* Caph Nachat. LXXII. בזך *habuit* operculum. *Et impoſitum fuit* linteum. *Quo ſenſu ſimile fuerit thuribulo in* Eccleſia Romana, *diſſimile?* כף Caph & כפורה Scutellæ. LXXIII. *vaſe* כף *Pont. M. aromata intulit in Sancta*. Cod. Joma. *Bina ferebat vaſa*; πυρεῖον *&* acerram. Joma. LXXIV. *Pont. Max. in adyto ex* כף acerra *ſumebat thura & injecit* מחתה πυρείῳ *ſive foculo*. *Eodem vaſe* כף Caph, *id eſt* Acerra *ſingulis diebus thura allata ad Altare aureum*. LXXV. *Vas quod* alius Angelus *Chriſtus babuiſſe dicitur*, *idem fuiſſe quod* כף Caph, Acerra *dicitur*. Cod. Joma.

LVII. QUemadmodum autem *alius Angelus*, quem Johannes vidit ad Altare, fuit *Sacerdos* oblatione ſuffituum dignus, ita ſane & omnia, quæ ad iſtud munus requirebantur, præſtitit. *Habebat* enim *Thuribulum aureum*. Manibus ſcilicet illud habebat, ſive tenebat, uti ſolebant iſto munere fungentes. Græce habetur λιβανωτὸν, quod ab interpretibus varie exponitur. Sunt qui ipſa *Thura*, quæ in *altari aureo* offerri ſolebant, hoc vocabulo notari crediderunt. Hoc ſenſu ſumitur a ſeptuaginta Senioribus. 1. Chron. *9*. 29. ubi ponitur pro הלבונה, quod *thus* ſignificare nemo in dubium vocat. Eodem ſenſu occurrit apud *Ariſtophanem* in *Ranis*, & in *Pluto*. *Heſychius*: λίβανος τὸ δένδρον καὶ τὸ ὄρος. λιβανωτὸς δὲ ὁ καρπὸς αὐτοῦ, εἶδος θυμιάματος. Eadem fere habet *Suidas*. Videatur etiam vetus Gloſſarium & reliqui Grammatici. Hinc λιβανωτοπολέω & λιβανωτοπώλης, quod perinde dicitur ac λιβανοπώλης qui *thura vendit*, apud *Athenæum*, *Pollucem* & alios.

λιβανωτὸν quid?

הלבונה quid?

LVIII. Nihilominus tamen certum eſt, hoc loco non ſignificare ipſum *thus*, aut ſpeciem thymiamatis, ſed potius *vas* aliquod ſacrum, quo *thura* offerri ſolebant. De *thymiamate* mox agetur, quando dicetur: *plura thymiamata Angelo data fuiſſe*. Forte pro λιβανωτοῦ legendum erit λιβανωτὶς. In veteri *Gloſſario* λιβανωτὶς eſt *acerra*, *thuribulum*. Ita legendum putat *Grotius*. Forte non male: quamvis tamen non ignorem, apud *Plinium* & *Dioſcoridem libro* III. *cap*. LXXXIX. λιβανωτὶν etiam ſignificare *roſmarinum*. Sed hoc loco ſumi pro vaſe *Thuribulo*, ſive *acerra*, extra dubium eſt: cum addatur epitheton χρυσοῦν *aureum*. Conſtat ſane, non *thus*, ſed *vas* fuiſſe ex *auro*.

λιβανωτὶς acerra.

LIX. Reſpicit itaque Johannes ad iſtud *vas ſacrum & aureum*, quo uti ſolebant Sacerdotes, in oblatione thymiamatum. Pluribus vaſis uti ſolebant. Præſertim adhibebantur ad hoc miniſterium duo מחתה & כף. De מחתה vide Exodi 25. 38. 27. 3. 37. 23. 38. 3. Levit. 10. 1. *16*. 12. Num. 4. 14. *16*. *6*. 17. & ſequentibus. Duobus vaſis ad oblationem ſuffimenti uti ſolebat Sacerdos in Templo. Altero recipiebat Thura eaque ferebat in locum ſanctum ſuper *altare aureum*, ubi ſuffitus fiebat. Altero recipiebat prunas ardentes, de *altari holocauſti*, eaſque etiam deferebat ſuper altare aureum. Primum vocabatur כף. Chaldaice בזיכא *Bezicha*; a Talmudicis בזך atque בזיך. Alterum quo prunas recipiebat dictum fuit מחתה *Machtah*. Ita & Johannes Chriſto duo vaſa hoc loco adſcribit. De priori, quo recipiebat aromata, hic agitur, commate III. mox enim addit: *Et data ſunt ipſi multa Thymiamata* De poſteriori agit commate v. cum ſtatim addatur: Καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου. *Et replevit illud ex igne altaris*. Utrumque hic vocatur λιβανωτὸν, quod ad Thymiamata adhibitum fuerit. Quamvis Johannes prius agat de λιβανωτῷ, Hebræis כף dicto, quo המקטור *ſuffitum faciens* aromata recipiebat; nos tamen primo examinabimus illud quo prunas ardentes recipiebat, & quod מחתה dici ſolebat. De כף ſive בזך quo aromata recipiebantur, Johannes primo loquitur quod excellentius & dignius fuerit, ut eſt veriſimile. De hoc & nos inferius plura habebimus.

Plura vaſa ad oblationem ſuffituum.

Duo vaſa.

כף: בזיכא;

מחתה.

LX. Quale autem hoc vas fuerit, non niſi ex ejus materia, ex qua conſtabat, & ejus uſu conjici poteſt. Dictum fuit a verbo חתה quod notat *capere*. Pſ. 52. 7. יחתך ויסחך מאהל *abripiet te & evellet te e tentorio*. Speciatim autem ſignificat, *ſumere carbones*. Proverb. 25. 22. כי גחלים אתה חתה על ראשו *quoniam tu carbones ſumes in caput ejus*: & cap. *6*. 27. היחתה איש אש בחיקו *An ullus accepturus eſſet ignem in ſinum ſuum?* Vide Eſ. 30. 14. Ex hiſce locis manifeſtum eſt, verbum חתה, ex quo fluxit מחתה, ſignificare *prunas capere*, aut auferre. Inde facile colligi poteſt, מחתה eſſe *vas* aliquod, ſive inſtrumentum prunis capiendis vel auferendis aptum atque deſtinatum. Ideo πυρεῖον ab *igne* vertitur a LXX. Senioribus. Exod. 27. 3. 38. 3. Lev. 10. 1. 16. 12. Num. 4. 16. 6. 17. 2. Reg. 24. 36. 2. Chron. 4. 21.

Quale vas hic intelligatur.

מחתה.

LXI. At quid intelligendum ſit per πυρεῖον, æque incertum eſt: cum varias habeat ſignificationes apud Græcos. Sed & alia vaſa Tabernaculi ſeptuaginta interpretibus ſunt πυρεῖα, & ipſum מחתה aliter quoque ab iis vertitur. Dicitur illis מחתה non tantum πυρεῖον, ut patet ex locis allegatis, ſed & θυΐσκη, quod *mortariolum* eſt apud *Hieronymum*. 1. Reg. 7. 50. Sed & ἐπαρυστρὶς iiſdem Senioribus. Exod. 37. 27. Numer. 4. *9*. Eſt autem ἐπαρυστρὶς Heſychio ἐλαιοχύτη ἢ ἀντλητὴρ, *vas per quod infunditur oleum*, ſcil. in lucernas: aut *Cadus* ſive *vas vinarium*: nam eidem *Heſychio* ἀντλητὴρ eſt κάδος ναυτικὸς, id eſt *Cadus* vel *vas nauticum*. Et varia alia *vaſa* τοῖς LXX. dicuntur πυρεῖα, veluti יעים 2. Chron. 4. 11.

πυρεῖον

θυΐσκη;

κάδος ναυτικὸς:

יעים

4. 11. quamvis eadem vox ipsis quoque dicatur, καλυπτὴρ *cooperimentum* Exod. 27. 3. 38. 3. & κρεάγρα 2. Chron. 4. 11. Jerem. 52. 15. & θέρμαι *thermæ* 1. Reg. 7. 34. 44. & φιάλη Num. 4. 14. Sed & מזרק ipsis est φιάλη pluribus locis, & καλυπτὴρ Num. 4. 10. & πυρεῖον 2. Chron. 4. 10. & πυρεῖον 2. Chron. 4. 11. Et כרכב non tantum ἐσχάρα *craticula* Exod. 27. 5. sed & πυρεῖον, ab iis vertitur Exod. 38. 4. Unde patet, ex *septuaginta* interpretum versione, nihil certi posse colligi, quid proprie fuerit Hebræorum מחתה, cum illud tam vario verterint, eundemque significatum dederint & aliis vocibus Hebræis, quæ tamen prorsus alia instrumenta, quibus circa altare etiam utebantur, significarunt.

כרכב — *πυρεῖον.*

LXII. Dubitari tamen non debet, quin מחתה fuerit instrumentum aliquod, cui imponebantur prunæ ardentes, quibus thura injiciebantur ad suffitum faciendum. Hoc manifestum est ex Levit. 16. 12. ולקח מלא מחתה גחלי אש מעל המזבח *Et sumet plenum Machtah prunis ex altari*. Ergo מחתה fuit vas aliquod *plenum prunis*. Idem legitur Num. 16. 17. ויקחו איש מחתתו ונתתם עליהם קטורת *Et accipiat quilibet Thuribulum suum & indet ei suffitum*. Clarius Commate 18. ויקחו איש מחתתו ויתנו עליהם אש וישימו עליהם קטרת *Et sumebat quilibet thuribulum suum, & imponebat* [ad verbum dedit super illud] *ignem & imponebat ei suffitum*. Utrumque igitur huic vasi imponebatur, & *ignis* sive *prunæ*, & *suffitus*. Idem patet ex Talmudicis Codice *Tamid* cap. 5. Misna 5. quem locum infra adducemus.

מחתה quid?

LXIII. Cujus autem formæ hoc vas fuerit, nusquam clare exprimitur. Commentatores Judæorum ad Pentateuchum, dicunt solummodo, fuisse כלי ידוע *vas cognitum*: ac si neminem ejus usus & forma lateret. Si Pictoribus credamus, dicendum erit, fuisse vas aliquod instar *calicis*, cum *operculo*, quod adnexam habuit *catenam*, qua suspensum a Sacerdote ferebatur; quæ proculdubio conficta sunt ex *Thuribulis*, quibus hodie utuntur in Ecclesia Romana. Ita nempe depictum videmus apud *Ariam Montanum*, apud *Vilalpandum*, & ex illis apud *Goere* in *De Joodsche Outheeden*, apud *VVitzium*, *Bynæum*, & in omnibus fere Bibliis. De *operculo* & *catena*, nec ex Scriptura S. nec ex opere Talmudico, mihi hactenus quicquam constitit. *Catenam* habuisse, minime credo: eo minus, si habuit formam *calicis*, uti mox dicemus; poterat enim ferri solo pede, qui satis fuit remotus a corpore, cui inerant prunæ. Talmudici sane *Codice Joma cap.* 4. §. 4. docent habuisse *ansam*, sive *manubrium*: forte eodem modo, ut & nostra vasa hodie *ænea* & *argentea*, quibus indi solent prunæ, & ad calefaciendos cibos in mensa, quæ Germanice *ein tohlpfann*, Gallice *un Rechaut* vocantur: ככל יום היתה ידה קצרה והיום ארוכה *omni die* (quotidie quando fiebant thymiamata ad sacrificia jugia) *manus* [*ansa* vel *manubrium*] *ejus erat brevis*, *sed hoc die* [decimo Tisri, quando fiebat solennis expiatio] *erat longa*. Ergo habebat *ansam*, sive *manubrium*, quo prehendebatur ad deportandum.

Thuribulum hactenus male depictum.

LXIV. Formam tamen habuisse *calicis*, dubitari non potest, cum fuerit aptum ut aliquid contineret. Hæc proculdubio causa est, quod a *Senioribus* Græcis θυΐσκη *mortariolum* dictum fuerit; quandoquidem *mortariolum* non male refert *calicem*, uti notum est. Ideo & ἐπαρυστὴς ab iisdem vocatur. Exod. 37. 27. Num. 4. 9. Est autem ἐπαρυστὴς, notante *Hesychio*, uti supra Parag. LXI. ostendimus, ἐλαιοχύτη *vas per quod infunditur oleum*; quod ex *calice* commode fieri potest, quare etiam ἐπαρυστὴς a nonnullis *calix* vertitur. Ideo eidem *Hesychio* ἀντλητὴρ & κάδος dicitur. Vide supra Parag. LXI. Hæc confirmantur imprimis, si respiciamus ad Numismata, sive vera sive falsa, quæ *sicli sacri* dicuntur, apud *VVaserum*, *VValtonum*, & *Hottingerum*, alios, quales etiam a nobis visi sunt, & qualem possideo, qui ab una parte habent virgam *amygdali florentem*, cum hac inscriptione ירושלם הקדושה *Jerusalem Sancta*: & in parte adversa *vas* aliquod, ex quo ascendit fumus, cum hac inscriptione שקל ישראל *Siclus Israelis*. Dubitari autem non potest, quin *virga amygdali* significet virgam Aharonis, quam Deus per miraculum florere voluit, ad indicandum Sacerdotium concessum fuisse divinitus Aaroni & ejus familiæ, uti legimus Numer. 17. 8. Ita *vas* illud ex quo fumus ascendit, est proculdubio *Thuribulum*, per quod *thymiama* offerri solebat in Sanctuario: ut utrumque fuerit signum *Sacerdotii*. Quemadmodum apud Romanos signa Sacerdotii fuerunt *Lituus*, *Patera*, *Urceus*, *Guttus*, *Aspergillum*, *Secespita*, *Secures*, & id genus alia, quibus in Sacerdotio uti solebant, ut constat ex multis numismatibus Consulum & Imperatorum, qui Sacerdotio functi fuerunt. Videantur nummi *Julii Cæsaris*, *Augusti*, *Lepidi*, *Neronis*, *Nervæ*,

Formam habuit calicis. — *ἐπαρυστὴς* — *ἀντλητὴρ Siclus.* — *Signum sacerdotii apud Hebræos.* — *Signa sacerdotii apud Romanos.*

Macri-

Macrini, *Decii* & aliorum. Habet autem istud *vas fumum emittens* omnino formam *calicis*.

LXV. Verum est doctissimum *VVaserum de Antiquis nummis Hebræorum*, *Libro* II. *cap.* III. *VValtonem*, *Hottingerum*, ipsum auctorem *Meor Enaim*, aliosque viros celebres, vas illud existimasse *urnam*, in qua fuit *manna*. Tamen *Melanchton*, (sunt verba doctissimi *VVaseri*) arbitratus est, non esse *urnam* manna plenam, sed illud quo thus adolebatur [Hebræis מחתה *Machtah*, dictum a חתה *chatah*, *capiendo* prunas scilicet & thus, ad adolendum & מקטרת *Mikktereth*, a קטר *Katar*, ipso adolendi sensu: Græcis θυμιατήριον, Latinis *thuribulum*, *suffitorium* &c.] quod & eleganti carmine exposuit, apud eundem *VVaserum*.

VValtonis & VVaseri error

> *Justa Sacerdotum designat munera Siclus,*
> *Cujus in Hebræis urbibus usus erat:*
> *In quo florescens insculpta est virga Aharonis.*
> *Quæ monet ut doceant dogmata pura Deo.*
> *Parte Calix alia est impletus thure Sabæo,*
> *Hic offerre preces, ut nova thura jubet* &c.

Non sine gaudio animadverti, sententiam de *Thuribulo*, in quam auctoritate Talmudica inductus sum, suboluisse Melanchtoni. Nulla sane est ratio, cur credamus fuisse *urnam* mannæ, cur non potius θυμιατήριον, cum manifestam habeat formam θυΐσκης *mortarioli*. Apud *VVaserum*, *VValtonum*, *Hottingerum* aliosque occurrunt nummi, ubi supra vasculum nihil apparet: Aliquoties litera ד vel alia quædam Samaritana, quemadmodum & inscriptio non raro est Samaritana. Est & alius apud *Hottingerum de Cippis Tab. 6. Num.* I. ex cujus calice, vel mortariolo exeunt superius flores triplici ordine. Ut in hac tabula videre est Numero I.

Veteres nummi, in quibus Thuribulum.



Est alius, ubi e vase exit fumus. Pulcherrimum hic depingi permisit vir amplissimus Johannes Julsinga, Reipubl. Groninganæ Consul gravissimus, cujusmodi & ego unum possideo elegantem. Vide in hac Tabula Num. 2. Apud *VValtonem* ejusmodi duo conspiciuntur. No. XII. & XIII. Et apud *Hottingerum De Cippis* Tab. 5. num. 5. Sed non omittendum est apud *Hottingerum* duos conspici, ubi vasculum superius ab utroque latere exeuntem manum, sive manubrium habet. Longius tamen est manubrium ab uno quam ab alio latere. Vide apud Celeberrimum virum *De Cippis & nummis Tabula* III. *No.* I. *& Tabula* VI. *No.* 4. ubi manubrium clarius apparet. Eundem nummum videbis hic in nostra tabula. Numero 4. Vix dubito quin fuerit, non *urna* Mannæ, sed מחתה *Machtah* πυρεῖον, vel *Thuribulum*. Habuisse enim manubrium docent Talmudici, uti jam dictum est, & inferius plura dicemus.

LXVI. Qualecunque tandem fuerit מחתה, certum est, fuisse χρυσοῦν *aureum*. Non omnia quidem *Thuribula* erant *aurea*. Nonnulla fuerunt ex נחשת *ære* Exodi 38. 4. Jerem. 52. 19. Sed ex כסף *argento*. 2. Reg. 25. 15. & Jer. 52. 19. Tandem & ex זהב *auro*, uti vel ex locis hisce, jam modo allegatis, patet. Sed videatur de *aureis*, Exod. 25. 38. & 37. 24. 1. Reg. 7. 49. 2. Chron. 4. 22.

Thuribulum fuit aureum.

4. 22. Quod attinet ad מחתת נחשת *Thuribulum æneum*, videtur inserviisse aliis rebus circa altare, quam Thymiamati offerendo. *Argenteum* autem, ad faciendum *suffitum*, etiam adhibebatur, singulis diebus, præter decimum Mensis *Tisri*, quando solennis & annua fiebat expiatio. Codice *Tamid* cap. 5. §. 5. מי שזכה במחתה נטל מחתת הכסף ועלה לראש המזבח ופנה את הגחלים הילך והילך וחתה ועירן של זהב: *Is qui destinatus fuit Thuribulo, sumebat Thuribulum argenteum, & ascendebat in summitatem altaris* (scilicet ad ignem) *& dimovebat prunas hac illac, &, sumptis prunis, descendebat*, [ex altari] *easque* [prunas] *evacuavit in aureum* (thuribulum) Idem repetitur Codice Joma cap. 4. §. 4. בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה במתוך של זהב היום חותה בשל זהב ובה היה מכניס: *Omni die sumebat prunas*, *in* (thuribulum) *argenteum*, *& infudit in aureum*, *hoc vero die* [magnæ expiationis] *sumebat prunas aureo* [thuribulo] *& cum eo intrabat*. [in Sanctum Sanctorum] Igitur מחתה sive *thuribulum argenteum* singulis diebus efferebatur in summitatem Altaris, prunis replebatur, indeque delatæ ex *argenteo* in *aureum* infundebantur; qua ratione *aureo* aliquomodo parcebatur, ne tam facile consumeretur, ob pretium metalli; ita tamen ut intus in loco sancto, ad *altare aureum*, prunæ non inservirent ad suffitum, nisi ex *aureo* Thuribulo.

Argenteum.

Ejus usus.

LXVII. Interpretes, ad hunc locum Apocalypseos, magna securitate adfirmant λιβανωτὸν, quod Angelus habebat in manu, fuisse hoc *vas* quod מחתה dicitur. Sed iterum mea sententia, decipiuntur. Fateor, si Johannes hic respicit ad Sacrificium annuæ Expiationis, decimo die Tisri, intelligi posse מחתה, illud ipsum *vas aureum*, repletum prunis in Altari magno Holocaustorum. Isto enim die, eodem vase prunis repleto intrabat in Sanctum Sanctorum, eisdemque prunis, [in eodem vase] injecit thura ad *suffitum*. Non enim poterat in Sancto Sanctorum offerre thymiama in *altari aureo*, cum illud non inferretur in *Sanctum Sanctorum*, sed in *Sancto* remaneret. Necessario itaque suffitus in Adyto fieri debebat in hujusmodi vase. Rem ita se habere patet Levit. 16. 12. 13. Idem docent Sapientes Codice *Joma* cap. 4. §. 4. quem locum modo allegavimus, §. 65. בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה בתוך של זהב והיום חותה בשל זהב ובה היה מכניס: *Omni die deprompsit* [prunas desuper magno altari] *thuribulo argenteo*, *& effudit in aureum*. *Sed hoc die* (magnæ expiationis) *deprompsit* [prunas] *thuribulo aureo*, *& cum eo intrabat* (in Sanctum Sanctorum.) Intelligitur proculdubio illud vas, instar poculi, quod repræsentatur in vetere siclo fumans, qui fumus est ipsissimus *suffitus*, quem Pont. Max. facit in Sancto Sanctorum, decimo die Tisri, de quo nummo diximus superius §. LXIV. & LXV. Idem autem vas hic intelligi non potest, nisi dicamus hunc *Angelum* hic introduci offerentem Thymiama in Sancto Sanctorum: quod tamen adfirmari non potest, cum obtulerit ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν in *altari aureo*, quod erat in loco *Sancto*, uti constat, vers. 3.

λιβανωτὸν non fuit מחתה

Non introducitur offerens in sancto sanctorum

LXVIII. Diximus §. LIX. ad oblationem suffituum adhibita fuisse duo præcipua vasa. מחתה cui indebant *prunas*, quod non male πυρεῖον dicitur, de quo hactenus egimus. Deinde כף, de quo nunc etiam dicendum est. De hoc vase, כף legimus Exodi 25. 28. 29. & 37. 16. Numer. 4. 7. 48. 86. & Jerem. 52. 10. Nihil jam dicam, quod vox כף significet quamlibet curvaturam, quemadmodum, *volam manus*, *plantam pedis*, etiam *spatam* resque alias. Certum est, locis hisce jam allegatis, notare vas aliquod sacrum suffitui offerendo destinatum. Septuaginta interpretes videntur per hoc idem intelligere, ac per מחתה; utrumque enim reddunt per θυΐσκην *mortariolum*, *acerram*, vel *Thuribulum*. Ita ab eis reddi מחתה jam demonstravimus §. LXI. De כף quoque constat Exod. 25. 29. & 37. 16. Num. 7. 14. 20. 26. 32. 38. 44. 50. 56. 62. 68. 74. 80. 86. 1. Reg. 7. 50. 2. Reg. 24. 14. 2. Chron. 4. 22. Jerem. 52. 18. in quibus omnibus locis Græcis est θυΐσκη. Ita dictum est proculdubio a *Thure*, quia *thuri* offerendo fuit destinatum. Ideo etiam Numer. 7. fere ubique dicitur כף מלאה קטרת *Thuribulum plenum suffitu*. Distincta tamen sunt vasa מחתה & כף, cum illud notet, πυρεῖον proprie dictum, quo depromebantur *prunæ*, ex altari holocaustorum, ad Altare aureum, in loco sancto, aut etiam, decimo die Tisri, inferebatur in Sanctum Sanctorum; hoc autem *acerram*, sive vas aliquod continens aromata ad suffitum, & quo inferuntur in locum sanctum, usque ad Altare aureum, ubi incendebantur.

מחתה πυρεῖον. Ejus usus.

כף quale vas.

Ejus usus.

πυρεῖον unde sic dictum.

LXIX. Et ut hæc clarius intelligantur, notandum est, tres Sacerdotes occupatos fuisse in oblatione Suffituum, adeoque *tria vasa* fuisse adhibita. Pri-

mus Sacerdos expurgabat *altare aureum*, a cineribus & carbonibus, qui ibi remanserant post peractum suffitum diei præcedentis. *Vas* quo hic utebatur dictum fuit טני *Tane*. Erat enim amplo ore instar *corbis*, aut *canistri*, ita dictum, notante *Aruch*, ab Hebræo טנא, quod etiam notat *corbem*, sive *canistrum*, quo fructus terræ offerebant, Deuter. 26. 2. 4. Hinc & ipsum טני a Lexicographis vertitur per *Canistrum*. Aptum erat adeoque hoc vas ad colligendos carbones & cineres, ex Altari aureo. De hoc vase atque ministerio vide Codice *Tamid* cap. 3. §. 9. מי שזכה בדשון מזבח הפנימי נכנס ונטל את הטני והניחו לפניו היה חופן ונותן לתוכו ובאחרונה כיבד את השאר לתוכו והניחו ויצא: *Is qui* (sorte) *destinatus fuit purgando altari interiori* [aureo] *intravit* [in locum sanctum] *& intulit Tani, quod ante se posuit, manuque altera accipit* (carbones & cineres) *eosque imponit vasi, altera autem*, (manu) *everrit reliquum* [carbonum & cinerum] *in illud*, [vas] *quo deposito, abiit*. Alter Sacerdos, in Suffitu faciendo, sumebat istud vas, quod מחתה dicitur, & de quo superius, eoque ascendit in verticem Altaris holocaustorum, inde deprompsit prunas, primo quidem vase argenteo, inde autem eas effudit in מחתה vas *aureum*, cum quo intravit in locum sanctum, prunas in altare aureum effudit, ibique limbo vasis prunas extendit, ut commodius Thymiamata eis injici possint, quo ministerio peracto, abivit; locumque reliquit suffitum offerenti. De quo legi potest Codex *Tamid* cap. 5. paragr. 5. quem locum superius paragr. lxvi. allegavimus. Non quod hic etiam per sortem huic muneri fuerit destinatus, sed arbitrio ejus qui suffitui offerendo sorte fuit electus. Is enim aliquem ex Sacerdotibus rogavit, ut hoc officium sibi præstaret, quod lubentissime ab eis fiebat. Videatur *Bartenora* & *Caph Nachat*, ad *Tamid* cap. 5. §. 5. Ita enim ad hæc verba מי שזכה במחתה *is qui dignus est, ut operetur per Machtah*, commentantur. להוליך הנחלים למזבח הזהב ולא היה בזה פייס אלא מי שזכה בקטרת ע״פ פייס אומר לזה שעמו זכה במחתה והתה: *ad afferendum prunas ad Altare aureum. Sed ad hanc rem non erat sors, sed is qui sorte destinatus fuit oblationi Thymiamatis, dicebat isti qui aderat, sis dignus ut vase Machtah prunas depromas*. Hic non fuit tam *suffitum offerens*, quam ejus, qui offerebat, *minister*. Tertius Sacerdos, qui ad Oblationem

In oblatione suffituum tres operabantur Sacerdotes. טני Tane. Ejus forma & usus.

מחתה

suffituum requirebatur, is ipse erat, qui sorte destinatus fuit, ut Thymiamata foco Altaris aurei injiceret, precesque pro populo funderet, adeoque cui tota cura hujus oblationis demandata fuit. Ille quoque habebat aliquod *vas*, quo intulit aromata comburenda ad Altare aureum: Hoc autem erat istud vas quod כף vocabatur.

LXX. Sane hoc vas etiam adhibitum fuisse in offerendis Suffitibus, patet, non tantum inde, quod dicatur מלאה קטרת *plenum Thymiatum*. Numer. 7. uti jam modo §. lxix. ostendimus: sed idem ipsa etiam docet natura rei. Non poterant enim prunæ & aromata indi eidem vasi, extra locum sanctum, sed utrumque & *prunæ* & *aromata* requirebant sibi vas aliquod ab alio discretum. Vase itaque מחתה inferebantur *prunæ*, sed כף ipsa *Thura*. Prius igitur non male diceretur πυρεῖον, sive *foculus*, quod igne repletum sit; posterius vero *Thuribulum*, vel θυΐσκη, quod *Thura* contineat. Alias etiam *acerra*: est enim *acerra* non tantum *ara quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur*, ut nonnulli volunt, sed *arcula thuraria*, *scilicet ubi thus reponebant*, notante *Festo*. Ideo Num. 7. & pluribus locis alibi, ubi occurrit כף in Textu Hebræo, & ubi Chaldæus habet בזיכא. Jarchius Exod. 25. 29. vocabulum כפות *Capoth* explicat per vas, cui indunt Thura, illudque dicit esse בזיך. *Bezich*. Sic enim commentatur: בזיכין שנותנין בהם לבונה שתים היו לשני קומצי לבונה שנותנין על שתי המערכות: *Sunt Besichin quibus reponunt Thura. Erant duo, ad duos pugillos Thuris, qui imponuntur duobus ordinibus*. [scil. panum] Fateor quod כף *Caph* significet scutellam, sive phialam, aut vasculum aliquod repletum thure, quod imponebatur *panibus Propositionis*; quod vel inde patet, quod כפות *Capoth* sint כלי השלחן *vasa mensæ aureæ*. Exod. 25. 22. 29. Idem intelligit Jarchius loco jam modo citato. Vide etiam Lev. 24. 5. 7. & cap. 2. 1. 2.

Vas prunis repletum.

θυΐσκη Thura continens, Acerra quid?

LXXI. Sed quemcunque usum habuerit כף *Caph*, certum tamen est, fuisse id cui *thura* imponebantur. Non tantum ea quæ panibus erant imposita, sed & illa quæ in *altari aureo* incendebantur ad Suffitum. Sane Talmudicis בזיך *Bezich*, sive בזיכא *Bezicha*, quod ponitur pro כף, esse *Acerram*, sive *Thuribulum*, aut vas continens thura, eoque vase thura illata fuisse in locum sanctum ad *altare aureum*, constat Codice *Tamid* cap. 5. §. 4. מי שזכה בקטרת היה

כף Thura imposita.

היה נוטל את הכף והכף דומה לתרקב גדול של זהב מחזיק שלשת קבים והבזך היה בתוכו מלא וגדוש קטרת וכסוי היה לו וכמין מטוטלת היתה עליו מלמעלן: *Is qui deſignatus fuit Thymiamati offerendo ſumebat Caph . Caph autem erat inſtar magni modii aurei, qui continebat tres cabos ; in eo erat acerra cumulate plena ſuffituum, quæ habebat operculum, cui impoſitum erat quoddam linteum.* In hac Miſna כף diſtinguitur a בזך ſive בזיך & בזיכא. Ut כף fuerit vas aliquod magnum, cui aliud vas imponi poterat ; בזך autem ipſiſſima *Acerra*, ſive *Thuribulum* Thure repletum, & τῷ כף impoſitum. Addunt præterea Gloſſatores rationem ob quam בזך, ſive *Acerra* cum aromatibus, ejuſmodi vaſi majori, ſive כף fuerit impoſita ; ſcilicet, ne, quando Sacerdos pugillum thuris ſumebat ex בזך, aliquid in terram caderet, ſed in כף, ſive majori iſto vaſe remaneret. Videantur *Bartenora* & *Caph Nachat* ad hanc Miſnam.

בזך & כף *diſtinguuntur.*

LXXII. Ex hac Miſna neceſſario colligi debet, בזך proprie fuiſſe iſtam *Acerram*, quæ continebat aromata ; & qua ad *aureum Altare* afferebantur. Ideo habebat *operculum*, cui etiam impoſitum fuit *linteum* aliquod, proculdubio ad conſervandum odorem & fragrantiam illibatam, ne ſubtiliores ſpiritus aromatum facile evaneſcerent antequam incenderentur. Ac proinde non fuit prorſus abſimile Thuribulo, quo utuntur in Eccleſia Romana Sacerdotes, & prout a vulgo Pictorum exhiberi ſolet : quamvis tamen ab eo differat, quod non habeat *foramina* in operculo, ad emittendum fumum, nec *catenam*, præterquam quod ei non imponantur *prunæ*, ſed *Thura* tantum. Majus itaque iſtud vas *inſtar modii tres cabos continentis*, vocatur כף, quaſi diceres *ſcutellam*, vel *acerram*, quoniam revera formam habebat iſtarum כפות ſive *ſcutellarum*, quæ cum thure imponebantur panibus propoſitionis, niſi quod fuerit majus, & quod plus thuris contineret. Huic autem *majori Acerræ* inſtar modii, ſive כף, quamvis ipſum etiam inſerviret inferendis aromatibus ad *Altare aureum*, nihilominus tamen fuit impoſitum בזך vaſculum minus, cum operculo & linteo, ne quid diſperderetur, & ne odor efflueret. Idcirco ipſum etiam כף a *Chaldæo* & *Talmudicis* vocatur בזיכא & בזיך, ut ſupra oſtendimus.

LXXIII. Ejuſmodi vaſe, quod כף dicitur, ipſe quoque Pont. Max. ſolenni Expiatione, decimo die Tiſri, aromata intulit in היכל ſive loca ſancta. Codice *Joma* cap. 5. Miſna 1. הוציאו לו את הכף ואת המחתה וחפן מלא חפניו ונתן לתוך הכף הגדול לפי גדלו והקטן לפי קטנו כך היתה מחתה: *Deprompſerunt ei acerram, & πυρεῖον, ſumebat plenum pugillum ſuum & in Acerram injecit,* (aromata) *Magnus* [Pontif. Max.] *ſecundum magnitudinem ſuam, & parvus ſecundum parvitatem ſuam.* Ecce Pont. Max. bina habebat vaſa, מחתה & הכף, quia utroque opus habebat in Adyto. מחתה πυρείῳ quidem quo inferret *prunas* ; כף autem, quo *aromata*. Fateor quod Gemarici ad hanc Miſnam per מחתה videantur intelligere *Acerram*, ſive illud ipſum vas, quod continebat *aromata*. Ita commentantur, התם מחתה דגחלים הכא מחתה דקטורת דתניא הוציאו לו כף ריקן מלשכת הכלים ומחתה גדושה של קטרת מלשכת בית אבטינס: *Alibi* (Joma c. 4. §. 3.) *mentio fit de Machta prunarum, hic vero de Machtab Thymiamatum, ſecundum traditionem ; & educebant Caph vacuum, ex conclavi vaſorum & Machtab repletum Thymiamatis ex conclavi domus Aftinis.*

Vaſa quibus uſus eſt Pont. Max. decimo Tiſri.

LXXIV. Tamen מחתה *Machtab* fere ſemper ſumi pro πυρείῳ ſive *foculo*, quo *prunæ* inferebantur ad *Altare aureum*, immo, &, decimo die Tiſri, in ipſum *Sanctum Sanctorum*, certiſſimum eſt, & ex eadem quoque Miſna liquet. Sumpſit enim Pontifex Max. utrumque vas, & מחתה & כף, iiſque intravit in Sanctum Sanctorum. In מחתה habebat *prunas*, in כף autem *thura*, quæ, poſtquam intravit in ſanctiſſima loca, prunas in מחתה injecit, ut incenderentur. Ita enim Miſna eadem pergit, נטל את המחתה בימינו ואת הכף בשמאלו היה מהלך בהיכל עד שמגיע לבין שתי הפרוכת המבדילות בין קדש ובין קדש קדשים וכו׳: *Sumpſit Machtab in dextra ſua, & Caph in ſiniſtra ſua ; abivit in Templum, donec pervenit inter duo vela, quæ diſtinguebant inter locum ſanctum, & ſanctiſſimum &c.* Pergit mox in eadem Miſna, & oſtendit uſum τοῦ *Machtab*, nempe ut in eo incenderentur *thura*, adeoque docet, ei impoſitas fuiſſe *prunas*. הגיע לארון נותן את המחתה בין שני הבדים צבר את הקטורת על גבי גחלים ונתמלא כל הבית כולו עשן: *Quum appropinquaſſet ad Arcam, poſuit Machtab inter duos vectes,* (Arcæ) *Collegit omnia Thymiamata ſuper prunas, & repleta eſt tota Domus* [Templum] *fumo.* Hinc iterum patet מחתה fuiſſe πυρεῖον ſive foculum cui primo indebantur *prunæ* ; כף autem iſtud vas in quo erant *thura*, & quo illata fuerunt in locum ſanctiſſimum, die Expiationis ſo-

lennis. Sed eodem vase quoque illata sunt *thura* singulis diebus, ad *Altare aureum*, indeque injecta in *prunas* super eodem Altari.

LXXV. Ex hisce omnibus itaque colligo, istud λιβανωτὸν *aureum* primum, quod Johannes dicit habuisse *Angelum* istum *alium*, nullum aliud fuisse, ac istud vas quod כף *Caph* dicitur. Ita ut Sacerdos suffitui offerendo destinatus inferret aromata ad Altare, vase isto quod כף vel Chaldaice בזיכא vocatur, aut ut habent Talmudici Codice *Tamid* cap. 5. §. 4. quem locum allegavimus §. lxxii. *Caph* cum *Besich*, sive *vase instar modii*, in quo erat Acerra thure repleta. Hoc vase itaque stetit ad Altare holocaustorum, sed inde mox, cum socio ministro, qui ferebat מחתה cum *prunis*, intravit in locum sanctum, ad *Altare aureum*, ibique thymiamata obtulit.

Ut autem Lectori curioso clarius ob oculos ponamus vasa, quibus uti solebant Sacerdotes in oblatione Thymiamatum, hanc Tabulam addi, non inconsultum, nec Lectori ingratum fore existimavi.

A. est טני *Tane*, vas aureum instar canistri, cui imponebatur כף *Caph*, vel בזך *Besech* aut בזיכא *Besicha*, *acerra*, vel vasculum aureum plenum aromatibus, & quod טני *Canistro* imponitur, cum defertur in Templum, ut fieret suffitus.

B. Ipsum כף *Caph*, sive *Acerra* aromate plena.

C. מחתה *Machtah*, sive πυρεῖον, aut *foculus*, cui imponebantur prunæ ardentes, & quo deferebantur in adytum.

D. Summus Pontifex in Vestibus albis, decimo die Tisri, habens מחתה *Machtah*, *foculum* in dextra & כף *Caph*, *acerram* in sinistra, eaque deferens in Sanctum Sanctorum. *Joma cap. v.*



CAPUT VI.

DE THYMIAMATE, DEQUE EJUS OBLATIONE.

LXXVI. Data *sunt Thymiamata Angelo*. *Respicit ad ritus in Templo*. Data *sunt aromata* Sacerdoti suffitum facienti *ex conclavi* Abtines. Cod. Joma. LXXVII. Multa data *sunt thymiamata*. Multa, *quia ex* multis speciebus *compositum*. *Totum suffimentum dicitur*. Thura dare *apud veteres*. Ovidius. Martialis. *Græcis* θυμίαμα *quasi* θύος. θύειν mactare *pro* θυμιᾶν. *Vetus* Glossarium θυμίαμα incensum. LXXVIII. *Aromata ex* quatuor speciebus Exod. 30. 34. *Aliæ* septem species *ex Traditione*. Maimonides. *Quænam? Ergo* Undecim species. *A Sapien-*

pientibus additæ tres aliæ species. Maimonides. Gemara Cod. Joma. *Adduntur usque ad sedecim species*. Cod. Kerithuth. LXXIX. *Apud Ægyptios* plures *quoque species adbibitæ*. Plutarchus. *Quot mane? Quot circa meridiem, & quot circa Vesperam*. Kyphi *ex* sedecim speciebus *aromatum*. LXXX. *In Gentilium suffitu multa fuerunt, quæ non* in Hebræorum. מעלה עשן *quid?* Cod. Joma Hieruf. Kerithut Gemara Bab. Mel *in Gentilium suffitu*. *A Judæorum sedulo removendum*. Contundenda *erant Aromata*. *Inter* contundendum verba *quædam adbibenda apud Hebræos*. Literæ *quædam apud Gentiles*. Gemara Hieruf. Plutarchus. LXXXI. πολλὰ multa *sunt data Thymiamata ratione* ponderis. Pondus quinquaginta denariorum *mane*, *totidem vespera*. Cod. Joma, Kerithuth. Maimonides. Quinquaginta denarii, sex Imperiales. Vas cumulate *plenum Thymiamatis*. Cod. Tamid. LXXXII. *Decimo Tisri* plura data, *quam reliquis diebus*. *Singulis diebus offerebatur* Mina. x. *Tisri addebantur tres minæ aromatum*. *Singulis annis præparabantur* ccclxviii. Minæ. Cod. Joma. *Aromata* x. *Tisri* tenuissime contusa *fuerunt*. Cod. Joma. *Judæos nubes adorare*. *Unde fabula?* Massechet Tamid. Odor *suffitus ingens*. *Percipiebatur* Jerichuntem *usque*. Præparatio *suffitus*. Capræ *inde sternutabant*. LXXXIII. *Pauperes* thura parce *offerunt*. Plautus. Ovidius. Virgilius. Martialis. LXXXIV. *Angelus* dedit Thymiamata. Dedit preces Sanctorum. Dedit altari. LXXXV. ἵνα δώσῃ. In *Templo dabantur aromata ea offerenti ex* conclavi Abtines. Dare *thura*, *pro* offerre. Martialis. Virgilius. Servius. Brissonius. LXXXVI. *Gentiles de qualibet re sacra debebant* dare, *pro* offerre. Servius. Ita & *Hebræi*. נתן הכהן Dat Sacerdos sanguinem &c. מתנות dationes, *aspersiones*. Cod. Zevachim: נתנים dati *i. e.* aspersi sanguines. *Aspergebatur sanguis ad* altare. *Altare erat* distinctum *per* חוט של סקרא filum sericum coccineum. *Quidam sanguis spargebatur* supra filum; *quidam* infra. *Aspergebatur etiam* ad altare aureum. LXXXVII. *Et* Thura dabantur. *Quædam loca Scripturæ*. LXXXVIII. *Tota* victima מתן donum *dicebatur*. *Græcis* δῶρα. *Christus dicitur* datus, *pro* oblatus. Sacerdos *unde dictus*. *Isidorus*. LXXXIX. *Angelus* dabat *preces*. *Variant Interpretes*. Vulgatus, Arabs, Beza. עם *vel* σὺν *deficit*. VValtonus, De Dieu. בצלותא cum, *vel* in precibus. רבצלותא XC. Data *cum* precibus Sanctorum. Preces & Thura *eadem hora fiunt per totam Terram*. Preces in atrio *Templi ad suffitum* Zachariæ. XCI. *Thymiamata symbola precum*. Signum *pro re* Signata. XCII. *Ita & apud Gentiles* sacrificiis precabantur. Cato. Seneca. Thura rogare, *pro* per thura rogare. Martialis. Plautus. Thure, *aut* Vino *supplicare*. XCIII. Preces Sanctorum. *Templum* Sancti *ingrediebantur*. Impii *extra remanebant*. *Ideo* profani. Judæi גוי קדוש populus sanctus. סגלה peculium. *Omnes sancti Israelitæ per totam Terram*. *Omnes ubique hora suffitus, faciebant suas* preces. מנחה Mincha, *qua hora?* XCIV. Altaria *in Templo* duo. Holocaustorum *ex* lapide, *in atrio Sacerdotum*. Alterum *in* היכל *Palatio*, *i. e. loco sancto*. *Illud fuit* aureum *Quo sensu?* XCV. *ubi fuerit altare* aureum? ἐνώπιον τοῦ θρόνου. Thronus Dei *ubique*. *Specialius in* coelo. *Et in* Templo. *Maxime in* Adyto. Arca *est* Thronus Dei, *supra* propitiatorium. *Inter* Cherubim. *Inde respondebat ad petita per* Urim & Thummim. Altus thronus *Dei* Es. 6. 1. Apocal. 22. 1. Fluvius ex Throno Dei. Aqua fluens infra arcam. Ezech.

47. 1.

47. 1. Joel. 3. 18. Toſiphta Succa Ariſtæas. XCVI. Altare aureum *coram* throno. *Quo ſenſu? Altare* aureum *in Sancto*. Thronus *in* S. Sanctorum. Altare *in loco ſancto ſtabat*, e regione Arcæ foederis. XCVII. *Thymiamata cum precibus*. Fumus *aſcendebat*. Ingens fumus *in adyto* x. *Tiſri*. Cod. Joma. Levit. 16. 2. *Et quotidie in* loco ſancto. *In* atrio *ſuper* Altari holocauſtorum *fumus aſcendebat*. *A* ventis *non impeditus*. Cod. Avoth. *De* decem miraculis Maimonides. XCVIII. *Aſcendit fumus* ex manu *Angeli*. *Sacerdos* manu *ſolebat offerre aromata in altari*. *Idem faciebat* Pontif. Max. *Quo* ritu aromata prunis injiciebantur? Maimonides.

LXXVI. DE Thymiamate nunc agit Johannes. Ante omnia dicit; Καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλά, *Et ipſi data ſunt multa thymiamata*. Primo dicitur ipſi *data eſſe thymiamata*: Deinde *multa* ipſi eſſe *data*. Sunt data αὐτῷ *ipſi*, ſcilicet *alii* iſti *Angelo*, qui *ſtabat ad altare*, cum *vaſe aureo*, & qui Thymiamata offerre dignus habitus eſt. Illi ſunt *data* Thymiamata. Ita ſane fieri ſolebat in Templo: is enim qui ſuffitum offerebat non deprompſit ipſe aromata; ſed ab alio Sacerdote, ex conclavi Abtines deprompta ipſique ἐδόθη *data* ſunt. Ita ſane docet Codex *Joma* cap. v. §. 1. ubi agitur de Suffitu decimo die Tiſri, per Pontif. Max. offerendo: הוציאו לו את הכף ואת המחתה וחפן מלא הפניו ונתן לתוך הכף: *Deprompſerunt ei acerram & Thuribulum; accipiebat plenum pugillum, & indidit in Acerram*. Hoc ita exponit Gemara: הוציאו לו כף ריקן מלשכת הכלים ומחתה גרושה של קטורת מלשכת בית אבטינס: *Deprompſerunt ei acerram vacuam, ex conclavi vaſorum, & Thuribulum plenum Thymiamatum ex conclavi domus Abtines*. Cum igitur Thymiamata occluſa & ſervata eſſent in *conclavi domus Abtines*, certum eſt, ea non fuiſſe in poteſtate Sacerdotis, qui eis offerendis deſtinatus fuit, ut ei neceſſario ab alio, qui ea cuſtodiebat, fuerint *data*. Eo igitur iterum reſpicit Johannes hoc loco, ubi dicit; Καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα. *Et data ſunt ipſi Thymiamata*.

Thymiamata dari ſolebant in Templo.

Vaſe Thymiamata deprompta?

LXXVII. Non tantum *data* ſunt ei Thymiamata; ſed & πολλὰ *multa* data ſunt. Duplici ſenſu id poteſt intelligi, vel ratione *diverſarum ſpecierum*, ex quibus ſuffitus erat compoſitus, vel ratione *copiæ* quæ offerebatur. Verum quidem eſt, totum ſuffimentum vocari a ſolo *Thure*. Hinc apud veteres *thura* vel *thura dare*, pro *ſuffitum facere* apud *Ovidium*. *Metam.* libro 13. Et *Martial. lib.* 8. *Epigram. Dat populus, ait, dat gratus eques, dat* THURA *Senatus*. Sed ejuſmodi exempla ſexcenta ocurrunt apud auctores, ubi *Thura* ſumuntur pro omni genere ſuffituum: ideo etiam Græcis θυμίαμα quaſi θύος, *Thus* dicitur, quamvis quodlibet aroma quod in altari offerri ſolebat de ſolo *thure* non intelligatur. Ideo & Veteres Græci θύειν dicebant, non pro *mactare*, ſed pro θυμιᾶν *ſuffitum facere*. Hinc vetus Gloſſarium θυμίαμα *incenſum*, ſcilicet pro quodlibet aromate, quod in Altari incendebatur. Alias certiſſimnm eſt, Thymiama non conſtitiſſe ex ſolo *thure*; ſed & ex variis aromatibus aliis.

Quo ſenſu Thymiamata data ſint?

Thura dare apud Romanos.

θύος.

θυμιᾶν.

LXXVIII. Ex variis aliis conſtitiſſe aromatibus קטרת *ſuffimentum* ſacrum in Templo Dei, clariſſimum eſt. Quatuor ſpecies ex mandato Dei fuerunt. Exod. 30. 34. ויאמר יהוה אל משה קח לך סמים נטף ושחלת וחלבנה סמים ולבונה זכה: *Et dixit Dominus Moſi: ſume tibi aromata, ſtacten, & onychen, & galbanum aromata, & Thus purum*. Sed præter נטף שחלת חלבנה ולבונה & alia adhibebantur ſeptem ſpecies, quæ Deus quoque juſſerit, ſed per הלכה למשה מסיני: *traditionem*, quam Deus *tradidit Moſi in Monte Sinai*, ut loquitur Maimonides *Hilchoth Kele Hæmmikdaſch*. Cap. 2. §. 1. Septem autem iſta ſunt: מר׳ וקציעה׳ ושבולת נרד׳ וכרכום קנמון קלופה *Myrrha*, *Caſſia*, *Spica nardi*, *Crocus*, *Coſtum*, *Cinnamomum*, *& Cortex odoratus*. Fuerunt itaque, ſi Hebræorum Sapientibus credendum, *undecim* ſpecies aromatum, quæ a Deo Moſi traditæ ſunt in monte Sinai. Sed præter ea additæ fuerunt a Sapientibus tres aliæ ſpecies: מלח סדומית וכפת הירדן ועשב אחר שמעלה עשן: *Sal Sodomiticum*, *Ambra Jordanis*, & *Herba fumans*. Igitur quatuordecim genera aromatum erant, ex quibus *ſuffitus* erat compoſitus, de quibus vide apud Maimonidem, *Hilcot Kele Hammickdaſch* cap. 2. Omnia autem deſumpſit ex *Gemara Hieruſalemitana* Codicis *Joma* c. 4. Sic enim habet Gemara ad §. 5. פיטום הקטורת

Suffimentum ex variis aromatibus.

Quatuor ſpecies.

Septem.

Quatuordecim ſpecies.

הקטורת הצרי והצפורן החלבנה והלבונה משקל שבעים מנה מור וקציעה שבולת נרד וכרכום משקל ששה עשר ששה עשר מנה קושט שנים עשר קלופה ג׳ קינמון תשעה נמצאה אומר שלש מאות וששים וחמש מנים היו כנגד ימות השנה ושלשה של אותו היום: *Contundunt suffitum , Stactem , Onycha , Galbanum , Thus, septuaginta minas ,* (ex quolibet) *Myrrham , Cassiam , Spicam nardi & Crocum , pondere sedecim minarum* [ex quolibet) *Costum duodecim minarum pondere , Corticem odoratum trium* (minarum pondere) *Ita reperiuntur trecentarum sexaginta quinque minarum pondere, secundum dies anni , & tres minæ pro isto die.* (magnæ Expiationis, sive pro decimo die Tisri) Additur adhibitum fuisse *saponem Carschinum novem Cabos, & vini Caphrisini tres seas & tres cabos*, aut, si deesset vinum istud, *vinum album vetus* , & *sal Sodomiticum*, *quartam partem*, *Herbam maale Ascban* (sive fumum edentem) *dictam*, *parum*, *etiam parum ambræ Jordanis* . Si quinque hæ species *Sapo* , *vinum* , *sal Sodomiticum*, *Herba fumans*, & *Ambra Jordanis* addantur reliquis *undecim* , habebimus sedecim species. Quamvis vinum & sapo non incenderentur, habebant tamen suum usum . Docetur quoque ibi הצרי sive נטף *esse succum defluentem ex arbore incisa* . *Saponem Carschinum inservviisse poliendæ ungulæ ;* (ita nonnulli exponunt שחלת *onycha*) & *vinum Caphrisinum ad macerandam ungulam propter gravem odorem* . Eadem quoque occurrunt Gemara Babylonica Codice *Kerithuth* , cap. I. De variis quoque aliis rebus ad suffitum pertinentibus ibi disputant . Sed de iis omnibus quemadmodum , & de ipsis aromatibus , eorumque natura , forte alibi dabitur locus plura dicendi, ubi de iis, inter res sacras , agendum fuerit . Sufficiat nunc ostendisse πολλὰ θυμιάματα *plura aromata* , ad suffitum revera adhibita fuisse .

הצרי sive נטף quid.

Ægyptiorum suffitus ex sedecim speciebus aromatum.

LXXIX. Sed & apud ipsos Gentiles *Ægyptios* ad Thymiamata in rebus sacris , non unam speciem tantum , sed plures adhibitas fuisse, clarissime docet *Plutarchus* . *De Iside & Oriside* : Καὶ μὲν ἡμέρας ἑκάστης τειχῶς ἐπιθυμιῶσι τῷ ἡλίῳ, ῥητίνην μὲν ὑπὸ τὰς ἀνατολάς, σμύρναν δὲ μεσουρανοῦντι, τὸ δὲ καλούμενον κῦφι, περὶ δυσμάς . *Quavis autem die ter suffiunt Soli*: *Resinam ad ejus ortum*, *myrrham meridie* , *Kyphi*, *uti vocatur* , *circa occasum*. *Mane* quidem, & circa *meridiem* unicam tantum speciem aromatis offerebant , *resinam* mane , & circa meridiem *myrrham*. Circa vesperam autem *Kyphi* . Hoc autem compositum fuit ex sedecim speciebus , ut clarius se explicat idem *Plutarchus*, sub finem ejusdem Libri de *Iside & Osiride* . Τὸ δὲ κῦφι , inquit , μίγμα μὲν ἑκκαίδεκα μερῶν συντιθεμένων ἐστὶ, μέλιτος καὶ οἴνου καὶ σαφίδος καὶ κυπέρου , ῥητίνης τε καὶ σμύρνης καὶ ἀσπαλάθου καὶ σεσέλεως , ἔτι δὲ σχοίνου τε καὶ ἀσφαλάτου καὶ θρύου καὶ λαπάθου , πρὸς δὲ τούτοις , ἀρκευθίδων ἀμφοῖν (ὧν τὴν μὲν , μείζονα , τὴν δὲ , ἐλάττονα καλοῦσι) καὶ καρδαμώμου καὶ καλάμου . *Kyphi autem mixtura est sedecim rerum compositarum*; *mellis & vini* , *& uvæ passæ* , *& cyperi* , *resinæ & myrrhæ*, *asphalathi* , *& Seselis* , *adbuc junci odorati* , *& bituminis* , *& folii ficulni* , *& ramicis* , (*lapathi*) *Iis addunt aliquid juniperi utriusque* (*duos enim numerant majorem & minorem*) *& Cardamomi & calami odorati* .

LXXX. Ecce totidem species numero, quo adhibitæ fuerunt in *suffitu* Hebræorum , si scilicet *undecim* prioribus adnumeremus , *Saponem*, *Vinum Caphrisinum* , *Sal Sodomiticum* , *Herbam fumantem* , (sive *maale ascban*) & *Ambram Jordanis*, de quibus jam modo diximus . Sed multa reperiuntur, quæ & in Hebræorum Suffitu , veluti *Vinum* , *resina* , *myrrha* , *calamus odoratus* forte & *bitumen* est *Sal Sodomiticum* , & *juncus odoratus* forte est Hebræorum *herba* מעלה עשן dicta. Sunt tamen quædam in hoc *suffitu* Ægyptiorum apud *Plutarchum* , quæ Hebræorum suffitui neutiquam addi poterant : quale est *mel* , quod usurpari non potuit in rebus sacris, multo minus in sacro *suffitu*. Ita enim habet Codex *Joma* Hieruf. & *Kerithuth* Gemara Babylonica, locis supra allegatis ואם נתן בה דבש פסולה *Si ei addet mel* , *illicitum erit* . Quid? paulo post eadem Gemara addit: תני בר קפרא הפטמין שבירושלם היו אומרים אילו היה נותן לתוכה מעט דבש לא היה כל העולם כולו יכול לעמוד בריחה : *Docet doctor Capra*: *illi qui suffitum præparant Hierosolymis*, *dicunt*: *si aliquis immisceret vel parum mellis* , *totus mundus non posset subsistere* , *propter ejus odorem* . Sed & certa verba adhibenda sunt ; dum aromata miscentur & præparantur וכשהיה מידק היה אומר הדק היטב שהקול יפה לבסמים *Et dum contundebat* , *dicebat* , *fiat tenue* , *fiat tenue* : (nempe aroma) *quandoquidem hæc verba aromatibus pulchra sunt* . Vide ibidem in *Gemara Hierosolymitana* . Idem quoque , dicto loco , observat Plutarchus circa suffitum , συντίθενται δὲ οὐχ ὅπως ἔτυχεν , ἀλλὰ γράμματα ἱερῶν τοῖς μυρε-

Totidem species aromatum apud Hebræos.

Nullum mel in Hebræorum sacris.

Certis verbis adhibitis componebatur aroma.

Etiam apud Gentiles.

μυρεψοῖς, ὅταν ταῦτα μιγνύωσιν *Componuntur autem hæc non fortuito, ſed dum ea miſcent literas recitant ſacras unguentarii*. Sed de hiſce omnibus, inter alia multa, forte alibi fuſius, ubi de rebus ſacris agemus. Quidquid eſt, ex his quæ hactenus de variis hiſce ſpeciebus dicta ſunt, patet revera fuiſſe θυμιάματα πολλὰ, *multa thymiamata*. Hanc compoſitionem κῦφι tamen paulo aliter deſcribit *Dioſcorides*. Libr. I. cap. 24.

Multa erant aromata ratione ponderis.

LXXXI. Sed & πολλὰ *multa* dari ſolebant, ratione ponderis, quod ſingulis diebus incenderetur pondus centum denariorum; pondus quinquaginta denariorum mane ad ſacrificium juge, & ejuſdem ponderis veſpere ad Veſpertinum. Audivimus jam modo ex locis allegatis ex Codice *Kerithuh*, Babyl. & ex Codice *Joma* Gemara Hieroſ. ſingulis annis præparata fuiſſe aromata pondere *trecentarum ſexaginta quinque minarum*, ſecundum dies anni; ut ſingulis diebus paratam haberent minam. Hæc clarius exponit Maimonides Hilchoth *Tamid* Cap. 3. §. 2. במה מקטירין ממנה בכל יום משקל מאה דינרין חמשים בבוקר וחמשים בין הערבים : *Quantum ſuffiunt ſingulis diebus? Pondus centum denariorum; Quinquaginta mane, & quinquaginta Veſpere*. Faciunt autem quinquaginta denarii ſex imperiales cum denario uno, ſive octava parte imperialis. Si vero ſumas pondus Sanctuarii, habebis duodecim imperialium pondus, cum dimidio. Sumamus tantum pondus ſex imperialium; ſane id conficiet *multa thymiamata*, cum ejuſmodi aromata, plurimam ſaltem partem, ſint ſicca & levia. Hinc integrum vas cumulate plenum dicitur. Codice *Tamid* cap. 5. §. 4. מי שזכה בקטורת היה נוטל את הכף והכף דומה לתרקב גדול של זהב מחזיק שלשת קבים והבזך היה בתוכו מלא גדוש קטורת : *Is qui deſtinatus fuit thymiamati offerendo, ſumebat caph: erat autem caph ſimilis modio magno aureo continenti tres cabos, & in eo erat Acerra cumulate plena ſuffituum*, quem locum ſupra allegavimus §. lxxi. Erat igitur *Acerra* cumulate plena, adeo etiam ut majori vaſi impoſita fuerit, ne quid in terram caderet. Unde ſane conſtat *plura* fuiſſe ei data *thymiamata*.

Pondus aromatum decimo die Tiſri.

LXXXII. Si hæc intelligerentur de ſuffitu decimo die Tiſri, die magnæ Expiationis, tunc *plura* data fuerunt Summo Pontifici; præter enim hanc *minam*, ſumebat *tres minas* aromatum: ut iſto die quatuor minas offerret. Singulis enim annis præparabantur ccclxviii. minæ; trecentæ ſexaginta quinque ſecundum tot dies anni. Reliquæ *tres minæ* addebantur decimo die Tiſri, uti conſtat ex iis quæ allegavimus theſi lxviii. Idem docent Hebræorum Sapientes, Codice *Joma* cap. 4. §. 4. בכל יום מקריב פרס בשחרית ופרס בין הערבים והיום מוסיף מלא חפניו בכל יום היתה דקה והיום דקה מן הדקה : *Omnibus diebus offerebat dimidium* (minæ) *mane; & dimidium Veſpere, ſed hodie* [die Magnæ Expiationis] *addebat plenum pugillum. Omnibus diebus tenue erat, ſed hoc die tenue ex tenui*. Et Capite 5. §. 1. הוציאו לו את הכף ואת המחתה וחפן מלא חפניו ונתן לתוך הכף הגדול לפי גדלו והקטן לפי קתני וכך היתה מדתה : *Afferebant ei Thuribulum; &* πυρεῖον. *Accepit plenum ſuum pugillum, & in cupam injecit, magnus ſecundum magnitudinem ſuam & parvus ſecundum parvitatem ſuam, & hæc erat menſura ejus*. Tres minas ex ccclxviii. ſumebat veſpere Solennis Expiationis, eaſque contundi tenuiſſime curabat, & inde *tenue ex tenui plenum pugillum ſumebat*. Inde ſane ingens ſuffitus oriebatur, ita ut *tota domus repleta eſſet*, teſtante Miſna Codice *Joma* cap. 5. §. 1. ונתמלא כל הבית כולו עשן *Et tota domus repleta fuit fumo*. Hoc idem eſt quod Deus dixerat de hoc *ſuffitu* Lev. 16. 2. *in nube conſpiciar ſupra propitiatorium*. Utrum hinc, an vero inde quod Proſeuchas ſuas aliquando habuerint ſub dio, aut quod Novilunia celebraverint in libero aere, nata ſit hæc fabula: Judæos *nubes* adorare, uti patet ex Poeta,

Aromata ſingulis annis quo pondere?

Templum nube repletum.

Nil præter nubes & Cœli (vel *Cilli*) *numen adorant*,

cogitent eruditi. Non mirum totam domum *fumo*, aut potius *nube ſuffituum* repletam fuiſſe; cum ipſius odor perciperetur Jerichuntem uſque. Maſſechet *Tamid* cap. 3. §. 8. inter multa alia ejuſdem naturæ miracula ita loquuntur: מיריחו היו מריחים פטום הקטורת אמר רבי אלעזר בן הגלאי עזים היו לאבא בהרי מכוור והיו מתעטשות מריח פטום הקטורת : *Inde a Jericho percipiebatur præparatio ſuffitus. Doctor Eliezer filius Galæi dicit: Pater meus capras habuit in monte Machvai, quæ ſternutabant ab odore præparationis ſuffitus*. Sed hæc videntur intelligi debere tantum de præparatione aromatum.

Odor ſuffituum ab Hieroſolymis Jerichuntem uſque percipiebatur.

Multa thura gentilium divites offerebant.

LXXXIII. Quidquid eſt, in Templo Dei, non aliquot tantum *grana*, *micam*, aut *glebam* Thuris offerebant parce & avara manu, ut Pauperes, vel avari ſolebant apud gentiles, de quibus *Plau-*

tus

in *Pœnulo Act.* 2. *Scen.* 1. *Qui ullum thuris granum ſacrificaverit.* Et Ovidius Faſtor. l. 4.

Catis & in veteres thurea grana focos.

Et Triſt. Eleg. 12.

Micaque ſolenni Thuris in igne ſonet.

Sed plena *lance* & *Acerra*, ut loquebantur iidem, dabant. Virgil. Æneid. lib. 5.

Et plena ſupplex veneratur acerra.

Immo Thuris *acervos* dabant, ut loquitur *Martialis. Epigr. l.* 7.

Conſumpſi ſalſaſque molas, & Thuris acervos.

Niſi hic legendum ſit *Thuris acerras*. Sed de hiſce plura alibi paſſim apud auctores.

Aromata data ſunt Angelo ut ea offerret.

LXXXIV. *Data* autem ſunt, iſti Angelo *Thymiamata multa*, ut & ipſe offerret Deo. ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τ῀ ἁγίων πάντων, &c. *ut daret precibus omnium ſanctorum* &c. Primo dicit Angelum *dediſſe* Thymiamata. II. Dediſſe *precibus Sanctorum omnium*. III. Dediſſe in *Altari aureo, quod eſt coram throno.*

LXXXV. Ἵνα δώσῃ. Eo ſane fine depromebantur Thymiamata ſingulis diebus, & die Expiationis magnæ, ex conclavi Abtines, Sacerdotique ſuffitui offerendo deſtinato *dabantur*, uti ſuperius oſtendimus, ut ea offerret in Altari aureo. Dicitur autem ea *dare*.

Dare thura.

Verbum iſtud *dare* proprium eſt Sacerdotibus offerentibus *thura*. Solebant enim veteres dicere *Thura dare*, pro *offerre Thura*. *Martialis lib.* 8. *Epigrammat.* quem locum ſuperius theſi LXXVII. allegavimus:

Dat Populus, Dat gratus eques,
Dat thura Senatus.

Virgilius Æneidos libro 8.

Una omnes juvenum primi, pauperque Senatus,
Thura dabant.

Ad quem locum optime obſervat Servius. *Verbo ſacrorum uſus eſt. Nam dici ſolebat in ſacris: Da quod debes de manu dextra aris.* Sexcenta occurrunt exempla hujus phraſis apud auctores, quorum plurima congeſſit *Briſſonius De Formulis*. Libro 1.

Res ſacræ dicebantur dari.

LXXXVI. Sane, quemadmodum apud Gentiles, teſtante Servio; de qualibet re ſacra, dici ſolebat DARE, pro *offerre*, ita & in ſacris Hebræorum.

Sanguis dabatur.

Sanguis quum aſpergeretur, dici ſolebat *Dari*, Levit. 4. 7. ונתן הכהן מן הדם על קרנות מזבח: *Et DABIT Sacerdos ex ſanguine ad cornua Altaris*. Vide & Commate 18. & cap. 8. 24. & 16. 18. Ideo nihil frequentius apud Talmudicos, quam ut dicant מתנות *dona*, vel *dationes* pro *aſperſionibus ſanguinis*; quod ex multis locis patet.

מתנות aſperſiones.

Videatur præſertim Miſna Codicis *Zevachim*, cap. 5. §. 3. ודמן טעון ארבע מתנות על ארבע קרנות: *Et eorum* [Sacrificiorum pro peccato totius Cœtus, de quibus ibi agitur] *ſanguis opus habet quatuor donis* [i. e. quatuor aſperſionibus] *ad quatuor cornua Altaris*, & §. 4. העולה קדשי קדשים שחיטתה בצפון ודמן טעון שתי מתנות שהן ארבע: *Holocauſtum Sanctum Sanctorum mactatur in ſeptentrione, & ſanguis ejus requirit duas* DATIONES (aſperſiones) *quæ ipſi ſunt inſtar quatuor*. Hinc etiam נתנים id eſt *dati* dicuntur ſanguines, & *dari* pro *Aſpergi*. Codice *Zevachim* cap. 3. §. 2. נתן את חנתנים למטה למעלה ואת חנתנים למעלה למטה והנתנים בפנים בחוץ ואת הנתנים בחוץ בפנים אם יש דם נפש יחזור הכשר ויקבל: *Si dederit* [aſperſerit] *datos* [ſanguines] *inferius* (qui aſpergi ſolebant infra חוט של סקרא *filum ſericum coccineum* quod medium cingebat Altare) *ſuperius* [ſupra iſtud filum] *Si datos* [ſanguines] *qui ſuperius* [ſupra iſtud filum ſericum ſpargi debebat] *inferius*. (ſparſerit) *Si datos* (ſanguines) *qui intus* (qui in loco ſancto ad altare aureum ſpargi debebant) *foras* (extra locum ſanctum ad altare holocauſtorum ſparſerit) *Aut datos* (ſanguines) *foras* (qui ſpargi debebant extra locum ſanctum ad Altare holocauſtorum, in atrio Sacerdotum) *ſi intus* (ad altare aureum ſparſerit) *Si adhuc ſupereſſet ſanguis vivus revertebatur legitimus* (excipiendo ſanguini deſtinatus) *& excipiebat*. Sed hæc ſunt trivialia iis, qui in Talmudicis ſunt verſati.

Altare holocauſti coccineo filo cinctum. Sanguines quidam ſupra; quidam infra filum ſparſi.

Dare ſuffitus.

LXXXVII. At quemadmodum, in Sacris Judæorum, *ſanguis* dicebatur *Dari*, ita & *Thura*. Patet hoc ex eodem c. 4. Levit. jam modo allegato, Com. 7. poſtquam enim dixiſſet: *& dabit ex ſanguine*, addit קטרת הסמים *ſuffitum aromatum*, ſcil. quoque *dabit*. Et Levit. 4. 13. ונתן את הקטרת על האש לפני יהוה *Et dabit ſuffitum ſuper ignem coram Domino*. Vide etiam Num. 17. 12. ויכפר על העם *Et DEDIT ſuffitum, & expiavit populum.*

Omnes res ſacræ dicuntur dona.

LXXXVIII. Sed quis ignorat omnes victimas, ſacrificia, omneſque res ſacras vocari מתנות *dona, & donationes*? כל מתנות קדשים *Omnia dona eorum ſancta*. Exodi 28. 39. Et Ezechielis cap. 20. ואטמא אותם במתנותם *Et impuros declaravi eos, cum donis ſuis*: id eſt cum omnibus ſuis *ſacrificiis* & *oblationibus*. Vide quoque Com. 39. & cap.

cap. 46. 5. 11. Ideo non male a Græcis vocantur ΔΩΡΑ *dona*. Matth. 5. 23. ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου, ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον; *Si adferas donum tuum super Altare*. Et Hebr. 5. 1. ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν: *ut offerat dona* [hic videtur sumi pro מנחה *oblatione* cujus sanguis non effunditur] *& victimas pro peccatis*. Hæc proculdubio causa est, quod toties dicatur ipse Christus *datus*, pro *oblatus*, & quod seipsum *dederit*, pro *obtulerit*. Vide Joh. 3. 16. Rom. 8. 31. Ephes. 5. 25. & aliis locis bene multis. Tandem notum est, quod *sacrificulus* sive כהן aut ἱερεὺς apud Romanos ita nuncupetur, voce hybrida, ex Latina & Græca composita, *Sacerdos* quasi *sacra dans*, uti optime animadvertit *Isidorus*. Non mirum igitur Angelum hic dici *Dare* thymiamata.

Inde Christus dictus DATUS.

LXXXIX. Dicitur porro Angelus non solum *dare* Thymiamata; sed ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων, *ut daret precibus sanctorum omnium*. Variant admodum interpretes, in suis versionibus. *Vulgatus* habet: *ut daret de orationibus Sanctorum*: ut *thymiamata* ei fuerint ipsissimæ orationes; a quo non discedit *Arabs*. *Beza* aliique addi volunt præpositionem σὺν, *cum precibus Sanctorum*. Optime. Cum ejusmodi ellipsis, ubi עם vel σὺν deficit, plus semel occurrat, ut Critici jam diu notarunt. Ideo *Syrus* ב pro עם Levit. 26. 42. Exod. 25. 10. quæ eundem efficiunt sensum; quamvis varient editiones *VValtoniana* & *Ludovici de Dieu*: Cum enim *VValtoniana* tantum habeat: בצלותא *cum precibus*, vel *in precibus*; Editio *De Dieu* addit relativum ד nempe דבצלותא *ea quæ sunt in precibus*. Res tamen eodem redibit: nempe data fuisse *Thymiamata cum precibus Sanctorum*.

Angelus dat precibus aromata.

XC. Sunt autem data *cum precibus Sanctorum*, cum revera dari solerent eadem hora, qua populus in Templo ad sacrificia orabat; aut potius eadem hora, qua thymiamata fiebant ad sacrificia jugia mane & vespere, preces fiebant in Atrio, immo per totam terram. Dico per totam terram: notum enim erat populo, qua hora suffitus ad sacrificia fiebat; eadem hora, non solum in ipso atrio Templi, sed omnes fideles ubique orabant. De precibus in atrio Templi constat Lucæ cap. 1. 9. 10. *Populum orasse extra*, nempe in Atrio, extra locum sanctum dum Zacharias intus Thymiamata faciebat; quod jam a nobis observatum est paragr. XIII.

Dabantur thura eadem hora, qua preces fiebant.

XCI. Videntur itaque *thymiamata* nihil aliud fuisse quam Symbola & signa precum & orationum. Quare etiam, ut solent *signa*, per certam aliquam substitutionem, assumere nomen rei *signatæ*, ipsæ *orationes* dicuntur *thymiamata*, ut capite quinto Apoc. Com. 8. ἔχοντες φιάλας χρυσᾶς γεμούσας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων: *habentes phialas aureas plenas thymiamatum quæ sunt preces Sanctorum*, quo modo *preces* ipsæ intelliguntur ab *Arabe*, hoc ipso loco, de quo nunc agimus. Ipsas preces vocari suffitus spirituales, clarissime quoque constat ex Psal. 141. 2. תכון תפלתי קטרת לפניך: *Statuatur Oratio mea ut suffitus coram te*; aut, *sit oratio mea suffitus coram te*.

Thymiamata fuisse Symbola precum.

XCII. Sane apud ipsos quoque Gentiles, quamvis totum Sacrificium offerri solitum fuerit, ut aliquid boni a Diis, tanquam per preces, obtinerent, ut constat vel ex solo hoc dicto, apud Catonem de *Re Rustica* cap. CXXXIX. *Te porca piaculo immolando bonas preces precor*. Ex Seneca Ep. XCV. *Fatum nullis sacrificiis exorari posse*, & *Plinio* Libr. 28. cap. 2. *Quippe victimas cædi sine precatione non videtur referre, nec Deos rite consuli*: tamen per *thura* & *suffimenta* maxime Deos suos exorari credebant. Ideo Vulgaris erat formula *Thura rogare*; id est *per thura* precari & exorare. *Martialis* Epigr. l. 8. 8. ad *Janum*.

Idem apud Gentiles.

> *Te prima pia thura rogent, te vota salutent.*

Plautus *Prol. Aulul. Ea mihi quotidie aut thure, aut vino, aut aliquo semper supplicat*. Non mirum igitur, si *Thymiamata* dicantur *dari cum precibus*.

XCIII. Porro hic fit mentio non de precibus cujuslibet, sed de precibus *Sanctorum*. Sane non nisi Sancti intrabant in Templum, participesque erant rerum sacrarum, impii & scelerati foras remanebant, nec fas ipsis erat ut in *Templa* aut *Fana* intrarent: Ideo *Profani* dicti fuerunt, quia *pro fano*, aut *extra fanum* ipsis erat remanendum; quare etiam ipsis acclamari solebat: *Procul hinc, procul este profani*. Præsertim autem *sancti* erant *Israelitæ*, pro quibus fieri solebant sacrificia & Thymiamata in Templo Dei. Erant enim גוי קדוש *populus sanctus* Exodi 19. 6. quod eo Deus sibi solos elegerit, tanquam suum סגלה *peculium*, & a reliquis omnibus distinxerit. *Sancti* fuerunt dicti, quum haberent veram fidem in filium Dei, quæ fides *corda eorum purificat*, Act. 15. adeoque eos sanctos reddebat; Uno verbo, quod habuerint Spiritum Sanctum *Spiritum regenerationis*

Preces sanctorum.

Profani arcebantur a Templo.

Omnes sancti per totam terram singulis diebus bis precabantur.

nis & *sanctificationis*. Nec prætereundum est silentio quod dicatur πάντων τῶν ἁγίων *omnium sanctorum*. Scilicet non soli *Sacerdotes*, qui præsentes erant in Templo, non soli *Israelitæ* & viri & mulieres, qui erant in suis Atriis; sed & reliqui per totam Civitatem Hierosolymitanam, sed & omnes per totam Terram Sanctam, immo & extra Terram, inter alios populos habitantes, cum noverint horam *suffituum*, mane & vespere: eadem hora, inquam, qua suffitus fieri solebat, & in Templo, & in Tota terra, vel intra privatos parietes, vel in suis Synagogis, devotiores preces recitare solebant; quod ad hunc usque diem observari solet. Moris enim illis est, mane circa horam nonam, & vespere circa tertiam, quam מנחה *Mincham* vocant, ad Synagogas convolare ibique preces suas recitare, ac si adhuc præsentes essent sacrificiis, atque suffitibus in Templo oblatis. Eo proculdubio iterum respexit Johannes, quando loquitur de *precibus omnium Sanctorum*.

Stetit ad altare aureum.

XCIV. Exprimitur etiam *Altare* & *locus* ubi steterit & ubi facta sint hæc *Thymiamata* nempe ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου. *Super altari aureo, quod est coram throno*. Fit hic mentio de *Altari*; deinde dicitur *aureum*. Notum est, quod & nos supra jam indicavimus, duo fuisse *Altaria* in Templo Dei. Alterum majus ex lapide in Atrio Sacerdotum, in quo quotidie comburebantur holocausta, nec non reliquorum sacrificiorum adipes cum intestinis, & ad cujus latera aspergebatur sanguis omnium victimarum. Alterum autem erat in ipso היכל sive *palatio* Dei, in loco sancto; minus scilicet, sed ex ligno Schittim, *aureis laminis* obductum, quo sensu *aureum* dicitur. In hoc solo fieri solebant Thymiamata, non alibi, nisi decimo die Tisri, quando Pontifex Max. expiationem faciebat in loco sanctissimo. Alias singulis diebus mane & vesperi prunæ vase מחתה sive *foculo*, ex altari holocaustorum deferebantur in locum sanctum, ad *Altare aureum*, cui imponebantur ad incendenda aromata, uti constat vel ex eo quod dicatur, מזבח קטרת *Altare ad suffienda thymiamata* Exodi 30. 1. & Com. 6. והקטיר עליו אהרן קטרת סמים *Et suffiet super eo Aaron suffitum aromatum*.

Altare holocausti ex lapide in atrio.

Aureum in sancto.

Thronus Dei ubi?

XCV. Istud autem θυσιαστήριον χρυσοῦν. *Altare aureum* erat ἐνώπιον τοῦ θρόνου *coram throno Dei*. *Thronus* est, ubicunque majestatem suam illustriori modo conspicuam facit. Cum autem majestatem imprimis revelet e cœlo, ideo & *cœlum* dicitur ejus *thronus*. Ps. 11. 4. יהוה בשמים כסאו : *Deus habet thronum suum in cœlis*. Vide Psal. 103. 19. Es. 66. 1. Act. 7. 49. Ita & Christus Matth. 5. 34. *Ne jures per cœlum, cum sit thronus Dei*. Cum autem Deus gloriam atque majestatem suam manifestet per Symbola admodum conspicua, in Templo, præsertim in adyto sanctissimo, & ante omnia super *Arcam* fœderis, ideo optimo jure Arca *thronus* Dei nuncupatur. Silentio prætereundum non est, duos Cherubim supra operculum Arcæ composuisse thronum superbissimum; respiciebant enim se mutuo, ab utraque operculi extremitate positi, duasque alas alter ad alterum, instar duorum brachiorum, extendebat, adeoque commodissimum componebant *Solium*, ac si recepturi essent potentissimum Principem in suum *thronum*. Vide Exod. 25. 18. & seqq. Ibi sane, si usquam inter mortales in hac terra, fuit *thronus Dei*. *Cherubim* insidebat, tanquam *solio* suo. Ideo Psaltes Psalmo 99. 1. dicit Deum *habitare inter Cherubimos*, vel ut fert textus Hebræus, יושב כרובים *Sedens inter Cherubimos*, prout Reges in Solio *sedere* solent. Vide etiam 1. Sam. 4. 4. Immo inde Deus apparuit populo suo, Summoque Pontifici respondisse dicitur ad interrogata per Urim & Thummim, *e medio duorum Cherubim*. Exodi 25. 22. non aliter ac Princeps respondere solet Legatis e solio suo. Hanc ob causam Deus promittit: se ibi *appariturum* scil. Mosi & Pontif. Max. Vide Exodi 30. 6. Vix dubito quin hic sit *thronus* iste *altus*, cui insedit Deus Es. 6. 1. præsertim cum addatur: *fimbrias ejus replevisse Templum*; unde colligi debere judico, Deum visum fuisse, modo speciali in Templo, & inter Cherubimos quidem, tanquam in suo solio. Sed hæc sunt altioris indaginis & alterius loci. Ad eundem *Thronum* respexisse Johannem Apocal. 22. 1. vix dubito, quando dicit: *fluvium aquæ vitæ, splendidum tanquam Chrystallum processisse ex throno Dei & Agni*. Est enim verisimile admodum, alludi ad aquam, quæ instar fluvii, ex limpidissimo fonte Siloæ, per aquæ ductus subterraneos, olim ad Templum deducta fuit, per Sanctum Sanctorum, sub ipsa quidem Arca fœderis, adeoque quasi ex *throno Dei & Agni* processit. De hisce Vide Ezech. 47. 1. Joel. 3. 18. *Jarchium* & *Kimchium* ad ista loca *Tosiphta ad Succah* c. 1. *Aristæam de* lxx. *Interp*. De hisce fortassis alibi plura.

Thronus Dei supra Arcam.

Locus Es. 6. 1. tentatus.

XCVI. Dicitur autem *Altare aureum* ἐνώπιον τοῦ θρόνου *coram throno*. Scrupulum fortaſſis hæc loquutio alicui injiciet, quod dicatur *Altare aureum coram throno*, cum tamen Arca fœderis, adeoque *thronus* fuerit in adyto, loco ſanctiſſimo, *Altare* autem *aureum* in loco *ſancto*. Sed ad hanc difficultatem facilis eſt reſponſio, facileque ſcrupulus iſte eximetur. Nam etſi in Templo primo *Sanctus locus* diſcretus fuerit a *Sancto Sanctorum*, per murum, & ſub ſecundo per duo vela, quorum alterum pendebat verſus locum Sanctum, alterum cubitum inde remotum, verſus Sanctum Sanctorum; nihilominus tamen ita collocata fuit Arca fœderis, id eſt *Thronus*, & *Altare aureum*, ut hoc *coram* illo ſtare videretur, ſtabat enim hoc e regione illius, in medio ad velum, non ad latera, quemadmodum menſa aurea, & candelabrum aureum quæ ſtabant verſus meridiem & ſeptentrionem; ſed Altare in occidente τοῦ היכל ſtabat: ut optimo jure dicatur *coram Throno Dei*. Sed *Altare Aureum* e regione Arcæ, adeoque quaſi coram throno Dei ſtetiſſe, patet ex Exodi 30. 6. Erat enim לפני הפרכת אשר על ארן העדת לפני הכפרת אשר על העדת אשר אועד לך שמה: *ante velum quod erit ante arcam teſtimonii, coram operculo propitiatorii, ſuper* (arcam) *teſtimonii, ubi tibi apparebo*. Patet inde quam ob rem Johannes hic dicat: *Altare aureum* eſſe *coram throno Dei*. Manifeſtum eſt iterum reſpicere Johannem ad ritus obſervatos circa ſuffitum in Vet. Teſtam. Stabat enim quotidie Sacerdos, quoties ſuffiebat ad Altare aureum, adeoque tanquam coram throno Dei, ubi ſuffitu & precibus pro populo intercedebat.

Solvitur difficultas, quomodo altare aureum fuerit coram throno.

XCVII. Pergit Johannes Commate IV. Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Repetitur idem modus loquendi qui commate præcedenti occurrit, θυμιάματα ταῖς προσευχαῖς pro θυμιάματα σὺν ταῖς προσευχαῖς, *thymiamata* CUM *precibus*, prout id jam modo expoſuimus. Ἀνέβη ὁ καπνὸς *aſcendit fumus*. *Aſcendit*, nempe verſus cœlum ad Deum, cui offerebantur Thymiamata. Ingens ſane fumus aſcendebat decimo die Tiſri, quando Pontif. Max. ſuffiebat in adyto. Ita enim Codice *Joma cap.* V. *Sect.* I. ונתמלא כל הבית כולו עשן *Et repleta eſt tota domus fumo*. Hoc fore promiſerat Deus Levit. 16. 2. כי בענן אראה על הכפרת *Quoniam apparebo in nube*. Erat autem hæc *nubes* ſacer fumus inſtar columnæ aſcendentis ex igne, cui injecta fuerunt thymiamata. Sed de hiſce forte non agitur; potius de iis quæ quotidie in loco ſancto offerri ſolebant. Quamvis naturale ſit fumo ut in altum aſcendat, facile tamen per ventum, aut levem etiam flatum, diſpelli poteſt: maxime ſuper magno Altari Holocauſtorum in Atrio Sacerdotum, ſub dio; Nihilominus tamen, ſi Talmudicis credamus, nihil unquam impedivit quo minus *fumus* ſemper recta cœlum peteret. Quod fieri non potuit, niſi Deo ita divina ſua providentia fumum dirigente. Ideo & inter miracula templi a Sapientibus numeratur, Codice *Avoth* cap. 5. §. 5. quem locum jam allegavimus theſi 46. Nam inter decem miracula quæ in Templo & Hieroſolymis facta ſunt, & hoc recitatur. ולא נצחה רוח את עמוד העשן *neque vicit ventus columnam fumi*. Maimonides hanc quidem dat cauſam, quod בעת הקרבה היה האויר נח *tempore oblationis aer fuerit quietus*. Aliter tamen Talmudici, nempe etiam in medio tempeſtatum, fumum holocauſtorum nulla ventorum vi dimoveri potuiſſe. Signum erat ſacrificia Deo fuiſſe grata. Ita & *Suffitus* in altum ad Deum aſcendens Deo acceptus fuit. Ideo non tantum ἀνέβη *aſcendit*, ſed pervenit ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ *coram Deo*, replevit enim ſuo odore, non tantum locum *ſanctum*, ſed & *adytum* ſive *Sanctum Sanctorum*, cum non niſi velo iſta duo loca diſcreta fuerint. Cum prope *thronum* ſteterit, non mirum ſi odor ad Deum pervenit. Sed pervenit *ad Deum*, non ſolum in viſibili iſto throno ſupra Arcam fœderis; ſed ad altiſſimum cœlum: cum Deo gratus fuerit.

Fumus in Templo ſemper recta cœlum petit.

Suffitus in altum ad Deum aſcendit.

XCVIII. Aſcendit etiam iſte καπνὸς *fumus* ἐκ χειρὸς τοῦ Ἀγγέλου *ex manu Angeli*. Manibus enim Sacerdos ſumebat aromata eaque injecit in prunas ſuper altare ut incenderentur, *fumo* ex altari eodem momento aſcendente, ac ſi ex ipſius *manu* aſcenderet. Pontifex Max. decimo die Tiſri in ſolenni Expiatione thymiamata offerebat in thuribulo, tunc magis *ex manu* ejus aſcendere videbatur, quamdiu thuribulum in *manu* tenebat. Sed & aliquo modo aſcendere videbatur reliquorum Sacerdotum, qui in Altari aureo ſuffiebant, cum *ex manu* in prunas rejecerint aromata, variis & repetitis vicibus. Prudenter id etiam faciendum erat; ne manus comburerent. Cum prunæ diſperſæ jacerent per totum altare, non incepit injicere prunis ſibi proximis, ſed remotioribus, ultimo tandem ſibi propioribus. Ideo etiam monebatur ut prudenter aromata *manu* ſua

Fumus ex manu Angeli.

Quomodo ex manu Sacerdotum?

ſua injiceret: *Maimon. Hilchot Temidim Umuſaphim* cap. 3. §. 8. 9. ואומרין לזה המקטיר הזהר שלא תתחיל מלפניך שלא תכוה ומתחיל חקטרה על האש בנחת כמי שמרקד סולת עד שתתרדה על כל האש: *Et dicebant ei qui ſuffiebat, cave ne incipias ante ne comburaris. Quare injecit aromata quiete in ignem, inſtar illius qui cribrat ſimilam* [trepidante manu] *donec expanderit in omnem ignem*. Hoc modo *fumus*, quaſi de *manu ejus aſcendebat*.

C A P U T VII.

DE ANGELO THYMIAMATA FACIENTE I. CHRISTO & DE SACRIS AROMATIBUS.

XCIX. *Quæ ab Angelo facta ſint*. C. *Hic* alius Angelus *diſtinctus a* ſeptem *prioribus*. Alio munere *functus eſt*. *Quinam* ſeptem Angeli *repetitur*. *Totam* Eccleſiam Chriſtianam. *Quo ſenſu? Sub ſeptima periodo*. CI. *ſententiæ* Alcaſaris *&* Lyrani *rejiciuntur*. Brigtmanni *De* Conſtantino M. *Iterum falſa*. CII. Beza *ſpiritum* creatum *putat*. *Male*, *cum non ſint* Sacerdotes. CIII. *Romano-Catholici* Angelum creatum. *Male*. Angeli *utrum cogitationes noſtras cognoſcant*. Franciſcus, Chriſtophorus, Virgo, coeli Regina. *Utrum preces noſtræ* Angelis *notæ ſint*. CIV. *Iſte* alius Angelus *debet eſſe Sacerdos*. *Omnes* ſancti *in Eccleſia ſunt* Sacerdotes. *Quædam loca Scripturæ*. *Tamen unus eſt qui offerat* Thymiama *Deo gratum*. Unus Pont. Max. *decimo Tiſri*. CV. Summus *Eccleſiæ* Pontifex *eſt* Angelus, Legatus, *&* Apoſtolus *Hebr.* 3. 1. CVI. Riberæ *ignorantia*. Chriſtum *eſſe* Angelum. *Quædam loca Scripturæ*. מלאך *&* מלאך הברית ׳י *&* הגאל J. Chriſtus. *Cur dicatur* Angelus vindex? *Cur* Angelus Foederis? מלאך מליץ מלאך פניו *cur ita dictus? Quædam loca Scripturæ*. CVII. *Falſo dicitur* Gabriel *aut* Michael. *Ipſe* Filius Dei *ita vocatur*. *Loca Danielis cap.* 8. *&* 9. *&* 10. ἄλλος *iſte* Ἄγγελος *eſt ipſe* Chriſtus. CVIII. Alius *iſte Angelus* ἦλθε venit. *Sacerdos* venerat *ad Altare* aureum. *Summus Pontif.* venerat *in Adyta*. Chriſtus venit *ad auxilium Eccleſiæ in calamitatibus* ultimæ Periodi. CIX. *Sacerdos primum* ſtetit *ad* altare holocauſtorum, *ut inde prunas deſumeret*. Chriſtus ſtat *primo in medio Eccleſiæ*. *Quo ſenſu*. Ignis *altaris Symbolum* Dei complacentiæ. *Chriſtus iſto* igne ſuffitum *offert*. *Omnia agit* ex voluntate Dei. CX. Stetit ad Altare. *Toto tempore Exinanitionis* ſtetit. *Ideo* Servus *dicitur*. *Peracto Sacerdotio*, ſedit ad dextram Dei. *Id fuit probibitum etiam* Summo Pont. *Veteris Teſt. Quædam loca Script.* CXI. λιβανωτὸν duplex. *Chriſtus utrumque habuit*. *Quo recipiebat aromata quid notaverit? Dicitur* aureum. Aurum *pretioſiſſimum metallum*. *Quomodo notet* Chriſtum. CXII. ἐδόθη data ſunt θυμιάματα. *Sunt* merita *Chriſti*. Multa *habet* Thymiamata; multas *gratias variaſque abunde*. *Varia loca Scripturæ*. CXIII. *Accepit ut* daret Thymiamata. *Chriſtus Eccleſiæ* Sacerdos *ſpeciatim* Septima Periodo. *Tunc ſpeciali modo* intercedet. *Chriſtus* dat gratias, dat *ſeipſum*. *Preces noſtras Deo gratas reddit*. *Quædam loca Scripturæ*. CXIV. Dedit Thymiamata, cum precibus Sanctorum. Sancti ultimis temporibus *fundent preces ad Deum*. *Duplici modo*. *Invocando auxilium Dei in* affictione; *vel laudando ubi fuerunt* liberati. CXV. πάντων ἁγίων, Sancti *verba membra J. Chriſti*. *Sub* Septima periodo, *deleto Antichriſto*, *plures erunt* Sancti *quam unquam*. *Pro iis Chriſtus ſemper intercedet*. *Quædam loca Scri-*

ca Scripturæ. CXVI. *Hoc fiet ad* altare aureum. Chriſtus *Verum* altare. *Et* Spiritus S. *Chriſtus fuit* Templum *&* *omnia* vaſa ſacra. *Omnia fuerunt ipſius* umbræ. CXVII. Altare Coeleſte *dicitur* χρῦσεον aureum*: Omnia in Chriſto pretioſiſſima Divina*. *Iſtud altare erat* coram Throno. *Chriſtus proxime ad Deum accedit*. *Ipſius* merita *ſunt gratiſſima*. CXVIII. Fumus aſcendit. *Thymiamata Chriſti ſunt ipſius* merita. *Sunt fumus coram Deo* gratiſſimus odor *ipſius* merita. *Sunt fumus coram Deo* gratiſſimus odor *ipſius Thymiamata*, *ut* fumus *in Templo ſub Vet. Teſt. Quædam loca Scripturæ*. *Ut Victimæ gratiorem haberent odorem, injiciebantur aromata in* Altare holocauſtorum. Thura. *In* Sancto *quotidie fiebat* Suffitus. ריח נחח gratus odor. CXIX. Meritum *J. C. gratiſſimus odor* aſcendebat ad Deum. *Cum* precibus Sanctorum, *quæ etiam* aſcendunt. *Quædam loca Scripturæ* CXX. *Aſcendit fumus* e manu Angeli. *Preces Sanctorum ad Deum non pervenirent niſi oblatæ* per manum J. Chriſti. *Sub* ultimo Sigillo, *ſive* ſeptima Periodo *Sancti* in afflictione *ardentiſſimas fundent preces ad Deum per Chriſtum*. Liberati *gratias agent maximas*. CXXI. *Chriſtus noſtras* preces *Deo offert*, *magis quam nos ipſi*. *Is ſolus* grata *offert* Thymiamata. *Non* Angeli, *non* Sancti. Quatuor animalia *&* Viginti quatuor Seniores *Apocal.* 5. 8. *qui?* Offerunt thymiamata. *Quo ſenſu?*

XCIX. HActenus de oblatione Thymiamatis hujus loci, ſecundum ſenſum literalem. Pergit Johannes, Commate *quinto*, narrare quæ Angelo facta ſint, poſt Thymiama oblatum. Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸν λιβανωτόν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ σεισμός. Cum hæc verba contineant quædam, ſecundum interpretes, quæ in oblatione Thymiamatis non occurrunt quotidie, ea intacta præteribimus, donec examinaverimus, quis nam ſit iſte ἄλλος ἄγγελος *alius Angelus*, & quid velit ipſius *thymiama*, de quo hactenus egimus.

C. *Alium hunc* Angelum diſtinctum eſſe a *ſeptem* prioribus, jam indicavimus Theſi 42. cum alio *loco*, quam priores, ſteterit, alioque *munere* functus fuerit: cum illi *cantaverint*, hic *Thymiamata obtulerit*, uti ex dictis conſtat. Qualis autem fuerit, quidque ſignificaverit, inter Theologos diſputatur. Oſtendimus Paragraphis 38. 39. & 40. per *Septem Angelos* intelligi poſſe Cantores, vel totam Eccleſiam Chriſti ſub Novo Teſtamento, per ſeptem diverſa fata, ſub ſeptem Periodis, vel doctores Eccleſiæ per omnia iſta tempora; cum revera Doctores & omnes fideles Eccleſiæ Novi Teſtamenti, omnibus temporibus, in verbo Dei *Angeli* dicantur. Vel etiam totam Eccleſiam ſpeciatim ſub ſeptima Periodo, quando cantabit mirabilia Dei, ad conſervationem Eccleſiæ, per omnia tempora atque fata ſub Teſtamento Novo. Ita ſane hic *alius Angelus* talem aliquem notat, cui intercedat magna communio cum Eccleſia, iſtiſque Angelis ex quibus Eccleſia conſtat.

Alius Angelus, quis?

CI. Vix ut recitetur, digna eſt ſententia *Alcaſaris*, notante Paræo, qui perſonam fictam ſomniavit, nempe *Charitatem Chriſtianam*. *Lyrani*, qui *Papam Damaſum fingit*. *Alius Angelus*, *S. Papa*, inquit, *Damaſus*: *qui fuit alius a ſeptem prædictis*. *Venit & ſtetit ante altare: quia præfuit Eccleſiæ Romanæ*, *habens thuribulum aureum: i. e. Cor Deo devotum*, *ſecundum illud Pſ.* CXL. *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo*. *Et data ſunt ei incenſa multa, quæ ſunt orationes Sanctorum*. *Nam per auctoritatem Apoſtolicam a Deo ſibi datam orationes Sanctorum augmentatæ ſunt, & multiplicatæ per orbem*. Hæc quam inepte ſint contorta, cuilibet patet, ut ea recitaſſe ſit ea refutaſſe. Idem ſane judicium faciendum eſt de ſententia *Brigtmanni*, alias viri docti, & cujus interpretationes in Apocalypſin, obſervatione ſæpe ſunt digniſſimæ. Is hunc *Angelum* intelligi vult de Imperatore *Conſtantino Magno*, qui Sacerdotio aliquo functus ſit per *Concilium Nicænum*. Sed, pace viri doctiſſimi, dicam hæc ſine fundamento affirmari, cum *Sacerdotis Jeſu Chriſti* nullus *typus* ſuperſit, poſt Sacerdotium ipſum Jeſu Chri-

Non perſona ficta, ut male.

Non Conſtantinus Magnus.

ſu Chriſti, oriente enim ſole, omnes umbræ diſſipantur. Sane thymiamata offerre Deo cum precibus Sanctorum, eſt preces Sanctorum gratas reddere Deo, per id, per quod Deus homini reconciliatur. Hoc autem a nulla creatura fieri poteſt, multo minus a peccatoribus, quales erant vel *Damaſus*, vel *Conſtantinus*.

Non Creatus Angelus.

CII. *Beza* hic *creatum Angelum* intelligere videtur; quamvis non tam de *uno* quam de multis *Angelis*, immo de omnibus loquatur, ſcilicet *Johannem hac viſione didiciſſe*, *Sanctorum Orationes in hoc mundo videlicet pura illa precum & beneficientiæ ſacrificia Deo quotidie offerentium*, *per Angelorum miniſterium Deo offerri*. Videtur igitur crediſiſſe hunc *Angelum* fuiſſe *ſpiritum creatum*, qui preces Sanctorum Deo obtulerit. Sane *Angelos* in Eccleſia Chriſti *Sanctorum* eſſe *miniſtros*, patet ex Paulo Hebr. 1. 14. Eoſque preces ſupplices quotidie ad Deum fundere in bonum Eccleſiæ, ad conſolationem ſalutemque Sanctorum, qui ſub aliqua gemunt calamitate, negare non auderem. Sed ullum Angelorum creatorum preces Sanctorum deferre ad Deum, nulla eſt ratio quæ mihi hactenus id perſuaſerit. Imo rationes habeo ſummi momenti, ob quas contrarium firmiſſime credam. Cum eorum ſcientia ſit limitata, ut cogitationes noſtras, adeoque preces quas Deo quotidie offerimus, ignorent, non minus quam nos cogitationes preceſque eorum; etiamſi negare neutiquam vellem, eos majore prudentia, intelligentia atque cognitione præditos eſſe, ac homines, maxime ſi quæſtio ſit de Angelis beatis. Nullam ſane animadvertimus connexionem noſtrarum cogitationum cum eorum Scientia. Certiſſimum eſt, id naturaliter non fieri. Utrum autem habeant omnium noſtrarum cogitationum atque precum revelationem a Deo ſumme ſapiente, hactenus ex verbo Dei mihi non eſt probatum. Errat itaque Vir Doctiſſimus, ſi putat hunc ἄλλον ἄγγελον *alium Angelum*, hic ſignificare *Angelum* aliquem *creatum*, qui preces Sanctorum Deo offerat.

Angelos creatos preces noſtras ad Deum deferre negatur.

Romano-Catholicorum error, de Angelis.

CIII. *Romani-Catholicos* ad eundem impegiſſe lapidem notum eſt: nullum enim hic intelligi volunt niſi *Angelum creatum*. Sed ex falſiſſima hypotheſi τῆς θρησκείας τῶν ἀγγέλων, de qua Paulus Col. 2. 18. Cum enim Angelos intelligere cogitationes ſuas preceſque ſuas quotidie ad Deum deferre credant, eos ſibi adorandos exiſtimant. Hinc error Eccleſiæ Romanæ. Eo major eorum eſt error, quod ejuſmodi Scientiam aſcribant, non ſolis *Angelis*, ſed & ipſis *hominibus*, gloria cœleſti fruentibus, quos κατ' ἐξοχὴν *Sanctos* vocant, quales ſunt Apoſtoli, *Franciſcus*, *Chriſtophorus*, &c. Quid? aliquot ſibi excogitarunt Angelorum legiones, quorum Princeps atque Domina eſt beata *Virgo*, *Cœli Regina*. * Hiſce omnibus non minus quam Angelis, ut illimitatam fere Scientiam, ita & munus attribuunt, quo preces noſtras quotidie ad Deum deferant. Hinc eos ſingulis diebus adorant ſupplice ſque invocant, ut ſuo munere pro ſe apud Deum fungantur. Sane ſi Angelorum Hierarchia, quam ſine ratione ſtatuunt Romano-Catholici, ſi quilibet ſuum haberet Angelum Tute-

* Eccleſiæ Catholicæ Doctrinam de Angelorum Sanctorumque invocatione ne primioribus quidem labiis attigiſſe videtur Braunius. Innumera ferme ſunt utriuſque teſtamenti loca quibus doctiſſimus Eſtius invocationem Sanctorum probat, ſed cum illius opera Theologica communia ſint, & per manus omnium verſentur opus non eſt ut hic ea regeramus, nam legi poſſunt in lib. 4. Sententiarum diſtint. 45. Qua fronte tamen Braunius ac cæteri Calvini Sectatores audeant Angelorum, Deiparæ, ac Sanctorum invocationem ab Eccleſia, ab Apoſtolicis uſque temporibus receptam, ac jugi uſu frequentatam, & propagatam explodere tanquam Deo contumelioſam prorſus ignoramus. Ex hiſtoricis monumentis ſatis conſtat Fideles Angelos Sanctoſque invocaſſe; Sanctum Ignatium SS. Petri, & Evodii ſucceſſorem, & Sanctum Polycarpum Sanctis Joannis diſcipulum mox jam defunctos Fideles Antiocheni invocarunt. Cyprianus diſciplinæ Eccleſiaſticæ vindex ſeveriſſimus ac ſuperſtitionum, & novitatum infenſiſſimus hoſtis, hic inquam rogat Virgines martyrio coronandas ut in Cœlis ſui meminerint, & Cornelium Papam hortatur ut ſui recordetur ſuaſque preces pro ipſo Deo offerat ſi de hac vita ante illum emigraverit. Infinita propemodum ſunt Patrum teſtimonia qui hoc ipſum docent. Argumentum tamen præſtantiſſimum nobis ſuppeditat ſolemnis illa Sanctorum agendi ratio qui in celebrandis Martyrum laudibus Populum audientem excitabant ad illorum virtutes imitandas, & demum hortabantur Fideles ut Sanctorum Patrocinium ac tutelam invocarent. Communis igitur erat in univerſa Eccleſia perſuaſio quod Sancti jure invocari poſſent. Accedit etiam quod ſæpenumero ad Sanctorum invocationem Deus non contemnenda miracula perpetraverit; quod nullatenus feciſſet ſi id genus pietas, & religio non approbaſſet. Teſtes ſunt omni exceptione majores Ambr. ſerm. 90. Sanct. Pat. Aug. lib. 22. de Civitate cap. 8. & Theodoret. lib. 8. ad Græcos. Sanctorum invocationem laudat Concilium Calcedonenſe Act. 11. ubi etiam invocatur Sanctus Flavianus qui pro Chriſti Fide fuerat occiſus idem etiam Patres illi agunt in Epiſtola ad Leonem Imperatorem. Ex his omnibus expendat quæſo Chriſtianus Lector qua fronte audeat Braunius Eccleſiam Romanam in judicium vocare, & ſuperſtitionis illi dicam appingere.

Qui vero ſcire deſiderant quam antiqua, & ſolemnis apud Fideles ſit Deiparæ invocatio legant præſtantiſſimum opus D. Abely cui titulus: Tradition de l' Ecliſe &c.

Tutelarem, uti somniant iidem, qui nostris cogitationibus præsideat, mentem a perversis abstrahat, bonas atque pias Deo gratias suggerat, facile permoveret ut crederem, preces nostras Angelis esse notas, ut ab eis ad Deum deferrentur. Sed cum tanta Angelorum Scientia atque cura hactenus probata non sit, & cum nos nostrasque cogitationes ignorare eos putem, non minus quam *Abrahamus* atque *Israel nos ignorant*. Es. 63. 16. absurdum prorsus esset, si quis per hunc *Angelum* intelligeret *creatum* aliquem. Sed silentio præteriri non debet, quod hic intelligatur *Angelus*, qui preces Sanctorum, non tantum Deo offert, sed eas ipsi reddit gratas: quod a nulla creatura fieri potest.

CIV. Hoc autem fit a solo filio Dei Jesu Christo, Ecclesiæ Redemptore. Primum est certissimum, istum ἄλλον Ἄγγελον esse *Sacerdotem*, solius enim Sacerdotis est thymiamata offerre, ut ex præcedentibus est clarissimum. Nec cujuslibet est Sacerdotis suffitum facere Deo, sed illius tantum, ut ostendimus, qui sorte isti muneri a Deo destinatus fuit; maxime cum totius Sacerdotii fuerit pars dignissima, qua, præter Summum Pontificem, nemo nisi semel fungi poterat. Unde colligi debere judico, quamvis Sancti omnes in Ecclesia Novi Testamenti ex *omnibus nationibus sint Sacerdotes & Levitæ* Es. *66.* 21. Apoc. 1. 6. 1. Petri 2. 5. ut *Sacrificia spiritualia* Deo offerant. Rom. 12. 1. Hebr. 13. 15. Es. *66. 29.* Malachia 1. 11. Nihilominus tamen non nisi unicum habemus Sacerdotem dignum qui Deo gratum offerat suffitum, qui Summus est Pontifex, cuique concessum, ut quotidie per grata Thymiamata in Sancto Sanctorum, pro nobis intercedat, & qui singulis diebus in omni loco Templi sui, id est in Ecclesia, adest nostris precibus easque suo merito Deo gratas reddit atque offert, Ideo non solum ἱερεὺς *Sacerdos*, sed Ἀρχιερεὺς *Pontifex Maximus* toties dictus est. Legatur tantum Psalmus 110. & *Epistola ad Hebræos*.

Alius Angelus hic est Sacerdos.

CV. At non mirum est, quod Ἄγγελος hic dicatur, quandoquidem istud nomen cunctis Sacerdotibus datum est, uti ostendimus thesi 34. 35. Sane si omnes Sacerdotes *Angeli* dicuntur, quia sunt מלאכים *Legati*, missi ut opus hominum apud Deum faciant, quanto magis Christus *Summus* Ecclesiæ *Pontifex*, dicendus erit *Angelus*, cum Heb. 3. 1. verus sit Dei מלאך Ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς *Apostolus* (adeoque *Angelus*, Græcis enim *Apostolus & Angelus* idem significat) *& Summus Pontifex*, etiam dicatur Ἀπόστολος *Apostolus*, id est *Angelus*.

Omnes Sacerdotes dici Angelos.

Christus dicitur Angelus & Apostolus.

CVI. Intoleranda sane est ignorantia *Riberæ*, dicentis *Christum nusquam absolute dici Angelum*, quare negat *Christum* hoc loco per *Angelum* esse intelligendum. Aut verbum Dei non legit, aut parum ad ejus sensum attendit. Non tantum מלאך *Angelus*, veluti Exod. 14. 19. & 23. 20. 21. sed & מלאך הגאל *Angelus vindex* dicitur. Gen. 48. 16. Nemo dici potest *vindex* Ecclesiæ, præter solum filium Dei. Nullus Spiritus creatus, etiamsi Angelus sanctissimus. Debet enim esse *consanguineus* qui verus est *vindex*. Levit. 25. 25. Rut. 3. 13. Ergo oportet ut vindex *Sanctorum hominum* sit *homo*. Talis nullus est *Angelus* creatus in cœlis, sed solus *Christus*. Est enim *Propheta desumptus ex fratribus*. Deut. 18. 18. *Fratribus* nobis est *similis*. Hebr. 2. 11. 14. 17. Talis etiam *frater* atque *consanguineus* esse debuit, qui *pretium* offerret *Redemptionis*. 1. Tim. 2. 5. 6. qui *pacem faceret per sanguinem suum*. Col. 1. 20. qui esset simul παράκλητος & ἱλασμὸς *Advocatus & propitiatio*. 1. Joh. 2. 1. 2. Quis ausit negaret מלאך הברית *Angelum fœderis* Malach. 3. 1. esse *Christum*? Est enim is quem Sancti *desiderarunt* & qui *ad Templum suum venturus erat*, post Johannem Baptistam. Si quis adfirmaret illum *Angelum fœderis* alium esse ac *Christum*, audacissime contradiceret ipsi Servatori, cum id de se exposuerit Matth. 11. 10. Luc. 7. 27. contradiceret Marco 1. 2. & Luca 1. 76. Dicitur autem *Angelus fœderis*, quod *Fœdus Gratiæ* ei soli innitatur. Nullum enim fœdus cum peccatore potuisset erigere Deus, nisi intervenisset *sacrificium*, quo ira offensi Dei sedaretur, oportet enim ut Dei fœderati sint כרתי בריתי עלי זבח *pangentes fœdus ejus super sacrificio*. Ps. 50. 5. nempe ut recurrant ad istum Sacerdotem, ejusque sacrificium vera fide amplectantur suumque faciant. Idem sane *Christus*, & is solus intelligendus est per מלאך פניו *Angelus faciei ejus*. Es. 63. 9. Is enim solus est qui populum suum *servavit*; qui *suo amore* atque *gratia* eos *liberavit*, qui eos *sustulit & portavit*. Est iste מלאך מליץ אחד מני אלף Angelus παράκλητος *unus ex millibus*. Job. 33. 23. Est iste *Angelus* ἰσχυρὸς *descendens de cœlo, amictus nube, supra cujus caput erat iris, & facies ejus erat ut Sol, & pedes ejus ut columnæ igneæ*. Apoc. 10. 1. Sane solus

Ribera ignorantia.

Vindex Ecclesiæ; Christus.

παράκλητος. ἱλασμὸς; Angelus fœderis.

Angelus faciei.

מליץ παράκλητος unus ex millibus;

lus Deus J. C. amictus est nube. Exod. 13 2. Illius *facies* est ut *Sol*. Matth. 17. 2. Hæc sane de nulla *creatura* dici possunt sine Idololatria.

CVII. Vane argutantur cum *Ribera* alii Romano-Catholicorum doctores, esse *Gabrielem* aut *Michaelem*, si hos Angelos creatos credant, uti solent. Lubentissime concedimus hunc *alium Angelum* esse ipsissimum *Gabrielem* & *Michaelem*: cum ista nomina nemo, præter solum filium Dei, sortitus sit. Videatur Dan. 8. 16. & 9. 21. & 10. 21. ubi *Christum* intelligimus, nullam autem creaturam. Manifestum itaque est, istum ἄλλον ἄγγελον esse *Christum* Summum Ecclesiæ Pontificem, qui solus Deo obtulit sacrificium gratum, & Suffitum suavissimum dignissimumque, ut ejus virtute in cœlo, tanquam in Sancto Sanctorum, immo singulis diebus ubique locorum in Ecclesia preces nostras Deo gratas sistat, atque pro nobis intercedat. Sed Christum, in verbo Dei vocari, non tantum *Angelum*, sed & *alium Angelum*, patet Apoc. 7. 2.

Gabriel & Michael non sunt Angeli creati.

Alius Angelus est Christus.

CVIII. Dicitur autem de alio isto Angelo ἦλθε *venit*, quod de *Christo* rectissime intelligitur. Quamvis cœlum & Terram repleat, nobiscum semper sit usque ad consummationem sæculorum: nihilominus tamen quotiescunque modo speciali adest Ecclesiæ laboranti, toties *venisse* dicitur. Cum autem Ecclesia futura sit in statu afflictissimo, initio septimæ Periodi, rebus omnibus fere desperatis, ac si Ecclesia a Duce suo Jesu Christo prorsus esset deserta, tandem ei opportune aderit suo auxilio. Quemadmodum Sacerdos accedit ad Templum, & inde ad *Altare*, suo officio functurus, ita & Christus Ecclesiæ unicus Pontifex subito accedet ad auxilium populi sui afflicti, calamitosis istis temporibus.

Alius Angelus venit.

CIX. Ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Sacerdos primum stetit ad Altare, non *aureum*, sed *holocaustorum*, in Atrio Sacerdotum, quemadmodum ostendimus Thesi L. ut inde prunas depromi curet ad incendenda thymiamata. Ita sane Christus stat primo in medio Ecclesiæ, inter omnes Sanctos, curat ut quilibet suo fungatur officio, maxime Ecclesiæ Doctores, quibus incumbit cura animarum. Ut quilibet etiam Sanctorum, præsertim calamitosis temporibus, sacrificia spiritualia Deo offerat, sibique debita officia præstet. *Ignis* altaris Holocaustorum Symbolum videtur Dei voluntatis & complacentiæ, qua Sacrificia consumpsit tanquam sibi grata, ideo isto igne, non extraneo, incendenda erant *thymiamata*. Christus igitur verus Sacerdos Ecclesiæ eodem *igne*, scilicet *beneplacito* Dei Patris, ad offerenda sacra sua *Thymiamata* usus est: cum nihil peregerit nisi ex voluntate Dei, secundum pactum æternum quod iniverat cum Patre, ut faceret ejus voluntatem. Ps. 40. 7. atque *mandatum*. Joh. 10. 18.

Christus stat ad altare.

Ignis Altaris Symbolum voluntatis Dei.

CX. Porro ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον *stetit ad Altare*. Toto tempore Exinanitionis suæ *Servus* erat Patris. Es. 42. 1. & 49. 6. & 53. 11. Phil. 2. 7. ergo ipsi *standum* fuit, non minus quam reliquis Sacerdotibus omnibus, qui ipsius erant picturæ vivæ. Non mirum itaque eum in verbo Dei, quoties repræsentatur in statu Exinanitionis, & tanquam Sacerdos ministerio Sacerdotali functus, describi tanquam *Servum*. Alias certissimum est, eum, peracto sacerdotio, se exhibere etiam *Dominum* sedentem coram Patre supremo Judice, quod sane nulli concessum fuit, etiam Summo Pontifici, ut coram Deo, usquam in Templo, multo minus in adyto, sederent. Hoc tamen Christo etiam concessum fuit, postquam peccata populi sui, vere, non typice tantum, ut Sacerdotes olim, expiavit. Audiatur Paulus ad Hebr. 8. 2. τοιοῦτον ἔχομεν Ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Vide etiam Hebr. 12. 2. Dicitur tamen *stare* in Ecclesia quotiescunque adest ad ejus salutem. Sed & *stare* dicitur ad indicandam ipsius promptitudinem, quod paratus sit ad omnia officia præstanda Ecclesiæ, sive tempore turbido, sive tempore Pacis.

Christus fuit servus. Ideo stabat.

In Templo vetitum sedere.

CXI. Ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν. Thesi LXIII. ostendimus λιβανωτὸν esse aliud, quo aromata recipiebantur, & in locum sanctum, super Altare aureum deferebantur. Alterum quo recipiebantur prunæ ardentes de altari holocausti, & ad idem altare deportabantur. Primum a Johanne recitari etiam primo loco, quamvis a nobis non fuerit primum expositum. Utrumque vas suam habuit significationem in Jesu Christo, cum utrumque habuisse dicatur. Illud quo recipiebat *aromata*, notat promptam Christi voluntatem, & amorem erga electos suos, quo eorum preces, tanquam pretiosa Thymiamata, quasi recipit, Deoque Patri, cum suis meritis & intercessione offert, ut eas habeat gratas, easque audiat. Dicitur etiam vas istud *aureum*, Græce χρυσοῦν, non *argenteum*, qualia in Templo etiam fuis-

Duo vasa λιβανωτὰ dicta.

Utriusque significatio.

fuiſſe ſuperius probavimus. *Aurum* omnium metallorum eſt pretioſiſſimum, incorruptibile & Symbolum *æternitatis*. Ita ſane *voluntas* & *Amor* Jeſu Chriſti eſt ſanctiſſimus; atque notat Chriſtum in æternum paratum ad recipiendas preces ſanctorum, tanquam pretioſiſſimum ſuffitum: Maxime ad ſuccurrendum Eccleſiæ in extremis malis, quibus ſancti conflictabuntur circa ſeptimam periodum. Aut etiam ad oſtendendum gloriam Regni atque Sacerdotii ſui, per totum terrarum orbem beatis iſtis ultimis temporibus.

CXII. Additur: Καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλά, *data ſunt ipſi multa thymiamata*. Hæc ſunt merita Sacerdotis & Redemptoris, omneſque ejus *gratiæ*, quas ut Mediator a Patre accepit. *Multa* habuit *thymiamata*, ex variis aromatibus; Non *tredecim* tantum numero, non ſingulis diebus pondere centum denariorum, ut ſub Veteri Teſtamento, ſed numero innumerabili & valoris infiniti. Quot non committimus peccata, quæ numerum pilorum capitis noſtri ſuperant, tot accepit Chriſtus & plures gratias atque virtutes, ad redemptionem animarum noſtrarum: nam *ubi peccatum abundat*, *gratia Dei* Jeſu Chriſto, & per eum nobis collata beneficia *ſuperabundans* Rom. 5. 20. *Data* enim ſunt ipſi hæc *thymiamata*, ſive gratiæ *multæ*. *Omnis ei data eſt poteſtas in cœlis & in terra*. Matth. 28. 18. *Pater dedit filio vitam*: dedit ei *poteſtatem faciendi judicium*, *quia filius hominis eſt*. Joh. 5. 27. Pater *adaptavit ei corpus*. Hebr. 10. 5. ita & omnes gratias ei largitus eſt, ut munere Sacerdotis fungeretur in corpore & in anima. *Spiritus Domini erat ſuper eum*, *ideo eum unxit Dominus Spiritu & virtute*. *Dedit ei Spiritum Sapientiæ & intelligentiæ* &c. Eſ. 11. 2. & 42. 1. Eſ. 61. 1. 2. Act. 10. 38. Unctus eſt *oleo lætitiæ*, & omnium gratiarum atque virtutum, *ſupra conſortes ſuos*. Pſ. 45. 8. Ita ſane *omnis plenitudo Deitatis habitavit in eo*. Col. 2. 9. *Omnes theſauri ſcientiæ & intelligentiæ in eo ſunt abſconditi*. Col. 3. 2. Uno verbo, accepit *gratias Dei ſine menſura*, *Pater enim filium amat*, *& omnia dedit in manus ejus*. Jo. 3. 34. 35.

Thymiamata notant multas gratias Dei per J. Chriſtum.

CXIII. *Ut daret* (thymiamata) *cum precibus omnium Sanctorum*. Chriſtus Eccleſiæ Sacerdos hic introducitur intercedens pro Eccleſia, in extrema iſta calamitate, de qua hic agitur Septimo hoc Sigillo. Vel etiam in ipſa pace publica, ubi Eccleſia fuerit extenſa per totum terrarum orbem, & ubi fruetur magna tranquillitate, ut Deo offerat ſacrificia ſpiritualia ubique locorum, verum eſt, eum ſemel intraſſe in cœlum, tanquam in *Sanctum Sanctorum*, ut pro omnibus *Sanctis* omnium ætatum intercederet. Nihilominus tamen modo ſpeciali intercedere dicitur pro Sanctis, quando in ſummo aliquo malo verſantur. Dat tunc *thymiamata* ſpiritualia, id eſt ſuis gratiis, paſſionibus atque meritis reddit preces *Sanctorum* Deo gratas, ut exaudiantur Sancti, & tandem e malis liberentur. *Dedit* Chriſtus ſeipſum Patri *pro nobis* προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εὐωδίας. Epheſ. 5. 2. Philip. 4. 18. Virtute iſtius meriti perpetuum intercedit pro Sanctis ſuis, etiam ardentiſſimis precibus. Eſt enim *paracletus noſter apud Patrem*, *& propitiatio pro peccatis noſtris*. 1. Joh. 2. 1. *Perfecte ſervare poteſt eos qui accedunt per ipſum ad Deum*, *ſemper vivens ut interpellet pro eis*, Hebr. 7. 25. *Eſt etiam ad dextram Dei & interpellat pro nobis*. Rom. 8. 34. Nulla actionum noſtrarum, adeoque nullæ preces Deo ſunt gratæ, niſi in Chriſto & per Chriſtum offerantur. Teſtem habemus ipſum Servatorem. Joh. 14. 13. Et Paulum. Hebr. 13. 15. Rom. 1. 8. ut etiam magis *Thymiamata* Chriſti, id eſt ipſius merita atque interceſſiones audiantur, quam noſtræ preces. Hoc depictum fuit ſub Veteri Teſtamento per thymiamata Sacerdotum, qui ſuffiebant eadem hora qua populus Deum precabatur, uti ex ſuperioribus patet.

Chriſtus Sacerdos intercedit pro Eccleſia.

CXIV. Dedit etiam Chriſtus Thymiamata cum *precibus Sanctorum*. *Sancti* iſtis temporibus fundent preces ſuas ad Deum, maxime extremis iſtis calamitatibus. Poteſt tamen id duplici modo concipi. Vel quod ſub Septimo Sigillo, initio iſtius Periodi, *Sancti* in extremis verſabuntur calamitatibus, quare ardentiſſimas preces ad cœlum quotidie mittent, ut ſibi adeſſe velit ſuo auxilio, omnia mala a ſe avertat, & tandem, Antichriſto omnibuſque Eccleſiæ hoſtibus deletis, pacem atque tranquillitatem populo ſuo Sancto reddat. Vel etiam quod, finitis calamitatibus, Eccleſia, in ſumma conſtituta libertate, quotidie liberrime cantatura ſit Deo laudes, & actura ſit gratias pro tanta tranquillitate, pace & felicitate, qua tunc fruentur omnes Sancti, & ſimul Deum ſupplices orabunt, ut ſe in felici iſto ſtatu in futurum clementer conſervet, & ab omni ſubſequente malo ſervet. Hiſce autem laudibus & precibus

Quo ſenſu Chriſtus det Thymiamata cum precibus Sanctorum.

bus J. Christus, iste *alius Angelus*, addet suam intercessionem per sua merita, tanquam Deo gratissimum *thymiama*, ut ab eo audiantur, & ut vel ex calamitate eripiantur, vel constanti pace & felicitate perpetuo fruantur.

Sancti qui?

CXV. Sed & πάντων ἁγίων *omnium Sanctorum* προσευχαῖς *precibus* sua dabit *Thymiamata*. Intelliguntur *Sancti*, vera membra Ecclesiæ Jesu Christi, qui istis temporibus erunt victuri per totum terrarum orbem: quorum proculdubio multo major futurus erit numerus, quam unquam simul in hac terra exstiterunt; præsertim si hæc explicentur de temporibus sub Septimo Sigillo pacatis, post deletum Anti-Christum reliquosque Ecclesiæ adversarios, quando Sacerdotium Jesu Christi, id est cultus ejus spiritualis, ubique locorum liberrime exercebitur, ubi, inquam, omnes populi, linguæ & nationes spiritualia ei offerent sua sacrificia Mal. 1. 11. Es. 2. 2. & *66*. 21. &c. Psal. 22. 28. & *67*. & 72. Pro omnibus autem istis Sanctis Christus semper intercedet apud Patrem, suisque meritis tanquam tot suffimentis preces *omnium Sanctorum* reddet Deo gratas.

CXVI. Hoc autem fiet ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου.

Altare est ipse Christus.

Verum *Altare* Templi sive Ecclesiæ Dei, est ipse Servator Jesus Christus. Est enim istud *Altare* de quo libertatem habent Sancti sub Testamento Novo *comedendi*. Hebr. 13. 10. Verum est ipsam *crucem* ligneam in Golgota fuisse *Altare* hoc sacrificium *sustentans*, *obtulit* enim *Christus se in cruce* 1. Petr. 2. 24. Tamen *Altare* ejus sacrificium *consecrans* nullum aliud fuit quam ipsius *Spiritus*: cum se per *Spiritum æternum* obtulerit. Hebr. *9*. 14. Certum est, totum sacerdotium fuisse in uno nostro Domino Jesu Christo; est enim is ipse & *Templum*, & *Altare*, & *Propitiatorium*, & omnia *Vasa sacra*, & ipsa *victima*, & *Oblationes*, & *suffitus*, & ipse *Sacerdos*, qui in se ipso omnia obtulit. Erant enim sub Veteri Testamento res istæ omnes, quæ hisce nominibus veniebant, *umbræ* Jesu Christi. Hebr. 8. 5. & 10. 1. Col. 2. 17. Ergo & *Altare* vetus fuit tantum umbra *Spiritus* Jesu Christi, qui suo *Spiritu* Sanctis & eorum precibus semper præsens fuit.

Altare sustentans, quale?

Consecrans, quid?

CXVII. Istud *Altare* cœleste etiam dicitur χρυσοῦν *aureum*. De *aureo* materiali diximus. Notavimus etiam *aureum* significare *æternitatem*: est enim omnium metallorum pretiosissimum & firmissimum, ut nullum sit tantæ durationis. Ita sane natura Jesu Christi, vel ipsius *Spiritus*, vel natura humana: aut quocunque modo eum hic sumamus, omnia in eo sunt *divina* atque *pretiosissima*; seipsum enim obtulit per *Spiritum æternum* & *pretium redemptionis* nostræ. 1. Corinth. *6*. 20. Tandem istud *Altare* etiam erat ἐνώπιον τοῦ θρόνου. *Coram Throno*. Ubi fuerit *Thronus Dei* in Templo Hierosolymitano, & quid iste *Thronus* fuerit? ostendimus thesi xcv. scilicet fuisse *Arcam* Dei in ipso Templi adyto, ubi Deus perpetuum erat præsens. Introducitur itaque hic Christus tanquam Sacerdos Sanctissimus, qui proxime ad Deum accedit pro Sanctis suis, sacrificio suo atque intercessione, ut semper stet quasi coram *throno* Dei ad *altare aureum*. Deus Pater ipsi in æternum est præsens, ipsius passiones, merita, intercessiones & preces, omnia, inquam, ipsi sunt gratissima, ut Ecclesiam vel liberet, vel liberatam in pace & tranquillitate conservet.

In Christo omnia sunt aurea.

Omnia pretiosa & divina.

CXVIII. Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων. Ostendimus thesi cvii. fumum Thymiamatis, in Templo, quando ascendebat, Deo fuisse gratum, actum etiam fuisse singulari Dei cura atque Providentia, ut fumus iste semper ascenderet, etiam in turbatissimis tempestatibus, si credamus Hebræorum sapientum traditionibus. Ita sane rem sese habere circa preces Sanctorum, docet hic Johannes. *Thymiamata* a Christo oblata, hic proculdubio significant *merita* Summi nostri Pontificis Jesu Christi, ejusque intercessiones. Dicuntur habere καπνὸν *fumum* quia Deo, tanquam gratissimus odor, sunt acceptissima, & quia ipsum meritum & intercessio Christi ex terra ad Deum se diffundit instar *fumi*. Ipsa sacrificia odorem habere solebant gratum. Ita dicitur de sacrificio *Noachi*, Genes. 8. 21. quod *grati* fuerit *odoris*, quem odorem *Deus odoratus* sit: Dicitur autem Deus odorem istum odoratus, ad testificandum sacrificium istud fuisse acceptum. Maxime iste *gratus odor* attribuitur reliquis sacrificiis sub Veteri Testamanto. Vide Levit. 1. *9*. 13. 17. & 3. 5. & 23. 13. Deuter. 15. Ut autem gratia eorum augeretur, addi solebant aromata grati odoris, quæ nonnunquam injiciebantur in ipsum magnum altare holocaustorum, super ipsas victimæ carnes, veluti *Thura*: Lev. 2. 1. 2. *9*. & *6*. 8. 14. Maxime autem solebant fieri suffitus quotidie in loco Sancto ad altare aureum, aut in adyto decimo

Thymiamata notant Christi merita.

Sacrificiorum odor gratus.

cimo die Tisri, ex pluribus aromatibus, de quibus superius. Ex istis suffimentis oriebatur *fumus* odoris gratissimi, ut ipsa sacrificia dicta fuerint habere ריח נחח *gratum odorem*; ut ex locis allegatis, aliisque multis constat. Ita sane & merita Christi, cum sint quasi sacri *thymiamatis fumus*, habent odorem gratissimum. Ideo ejus sacrificium dicitur oblatum Deo εἰς ὀσμὴν εὐωδίας *in odorem gratum*, sive *bonæ fragrantiæ*. Ephes. 5. 2.

Merita Christi instar fumi grati.

CXIX. Hoc meritum Jesu Christi, instar *fumi* grati odoris ἀνέβη *ascendit*. Id est sua dignitate atque merito pervenit ad Deum. Sed ascendit ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων, *cum precibus Sanctorum*. Ut *fumus*, ita sane & preces *ascendere* dictæ sunt; cum *preces* etiam dicantur *suffitus*, Ps. 141. 2. & Apocal. 5. 8. De *Cornelio* viro sancto, dicitur Act. 10. 4. αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. *Preces tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram Deo*. Ita & nunc preces Sanctorum *ascendunt* ad Deum. Sensus clarus est; nempe *pervenient ad Deum*. Cum peces istæ nitantur merito Jesu Christi, Deus faciem suam ab eis non abscondit, nec a se eas rejicit, sed gratas accipit, propter suavem odorem meriti & intercessionis Christi qui eas comitatur.

Fumus ascendit ex manu Angeli.

CXX. Ἀνέβη etiam iste καπνὸς *fumus*, ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. *Ascendit ex manu Angeli coram Deo*. Ut Sacerdotes in Templo solebant *manu sua* adferre Thymiamata ad altare aureum, immo & *manu sua* illa injicere in prunas supra altare, quare fumus & odor gratus, quasi *ex manu eorum* ascendebat, quemadmodum ostendimus: ita sane & Christus, una cum *precibus Sanctorum*, adfert sua merita atque intercessiones ad Deum Patrem, supremum Dominum & Judicem in negotio salutis nostræ, quasi propria *sua manu*. Preces Sanctorum ad Deum nunquam pervenirent, si ab eorum ore tantum procederent, at vero quando Christus verus Sacerdos Ecclesiæ eos sua membra agnoscit, quando preces suas ad Deum fundunt nixi merito istius Sacerdotis, tunc ab eo, quasi propria manu, offeruntur Deo Patri. Tanta etiam vi & constantia *ascendunt* ex manu Christi, ut non in via remaneant aut ullo modo flaccescant, sed perveniant ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, *coram Deo*; id est penetrent usque in altissimum cœlum ad Thronum Dei. Dicuntur autem pervenire coram Deo, quia ei sunt gratæ, & ab eo exaudiuntur. Ita sane fit in omnibus precibus quæ ad Deum diriguntur per & propter Jesum Christum, maxime id etiam fiet sub Septimo Sigillo, vel ab initio, quamdiu Ecclesia patitur persequutionem, rebus adhuc dubiis & periculosis. Vel etiam, turbis & concussionibus sedatis, rebus pacatis, & omnibus populis jam ad Regnum Christi adductis, sanctissimas Deo facient preces veri Sancti, forte sanctiores, & excellentiores quam unquam sæculis præcedentibus, Christus etiam sua gratia eorum preces omnesque actiones majori vi atque gloria comitabitur, ut Regnum suum omnibus populis illustrissimum reddat: ut totum istud tempus ultimæ Periodi sit instar perpetui & excellentissimi Sacerdotii.

Christus magis quam nos Deo offert preces.

CXXI. Ex hisce omnibus quæ hactenus dicta sunt patet, magis Christum, quam nos ipsos, offerre Deo preces nostras; cum Deo gratæ non sint, nisi per & propter meritum Jesu Christi, qui grata Deo Thymiamata solus offerre potest, ut verus Ecclesiæ Sacerdos & internuncius apud Deum. Verum est Johannem dicere Apocal. 5. 8.

Error circa locum Apocal. 5. 8.

τὰ τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἴκοσι τέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, ἔχοντες ἕκαστος κιθάρας, καὶ φιάλας χρυσᾶς γεμούσας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιναι προσευχαὶ τῶν ἁγίων: *Quatuor animalia & viginti quatuor Seniores, ceciderunt coram Agno, habentes singuli Citharas & Phialas aureas repletas suffimentis, quæ sunt preces Sanctorum*. Inde tamen pessime nonnulli colligunt, ipsos etiam Sanctos in Cœlo Angelosque Deo quasi Thymiamata spiritualia offerre pro nobis, nostrasque per eos Deo esse gratas adeoque exaudiri: qua de causa sibi persuadent & per hunc Angelum in Septimo Sigillo, de quo hactenus, intelligi posse & debere Angelum aliquem creatum. Sed misere falluntur, cum hic per *quatuor animalia* & *viginti quatuor Seniores* intelligantur omnes Sancti in Veteri & in Novo Testamento, qui Deo offerunt, & in militante Ecclesia & in glorificata, preces tanquam oblationes spirituales & thymiamata, prout Sanctorum preces etiam *suffitus*, dicuntur Psal. 141. de quo superius. Sane si eorum *suffitus* Deo sunt grati, id fit, non proprio, sed Christi merito, qui eas quoque suo thymiamate comitatur & Deo Patri offert.

CA.

CAPUT VIII.

DE IGNE, VOCIBUS, TONITRU, FULGURE, & TERRÆ MOTU.

CXXII. Quintum comma *de Septimo Sigillo agi. Probatur ex cap.* 11. 19. *&* 16. 18. *Apocal.* Voces *&* Strepitus *etiam in* ſacrificiis. CXXIII. Angelus Pontif. Max. Novi Teſtam. ſumpſit Thuribulum. *Non* כף, acerram; *ſed* מחתה πυρεῖον foculum. λιβανωτὸς *ſignificat utrumque. Hic pro* foculo *ſumitur.* CXXIV. Replevit igne ex Altari Holocauſti, *ſecundum veteres ritus.* CXXV. *Idem probatur.* Codices Tamid *&* Joma *citantur. Sub ſecundo Templo* defuit ignis ſacer. CXXVI. *Ipſe* Angelus replevi*t* foculum *igne. Ritus veteres.* Officia *Sacerdotis ſuffientis. In Templo* tres *operabantur* Sacerdotes, *Hic* unus. CXXVII. *Non* parce *ſumpſit* ignes *ſed* magna copia. *Idem fiebat in* ſacrificiis jugibus, *&* x. Tiſri. Cod. Tamid. Bartenora. Cod. Joma. Ignes *in vas effuſi* diſpergebantur *inſtar* cabi; cadebant *in pavimentum Templi. Magna* copia ignium *ſumebatur vaſe argenteo, ut aureum impleretur.* CXXVIII. Projecit ignes in Terram. *Quomodo?* CXXIX. *Ordo quo recitantur* ignes in Terram projecti. Ignes *primum de* altari ſumebantur, *deinde* fiebat ſuffitus. *Tamen Johannem ultimo loqui de* ignibus projectis. *Quare? Non omnes* prunas *quas collegerat ex altari, ſed* partem in terram projicere *ſolebat Sacerdos in Templo.* CXXX. φωναὶ, βρονταὶ, καὶ ἀστραπαὶ, καὶ σεισμός. Voces tonitru, fulgura *&* Terræ motus, *unde? Non ex* effuſione ignium *in* Terram. *In Templo ad ſuffitum* auditæ *ſunt* voces, *& quaſi* tonitru, *etiam fuit quaſi* terræ motus. *Quo ſenſu? Singulis diebus ad ſacrificia jugia.* CXXXI. *Sententia* Joſephi *&* Philonis. Tintinnabula *in Pallio Summi Pont. ſignificaſſe* ignem tonitrua *&* fulgura. Cod. Tamid. *de* Vocibus *incredibilibus ad ſuffitum.* Magrepha, Tibiæ, Cymbalum, Tubæ *&* cantus. *Peracto* ſuffitu *audiebantur* voces *&* ſtrepitus Jerichuntem *uſque.* Terræ motus *quo ſenſu tunc fiebat?*

CXXII. SEquitur quintum & ultimum Comma, quod agit de Septimo Sigillo. Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸ λιβανωτὸν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἐγένοντο φωναὶ, καὶ βρονταὶ, καὶ ἀστραπαὶ καὶ σεισμός. Hæc commata etiam referenda eſſe ad *Sigillum Septimum*, ſatis patet ex iis quæ diximus paragraphis 2. 3. 4. & 5. ex Apocal. Capite 11. 19. & 16. 18. Hic enim fit mentio de λιβανωτῷ *Thuribulo*, *repleto igne altaris*; illud autem in ſacrificio obſervari ſolebat, circa oblationem *thymiamatum*, eo itaque referri debet non minus quam *ſilentium*, & reliqua, quæ hactenus Commate 1. 2. 3. & 4. dicta ſunt. Sed & *Voces* & magni *ſtrepitus* circa ſacrificia locum habebant, uti infra patebit.

Quæ ad Septimum ſigillum pertineant.

CXXIII. Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸ λιβανωτὸν. Angelus iſte proculdubio idem eſt, de quo ad præcedentia diximus, Pontifex Max. Eccleſiæ Novi Teſtam. Jeſus Chriſtus. εἴληφεν τὸ λιβανωτὸν. *Sumpſit Thuribulum.* Ex præcedentibus conſtat, quale vas fuerit λιβανωτός. Non iſtud quidem, cui indi ſolebant *thura*, כף & בזיכא, Græcis θυΐσκη *Thuribulum* dictum, ſed potius מחתה ſive מגי πυρεῖον *foculus*, quo colligebantur & deferebantur prunæ, de quo diximus Theſi lix & lx. & ſequentibus. Oſtendimus etiam ſuperius Theſi lxxiii. מחתה aliquando ſumi pro *Thuribulo*, proprie ita dicto, id eſt pro iſto vaſe, cui imponuntur *thura*, quod Græcis eſt θυΐσκη, ſive pro iſto πυρείῳ aut *foculo*, quo colliguntur & deferuntur prunæ. Eodem ſenſu ſumitur λιβανωτὸς hoc loco. Audivimus ad Comma 3. ſignificare *Thuribulum*, ſive θυΐσκην cui imponuntur θυμιάματα πολλὰ, *thura multa*: hic autem ſumitur pro πυρείῳ *foculo*, nam

λιβανωτὸς quid hic ſignificet?

nam ἐγέμισεν αὐτὸ ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, *replevit illud igne ex altari holocaustorum.*

In Templo duo altaria.

CXXIV. Ex iis quæ dicta sunt ad comma tertium thesi xlix. & l. constat in Templo duo fuisse *altaria*, alterum *Holocaustorum*, in Atrio Sacerdotum; ubi holocausta, intestina & adipes sacrificiorum quotidie comburebantur, alterum in loco sancto, quod *aureum* dictum est, quod quamvis ex *ligno Sittim* factum, tamen *aureis* laminis obductum fuerit. Diximus quoque ad Altare *Holocaustorum* prius *stetisse* hunc Angelum cum vase sacro, ut reciperet *thura*, quæ *multa ei data*. Nunc de eodem *Altari* iterum fit mentio: replevit enim foculum suum igne, ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου. Certum autem est θυσιαστήριον magnum esse *altare Holocaustorum*, quoniam illi, non *aureo*, imponebantur θυσίαι *victimæ*, ad comburendum. Sed notum est super θυσιαστηρίῳ *Holocaustorum* combusta esse *animalia*, quemadmodum super *aureo* altari *Thymiamata*.

Quale hic intelligendum?

CXXV. Ex hoc Altari ἐγέμισεν τὸν λιβανωτὸν τοῦ πυρὸς *replevit foculum igne*. Ita sane, non alio igne utebantur ad res sacras, quam igne ex magno *Altari holocaustorum*. Uti videre est Levit. 16. 12. De altari holocaustorum esse intelligendum, clarius docent Talmudici Cod. *Tamid* cap. 5. §. 5. & *Joma* c. 4. §. 4. quæ loca allegavimus. §. lxvi. Erat enim iste ignis sacer e cœlo a Deo demissus & in perpetuum conservatus, summa cura Sacerdotum, ne unquam extingueretur. Verum est sub secundo Templo, post captivitatem Babylonicam, eo caruisse Sacerdotes, quemadmodum quatuor rebus aliis, tamen aderat semper ignis magnaque diligentia conservabatur, non minus ac si ex ipso cœlo demissus fuisset, ut stante Templo primo factum fuerat. Ad primum ignem sacrum atque cœlestem, proculdubio alludit Johannes hoc loco. Quidquid est, ex isto altari Holocaustorum Angelus replevit vas suum igne.

Ignis ad thymiamata ab altari holocausti desumptus.

Sacer ignis sub Templo secundo extinctus.

CXXVI. Ipse *Angelus* replevit. Καὶ εἴληφεν Ἄγγελος τὸν λιβανωτὸν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν &c. Et *Angelus sumpsit foculum & replevit illud* &c. Ostendimus supra thesi lxix. tres Sacerdotes occupatos fuisse, ad offerenda thymiamata. Primum purgasse altare interius *aureum*, a Carbonibus atque Cineribus, in loco sancto. Alterum ascendisse in summitatem Altaris *holocaustorum*, indeque deprompsisse prunas, quibus opus habebant in Altari aureo ad comburenda Thymiamata. Tertium projecisse Thymiamata in istas prunas super altare *aureum*. Hunc præcipuum fuisse in hoc negotio. Is qui altare *aureum* prius purgaverat a Carbonibus cineribusque, sorte eo delectus fuit, quemadmodum & sorte electi fuerunt, qui Altare holocaustorum purgarunt. Sed quod attinet ad eum qui prunas depromebat e magno Altari, sorte non eligebatur: sed ab arbitrio, ejus qui Thymiamata igni postea injiciebat, precesque ad Deum effundebat. Unde patet officium Sacerdotis Thymiamata offerentis fuisse duplex. Primo ut colligeret prunas ex altari *holocaustorum*; deinde ut aromata conjiceret in ignem super altare aureo, ad suffiendum, & ut funderet preces ad Deum. Hoc loco nulla fit menrio de purgatione altaris *aurei*: ut hic habeatur tanquam purgatum, & ad suffiendum aptissimum paratissimumque. Nec duo *Angeli*, sive *Sacerdotes* introducuntur, quorum alter colligat prunas in altari holocaustorum; alter gerat thymiamata eaque conjiciat in prunas super altare *aureum*. Utrumque hic fit ab uno eodemque Angelo, sive Sacerdote: quod non sine causa notatur, ut infra patebit.

Ad facienda thymiamata tres operabantur Sacerdotes.

Officium Sacerdotis circa thymiamata fuit duplex.

Hic unus memoratur Sacerdos.

CXXVII. Sed idem Ἄγγελος ἐγέμισεν αὐτὸν *Angelus implevit illud*, scil. λιβανωτὸν *Vas*, quod sumpserat. Non parce sumpsit *prunas*, sive *ignes*: sed magna copia, ut vas istud *repleret*, quemadmodum acceperat θυμιάματα πολλά, *Thymiamata multa*, uti supra audivimus. Ita sane fieri solebat, ut foculus, sive מחתה aut λιβανωτὸν igne repleretur ad suffiendum, etiam decimo die Tisri Magnæ expiationis Levit. 16. 12. Idem observatum est in Sacrificiis תמידים *Jugibus* quæ singulis diebus fiebant. Nam is qui ascendebat super magnum Altare, ad colligendos ignes, sive prunas, vas satis amplum argenteum prunis repletum inde adferebat, adeo etiam ut, quando infundebantur postea in aliud vas *aureum*, uti fieri solebat, ad pedem altaris, omnes hoc *aureo vase* capi non potuerint, sed alio deponendi fuerint. Audiamus Codicem Tamid cap. 5. §. 5. מי שזכה במחתה נטל מחתת הכסף ועלה לראש המזבח ופנה את הגחלים הילך והילך וחתה מן המאכלות הפנימיות ירד ועירן לתוך של זהב נתפזר ממנו כקב גחלים והיה מכבדן לאמה: *Is qui dignus habitus fuit, ut foculo, (πυρείῳ) uteretur, sumpsit foculum argenteum, & ascendit in summum Altaris,* (holocaustorum) *dimotis hac illac prunis, deprompsit ex interioribus ardentibus, descendit easque*

Vas prunis repletum.

infun-

infundit in foculum aureum. Remanserunt instar cabi prunarum, quas verrebant ad fossam. Glossa & *Bartenora* (quod habent ex Codice *Joma* cap. 4. Misna 4.) ad hunc locum docent, *foculum*, sive vas istud *argenteum*, quo deprompsit prunas in Altari, continuisse *quatuor* cabos, *aureum* vero *tres* tantum; ut necessario *cabus* prunarum in *argenteo* remanserit, quæ in *fossam*, in ipso atrio, verrebantur. Notandum est, Misnam dicere, quando prunæ ex vase argenteo effunduntur in aureum, נתפזר ממנו כקב גחלים *disperguntur ex eo prunæ instar cabi*. Scilicet omnes ex argenteo effunduntur in aureum, ut repleretur; ideo residuum prunarum, *instar cabi dispergitur*, id est decidunt carbones in pavimentum, atque inde in *fossam* (*Caph Nachat* ad vocem: האמה habet: המים העוברת בעזרה *ad aquam quæ transit per atrium*) verruntur, ne se comburant Sacerdotes, ut id explicat *Bartenora*. Ne hisce diutius immorer, patet istud vas *plenum* fuisse *igne* sive prunis. Notat etiam *Bartenora* ideo tantam deferri copiam ignium ex Altari, ut aureum sit repletum. Apparet iterum quo respexerit Johannes, quando dicit: κὴ ἐγέμισεν αὐτὸν, *& replevit illud*.

CXXVIII. Καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν. *Et projecit in terram*. Non dicitur quis projecerit, nec quid projectum sit? Tamen clarum est, ipsum *Angelum*, sive *Sacerdotem*, qui ignes depromserat ex magno Altari, ipsos etiam *ignes* projecisse. Notandum quoque est, quod non dicatur, omnes prunas, sive totum ignem ex suo vase projecisse: unde dubium alicui nasci possit, utrum omnes prunas, an partem tantum? Ego vix dubito quin *pars* ignium intelligenda sit. Si λιβανωτὸν suum replevit *igne*, ut eo uteretur in loco sancto, eumque imponeret altari aureo, ad perficienda Thymiamata, tunc non nisi *partem* projecit ignium. At vero si hæc facta sunt, post peracta Thymiamata, credibilius erit, *totum* ignem ex vase dejectum fuisse.

Ignis dejectus, in terram, quomodo?

CXXIX. Fateor, si ordinem narrationis respiciamus, verisimile esse, Johannem describere hunc Angelum ita, ac si ignis in hoc vase ejusque in terram projectio, nihil prorsus haberet commune cum Thymiamate. Nihilominus mihi multo est verisimilius, hæc ad ipsam oblationem Thymiamatum, de qua superius loquuti sumus, referenda esse. Nam quod ordinem attinet in narratione, id me non moratur: Cum aliquando ὕστερον possit narrari πρότερον, in ejusmodi rebus gestis, ubi ordo nullam parit obscuritatem aut errorem; præsertim si id quod est præcipuum, in re, de qua agitur, primum narretur. Ita sane hic fieri, manifestum est. Præcipua enim actio hujus Angeli est *oblatio Thymiamatis*, ideo Johannes etiam statim enarrat ab initio. Collectio autem ignis in foculum de altari holocausti, est tantum requisitum ad facienda Thymiamata. Deinde excellentius officium in hoc negotio est, sumere aromata, ea deferre in locum Sanctum, eaque adolere in Altari aureo; collectio ignium ex magno Altari est tantum consectarium aliquod, minusque ministerium, quod ideo ab alio etiam Sacerdote, uti demonstravimus, fieri solebat; quamvis tamen nunc ab eodem, propter certas rationes, fiat. Non mirum itaque Johannem prius narrasse ipsam oblationem Thymiamatum, postea demum addidisse collectionem prunarum, tanquam rem ad istam oblationem requisitam. Eo facilius hanc sententiam amplector, quando video collectionem ignis, ex Magno Altari, conjungi cum projectione ignis in terram.

Projectio ignis, in thymiamate.

Collectio prunarum, primo fit, hic tamen ultimo memoratur.

CXXX. Καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν. *Et projecit in terram*. Ostendimus ignem collectum fuisse ex Altari holocaustorum, vase argenteo quatuor Caborum, & effusum inde fuisse in aliud vas aureum tres continens cabos: cum autem hoc non potuerit continere omnes prunas vasis quatuor caborum, sequitur integrum cabum prunarum decidisse in terram. Ita sane Sacerdos singulis diebus bis *projecit ignem in terram*, quoties mane & vespera replebat πυρεῖον aureum ad adolendum intus. Unde iterum patet, *ignes in terram projectos esse*, ad replendum מחתה *foculum* sive λιβανωτὸν ad suffiendum. Eo, mea sententia, videtur respexisse Johannes, cum hæc ita jungat: *Angelum Vas* istud replevisse igne ex altari, & *projecisse in terram:* non omnes igitur prunas, quas collegerat ex altari, sed quasdam projecisse.

In Templo quotidie, quoties fiebant thymiamata, ignem projecerunt Sacerdotes in terram.

CXXXI. Addit tandem καὶ ἐγένοντο φωναὶ κὴ βρονταὶ κὴ ἀστραπαὶ κὴ σεισμός. *Et factæ sunt voces; & tonitrua, & fulgura & terræ motus*. Existimabit forte aliquis, ignem in terram projectum excitasse istas *voces*, *tonitrua*, *fulgura*, *& terræ motus*, quemadmodum fieri solet in *tonitru*, ubi horrendæ audiuntur *voces;* immo *fulgura* ex igne, & sæpe *terræ motus* animadvertuntur. Sed si quis hæc credit, errat. Nam quamvis ista hic jungantur, *effusio ignium in terram*, & vo-

Voces quomodo factæ?

& *voces*, *tonitrua*, *fulgura & motus*; certum tamen est, istam projectionem ignium non fuisse causam *vocum*, *tonitru*, *fulguris*, *& terræ motus*. Hæc prorsus aliam habebant causam, uti mox patebit. Hoc tamen etiam certum est, in Templo auditas fuisse *voces*, & fere *tonitru* aliquod; addi potest etiam, fere *terræ motum* animadversum fuisse, singulis diebus, bis mane & vespera, quotiescunque fiebant sacrificia תמידים *jugia*, præsertim quo tempore oblata fuerunt Thymiamata, non diu postquam e Magno Altari, ignis collectus & in terram pars effusa fuerat, uti jam ostendimus.

In Templo auditæ fuerunt voces.

CXXXII. Nihil jam dicam de iis quæ tradit *Josephus* De Bello Judaico, Lib. 6. cap. 15. & *Philo Judæus* de *vita Mosis* Libro 3. etiam Tintinnabula & Malogranata in hiacinthino pallio Pontif. Maximi *ignem*, *tonitrua* atque *fulgura* indicasse. Silentio tamen præterire non possum, quæ traduntur a Talmudicis *Codice Tamid* cap. 3. *Misna* 8. de vocibus incredibilibus, quæ audiri solebant singulis diebus ad sacrificium *juge*, circa oblationem Thymiamatum, per *portas Templi*, quando aperiebantur. Maxime per *Magrephet*, per *Tibias*, per *Cymbalum*, per *Tubas* & per *Cantum*, quæ quotidie audiri solebant, statim post peractum Thymiama. Audiamus ipsum locum: מיריחו היו שומעין קול שער הגדול שנפתח מירחו היו שומעין קול חמגריפה מיריחו היו שומעין קול העץ שעשה בן קטין מוכני לכיור מיריחו היו שומעין קול גביני כרוז מיריחו היו שומעין קול החליל מיריחו היו שומעין קול הצלצל מיריחו היו שומעין קול השיר: Addit ויש אומרים מיריחו היו שומעון קול השופר אף קול כהן גדול בשעה שהוא מזכיר את השם ביום הכפורים: *A Jericho audiebant vocem magnæ portæ* (Templi) *quæ aperiebatur*; *A Jericho audiebant vocem Magrepha*; *A Jericho audiebant vccem ligni*, *quod fecit filius Katini*, *Machinæ labri*; *A Jericho audiebant vocem Gabinii Præconis*; A *Jericho audiebant vocem Tibiæ*; A *Jericho audiebant vocem Cymbali*; A *Jericho audiebant vocem Cantus*; A *Jericho audiebant vocem Tubæ*. *Sunt qui dicant etiam vocem Summi Pontificis auditam fuisse die expiationis*, *cum commemoraret istud nomen* (יהוה) Notandum autem est Civitatem *Jericho* destitisse a *Jerusalem*, minimum decem miliaribus, (מירושלים עד יריחו עשר פרשות *a Jerusalem usque ad Jericho erant decem milliaria*, inquit *Bartenora*, ad hunc locum.) Cogitate itaque quales istæ fuerint *voces*? An non instar *tonitru*? ut dici potuerint κατ᾽ ἐξοχὴν φωναὶ voces, immo & βρονταὶ *tonitrua*. Hodie nullum est tintinnabulum, etiam maximum, quod tantum edat sonum. Oportet sane ut tormenta Bellica sint, non ex minoribus, sed majoribus, quæ eousque audiuntur. An mirum est [si hæc sunt vera] etiam animadversum fuisse σεισμὸν *Terræ motum*? Experientia sane docet, quotiescunque audimus ejusmodi strepitum tormentorum bellicorum majorum, tantum esse in aere motum, ut sane & *terra mota* videatur. Immo domus nostras *moveri*, immo ipsam quoque *terram*: ut dicendum revera sit, *tonitrua* & *Terræ* aliquem *motum* fuisse Hierosolymis, & in Templo, quotiescunque circa Thymiamata, tantæ *voces* atque strepitus audiebantur.

Ignis, tonitru, & fulgura in Templo.

Magrephet, Tibiæ, Cymbalum, Tubæ & cantus magnæ voces in Templo circa thymiamata.

Voces auditæ Jericho buntem usque e Templo.

CAPUT IX.

DE INSTRUMENTO מגריפה MAGREPHA.

CXXXII. *Præcipuum instrumentum quod audiebatur*, *erat* Magrepha. Sonus Magrephæ *quo fine*. Cod. Tamid. *Ingens ejus* strepitus. *Ejus* usus. Maimonides. CXXXIII. Magrepha *quale instrumentum fuerit*. *Quibusdam* Everriculum, Scopa. Jonathan מגריפתא *pro* יעים Massechet Tamid. Buxtorfius. Pala. Caph Nachat. Jom Tob. CXXXIV. צינורא fuscina. Cod. Kelim. *Instrumentum in Altari*. Magrepha *a* גרף everrere. Bartenora, Jom Tof, Maimonides, Rabbi Simeon. Cod. Tamid. *De* Magrepha *variæ sententiæ*. Tamid. CXXXV. *Non fuit* Scopa, *vel* Pala. *Non fuit* projecta *inter Vestibulum & altare holocausti*. Bartenora, Caph Nachat. CXXXVI. Cod. Erachim. *Duo fuisse* Magrephot. *Alterum quo* verrebatur *Altare*. *Alterum* instrumentum Musicum. *Tria fuisse* Magrephoth. Tosephoth Jom Tof. Cod.

Cod. Tamid. CXXXVII. Magrepha *instrumentum Musicum*. *Quale? Plures habuit* tubos. Cod. Erachim. Glossa Gemaræ. Cod. Tamid. Bartenora. Toseph. Jom Tof. Erachim. *Instrumentum* Pneumaticum. CXXXVIII. *Magnum fuisse in Templo* strepitum *magnasque* voces, Tonitru, & Terræ motus, *ad* suffitum, *iterum colligitur*. Magrephæ sonus *decem milliaribus audiebatur*. CXXXIX. *Tantum fuisse* strepitum *incredibile*. Hyperbolice *dicuntur multa*, *fatentibus* Talmudicis. Gemara Erachim. *Ingentem tamen fuisse* strepitum *optime colligitur*. Talmudici impossibilia *narrant*, *ut* maxima *significent*. CXL. Καὶ ἀστραπαὶ & fulgura. Fulgura *comitantur* tonitrua. Fulgura *in Templo fuisse* ad oblationem suffituum. *Quomodo?* Ingens *tunc* ignis *in* Altari holocaustorum. CXLI. Σεισμὸς concussio, *pro* motu Terræ. Vetus Glossarium. Hesychius τρόμβον. Syrus זועא. Tremor, *Concussio & quasi* Terræ motus *in Templo*, *ad oblationem Suffitus*. *Unde? Ad sonum majoris* tormenti Bellici, terræ motus.

CXXXIII. PRæcipuum omnium instrumentorum, quæ audiebantur, erat מגריפה *Magrepha*. Quam primum Thymiamata peracta fuerunt, egressus est המקטיר *Sacerdos*, *qui* obtulerat suffitum, cum alio Sacerdote, qui lucernas curaverat, & quum pervenirent inter pronaum & altare holocaustorum, ut omnes convocarentur ad preces & ad cantum, alter ex illis sonum edebat per istud instrumentum, dictum מגריפה. Eo etiam respicit locus, quem modo allegavimus, ex c. 3. Codice *Tamid*. De isto instrumento solo, illiusque magna *voce*, aut horrendo strepitu, instar *tonitru*, legimus quoque eodem Codice *Tamid* cap. 5. Misna *6.* quem locum jam allegavimus paragrapho XXXII. Pauca, & illa tantum quæ ejus *vocem* sive strepitum tangunt, repetamus הגיעו בין האולם ולמזבח נטל אחד את המגריפה וזרקה בין האולם ולמזבח אין אדם שומע קול חבירו בירושלם מקול המגריפה: *Quum progressi essent usque inter pronaum & altare, aliquis sumebat Magrepha, illudque projiciebat inter altare & pronaum. Nemo poterat socium suum intelligere Hierosolymis, propter strepitum Magrepha*. Additur qualis fuerit usus istius instrumenti; aut quam ob causam ita projectum, & tantus strepitus factus sit: Nempe *tribus rebus inserviebat*, [vide paragr. 32.] *Sacerdotes quum audiebant ejus vocem, noverant fratres suos* [post oblatum suffitum] *Sacerdotes ingressos esse* (ללשכת הגזית *in conclave lapideum*, ut dicitur sub finem Capitis V. Codicis *Tamid*) *ad orandum*, *ut & illi properarent & abirent*. *Levita cum ejus vocem audiverat, noverat fratres suos intrasse ad cantandum Canticum suum, ut & ille curreret & abiret. Et tandem præfectus stationis dispo-*

Descriptio Magrephæ, instrumenti Musici.

suit immundos ad portam Orientalem. Ex quibus patet, per *vocem* τῆ *Magrepha* instrumenti, Levitas vocatos fuisse ad cantum, post oblatum suffitum. De hisce vide apud *Maimonidem Hilchot Tmidim Umusaphim*, cap. *6.* §. 4. 5.

CXXXIV. Quale autem *Instrumentum* fuerit illud מגריפה *Magrepha*, inter se disputant Talmudici. *Magrepha* proprie significat *Everriculum* sive *Scopam*, qua cinis ab altari removetur. Exod. 38. 3. Targum Jonathanis ponit מגרופיתא pro יעים. Eodem modo Exod. 27. 3. & alibi, significat ejusmodi *Everriculum*, uti diximus. Occurrit quoque Massechet *Tamid* cap. 2. §. 1. Clarissimus Buxtorfius, in suo Lexico, exponit ibi מגריפה per *palam*. Est instrumentum aliquod *pala* qua Sacerdotes carnes & adipes in magno altari protrudunt, quo volunt. Ita habet locus נטלו את המגריפות ואת הצינורות ועלו לראש המזבח האברים והפדרין שלא תאכלו מבערב סונקין אותם לצדדי המזבח *Sumunt Magrepha & Zinoroth, & ascendunt in verticem Altaris, Membra & adipes quæ non fuerunt consumpta a vespera, removent ad latera Altaris. Caph Nachat* exponit צינרות & מגריפות per כלים עשויין להפך איברי הבשר כשהוא על האש *vasa facta ad vertendum membra carnis super ignem*. *Tosephot Jom Tob* exponit יעים להסיר את הדשן ולפנותו לתפוח *everriculum* [sive, ut alii habent, *Scopam* aut *Palam*] *Ad removendum cinerem & ad trahendum in cumulum* (cinerem.) Respiciunt Talmudici ad Exodi cap. 38. 3. Certum est ejusmodi instrumenta, ad trahenda & vertenda membra animalium, magnum debuisse habere usum, in altari holocaustorum: sive fuerint *unci* quidam, sive etiam *scopæ* aut *palæ*.

Magrepha quid? Non Everriculum.

Non palea.

Fuſcina quid.

CXXXV. Vocabulum צינורא, maxime in plurali צינורות quod jungitur cum *Magrepha*, & quod ejuſdem videtur eſſe uſus, Judæis eſt *fuſcina*, ſive ſpecies *unci*, & *duplicati* quidem, forte quod duos haberet incurvatos dentes. Occurrit tamen צנורה פשטה *fuſcina recta*, ſive *ſimplex*, ubi non eſt recurvatio unci, aut uncus unus tantum & כפפה *duplicata*, ubi duo *unci*. Codice *Kelim*. Cap. 13. §. 5. Eodem Capite §. 4. etiam occurrit מגריפה. Hoc autem videtur inſtrumentum aliquod inſtar *Palæ*, uti diximus, ad ſumenda fruſta carnium & oſſa in altari, eaque detrudenda & conjicienda in medium ignis: aut etiam ad ſumendos cineres eoſque rejiciendos quo volunt. Ita exponitur loco modo citato, *Kelim* c. 13. §. 4. עשויה לגרוף את האפר מן הבירה ומן התנור *factum eſt ad everrendum cineres, e foco & ex fornace*. Ita ſane dicitur a גרף quod ſignificat *everrere*.

גרף Everrere.

Videantur *Bartenora* & *Toſaphoth Jom Tof*, & Rabbi *Simeon*, ad loca allegata. Maimonides poſtremo hoc loco *Kelim* habet *palam* vel *cochlear*, quo agitatur caro in olla, & אשר יערכו בו הבנאאים הטיט *quo architecti ordinant calcem*. Ergo hoc ſenſu eſt *Trulla*. Ejuſmodi quid, aut potius magna *ſcopa* aut *pala*, videtur מגריפה, qua cineres verrebant in altari, & fruſta carnis delapſa ad latera, adeoque non combuſta, ad locum ſuum in medium ignis detrudebant & projiciebant, de quo Codice *Tamid* cap. 2. Tale inquam aliquod inſtrumentum videtur illud, quod tam ingentem edidit ſonum, & quod projectum fuit, ſtatim poſt oblatum Thymiama, Codice *Tamid*, cap. 5. §. 6. Dicitur enim: נטל את המגריפה וזרקה בין האולם ולמזבח: *Sumpſit Magrepha & projecit eam inter Veſtibulum & Altare:* ejuſmodi *Pala*, ſive *Scopa* facile poterat *projici*, abſque magno damno.

Magrepha non fuit ſcopa vel pala.

CXXXVI. Duo tamen obſtant, quo minus credamus fuiſſe ejuſmodi aliquod inſtrumentum, ad verrendum altare, qualis eſt *ſcopa* vel *pala*. Primo ejus *ſonus*, qui erat ingens ut alter alterum, in tota Civitate Hieroſolymitana, intelligere non potuerit, ut eodem loco dicitur: qualem *ſonum* edere poſſe ita projectum, non eſt veriſimile.

Propter ſonum.

Deinde non eſt credibile ejuſmodi inſtrumentum projectum fuiſſe in Templo, & inter veſtibulum quidem, & Altare magnum, in loco tam ſancto.

Non potuit projici.

Abſque ulla neceſſitate factum fuiſſet, cum Sacerdotes ad officia vocari potuerint multo facilius, variis aliis inſtrumentis. Adde, quod hoc fieri non potuerit, ſine detrimento pavimenti, quod, ut erat nitidum & ex optimo marmore, etiam magna cura omnium conſervari debuit nitidiſſimum & politiſſimum. Nihilominus tamen *Caph Nachat* id intelligit de ejuſmodi inſtrumento, quod dejiciebatur, &, ut ex ejus verbis patet, e ſuperiori gradu ad pavimentum atrii Sacerdotum: Sic enim exponit היו זורקין אותה מלמעלה למטה כדי להשמיע קול: *Projiciebant deſuper inferius, ut vox audiretur*. Eodem modo *Bartenora*, quem *Caph Nachat* ſequi ſolet. Utrum autem hoc inſtrumentum, quod ita dejici dicitur, revera fuerit *ſcopa* vel *pala*, qua utebantur, ad verrendum altare, an aliud aliquod Muſicum ita vocatum, dubitari merito poteſt.

Id tamen docetur.

Duo fuiſſe Magrephot.

CXXXVII. Talmudici, variis locis, maxime Codice *Erachim* cap. 2. fol. XI. docent duo fuiſſe *Magrephot* in Templo: alterum quo altare *verrebatur*; alterum *Muſicum*, quod mirificum edebat ſonum. Si plura non fuerunt: valde veriſimile eſt, illud quod ita dicitur e ſuperiori gradu *dejectum* inferius ad pavimentum, fuiſſe *ſcopam*, qua altare verrebatur. Nam *Muſicum* ita dejectum fuiſſe, dici non poteſt: erat enim inſtrumentum Pnevmaticum, varioſque habebat tubos, inſtar noſtrorum fere organorum, [uti mox fuſius docebimus] quod ita dejici non poterat, niſi confringeretur. Hoc etiam animadvertit *Toſephot Jom Tof* ad Codicem *Tamid* cap. 5. §. 6. conjicit enim in Templo tria fuiſſe inſtrumenta, quæ vocabantur מגריפה. Primo *Everriculum*, ſive *ſcopam* ad verrendum Altare. Deinde *Inſtrumentum Muſicum*, variis tubis & foraminibus. Et tertium aliud aliquod, quod habuerit figuram מגריפה ſive *ſcopæ* ad *verrendum*, & hoc tertium fuiſſe illud quod ad Cantum, poſt Thymiamata, ita dejici dictum fuit.

Tria inſtrumenta Magrephot dicta.

Sic enim ad vocem מגריפה diſputat: והיה לו קול ולא יתכן לומר שהיה המגריפה דמשנה ה׳ פג׳ שהיה כלי שיר חשיב ויזרקוהו שא״א שלא ישברו קנים וגם מגריפה שגורפים בו הדשן א״א לומר שהרי אין לו קול אבל היה זה כלי ספק כלי שלישי שמשמיע קול והיה גם צורתו כצורת מגריפה והתם בפ״ב דערכים דפ״י כתבו דשני מיני מגריפות היו אחת לדשן ואחרת של שיר ע״כ לא למעוטי שלא היה עוד שלישי והיא זו שבכאן אלא דהתם לא בקשו רק לתרץ שאין המגריפה שהיא כלי זמר זו שגורפים בה הדשן אלא שתים היו: *Magrepha, habebat magnam vocem. Non dicendum eſt, eſſe illud Magrepha de quo in Miſna*

na quinta capitis tertii, (Codicis Tamid) *quod erat inſtrumentum Muſicum ingenioſe factum. Et projecerunt illud, cum fuerit impoſſibile, ut non frangerentur tubi. Etiam Magrepha, quo everrebant cineres, non poteſt dici, quia non habebat vocem: Sed hoc erat aliquod dubium inſtrumentum tertium, quod edebat vocem, erat etiam ipſius figura quemadmodum figura Magrephæ. Alibi capite ſecundo Erachim, folio x. traditur, duas eſſe ſpecies Magrepharum; alterum ad cineres* [*everrendos*] *alterum Muſicum. Huc uſque. Non ad negandum, quod non eſſet aliud tertium; & illud quidem eſt id quod occurrit. Sed quale ſit illud quod alibi* (Codice Erachim) *legitur, non examinant, niſi quod exponant: Magrepha, quod eſt inſtrumentum Muſicum, non eſſe illud, quo everrunt cineres, ſed duo dari diverſa*. [Magrephoth] *Toſephot Jom Tof* igitur putat, tria diverſa fuiſſe Inſtrumenta dicta *Magrepha*, & ex iis duo quidem quæ vocem edebant, alterum Pnevmaticum, alterum autem habuiſſe formam *Everriculi*, ſive *Palæ*, &, ab aliquo Sacerdote projectum, ſonum quoque edidiſſe. Difficultatem noſtram, quam habemus circa illam projectionem ſuperius §. 134. propoſuimus. Quidquid eſt, ſi tale aliquod fuit inſtrumentum, ingentem dicitur ediddiſſe ſonum, ſtatim poſt oblationem Thymiamatum, & tantum quidem ut repleret totam Civitatem Hieroſolymitanam, ut alter alterum non potuerit intelligere.

Duo Magrephot muſica.

CXXXVIII. Examinemus etiam paucis illud aliud *Magrepha*, quod proprie dicitur *inſtrumentum Muſicum*. Nulla eſt ratio quare ita dicatur, niſi quod aliquam forte habuerit figuram *ſcopæ*, æque ac illud quod projiciebatur. Hoc projici non poterat, cum habuerit varios tubos, atque foramina, ut fuerit fere inſtar noſtrorum *Organorum*, quibus utimur hodie in Templis noſtris. Plures habuit tubos, & ſonum multo majorem quam maxima noſtra organa, centum enim, immo mille, ſpecies cantuum, edebat, ſi verum eſt quod docent *Talmudici*. Audiamus eos ipſos. Codice *Erachim* cap. 2. in Gemara fol. 10. & 11. אמר רבא בר שילא אמר רב מתנא אמר שמואל מגריפה היית עשרת נקבים היו בה כל אחד ואחד מוציא עשרה מיני זמר נמצאה כולה מוציא׳ מאה מיני זמר במתניתא תנא היא אמה וגבוה אמה דקתא יוצא הימינה ועשרה נקבים היו בה כל אחד מוציא מאה מיני זמר נמצאה כולה מוציאה אלף מיני זמר׃ *Dixit Rabba, filius Schilo, tradit doctor Mathna: dixit Samuel; Erat Magrepha, cui decem erant foramina, quorum quodlibet edebat decem ſpecies cantus, ſic repertum eſt, omnia ediđiſſe centum ſpecies cantuum. In additione ad Miſnam traditur fuiſſe cubitum longum & cubitum altum. Inde exibat aliquid tenue, in quo erant decem foramina, quorum quodlibet edebat centum ſpecies Canticorum; ita ut omnia ederent mille ſpecies Canticorum*. Gloſſa ad hanc Gemaram hæc habet עשרה נקבים היו בה ובכל נקב היה קנה אחד ובכל קנה היו בו י״ נקבים ובכל נקב של קנה הוציא מין זמר נמצאת כולה מוציאה מאה מיני זמר׃ *Decem habebat foramina, in quolibet foramine erat tubus, & in quolibet tubo erant decem foramina, & ex quolibet foramine tubi exibat ſpecies cantus; repertum itaque eſt, ut omnes ederent centum ſpecies cantuum*. Hoc eſt id ipſum inſtrumentum *Magrepha*, Codice *Tamid* cap. 3. §. 8. de quo ſupra, quod auditum fuit uſque Hierichuntem, quemadmodum exponitur a *Bartenora* & *Toſephot Jom Tof*; qui etiam id probant ex loco a nobis modo allegato, ex cap. 2. Codicis *Erachim*. Fuſius forte quam oportebat, diximus de inſtrumento *Magrepha*, quod vocem edidit circa Thymiamata ſive unicum tantum, ſive duo fuerint, alterum quod percutiebatur aut dejiciebatur, alterum quod fuerit Pnevmaticum. Spero tamen, quamvis forte plura præteriri potuiſſent, doctis ea non diſplicere, eo minus, cum hinc animadvertant, quid de Vaſis Sacris adhuc dicendum reſtet, ſi accurate ea cognoſcere cupiamus ex Antiquitate.

Magrephet inſtrumentum muſicum examinatur.

Plures habet tubos.

De vaſis ſacris hactenus multa dicenda eſſe.

CXXXIX. Ex iis quæ a nobis dicta ſunt, manifeſtum eſt, ingentem fuiſſe ſtridorem, ſtrepitum, atque fragorem, circa Thymiamata, primo per ipſum *Canticum*, per *Tibias*, per *Cymbalum*, & per *Tubas* deinde per *Magrepha*, quod dejici dicitur inter veſtibulum & altare, & per iſtud quod cum Muſica audiebatur, quæ omnia *vocem* ediderunt, ut uſque Jerichuntem audiretur. Hæc vera ſunt βρονταὶ *tonitrua*, immo σεισμὸς *Terræ motus*. Nam ſi hodie tantum exploderetur tormentum bellicum, quod integris decem milliaribus audiretur, quis, ſi ab ejuſmodi tormento provenire ignoraret, non crederet ſe audire horrendum *tonitru*, immo ſe ſentire aliquem *Terræ motum*, cum tantus fragor fieri non ſoleat, ſine magno aliquo tremore.

Ingens ſtridor & fragor circa thymiamata.

CXL. Fateor me credere non poſſe, tantas fuiſſe voces atque ſtrepitum Ma-gre-

Voces incredibiles.

grephæ aliorumque instrumentorum Musicorum, ut Jerichuntem usque auditum fuerit. Id inter Judæorum figmenta ponendum censeo. Sed & ipsi Gemarici Codice *Eracbim* cap. 2. ubi agunt de *Magrepha* instrumento musico, dicunt Misnam de eo quædam dixisse גוזמא *hyperbolica*; quod est certissimum, maxime, quod ejus *Vox* audita fuerit *Hierichuntem* usque. Nihilominus tamen dubitandum non est, ingentem ibi fuisse strepitum, & voces *instrumentorum* & *cantorum*, instar fere alicujus *tonitru*. Et hoc observari hic vellem, Talmudicos, quando enarrant res impossibiles, non esse credibile, eos devenisse eo dementiæ, ut id intelligi velint ad literam: sed omnia de iis esse credenda, quæ credi possunt. Cum igitur hic narrent tantum sonum edidisse portam quum aperiretur, sonum Musicæ, Magrepha, ut Jericho usque fuerit auditus, & ut alter alterum Hierosolymis non potuerit audire, id intelligendum esse, maximum fuisse sonum, ut major ab hominibus, & ejusmodi instrumentis excitari non potuerit: ut revera dici possit, cum Johanne hoc loco, ibi fuisse φωνὰς καὶ βροντὰς *voces & tonitrua*. Eo Johannem respexisse, non dubito.

Magrepha tanta attribuitur vox hyperbolice.

CXLI. Addit: καὶ ἀστραπαὶ *& fulgura*. Solent *fulgura* comitari *tonitrua*, ut raro audiantur hæc, quin illa conspiciantur. Notum est quid sint *fulgura*, esse scilicet scintillas quasdam, ut ignes, qui in aere formantur & ex nubibus in Terram conjiciuntur. Ostendimus Thesi CXXIX. & sequentibus: *ignem conjectum fuisse in Terram*: non est igitur mirum, si nunc dicatur etiam fuisse ἀστραπὰς *fulgura*: cum *fulgur* sit *ignis* ipse. Adde, quod eodem momento quo fiebat, cantus voce & instrumentis Musicis, præsertim instrumento *Magrepha*, adeoque φωναὶ *voces* audiebantur, ignem vehementer fuisse agitatum in magno Altari holocaustorum, flammasque suas in aera projecisse instar fulgurum, ad comburendum sacrificium: ut non tantum φωναὶ *voces*, sed & revera ἀστραπαὶ *fulgura* fuerint visa.

Fulgura quo modo circa thymiamata.

CXLII. Ultimo etiam dicitur, quod fuerit σεισμὸς *motus*, vel *concussio*. Solet hoc vocabulum verti per *Terræ motum*, ac si diceretur σεισμὸς τῆς γῆς. Fateor apud optimos auctores Græcos σεισμὸν ita positum, nulla facta mentione τῆς γῆς *Terræ*, non raro sumi pro ipso *Terræ motu*, vetus Glossarium σεισμὸς, *Terræ motus*; tamen certum est, significare quamlibet *concussionem* atque *motum*, a σείω quod *moveo* vel *concutio* significat. Ideo *Hesychius* exponit per τρόμβον *tremorem*. Syrus habet זועא, quod etiam *tremorem*, vel motum significat, a זוע, *movit*, unde forte ipsissimum Græcum σείω. Si sumatur hic pro *tremore*, aut *concussione* & *motu* quolibet, certum est eum quoque fuisse circa oblationem Thymiamatis: impossibile enim erat, ut tantæ *voces*, *tonitrua* & *fulgura* Cantuum, Tubarum, aliorumque instrumentorum, maxime, τῷ *Magrepha*, flammæque ingentis ignis in altari ardentis, non ingentem excitaverint *tremorem*, *concussionem* & *motum*. Si aliquis id de ipso etiam *Terræ motu* intelligi velit, mihi non prorsus aberrare crederetur: nam ubi tanta est *concussio*, *tremor* & *motus* in aere, diceres ipsam terram moveri, maxime si tantæ fuerunt cantus & instrumentorum, *voces* & *tonitrua*, ut Hierichuntem usque, spacio decem miliarium, audita sint. Oportet sane ut sit ex majoribus tormentis bellicis hodiernis, quod eo usque audiretur, nec tantum potest edere sonum, quin iis, qui minus sunt remoti, Terra credatur moveri.

Terræ motus, qualis, circa oblationem thymiamatis.

σείω a זוע

CA-

CAPUT X.

DE SENSU MYSTICO ANGELI, IGNIUM, VOCUM, TONITRU, FULGURE, & TERRÆ MOTU.

CXLIII. *De Sensu* Mystico. *Sub Novo Test.* unicus *tantum* Sacerdos Jesus Christus. *Ille* solus *omnia præstat ad* Suffitum, *quæ olim a* pluribus Sacerdotibus *fieri solebant*. CXLIV. Vas *quod Christus habuit est* prompta *ipsius* voluntas. Ignis *quem sumpsit* Patris complacentia, mandata, Verbum, Amor, & Ira. *Isto* igne Christus *hostes consumabit*, *Ecclesiam conservabit*. Varia loca Sac. Script. CXLV. Ignis *desumptus ex* Altari. *Altare* de quo comedimus. *Utrum* holocaustorum, *an* aureum? *Sub Nov. Testam.* Christus *solus est* Altare. *De hoc altari*: *De se sumit omnia quæ a* Patre acceperat *in bonum Ecclesiæ*. CXLVI. Projecit ignem in Terram. *Quidquid a* Patre acceperat *in bonum Ecclesiæ misit*. *Spiritum* Sanctum *multaque dona*. Spiritus S. nondum datus est, *si respiciamus ad Septimam Periodum*, *ad Regnum Christi gloriosum*. CXLVII. Projecit in Terram. Terra, Ecclesia opponitur Mari. Templum *emblema* Ecclesiæ Novi Testam. Tota terra *erit Templum meritis &* donis Christi plenum. *Varia loca Scripturæ*. CXLVIII. *Ignis* Iram *etiam significat*. *Christus Summus Pont.* hostes consumet, *ut* Sodomam, Nadab & Abihu &c. Igne *consumpta est* Resp. Judaica. *Eodem destruetur* bestia & Meretrix, Gog & Magog. Ignis Altaris & Misericordiæ Dei *erga Pœnitentes*. *Dictum Judæorum*. *Varia loca Scripturæ*. CXLIX. Voces & Tonitrua *quid significent*. *Ad* nativitatem *Christi auditæ sunt* voces. Vox Christi, *audita est in horto Getzemane*, *& in cruce*. *E coelo ad Paulum*. Maxima Christi vox *prædicatio Evangelii*. *Apostoli* BOANERGES. *Quædam loca Scripturæ*. CL. Altiores voces *audientur ultimis Ecclesiæ fatis*. *Quænam* voces *audiendæ sint sub* septima periodo? voces multarum Aquarum, rugitus Leonis. *Varia loca Scripturæ*. CLI. *Deus præsentiam solet testari* tonitru. *In* monte Sinai. *In* prædicatione Evangelii. *Die* Pentecostes. *Fulgur significat splendorem*, *lucem veritatis* Evangelii. Christi facies *splenduit instar Solis*. *Angelus ut* fulgur. Vestimentum *ut* nix. Splenduerunt Moses, Stephanus. σεισμὸς motus, *ad Institutionem Veteris Test. Ita &* ad *prædicationem Novi Testam. Quædam loca Scripturæ*. CLII. Tonitru *etiam notat* predicationem Evangelii Ultimis fatis *majora* tonitrua, *ubi percutietur* meretrix Babylonica. ἑπτὰ βρονταὶ Apoc. 10. 3. 4. *quid?* *Ad* singulum Ecclesiæ fatum tonitru. *Altissimum fato septimo & ultimo*. *Quædam loca Scripturæ*. CLIII. Voces, tonitru, fulgura & motus *possunt notare* dissidia, bella, trucidationes *ad evertendam Babylonem*. *Forte &* bella *multaque* mala *quibus conflictabitur Ecclesia*. Tonitru, ignibus, & motibus *percussi* Ægyptii. *Varia loca Scripturæ*. *Cadent &* grandines, magnæ plagæ *in blasphemantes Deum*. Apoc. 11. 19. & 16. 21. CLIV. *Depingitur* Regnum Christi gloriosum, *per* Thymiamata. *Quinque prioribus commatibus hujus capitis scil.* VIII. Apocal. Depinguntur *quæ olim in* oblatione suffituum. *Ideo a* silentio semihorii, *non separanda*. Recapitulatio *eorum quæ hactenus dicta sunt*. CLV. *Non solum* silentium *conficit totum* Sigillum Septimum; *sed reliqua omnia quæ hactenus dicta sunt*. *Pertinent etiam ad* Septimam Tubam, & Septimam Phialam. Apoc. XI. XVI. & XXI.

CXLIII.

CXLIII. HActenus de sensu literali quinti hujus Commatis: restat ut pauca quædam dicamus de sensu mystico, atque significatione. Primo quidem idem Angelus, qui Thura in Altari aureo obtulit, dicitur etiam collegisse prunas ab altari, ut non alium aliquem adhibuerit socium, ut fieri solebat in Templo. Ratio manifesta, cum sub N. T. non nisi unicus tantum sit Sacerdos Jesus Christus, qui solus calcavit Torculare, nullo adhibito adjutore. Es. 63. 3. Solus est noster ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας. Legatus & Summus Pontifex nostræ adstipulationis Hebr. 3. 1. Solus Sacerdos & victima; solus totum opus redemptionis perfecit, ut nulla sit salus extra Jesum Christum. Act. 4. 12. & ad eum solum sit recurrendum, cum habeat solus verba vitæ æternæ. Matth. 16. Christus etiam, tanquam egregius Sacerdos, solus Ecclesiæ suæ habebit curam, ultima periodo, maxime in ejus initio, antequam omnia sint pene pacata. Ille solus pro ea intercedet, in omnibus calamitatibus; is solus Sanctorum preces, temporibus etiam pacatis, Deo oblatus est, & reliqua omnia præstabit, quæ hoc commate hic narrantur, ad conservandam & augendam Regni sui gloriam.

Sensus mysticus quinti commatis.

Christus solus Sacerdos.

CXLIV. Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος, τὸν λιβανωτὸν, *Et sumpsit Angelus* πυρεῖον, *sive foculum*. Diximus Thesi CXI. Vas illud dici promptissimam Christi voluntatem, qua in se suscepit, quidquid ad Redemptionem & conservationem Ecclesiæ requiritur. Hoc vas dicitur *replesse igne*, ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς. Thesi CIX. & CXI. ostendimus ex Deuter. 33. 2. Psal. 40. 13. & Psal. 69. 10. *ignem* esse *Patris voluntatem*, *complacentiam*, *mandata* atque *leges*. Addi potest & *Spiritus Sanctus* qui ignis dicitur 1. Cor. 3. 13. Ejusque *efficacia*. Matth. 3. 11. Marc. 9. 49. Et ipsius *verbum*. Jerem. 5. 14. Apocal. 11. 5. quare & ipse *Spiritus S.* sub emblemate *ejus* apparuit. Actor. 2. Christi quoque *amor*, Cant. 8. 6. *ignis* est qui extingui non potest. *Ignis* est quoque Dei *ira*. Psal. 2. 12. Es. 26. 30. Jer. 15. 14. & 17. 4. Ita sane ultimis temporibus, periodo septima, *mandata*, *complacentiam* atque *leges Patris* geret in sua voluntate, tanquam in sanctissimo vase, ad perficiendas res magnificas, destruendo Ecclesiæ hostes, & conservando gloriosum suum Regnum. Plenus erit *Spiritu S.* ejusque *efficacia* omnibusque *donis*, quæ accepit sine mensura. Joh. 6. & *amore* erga Ecclesiam, ut eam contra hostes defendat, ejus pomeria dilatet, ad fines terræ, sacrum & spirituale ubique habeat Sacerdotium, & Sacerdotes ex omnibus Gentilibus Es. 66. quorum ipse sit Summus Pontifex ex Tribu Judæ Psal. 110. Hebr. 7. Non est prætereundum silentio, quod additur ἐγέμισεν αὐτὸν *replevit illud*. Scilicet Magnus iste Sacerdos Jesus Christus spiritualem istum *ignem* ad destruendos hostes, & ad propagandum Regnum suum, per totum terrarum orbem, semper voluntati suæ habebit præsentem, ad perficienda mirabilia sua opera.

Ignis quid significet?

Christus gerit mandata Patris.

CXLV. Tandem notandum est, *ignem* desumptum esse ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, *ex igne Altaris*. *Altare* hic significatur *holocaustorum*, uti supra ostendimus. Demonstravimus Thesi CXVI. *Altare aureum* esse *Jesum Christum*. Idem dici debet de *Altari holocaustorum*, in Atrio Sacerdotum, quemadmodum de *Templo*, *de propitiatorio*, & *Arca*, & *Candelabro*, & *Mensa aurea*, & de reliquis *Vasis sacris* omnibus, immo de *oblationibus* & *victimis*, tandem de ipso *Sacerdote* diximus Thesi CXVII. cum omnia fuerint *umbræ* & picturæ Jesu Christi, ut testatur Paulus. Hebr. 8. 5. & 10. 1. Col. 2. 17. Exsertis verbis Christus dicitur *Altare* de quo fideles, sub N. T. habent libertatem *comedendi*. Hebr. 13. 10. quem locum etiam allegavimus Thesi CXVI. Videtur autem Paulus, in isto loco, maxime respexisse ad *Altare Holocaustorum*: illi enim, non *aureo*, imposita erant animalia quæ comedi poterant. Sed comedebantur carnes istæ ab igne tantum, non ab hominibus, nisi pars quorundam sacrificiorum, scilicet sacrificiorum pro peccatis, a Sacerdotibus comedebantur, Levit. 6. 25. &c. non ab Israelitis, qui non edebant nisi de solis sacrificiis Pacificis. At vero sub. N. T. comedimus omnes vera fide, de omni sacrificio pro nobis oblato, id est de ipso Jesu Christo, nobis in cibum spiritualem dato. Joh. 6. De hoc Altari Christus sumpsit ignem suum sacrum, id est repletam habebit voluntatem suam sanctissimam, non placitis, mandatis & legibus hominum, Angelorum, aut aliarum creaturarum; sed mandatis, legibus, complacentia Patris sui, quæ & sua sunt, efficacia Spiritus S. amore, verbo, omnibusque donis divinis, in bonum Ecclesiæ.

Altare quale?

Christus est Altare.

Altare de quo Christus sumpsit ignem.

CXLVI. Καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν. *Et projecit* [ignem] *in Terram*. Projiciet Christus Summus Ecclesiæ Pontifex, quidquid a Patre accepit ad stabiliendum

Christus projecit ignem in Terram, quomodo?

dum & conservandum Regnum suum gloriosum, ejus mandata, complacentiam, verbum, amorem, virtutem, Spiritum Sanctum, ad erudiendos homines in veritate, ad convellendos errores & hæreses. *Christus* sane solus is est qui Spiritum S. se missurum promiserat, Joh. 15. is ipse eum etiam misit, sub emblemate ignis, die Pentecostes super Apostolos: *Hic Jesus, dextra Dei sursum sublatus, & promissum Spiritum S. adeptus a Patre, effudit hoc quod vos nunc cernitis & auditis.* Act. 2. 23. 33. Nec silentio præteriri debet, vas igne fuisse repletum, partem, uti audivimus, adhibitam intus ad Altare aureum, ad suffiendum, partem in Terram projectam. Christus enim suis meritis, suis donis plurimis, suoque amore tanquam ardentissimo igne gratum facit suffitum apud Patrem pro Ecclesia, sed & multum *ignis* donorum, & Spiritus Sancti gratiarum, abundantissima in Terram projiciet: *effudit* enim jam super ipsos Apostolos, testante Paulo, Tit. 3. 6. *Spiritum Sanctum copiose per Jesum Christum Servatorem nostrum.* Ex ejus *plenitudine* Ecclesia semper omnia *accepit, & gratiam pro gratia.* Joh. 1. 16. Sane si Christus verissime dixit: *Spiritum nondum datum esse*, Joh. 7. 39. cum tanta copia, ac post ejus ascensionem, die Pentecostes, nondum datus fuerit; recte quoque dici potest, hactenus Spiritum Sanctum nondum fuisse datum, si respiciamus ad beata ista tempora Regni gloriosi Jesu Christi, sub ultimis fatis Ecclesiæ.

Ignis projectus in Terram.

CXLVII. Projecit autem ignem εἰς τὴν γῆν *in Terram*. Diximus a Sacerdote ignem effusum fuisse in *Terram*, sive in pavimentum Templi. Terra, ut Es. 49. 8. & 65. 17. & 66. 22. Cant. 2. 12. Apocal. 21. 1. & alibi, ita & hic videtur significare *Ecclesiam*, oppositam *Mari*, ex quo bestia ascendit Antichristiana, & in quo nec arbores sanctorum, nec fructus fidei & pietatis. Apocal. 13. 1. Erat & Templum Emblema luculentum Ecclesiæ Novi Testamenti, quod clarissime constat, vel ex solo loco Apocal. 8. Quamvis tamen non negem, totum terrarum orbem intelligi posse; quoniam Christus beatis istis temporibus Spiritum Sanctum, verbum, gratias, efficaciam, & quidquid per sacrum hunc ignem intelligitur, cumulatissima mensura distribuet cunctis populis, nationibus totius terræ, ut omnes ad se convertat. Sed & tunc tota Terra ipsius erit Templum, in monte altissimo, supra omnes elato montes Es. 2. 3. *Tota terra instar aquarum cognitione Dei implebitur.* Es. 11. 9. *Omnis populus Dei justi erunt.* Es. 60. 21. *Omnes Gentes ad eum accedent.* Es. 2. 2. & 66. 20. &c. Mal. 1. 11. Psal. 22. 28. & 67. & 72. *Tota terra ejus plenitudine repleta erit.* Psal. 27. & *nomen ejus magnificum agnoscetur per totam terram.* Psal. 8. Ergo in totam *Terram* revera effundet Summus hic Pontifex sacrum suum ignem.

Terra est Ecclesia.

Tota Terra ultimis Temporibus erit Templum Dei.

Ignis etiam iram Dei notat.

CXLVIII. Potest etiam *ignis* significare *iram* & excandescentiam Dei, pœnas & castigationes judiciaque rigida, quæ Christus supremus Rex & Pontifex exercet, in Ecclesiæ hostes, Antichristum ejusque crudeles gnatones, in seductos & superstitiosos Turcas, in obstinatos Judæos, & Idololatras Gentiles, quos instar *Sodomitarum*, aut *Nadabi* & *Abibu* vel sociorum *Core* vehementissimo consumet *igne*. Gen. 19. Levit. 10. vide & Num. 26. Deut. 32. 22. Ejusmodi ignem projecit in Civitatem impiam. Ezech. 10. 2. Tali sane *igne* horrendo consumpta est Respublica Judaica, omnesque in ea inimici J. C. Apocal. 8. 8. Eodem igne destruenda dicitur *bestia* & *Meretrix*. Apoc. 13. 13. & 18. 7. 8. Dan. 7. 11. *Gog* & *Magog* Apoc. 20. 9. Ezech. 38. 21. 22. & 39. 6. Ita semper in bonum Ecclesiæ suæ, ad illuminandos, ad fovendos suos, & ad destruendos hostes, *ignis ante ipsum ardebit, & circa ipsum procellosus erit valde* Psal. 50. 3. Quemadmodum verbum Evangelicum, sacer iste in ore Ministrorum est *odor vitæ ad vitam, iis qui servantur;* ita est & *odor mortis ad mortem, iis qui pereunt.* 2. Cor. 2. 14. 15. 16. vide Jer. 5. 14. Apoc. 11. 5. vulgare est apud Judæos: *ignem altaris*, & *misericordiæ* Dei, erga pœnitentes, & *iræ* erga impios fuisse symbolum.

Igne deleta est Resp. Judaica.

CXLIX. Tandem ἐγένοντο φωναὶ, καὶ βρονταὶ, καὶ ἀστραπαὶ, καὶ σεισμὸς, *factæ sunt voces, & tonitrua, & fulgura & terræ motus.* Ostendimus Thesi CXXXI. & CXXXII. ingentes auditas fuisse *voces*, post oblationem Thymiamatum, per instrumentum *Magrepha*, per *tibias*, per *cymbalum*, per *tubas*, & per *cantum*, ut revera *tonitrua* visa fuerint; & quamvis non sint credenda omnia, quæ fabulantur Talmudici, tamen certum esse, voces & sonum tunc auditum fuisse altissimum, quantum ore & instrumentis edi potest, ut ubique Hierosolymis, ac in vicinis locis audirentur, omnesque agnoscerent quo tempore Thymiamata precesque fiant a Sacerdote in Templo Dei. Ejusmodi *voces* & *Tonitrua*

Ad adventum Christi solent audiri voces. *trua* audienda sunt in tota Terra, maxime in Ecclesia Dei, tanquam in vero ejus Templo, ad adventum Summi nostri Pontificis Jesu Christi. Ad ipsius nativitatem statim auditæ sunt *voces cœlestes:* Quantæ fuerunt *voces* Angelorum, quum totum aera suis clamoribus implevissent! *Gloria Deo in excelsis* &c. Luc. 2. 14. Quanta *vox* hujus Pontificis Jesu Christi in horto Getzemane, & in arbore crucis! *Pater si possibile est transeat hoc poculum. Anima mea anxia est usque ad mortem. Deus mi, Deus mi, quare me dereliquisti?* Matth. 26. & 27. Sane si *vox* S. Pontificis Deum invocantis, Sanctumque ejus nomen pronunciantis, audita est Jerichuntem usque, tradentibus Talmudicis, certissimum est Summum hunc nostrum Pontificem, *in diebus carnis suæ deprecationibus oblatis, cum clamore valido & lacrymis, apud eum, qui poterat eum servare a morte*, suam edidisse *vocem*. Hebr. 5. 10. Quanta fuit ipsius *vox*, cum e cœlo usque in terram audiretur a Paulo? Act. 9. *Saul, Saul, quare me persequere?* Ingens sane *vox*, prorsus cœlestis, & instar *tonitru*, fuit prædicatio Evangelii, per Apostolos; *eorum vox prodiit in totam Terram, & in extremitatem orbis habitabilis sermones eorum*. Psalm. 19. 5. Rom. 10. 18. Erant sane omnes, non minus quam *Jacobus filius Zebedæi*, & *Johannes frater Jacobi BOANERGES, id est filii tonitru*. Marc. 3. 17. *Voces*, & non ordinariæ quidem, audiebantur die Pentecostes, in missione cœlestis *ignis* Spiritus Sancti. Act. 2.

Prædicatio Evangelii facta est magna voce.

Apostoli Boanerges.

CL. Altiores tamen spero audiri *voces*, ultimis Ecclesiæ Fatis, sub septima periodo, cum tunc nulla amplius erit natio, a qua non audiatur, & cujus mens non potentissime moveatur & ad Christum adducatur, cum veritas Evangelii, per totum orbem, etiam in locis remotissimis, & hactenus ignotis, liberrime, altissime & summa efficacia prædicetur: ut tunc plenissime suum habitura sit eventum prædictio: *vox prodiit in totam Terram, & in extremitatem orbis habitabilis sermones eorum*. Psal. 19. 5. Ingens ista vox, altissimus non minus quam jucundissimus sonus septimæ tubæ, aures, omnium gratissime feriet, instar tonitru: *Regna mundi sunt Christo & Domino ipsius*. Apoc. 11. 5. Sunt igitur *voces, tonitru*, altissima & potentissima prædicatio Evangelii, Generalis, per totum orbem, Dei publicus cultus, laudes, cantica, preces & gratiarum actiones. Si unquam, maxime tunc ministri Dei, excellentissimi erunt *Boanerges, filii tonitru*. Oportet sane ut *altissimæ*, beatis istis temporibus, sint Christi illiusque Ministrorum *voces*, quandoquidem per totam terram, a populis remotissimis, & hactenus ignotis, *audiendæ* sunt, & cum omnes nomen Christi sint professuri, prædicaturi, & laudes ejus cantaturi: quo enim plures eduntur *voces*, sermones & cantus, eo altiores voces. Si Tubæ auditæ sunt ad Thymiama, sane ad hanc oblationem suffitus magno clangore audietur *tuba:* est enim *vox* Christi instar *σάλπιγγος tubæ*. Apocal. 1. 10. Ita & *voces* Cithararum & *cantici*, quæ etiam ad suffimenta audiebantur, erant ut *voces multarum aquarum*, & ut *vox magni tonitru*. Apocal. 14. 2. 3. Est instar *rugitus Leonis* Apocal. 10. 3. Hos. 11. 10. 11.

Ultimis Ecclesiæ fatis altiores erunt voces.

CLI. Ideo non solum *φωναὶ voces*, sed & *βρονταὶ*, *καὶ ἀστραπαὶ*, *καὶ σεισμὸς* fuerunt. Ipsæ voces altissimæ sunt instar *tonitru*, ut non mirum, si dicatur etiam fore *tonitrua*. Est tamen tonitru vox cœlestis, proveniens ex nubibus, magis e cœlo, a Deo, quam ab hominibus provenire. Solet Deus, quando se modo extraordinario Ecclesiæ manifestat, sæpe præsentiam suam testari *tonitru*, quemadmodum in traditione Legis e monte Sinai, ubi sane *βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ tonitrua* & *fulgura terribilia* audita sunt. Exodi 19. & 20. Ita in prædicatione Evangelii. Joh. 12. 29. quare & Christi discipuli *Boanerges, filii Tonitru* dicti sunt. Marc. 3. 17. Ejusmodi *ἀστραπαὶ fulgura* quoque conspecta sunt in publicatione legis. Exodi 19. & 20. Eodem modo & in prædicatione Evangelii. *Nam si ministerium mortis in literis positum, & sculptum in lapidibus fuit gloriosum, adeo ut non potuerint intentis oculis intueri filii Israel in faciem Mosis*, propter gloriam faciei ejus, quanto magis gloriosum erit *ministerium spiritus*. 2. Cor. 3. 7. 8. Die Pentecostes Spiritus Sanctus in Apostolos missus est, ut *ignis* instar *linguarum divisarum*, quæ sane non male cum *fulgure* conveniebant. Significat autem fulgur splendorem, lucem & claritatem veritatis Evangelii, ut ab omnium oculis percipiatur, & credatur. Idem indicare voluit ipse Servator, quum *faciem haberet splendentem instar Solis*. Matth. 17. 7. vide Dan. 7. 9. 10. Ipsi Ministri Christi istum mentis splendorem ostenderunt splendore externo, in ipso etiam corpore. Non solum *Angeli*, cujus visus erat ut *fulgur*, & vestimentum ut

Deus præsentiam testari solet tonitru.

Fulgur quid notet?

nix

nix Matth. 28. 3. Sed & *Mosis* Exod. 34. & *Stephani*. Act. 7. & aliorum. Ita & σεισμὸς *motus* solebat percipi, quando Oeconomia Promissionis mutata est in aliam, sub Veteri Testamento. Ita & *motus* ad Oeconomiam Novi Testamenti quorum utrumque docet. Hag. 2. 1. & Paulus Hebr. 12.

Tonitru & Fulgura notant prædicationem Evangelii.

CLII. *Voces* igitur non solum, sed & ipsum *Tonitru*, & *fulgura*, significant prædicationem Evangelii: Nam & ipsæ βρονταὶ sive *tonitrua* suam habent *vocem* magnam, & *loquuntur*. Apoc. 14. 2. & 10. 4. Et *Motus* mutationem proculdubio, per conversionem populorum ad Christum, notat. Certe si magnæ *voces*, & *tonitrua*, & *fulgura* & terræ *Motus* fuere ad erigendam Oeconomiam Veteris & Novi Testamenti, sane non minus ista omnia animadversa sunt, ad percutiendam Meretricem Babylonicam. Sed hisce multo majora audientur ac animadvertentur ultimis fatis, aut sub septima periodo, quando totus orbis ad Christum convertendus erit. Non sine causa est quod dicatur. Apoc. 10. 3. 4. audita fuisse ἑπτὰ βροντὰς *septem tonitrua*: ad singulum scilicet Ecclesiæ fatum, sive periodum. Sed omnium proculdubio altissimum & vehementissimum audietur, ubi maxima erit in Ecclesia mutatio. Ideo toties, ubi de ultimo isto fato agitur, dicuntur *voces multarum aquarum*, *voces magni tonitru*, & *magni motus*. Omnium maximum fore *motum*, ultima periodo, patet ex septima phiala. Apoc. 16. 18.

Voces, tonitru, fulgura, & motus etiam significare bella & motus varios ad delendum Anti-Christum.

CLIII. Fateor tamen, quemadmodum *ignis* sumi potest pro *ira*, *vindicta* Dei illusque *pœnis* atque *judiciis*, quæ exercebit Christus in hostes Ecclesiæ, ut superius ostendimus, ita & *voces*, & *tonitru*, & *fulgura*, & *motus* posse significare, *dissidia*, *bella*, *trucidationes*, *lanienas* & *commotiones populorum* ad evertendam Babylonem, ad extirpandum Antichristum, & ad erigendum Regnum gloriosum Jesu Christi. Forte etiam persecutiones, lanienas, variaque mala, quæ patientur ipsi sancti in Ecclesia, & illi qui convertentur, antequam Regnum istud perfecte erit stabilitum. Ita *tonitru*, *ignibus* magnis *motibus* percutiebantur Ægyptii. Exod. 9. 21. 22. 23. Vide 2. Sam. 22. 14. Job. 28. 26. & 38. 25. & 39. 28. Psalm. 18. 14. & 29. 3. Es. 29. 6. Et cum *grandines* decidere soleant inter *tonitrua* atque *fulgura*, multumque noceant mortalibus, ideo & hisce temporibus ad destruendum Babylonem, *grandines* dicuntur cadere cum *tonitru* & *fulgure*, *magnasque plagas* per grandines passos esse homines, ut etiam *Deum blasphemaverint*. Apoc. 16. 21. vide & Apoc. 11. 19.

Forte persequutiones contra Ecclesiam.

Depingitur Regnum Christi gloriosum sub septima periodo.

CLIV. Patet igitur ex omnibus, quæ hactenus dicta sunt, quinque prioribus versiculis hujus capitis depingi Regnum Christi gloriosum, sub septima periodo: tanquam eximiam partem Sacerdotii Jesu Christi, qualis erat oblatio Thymiamatum. Quinque hæc priora commata id exprimere, adeoque non esse segreganda, quasi solum *silentium* semihorii referendum esset ad septimum sigillum: cum nihil occurrat in quinque hisce commatibus, quod olim, sub Veteri Testamento in Templo, non fuerit observatum circa קטורת *oblationem Thymiamatum*. Ad Thymiamatis oblationem profundissimam fuisse σιγὴν *silentium*, & *semihorii*, quidem demonstravimus §. 12. 13. 14. 15. De illius significatione. §. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. Adfuisse quoque ἀγγέλους *Sacerdotes*, aliosque *Cantores*, & σάλπιγγας *Tubas*, quid *Angeli* & *tubæ* notaverint, quoque exposuimus. §. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. *Alium Angelum*, sive *Sacerdotem*, præter Cantores, adfuisse ac *stetisse* ad *Altare holocaustorum*, ad suffimigationem perficiendam, ostendimus §. XLII. usque ad LVII. Hunc Sacerdotem suffitui destinatum, habuisse λιβανωτὸν *foculum aureum*, ad colligendas prunas; quid etiam notaverit, istud *vas* atque *prunæ*, patet a §. LVII. usque ad LXXVII. *Sacerdoti* Thymiamata offerenti quoque *data* fuisse θυμιάματα πολλὰ *multa thymiamata*, ut ea *daret*, id est Deo offerret, quid significent, quomodo *data* quoque sint *Christo*, docuimus a parag. LXXVI. usque ad LXXXVI. Thymiamata oblata fuisse a Sacerdote cum *precibus Sanctorum*, ad *Altare aureum*, *coram throno Dei*, quomodo *fumus ascenderit ex manu Angeli*, id est Sacerdotis, *coram Deo*, & quid a Christo præstitum, & in posterum præstandum sit, clarum est a §. LXXXIX. usque ad CXXVII. Sacerdotum suffitui destinatum sumpsisse λιβανωτὸν, illud *replevisse ex igne altaris*, *& in terram projecisse*, diximus a §. CXXII. usque ad CXXX. Tandem ingentes fuisse circa Thymiamata, φωνὰς καὶ βροντὰς καὶ ἀστραπὰς, καὶ σεισμὸν *voces & tonitru*, *& fulgura*, *& motum*, quoque probavimus a §. CXXX. usque ad hanc thesin ultimam.

Iterum colligitur non solum silen-

CLV. Cum igitur ista omnia, quæcunque hisce quinque Commatibus continentur, observata fuerint circa obla-

tium pertinere ad Septimum Sigillum.

tionem Thymiamatis, certissimum est, ea non esse distinguenda quasi solum *silentium* referendum esset ad *Septimum Sigillum*; sed omnia ita nexa esse, ut simul nobis exhibeant Sacerdotium Jesu Christi, sub ultimis Ecclesiæ fatis, sive sub septima Periodo, modo excellentissimo, per totum terrarum orbem. Præterea demonstravimus quoque §. 3. & 4. ex Apocalypseos capitibus XI. XVI. & XXI. post *septimam tubam*, post *septimam phialam*, & post integrum *Casum Babelis & Antichristi*, *Templum Dei apertum iri*, *Arcam Fœderis conspici*, *Tabernaculum Dei fore inter homines*, magnasque audiri *voces*, *tonitrua*, *fulmina*, *terræ motum*, immo *grandines* non minus quam ad hoc *Septimum Sigillum*; ut necessario & *silentium*, & quæcunque adduntur de *Septem Angelis*, de *Tubis*, de *Angelo stante ad altare*, de *aureo ipsius Vase*, de *Thymiamatibus multis*, eorumque *oblatione in Altari aureo*, *cum precibus Sanctorum*, de *collectione ignis ex altari*, de *Vase igne repleto*, *ejusque in Terram projectione*, deque tandem *vocibus*, tonitru, fulmine, & terræ motu, ad idem Jesu Christi Sacerdotium, ultimis temporibus, adeoque ad Septimum Ecclesiæ fatum, referenda sint. Et hæc quidem hactenus de *Septimo Sigillo*.



GEOR-



GEORGII MICH. DOEDERLINI
EXERCITATIO
DE CANDELABRIS JUDÆORUM SACRIS.

Q. D. B. V. CONSPECTUS TRACTATIONIS.



Andelabri origo traditur §. I. Materia §. II. Forma §. III. Latitudo §. IV. Longitudo §. V. Soliditas §. VI. Scyphorum, malogranatorum, florum §. VII. Lucernarum §. VIII. Emunctoriorum & extinctoriorum forma §. IX. Oleum §. X. Situs §. XI. Expiatio & consecratio §. XII. Cultura §. XIII. Sub Mose, §. XIV. Sub Aarone §. XV. Gilgale, Silunte, Nobae, Gibeone; In Templo Salomoneo, auctio & amplificatio §. XVI. Cultura §. XVII. Neglecta & eversa §. XVIII. Restituta in templo secundo §. XIX. Penitus abrogata ac deleta §. XX. Sed memoria ac vestigia conservata §. XXI. Analoga duo (α) candelabra in atrio mulierum §. XXII. (β) Visio Prophetica Zachariæ cap. IV. §. 23.

§. I. INter candelabra Judæorum ſacra primo ſe nobis ſiſtit loco Moſaicum illud, cujus in Sanctuario quondam collocati originem ab Ægyptiis arceſſendam eſſe ſtatuunt *Marſhamus Canone Chronico*, & *Spencerus Libb. III. de legibus Hebræorum Ritualibus*, quos tamen ſolide & erudite confutavit *Herm. VVitſius in Ægyptiacis*, & plurima, ex Iſraelitarum ſacris ſurrepta, ad ſuperſtitiones ſuas detorſiſſe Ægyptios, comprobavit. His itaque in certo poſitis, non alium quam ipſum Deum auctorem ſtatuimus, quippe qui typice hoc modo illuſtriſſimum lumen Spiritus S. quod in Eccleſia Novi Teſtamenti lucere debebat, jam inſinuaturus, ſecundum exemplar aliquod, ac typum, in monte Sinai repræſentatum, candelabrum ſacrum voluit formari.

§. II. Ordinis ratio exigit, ut de materia candelabri videamus, hæc *Ex.* 25. 31. dicitur aurum puriſſimum Ophiriticum, partim ex vaſis Ægyptiorum conflatis, partim (quod maxime vero ſimile eſt) ex ipſa petitum Arabia Felice, cujus pars Ophir aurifera erat, ab Ophir Filio Joktan nomen ferens, atque hujus quidem pondus erat ככר אחד, talentum unum, idque ſacrum, quod fuit 120. minarum, ſive 300. librarum, quarum unam 12. unciis æſtimes, duæ enim libræ cum dimidia conſtituebant unam minam, teſte *Joſepho Ant. Jud. l.* 4. *cap.* 26. quam pondere æquabant 60. ſicli *Ez.* 45. 12. Harum itaque minarum centum in candelabrum ſolum, reliquas viginti in emunctoria & extinctoria inſumtas fuiſſe præeunte *Joſepho Lib.* 3. *cap.* 7. *A. l.* & *Abarbanele in comment. ad h. l.* cenſemus.

§. III. Ex centum proinde minis candelabrum per partes intus vacuas, arcte inter ſe cochleis jungendas, ope ignis fuſas, a Bezaleele, ex tribu Juda, & Ahaliab Danita, complurium artificum aliorum opera adjutis, ita fabricatum fuit, ut eſſet corpus tres cubitos ſacros, ſive 18. palmos, quorum unus 4. digitorum magnorum eſt, altum, in quo primum conſpiciebantur tres leunculorum pedes, qui partes erant baſis, ad inſtar arculæ fabricatæ, e cujus medio ſurſum aſſurgebat thyrſus ſive ſcapus, in quo flores erant baſin contingens (quem in verſum *Scacchus in Myrothecio Elæochriſmatum S. Goere in Republ. Hebræorum p.* 1. & *Herm. VVitſius in Miſcellaneis S.* pingunt) & cum illa pedibuſque leunculorum, 3. palmorum, de 18. iſtorum numero, altitudinem conficiens; florem hunc ſcyphus, malogranatum, iterumque flos, ſingula palmaria, exceperunt, poſt quæ collocanda ſunt 3. malogranata, totidemque ſcyphi, ita ordinata, ut poſt malogranatum & ſcyphum unum lævor ſive glabrities in ſcapo eſſet unius, qua altitudinem, palmi, adeoque, his in ſummam conjectis, novem, &, additis prioribus, 15. palmi altitudinis conficerentur: reſidui tres malogranato & flore, quem glabrities antecedebat, ſingulis palmaribus complebantur. Ex ſecundo malogranato, quod in ſcapo conſpicitur, prodierunt duo rami, utroque latere unus, ſibi e diametro oppoſiti, oblique ducti, æquabili proportione inflexi ac altitudinis undecim palmorum; ſinguli habuerunt 3. ſcyphos, malogranatum unum, & florem unum, ita ſe excipientia, ut ſcyphus primum eſſet, deinde lævor 2. palmorum quem ſecundus, ac, poſt interjectum 2. palmorum lævorem, tertius ſcyphus, &, præmiſſo 2. palmorum lævore, malogranatum, hoc vero flos ſequebantur; Eadem quoquæ fuit facies ramorum, qui ex malogranato tertio & quarto bini prodierunt, niſi quod in his nullus, in iſtis vero palmaris tantum lævor eadem, qua in prioribus, alternatione intercederet. Ceterum tres ramorum claſſes ſeu ordines ſibi e diametro oppoſiti fuerunt, alter ab altero, tertius vero a ſcapo, remotus dimidio cubito, ſcyphorum quoque, malogranatorum & florum ubivis, cum in ramis, tum in ſcapo eadem fuit quantitas, nempe palmaris. Ex quibus 9. flores, 11. pomogranata, & ſcyphi 22. a *Maimonide*, colliguntur, parteſque adeo in univerſum 42. quas tamen auget *Joſephus*, & 70. fuiſſe tradit, quem *Scacchus* ſequitur, ſed parum aut nihil explicat vel illuſtrat. Quodſi cum *Goerio* & *Villalpando* cuique octodecim ſcyphorum, qui in ramis ſunt, tribuas malogranatum & florem, unde conſequuntur partes 54. his addas *die* 4. *Schalen*, *die t' middelſte Riet hat*, *met haar* 4. *Knoopen*, *en* 4. *Bloemen*, Rabbini 5. malogran. & 3. flores ponunt) & quatuor, quibus baſis componitur, partes a *Goerio* omiſſas, habebis utique 70. partes, ſed Rabbinorum quoque præſtantiſſimos *R. Sal. Jarchi*, *Abarbanelem in comment. ad h. l. Bartenoram & Maimonidem in nott. ad Menachoth* contradicentes, textum vero ſacrum *Ex.* 25. 33. non tantopere repugnantem, quin hanc explicationem non contortus admittat.

§. IV. Latitudo ſive denſitas & craſſities Candelabri, etſi a nemine, quantum

tum memini, commemorata, non tamen minor uno palmo ſtatuenda videtur, æqualis ubivis, nec in cacumine major minorve, quam ubi baſi conterminus erat ſcapus, cujus parte illa, qua glaber ſ. lævus erat, æſtimanda eſt. Tanta quoque vendicanda eſt æqualitas ſex ramis, non majori inferius, nec minor ſuperius.

§. V. Longitudo candelabri *Maimonidi* eſt ea menſura, quam rami extenſi in ſummitate ſua tenent, hanc *Goere* latitudinem vocat, & trium cubitorum (*boven dry Ellen breed*) fuiſſe dicit.

§. VI. Diſquirenda nunc eſt eorum ſententia, qui candelabrum ex una auri maſſa, opere contiguo ac indiſſolubili, per malleationem fabricatum & cuſum fuiſſe autumant, innixi [1] voce מקשה *Ex.* 25. 31. [2] ממנה יהיו, ibid. (3) כלה מקשם אחרת *Ex.* 37. Ad [1] reſp. nequaquam מקשה ſignificare opus ſolidum, intus plenum, ex una maſſa ſeu fruſto malleatione productum, ut juxta *Goere der Kandelaar moeſte met den Hamer uyt een ſtuck gedreven vverden, niet gegoten, noch uyt ſtucken deelen ſamen geſet en geſoudert, maar alſvvie ſeyden uyt een ſtuck*, id enim nec fieri potuit, nec talentum, quamvis duos propemodum centenarios noſtri ponderis æquarit, ſuffeciſſet candelabro, quantum quidem a Rabbinis deſcribitur, ut ad miraculoſam & nullo manuum humanarum adjumento factam effigiationem, h. e. ad fabulas refugere neceſſum ſit. Locus ad quem provocat adverſa pars *Dan.* 5 6. משענת קנה רצוץ הוא אשר בטחו ונסמכו עליו ובא בכפם ונקבם non enim deſcendit מקשה a נקש, ſed a קשה, ut ſenſus *Ex.* 25. 30. ſit: conficiatur candelabrum totum, quantum quantum eſt, ex auro puro, nulla re alia mixto. Dubitare enim quis poterat, utrum tam grandi & excellenti operi, quale candelabrum erat, merum aurum fuerit adhibitum, anne vero, vel argento mixtum, vel totum, aut aliqua ſui parte, infima cumprimis, quemadmodum aſſeres τῶ משכן, qui tamen per vectes aureos inter ſe jangebantur, pedes argenteos habebant) argentum auratum ſeu auro obtectum fuerit? non ſic, reſpondet ad hoc *Abarbanel*, quoniam Deus cor h. e. interiora reſpicit, non externum ſplendorem oculis patentem, ſed quicquid in eo erat, aurum erat purum totum *ſyn louter goud*, ut ait *Goere*, *ſonder eenig andere ſtoffe darnevens te hebben, geluyck dem Reuckaltar, d' Arke des Verbonds*, quæ ſolo auro puro obducebantur nec tamen intus aurea, conf. *Num.* 8. 4. 1. *Reg.* 7. 49. quem locum ſic illuſtrat *Abarbanel*: שער פרחה שהיה בסוף ירכה ועד הנרות שהיו בקצה המנורה הכל היה זהב מן הקצה האחר ועד קצה האחר. Indicat præterea, partes candelabri per cochleas curate elaboratas, tornatas, inter ſe firmiſſime fuiſſe implicatas & conjunctas, ne vacillarent, ſed firmiſſime inter ſe cohærerent. Ad (1): ממנה יהיו non ad מנורה, ut poma, ſcyphi, flores, rami ex eo fruſto protrahendi ac diducendi fuiſſent, ita ut ab eodem eſſent inſeparabiles, ſed ad מקשה referendum eſt, ut ſenſus ſit: lucernas, poma, flores &c. ex eodem numero talento auri fuiſse conficienda. Tertium ἀντεχέρημα noſtram potius roborat ac confirmat ſententiam, nec aliud ſibi volunt verba illa, quam quod merum aurum debuerit eſse, omneſque partes cochleis inter ſe in unum ſyſtema jungi; forte etiam ut tanto purius evaderet aurum, varia χρυσίδια ab Iſraelitis allata, congeſta, ab impuritate, ceteriſque metallis vilioribus ope ignis antea ſeparanda & in unam maſsam ſeu fruſtum conflanda fuerunt, ut accurate pondus talenti, candelabro adhibendi, conſtaret, & ut Raſchi dicit, שלאי היה משקלה עם כל כליה אלא ככר אחד לא פחות ולא יותר. Accedit Etymologia τῶ ככר *VValtoniana*. Conjectaram quoque firmat *Maimonides in Jad Hbaſaka fol.* 147. dicens prohibitum eſſe, candelabrum ex גרוטאות, veteramentis fractis, mutilis, cujuſcunque metalli confici. De maſsa itaque furno conflatorio immiſsa, igneque mollita, tantum quiſque artificum deſumſit, quantum vel ipſe, vel Bezaleel, vel Moſes aſſignato & de mandato operi perficiendo neceſsarium ratus eſt, ſuoque modulo fuſorio ad inſtar, ſeu ſchema a Moſe delineatum conſtructo aut cælato immiſit, deinceps torno ulterius perfecit, poliit, lævavit. Sententiæ huic patrocinium fert *Joſephus Ant. Jud. Lib.* 3. *cap.* 7. ἵσαται, dicens, λυχνία ἐκ χρυσῦ κεχωνευμένη διάκενος, eſt autem χωνεύειν ope fornacis conflatoriæ aliquid fabricare. Conſentiunt *LXX. Interpp.* ſic vertentes *v.* 31. *Ex.* 25. καὶ ποιήσεις λυχνίαν ἐκ χρυσῦ καθαρῦ, τορευτὴν ποιήσεις αὐτὴν, *v.* 39. ὅλη τορευτὴ ἐξ ἑνὸς χρυσῦ καθαρῦ, conf. *Jeſ.* 3. 24. משקרים quod iidem per ἐκ πετυπωμένη καρύισκοις, *Aquila* per ἐξημυγδαλωμένη, *Scholiaſtes* ejus per πετορνευμένη ἀμύγδαλον, i. e. torno elaboratum ad inſtar amygdali, expreſserunt, ceu quidem *Critici Angli T. I. p. I.* referunt.

runt: Accedit *Aben Esra*, & מקשה hic, prout cum de Cherubinis usurpatur, intelligendum esse affirmat, horum autem corpus non fuit intus aurum solidum, sive *massive*, sed saltem auro obductum, ut cum operculo propitiatorio non essent unum opus continens, simul fusum aut cusum, sed tantum ei firmiter infixi, aut conjuncti vertebris vel cochleis, confer omnino 1. *Reg.* 6. 23. *seqq.* מקשה זהב טהור rectissime ipsi nihil est aliud quam זהב מזוקק שאין בו פסול defæcatum, *gelautert, rein abgetrieben und geschieden*, in quo οὐδὲν ἀλλότριον; nec ramos aut scapum קנים dici potuisse, nisi עגולים ארוכים חלולים fuissent, censent החראבע. Militant quoque pro hac sententia loca parallela, candelabra enim Salomonea alterius, quam Mosaicum, formæ non fuisse, extra controversiam est, affirmante hoc Scriptura 1. *Reg.* 7. 45. ואת כל הכילם האהל אשר עשה וגו׳, quod recte ipsumque קרי & כתיב expressit *Targum*: וית כל מניא האילן כעובד מני משכנא דעבד משה כן עבד חירם וכו׳, a quo non dissentit *Kimchi* ad h. l. & *R. Levi Ben Gerson*, ita commentans: שאילו הכלים היו נעשים בצורה שעשאם משה באהל ומזה אומרו ואת כל הכלים האהל כאילו אמר את כלי הכלים כלי האהל וכמוהו רבים בלשוננו: His suffragantur *Abarbanel*, *Comment. ad h. l. fol.* 244. *ed. Lips. 1686. & R. Kalonymus apud Raschium in Bibl. Buxtorff. Rabb. fol.* 930. *cap.* 4. vid. 2. *Chr.* 4. 17. Non defuerunt Salomoni artifices præstantissimi, eo enim regnante Respublica Judæorum ad felicitatis ἀκμὴν pervenit, ut literæ artesque mechanicæ & mathematicæ summopere excolerentur, ut ita, si candelabrum difficilimam postulasset industriam ac studium ingenii maximum, effici illud potuisset; at non מקשה per opus solidum intus plenum, ac una parte vel trunco absolvendum, explicatur, sed per זהב סגו׳ר h. e. juxta *Targum* דהבא טבא, seu, ut *Ralbag* & *Abarbanel* illustrant; נקי ומזורק וירמוה שזקוקו היה בשיסגרוהו תוך הכור באש עם דברים יוציאו ממנה סינים בעשן וישאר נקי ומזוקק ולזה נקרא סגור: Quod hic per סגור, id 2. *Chr.* 4. 21. per זהב מכלות explicatur, h. e. aurum perfectissimum, purissimum, sive ut *Kimchi* ulterius deducit: כליל זהב מזוקק הרבה וכן בדברי רז״ל עשר מנורות עשה שלומה וכל אחת הביאה אלף ככר זהב והכניסוה אלף פעמים לבור והעמידוה על ככר זהב. *Raschi* hoc explicat per Gallorum *fin*, quod finissimum sive purissimum Chymicis est: verba ejus hæc sunt: הוא מכלות זהב מזוקק וצרוף פין בלעז:

[illegible]

[illegible]

Claudat agmen *Scacchus*, qui sententiam adversam, cui tenacissime olim inhærens, eo progressus fuerat, ut candelabrum *Zachariæ cap.* 4. descriptum, idem plane cum Mosaico, & totum unum contiguum ac inseparabile opus fuisse contenderet, & lucernas, ramos, ceteraque ejus vasa, olearia, ingentem lenticulam, cum septenis lucernarum infundibilis appingeret, sententiam, inquam, adversam is retractavit, nostræque Patronus extitit. *Luth.* vero dum *Exod.* 25. 31. verteret: *daran soll der Schafft mit Rohren, Scalen, Knauffen und Blumeu seyn*, secutus τοὺς LXX. videtur, qui ירכה per καυλὸς exprimunt, &, præter Rabbinorum præstantissimos, contradicentem habent *Jonathanem Paraphrasten*, qui per בסיס, quod ipsissimum Græcorum βάσις est, illud expressit, ipsamque Scripturam, quæ *v.* 31. de basi & corpore candelabri, *v.* 32. 33. de ramis ex eo prodeuntibus *v.* 34. 35. rursus de scapo loquitur, quod observasse, quo minus in confusionem proclivis sit lapsus, impedit.

§. VII. Sed ut, unde digressi sumus, redeamus, partes reliquæ curatius lustrandæ sunt; unam autem sui generis noveris, omnes noveris. גביעים juxta *Abarbanelem* sunt כמין כוסות בוטלין ויוצאין מול קנה וקנה non ergo in latitudinem, seu ad latus, magis [ut communiter quidem sed pessime pinguntur] quam in altitudinem protrahebantur, sed erant inferius angustiores, superius paululum ampliores, adeoque poculis Alexandrinis, quorum os amplum, & fundus angustus, & mortario, seu piro, cui caput ademtum est, aut vitris nostris, quæ *Saidel-Riemer* vocant, non absimiles. כפתורים sunt poma cretensia, quæ rotunda quidem, sed simul aliquantisper oblonga, sicut ova, & circa scapum eminebant. פרחים *Maimonidi in nott. ad Menachoth* sunt rosæ, *in Jad Hhasaka* describuntur retulisse formam florum in columnis, qui sunt sicut scutellæ, cujus labium sive ora [sæpius] geminata exterius est. *Brianus* quoque *VValtonus T. I. Bibl. Polyglatt.* rosam in basi candelabri exprimit. Chaldæo sunt שושניך, quod utrum rosas an lilia vertas, etiamnum inter eruditos est controversum; *LXX. Interpp.* per κρίνα h. e. lilia verterunt, nec aliter *Josephus*, qui tamen addit σὺν ῥοΐσκοις, *Scacchus* pinxit lilia cum tribus flavis genicu-

niculis ſeu claviculis, non intellecta, ut videtur, voce ῥοΐσκος, quæ corymbum ſignificat ad mali punici formam rotundum *Ex.* 28. vero congruentius ſupra liliorum nondum ruptorum ſive apertorum capita collocandum, cui juxta *Lightfootum de Miniſterio Templi*, cavum aliquod etſi exiguum, quod ſupra florem ſit, agnoſcentem tanquam בבית שוקעו חל נר, ut Rabbinis dicitur, impoſita נר lucerna fuit.

§. VIII. Erat hæc ſcutella inferius accuminata, non formæ cymbinæ ſive ab utraque extremitate anguſta, ſed una tantum parte, quæ פנים Scripturæ, *Caſtalioni* roſtrum dicitur, altera parte oppoſita, quod tergum eſt, rotunda, velut amygdalum; ſuperius tota fuit clauſa, niſi in anteriori anguſtiori parte uno foramine patens, cui ellychnium, Rabbinis פתילה, Scripturæ נר ſpecialiori ſenſu, & a materia פשתה dictum, indebatur, debuit enim ἐξ ἑνὸς προσώπου, ut οἱ *LXX.* verba textus: על עבר פניה expreſſerunt, lucere. Fuerunt פתילות fruſta, a veſtimentis ſacerdotum, braccis aut cingulis, longo uſu detritis, rupta, duplicata ſeu contorta, & uſtulata, h. e. ſupra flammam expoſita, ut areſierent, tantoque clarius arderent, ut eſt in *Seder Moed Tr. Succa cap.* v. §. 3. conf. *Bartenoram* ad h. l. Muſco autem, lino impexo, cortice bombycis, filo ſalicis, filo deſerti, ligno, muſco quod ſuper aquas eſt, aut filo, de veſte quidem duplicata deſumto, ſed non uſtulato, juxta R. Elieſerem accendere nefas erat. *Sabbath. cap.* I. §. I. Rationem conſequentiæ & connexionis *Maimonides in Jad Hhaſaka* his verbis exponit: כל הפהילה שאסור בהן להדליק בשבת אסרו בהן להדליק במקדש במנורה שנאמר נר תמיד שתהא שלהבת עולה מאליה: Superius a tergo juxta *Scaccbum* prodibat lamina, per modum ligulæ protenſa, ſimulque ſuaviter erecta gibboſa curvitate, non, qualis annulorum eſt, rotunditate circulari, ut digitis infra poſitis his ſuſtentata collocari atque dimoveri, cum aptanda mane & veſperi eſſet, potuerit. Singulæ lucernæ, non nominibus ſeptem coram Deo ſtantium Angelorum, ut auctor modo præfatus vult, ſed numeris ſuis inſcriptæ erant, ut ſuo quæque calamo imponeretur, inde נרות מערכה *Ex.* 39. 37. dictæ. Mediæ ſ. occidentali lucernæ inſcriptum fuiſſe אחר, obſervat *Maimonides*, nec ipſi diffitentur Judæi, etſi plerique ad ſeptem planetarum nugas dilapſi, eam typum Meſſiæ fuiſſe, unici μεσίτου, qui dona cœlitus allata doctoribus Eccleſiæ ſuæ diſtribuerit, ſummus ipſe Epiſcopus & doctor, a quo ceteri lucem ſuam, h. e. doctrinam, aptitudinemque ſalutariter docendi accipere debeant, vid. *Goere l. c.*

§. IX. Habuit quæque lucernarum ſuum מלקח & מחתה. Non eſt מלקח emunctorium tale, quale communiter nobis uſurpatur, quippe quod extinctorium ſimul eſt, verum forfex, aut ſi mavis forceps vel vulſella, qua apprehenſa פתילה cum favilla ſua injiciebatur in מחתה, quod trullam communiter vertunt, referebatque parvæ ſcutellæ formam.

§. 10. Lucernæ oleo nutriendæ fuerunt, non eo tamen promiſcue quolibet, plurima enim ejus ſunt genera, quæ apud *Pollucem* & *Matthiolum* ad *Dioſcoridem* videas, arcebantur a candelabro præter picem & ceram etiam oleum kik, oleum combuſtionis ſ. profanatum, cauda, adeps coctus æque ac incoctus, reſina, ſeſamorum, nucum, raphanorum, piſcium & colocynthidum olea, & naphtha; adhibendum fuit ſolum oleum olearum, quæ triplicis generis conſtituuntur a *Scaccbo*; nos in ejus citra Rabbinorum teſtimonia aſſertis non morabimur, ſed cum terram Canaan fertiliſſimam olearum fuiſſe ſciamus ex *Deuter.* 28. 40. 2. *Reg.* 18. ita cumprimis ex *Menacboth cap.* 8. Thekoah 2. *Sam.* 14. commemoratum, primas, Ragab autem cis Jordanem ſecundas, qua olei præſtantiam, tenuiſſe, & olivarum ſ. acinorum olearum tres in una olea claſſes obſervamus, primo olivæ quæ in oleæ cacumine ſoli expoſitæ, primæ maturuerunt, colligebantur, aut potius conſcenſis ſcalis digitis nudis ſtringebantur, propterea quod obſervante *Catone de Re Ruſt. Lib.* I. *cap.* 55. olivæ baculo percuſſæ, & verbere dejectæ plus amurcæ habeant & marceſcant facilius quam quæ ſtrictæ fuerunt; altera claſsis eſt earum, quæ in media olea erant, ſerius ob id ipſum matureſcentes & colligendæ; tertia, quas infimi oleæ rami proferebant: cujuſque collectionis rurſus tria, adeoque in univerſum novem erant oleorum genera. Primum fiebat ex acinis de cacumine oleæ maturis congeſtis in mortarium, leniterque pilo contuſis, donec טפה ראשונה h. e. gutta prima prodiret, ocius tunc ab ulteriore contuſione ceſſandum erat; hoc oleum erat præſtantiſsimum, & ſolum ſoli candelabro aptum aliiſque uſibus interdictum, *Am.* 6. 6. Secundum oleum ex his ipſis acinis molendino illatis, prima hac tractatione expreſ-

expressum erat, quidem כשר למנחות verum פסול למנורה ולמשוח החלות juxta *Raschi*, *Exod.* 27. 20. ut & reliqua olea omnia, de quorum inter se ordine pretii videas *Menachoth. cap.* 8. Insigniter itaque fallitur *Scacchus*, qui oleum omphacinum optimum fuisse oleorum, & candelabro adhibitum, acutis figmentis & pigmentis evincere vult, circa quem refutandum non multum occupabimur, אונפקינון enim ipsissimum Græcorum ὀμφακινὸν est, observante *Buxtorffio Lex. Talm. pag.* 145. quod oleum uvarum immaturarum significat, ab omnibus Rabbinis uno ore impurum pronunciatum. Debebat autem oleum candelabri esse simplex, non admixta re alia, est enim & aliud, quod aromatibus conditum שמן רוקח & שמן השמחה dicitur, est quoque tertium, בשמים juxta *Scaccbum*, dictum; requirebatur quoque, ut זך, h. e. non tantum ex acinis optimorum & tenerrimorum, qui in cacumine erant, ramorum, sed ipsum quoque purum, limpidum ac clarum esset, מבלי שמרים ולא עכור, coloris flavi velut aurum, cui respondet יצהר vide *Zach.* 4. 14. & *Raschi* ibid. His requisitis instructum vocatur שמן המאור, cui inserviebat גולה lenticula, h. e. vas olearium tereti ambitu pressula rotunditate, [ut est apud *Apulejum in Floridis pag.* 346. *edit. Elmenhorst. Francof.* 1621. 8.] *Raschio* descriptum, quod habuerit formam pelvis rotundæ magnæ: erat hoc maximum vasorum hujus olei, conf. 1. *Reg.* 7. 41. indeque oleum quotidie desumebant, & rursus panno obvolutum sacerdotis summi sigillo obsignabant; commemorantur quoque *Zach.* 4. 2. מוצקות sive infundibula, formæ ab iis, quæ vulgo recepta sunt, non diversa, & adhibita להציק ולהשליך מהם השמן על הנרות ומכלים אחרים יותר גדולים מהם יריקו את השמן במוצקות ההם juxta *Abarbanelem* ad h. l.

§. XI. Candelabrum cum omnibus suis partibus perfectum & consummatum, tentorio conventus die 23. mensis ultimi, anni ab exitu primi illatum, & versus meridiem in sanctuario ita collocatum fuit, ut sacerdoti ingredienti a sinistra manu esset, vid. *Abarbanel l. c. fol.* 157. lucernæ eidem ita impositæ fuerunt, ut media, quæ scilicet in candelabri scapo erat, faciem suam, i. e. partem angustam sive rostrum ad occidentem, in quo sanctum sanctorum erat, verteret, ad cujus duo latera ternæ lucernæ, quæ in ramis erant, faciem suam dirigebant, ut tres ab aquilone, tres ab austro, ei oppositæ essent, שהנרות ג' מכאן וג' הכאן יהיו פונות אל האמצעי dicit *Abarbanel.* Fuit tamen המנורה juxta *Raschi Ex.* 26. 35. משוכה מן הכותל הדרומי שתי אמות ומחצה & ab ostio sanctuarii 10. cubitos & amplius remotum, utpote propius sancto sanctorum, quam panum propositionis mensa.

§. XII. Septem quoque diebus expiatum & consecratum ita fuit, ut vel singulis diebus, vel saltem tertio & septimo aqua vaccæ rufæ aspergeretur, singulis vero istorum dierum unguento sacro perungeretur: nam cum omnia tentorii vasa *Ex.* 40. 9. & quidem ut *Raschi* ex מדרש תורת כוהנים ad expiationem altaris holocaustorum notat, propterea, quia forte ad tabernaculi opus collatum aliquid fuit furto ablatum, aut de vasis Ægyptiis ereptis, quæ spolia belli censebantur, hæc vero per ignem missa expianda erant במי הנדה, quæ *Aben Esræ* rectissime sunt מי אפר הפרה כמו כי מי נדה לא זולק עליו, hoc quoque candelabro, sancto sanctorum tam vicino, accidisse, quis ausit negare? Nec ponderis cujusquam est objectio: tempus dati de vacca rufa præcepti *Num.* 19. non convenire; nam & vaccæ rufæ in sanctificatione Aaronis fuit usus, quemadmodum ex *Numer.* 9. 12. colligitur, & *Raschi* ad *Num.* 7. notat: *quod die tertio impletionum aspersi fuerint* (Aaron & filii ejus) & *septimo* (die) *tonsi*, & observante *Aben Esra Numer.* 19. *sectio hæc dicta fuit in deserto Sinai, quoniam dicta fuit eodem tempore cum præciperet Deus ut removeante castris &c. ponitur autem cap.* 19. *Num. quia ad cultum sacerdotis requiritur*, ista vero sectio ad quam provocat, *dicta fuit, de quo tabernaculum erectum* fuit; & מי חטאת Levitarum sunt של אפר הפרה juxta *Raschi*. Quibus accedit, quod *Exod.* 40. expiatio altaris & reliquorum vasorum conjungatur, hæc vero singulis diebus, modo *Ex.* 29. recensito expianda fuerunt juxta *Raschi* & *Ab. Esram ad h. l.*

§. XIII. Incensæ hoc septiduo lucernæ fuerunt a Mose (qui sacerdotis summi vices tantisper obiit) igne de altari holocausti desumto, quem is speculis mulierum הצובאות h. e. juxta *Targum* דאחיך לצלאה sive νησευσασῶν, supra basin & concham labri positis ac ad varios angulos dispositis, ut solis radios excipiendo, eosdemque ad altare reflectendo, materia inflammabilis in eo disposita incenderetur, concitavit.

§. XIV. Verum die primo Nisan anni

ni ab exitu ſecundi, poſt quam Moſes deſiiſſet tentorium erigere, in juriſdictionem Aaronis cultus ejus tranſiit, ſic enim ad *Num.* 7. *Raſchi* commentatur: בכלות משה ולא אמר ביום הקים תלמוד לומר שכל ימי המלואים היה משה מעמידו ומפרקו: & poſt pauca: וראש חודש ניסן והיה ביום שמיני היה & *Lev.* 49. 9. ad ביום שמיני notat, quod iſte fuerit octavus dierum impletionum & initium ſive prima dies menſis Niſan; cui ſuffragantur Talmudici referente *Aben Eſra* dicentes, *quod dies iſte octavus fuerit primus dies menſis Niſan, & ſeptiduo impletionum Moſes quotidie tentorium erexit & diruit, ut ei aſſuefaceret Aaronem & doceret eum* (ejus erectionem & complicationem); confirmat ſuam ſententiam *Raſchi Num.* 7. 84. notans: מה תלמוד לומר ביום המשח אותו ביום שנמשח הקריב: Die hoc quo primum munus ſuum obiit Aaron in offerendis ſacrificiis, lucernas de prunis ligni in ara holocauſti, igne ſacro היוצא מלפני ה׳ in cenſi accendit, primo quidem mediam in ſcapo poſitam, ab hac deinde reliquas, earumque ellychnia & oleum ſingulis veſperis & mane renovavit, ſic enim ſentire nos jubet *Ex.* 30. 7. 8. ubi ſuffitus mane & veſperi faciendus cum aptatione lucernarum conjungitur; neque ita differunt העלאת & הטבת הנרות ut mane equidem oleo inſtructæ, veſperi autem demum accenſæ ſint dicendæ, nam expreſſe הדלקת הנרות היא הטבתם eſſe pronuntiat *Maimonides*, a quo non penitus diſſentit *Joſephus*, qui mediam cum duabus aliis interdiu, noctu vero ſeptem arſiſſe concedit; at vero eadem opera concedetur, interdiu omnes ſeptem arſiſſe, cum illius aſſertionis nulla ratio e Scriptura dari poſſit, hujus vero quam maxima, quæ etiam patronum habet *Hecatæum*, antiquiſſimum maximæque fidei ſcriptorem, cujus hæc a *Criticis Anglis* citantur verba: καὶ ἐπὶ τούτων τὸ φῶς ἀναπόσβετον καὶ τὰς νύκτας, καὶ τὰς ἡμέρας, conf. *Lev.* 24. 24. *Ex.* 28. 38. *cap.* 30. 8. *Lev.* 6. 6. Illud hic tenendum quoque eſt, Aaronem ipſummet lucernas aptaſſe, non quod nemo id poſſet alius, erat enim, quæ extra velum ſancto ſanctorum oppanſum, pars a ſacerdotibus gregariis adminiſtranda, *Lev.* 21. *Hebr.* 9. 2. 6. etſi ſacerdoti ſummo integrum erat, quacunque cultus ſeu miniſterii parte αὐτοπροσώπως defungi, juxta *Bartenoram in nott. ad Joma cap.* 1. ibidem obſervantem, id cumprimis ſeptiduo expiationis feſtum præcedente eum facere fuiſſe ſolitum; ſed ייחס הכתוב הדלקת הנרות במקום הזה לאהרון לבדו לצוותו ביקיר לעצמו שהוא קדש ה׳ וידליקם בכל ימיו מפני כבוד המשכן שנעשה בימיו ועל זה נאמר ויעש וגו׳ juxta *Abarbanelem Num.* 8. 3. ut ita יערוך *Lev.* 24. 4. intelligi percommode poſſit, quod debeat ordinare, quantum olei infundendum ſit lucernis, ut a veſpere uſque ad mane ardeant, quod *Raſchio*, *Maimonidi*, & *Abarbaneli* placet.

§. XV. Fecit Iſraelitarum ſeditio univerſalis *Num.* 13. ut annis 38. ejus miniſterium ſeu cultus ceſſaret, poſt quorum & Aaronis vitæ finem, paulo ante mortem Moſis reſtauratus & exerceri ceptus fuit, ac, trajecto brevi poſt Jordane, cum terræ fructus jam ſuos facerent Iſraelitæ, aſſidue continuatus tam Gilgale, per ſeptennium, quam Silunte, quorſum tranſlatum tentorium conventus fuit, vid. *Am.* 5. 25. *Vitringæ obſervat. S. L.* 1. *p.* 3. *Leovard.* 1698. 4. *Pſal.* 95. 10. & *Aben Eſra ad h. l. Num.* 14. *Jeſ.* 42. 23. *Act.* 7. 42. *Joſ.* 18. Etſi autem hic muro cinctum & novo atrio auctum fuit, ceu referunt Talmudici *Sevachim cap.* 14. manſit tamen eadem candelabri conditio & cultus idem, quemadmodum nec mutatio, quam everſio Siluntis Philiſtæa induxit, quicquam circa illud mutavit, nec cum in urbe Nob, nec cum Gibeone eſſet, 1. *Sam.* 21. 22. 23. 1. *Reg.* 3. 1. *Chr.* 17. 39. 40.

§. XVI. Verum Salomon, ut univerſim in templo, ſic ſpeciatim circa hoc ſuam oſtendit magnificentiam Regiam, & decem candelabra nova, pondere & forma cum Moſaico, quod ſuperius jam evincimus, convenientia, confici juſſit quæ in templi ſanctuario verſus meridiem a Moſaici ſiniſtra quinque, & a dextra quinque, collocata fuerunt, ut quinque ab occidente ei eſſent oppoſita, adeoque in longitudine ſua, ea parte, ad quam lucernæ in ramis poſitæ faciem vertunt, æſtimanda, non juxta longitudinem, ſed juxta latitudinem domus, alterum ab alterius tergo collocata, omnium vero lucernæ mediæ occidentem ſpectarunt, umbra ad orientem projecta; diſtabat quodque a pariete auſtrali ב׳ אמות ומחצה juxta *Kimchi* 1. *Reg.* 6. Conſequitur ex hoc, candelabra non partim a ſiniſtra, partim a dextera ingredientis in ſanctuarium ſacerdotis, ſed a ſiniſtra partim, partim a dextera Moſaici [candelabri], quod confirmat *Kimchi* 2. *Reg.* 7. 48. פי׳ חמש מימין וחמש משמאל חמש מנורת מימין משה וחמש משמאל מנורת משה אבל כל המנורות היו בדרום & *Raſchi*; אין אפשר על כן שתאמר

שתאמר חמש מימין הפתח וחמש משמאל אם נן מצינו מנורה בצפון והתורה אמרה על ירך המשכן תימנה, atque *Ralbag ibidem*, repetitque ſuam ſententiam 2. *Chr.* 4. 7. notans ad ויתן בהיכל חמש מימין למנורת משה וחמש משמאל וכלם היו בדרום משמאל של שלחן בצפון.

§. XVII. Hæc undecim candelabra an omnia culta fuerint, an vero ſolum Moſaicum? nunc eſt diſquirendum: diſſentiunt hic Rabbini, pars in ſolo Moſaico, pars in omnibus fuiſſe lucernas accenſas & hæc quidem veriſſime contendit, ſtat enim pro hac ſententia *Kimchi* ואף על פי שיש מחלוקה בדברי רזל dicit tamen, quod הנראה כן הוא שעל כל המנורות היו מדליקין confirmat quoque hoc Scriptura S. 2. *Chr.* 5. 20. cui *Kimchi* ad idem caput commentans innititur, & ὁμόψηφον habet *Abarbanelem*, qui dicit, *quod quinque candelabrorum* (*Salomonis*) *fuerint a dextera candelabri Moſaici*, & *quinque a ſiniſtra ejus, nam præter vaſa, quæ addidit Salomon, fuerunt quoque in templo collocata vaſa, quæ confecerat Moſes, quod autem objiciunt, quod tentorium cum vaſis ſuis inter theſauros templi fuerit repoſitum id reſpicit cetera vaſa præter candelabrum, menſam, labrum* & *baſin, in ejus*; & recenſens, *quod quidam dicant in omnibus lucernas fuiſſe accenſas*, addit ſuam ἐπίκρισιν: והוא היותר נראה מפשט הכתוב; cumprimis autem medii candelabri, quod Moſaicum eſt, rationem curamque fuiſſe habitam, haud inviti concedimus. Ejus miniſterium ſic fuit inſtitutum: ſacerdotes circa templum excubias egerunt, ſurrexit ante gallicinium qui altare holocauſti erat purgaturus, ſeſe lavit, & ad ſortem legendam venit; purgato altari, & lignis de novo congeſtis, altera vice ad ſortem legendam acceſſerunt, ut, quis mactaturus, quis candelabrum decineraturus eſſet, eligeretur. Sortes erant tredecim, harum qui accepit quartam, propenſo ejus diei lucernas habuit; prorumpente aurora [hinc intelligas 1. *Sam.* 3. 3. 4. 5.) ac ſe diffundente, cum הרואה clamaſſet ברק ברקאי בחברון, ingreſſus eſt in ſanctuarium, manu tenens כוז, כלי זהב דומה לקיתון גדול, quod erat lapidem trium graduum, ante candelabrum poſitum, conſcendens, in ſecundo horum כוז depoſuit, lucernam mediam de ſcapo demiſit, ejus ellychnium ope מלקח extractum vaſculo כוז impoſuit, oleumque vetus in dictum כוז effudit, novi olei חצי לוג [tantum videlicet, quantum noctibus quoque brumalibus longiſſimis ſufficeret, quod tamen ut brevioribus æſtivis, quantum fieri poſſet, penitiſſime conſumeretur, craſſiora ellychnia adhibebantur) ope מוצקת infundit, novumque ellychnium impoſuit, quod rurſus protractum igne de altari holocauſti deſumto, nihil interim de perennitate ſua lucerna amittente, ut nec ignis altaris, dum removeretur, & ligna denuo conſtruerentur. *Lev.* 6. 5. 6. accendit, & in locum ſuum priſtinum reſtituit, quæ plane conſentiunt verbis *Maimonidis*: *quantum olei dat ille* (ſacerdos) *unicuique lucernæ? dimidium logi olei*, &: *quomodo incendit? protrahit ellychnium, donec illud incendit*, & *reſtituit illud* (poſtea, in lucernam reponens) &: *lucernam occidentalem extinctam non accendunt poſt decinerationem ejus niſi ab altari exteriori* (deſumto igne): ac *Abarbanelis Numer.* 8. בהטיבו את הנרות היו מורידים ומסירים מן המנורה כדי לנקותם משמרי השמן והפחם ואחרי נקייתם היה נותן בהן שמן זית זך ופתילות המנורה ואז היה מסלה הנרות הדולקים: Tres autem in altari dicto fuerunt ignes de quibus vid. *Lightfootus Tom. I. Opp. fol.* 728. *edit. Franeck*. Pergens ſacerdos eas, quæ mediæ utrinque vicinæ erant, ἐπεχέρησεν, earumque ellychnia & oleum ſimiliter כוז impoſuit, dein alias adhuc duas, num. 4. & 5. ſignatas decineravit, ceu de prioribus dictum; quo facto duas num. 2. & 3. ſignatas, ut quæ mediæ erant proxime vicinæ, ab hac accendit, illarum deinde quæque proxime ſibi vicinæ, hæc rurſus extremæ ignem miniſtravit, hoc eſt, quod *Maimonides* vult dicens: לא היה מטיב כל הנרות בפעם אחד אלא חמשה נרות ומפסיק &: שאר הנרות כל נר שכבה היה מדליק מנר חברו. Relicto candelabro, ומניח הכוז שם לפניה, egreſſus, aliud miniſterium obiit, cum ſanguis ſacrificii jugis interea, dum iſte circa lucernas eſſet occupatus, mactati, aſperſus eſſet, rediit, & reliquas num. 6. & 7. aptavit, ut priores, quo facto mediæ ellychnii partem interea jam conſumtam præſecuit vel vellicando demſit, [quod *Abarbanel* indigitat, dicendo ובו היה מתחיל ונוטל הכוז בידו ומשתחוה ויצא (ומסיים & quæ de lucernis demſerat & ſemoverat, eique impoſita ſecum attulerat, השליכו במקום הדשן אצל המזבח exterius ſcilicet, quod holocauſti eſt. Qui ſacerdotum mane hoc officium obiit, is idem quoque veſperi eo defungebatur, nam הדלקת הנרות דוחה את השבת ואת הטומאה כקר בנוע להם הזמן שנאמר להעלות נר תמיד.

§. XVIII. Hic erat ordo miniſterii

ferie

ſerie non interrupta ad Achazi uſque tempora ſervatus, ab hoc vero turbatus & interruptus clauſis templi portis 2. *Chr.* 28. 24. *cap.* 29. 7. quem reſtituit Hiskias, conſervatum uſque ad tempore templi everſi per Chaldæos, quorum rapinæ ceſſerunt ut omnia ejus vaſa, ſic quoque candelabra *Jer.* 52. 19. & Babylonem abducta, templiſque idolorum plurima illata, hæc vero, ut ratio ſuſpicandi naſcitur, quod inter vaſa a Zerobabele reportata non recenſeantur, vel ſacrificulorum vel purpuratorum Regiorum unguibus abrepta, & in profanos uſus converſa fuerunt.

§. XIX. Templo a Zerobabele anno Darii ſexto *Eſd.* 4. 14. *ſeqq.* conſummato illatum rurſus fuit candelabrum, cultus ejus reſtitutus, &, quamvis בצוק *Dan.* 9. 25. continuatus ad tempora Antiochi, qui Judæorum religionem & cultum exciſurus, id e templo per vim & ſcelus eripuit, at poſt duos & dimidium, vel rectius quinque annos, 1. *Macc.* 4. 21. *cap.* 4. 28. *cap.* 10. 3. Judas Maccabæus candelabrum, quod novum confici curaverat, templo intulit, lucernaſque in hoc novo incendit, & memoriam diei feſto annuo celebrari ordinavit; 1. *Macch.* 4. 49. varias iterum turbas dederunt pontifices ſummi, & Antiochus Eupator 2. *Macch.* 6. 61. 62. *cap.* 9. 52. *&c.* commemoratas. An ſolitarium Maccabæi candelabrum ab Herode M. templum magnifice reſtaurante, decem aliis ad imitationem Salomonis auctum fuerit? non adeo liquet; notandum vero hic venit portentum, quod quadraginta ante πανωλεθρίαν Jeroſolymitanam annis contigit, & haud ita diu mortem Simonis Juſti anteceſſit, dum lucerna media, quam hactenus nunquam extinctam, ſed ſemper ardentem a ſacerdote deprehenſam fuiſſe tradit *Bartenora*, de improviſo extincta fuit, quod ipſo paſſionis Chriſti die, quo etiam vela duo ſancto ſanctorum oppanſa rupta fuerunt, contigiſſe vero eſt ſimile.

§. XX. Poſtremum anno *P. J.* 4783. qui 71. erat a Chriſto nato, capta a Tito urbe & templo, quicquid hujus vaſorum ignis flammas & militum rapinam effugit, victori ceſſit, & cum primis candelabrum abs Tito Romam in triumphum abductum fuiſſe tradit *Joſephus*, ridet tamen *Scacchus* & explodit rudem ejus atque ruſticanam figuram, quam arcus Titi triumphalis exhibet.

§. XII. Etſi vero cultus Judæorum religioſus ſolennis illa ipſa expugnatione deletus ac everſus fuit, ejus tamen memoriam ac veſtigia conſervare quovis ævo gens hæc ſtuduit, hinc ſynagogis ſuis, quotquot potuerunt, vaſa & ritus, in templo adhibita, intulit, & inter illa quoque lucernas, quas magna religione & cura colit, vide pluribus de his commentantem *Campegium Vitringam in Synagoga Veteri pagin.* 194. *&* 198. *edit. Franek.* 1696. 4.

§. XX. Præter hactenus deſcripta ſanctuarii candelabra fuerunt quoque duo alia fabricæ ac magnitudinis ſtupendæ, feſto Tabernaculorum, in ſacris Iſraelitarum gaudiis nocturnis conſpicua, de quibus lubet adſcribere *Miſchnæ Succa cap. V.* verba: *exeunte die primo feſto [Tabernaculorum] deſcendebant ad atrium mulierum & præparabant ibi magnam præparationem, h. e. pro viris infra, & pro fœminis ſupra loca virorum ſtationem; erant ibi duo candelabra aurea, cum quatuor pelvibus aureis in capite cujuſque, & quatuor ſcalæ pro quolibet erant, & quatuor ſacerdotes juniores ex flore ſacerdotii in manibus habebant cantharos olei centum & triginta logorum, quod immittebant in quamlibet pelvim; ex braccis & cingulis ſacerdotum longo uſu detritis rumpebant fruſta ad facienda fila convoluta, quæ pelvibus injecta, incenſa, tantum fulgorem edebant, ut univerſa urbs illuminaretur, erant enim candelabra cubitos* 50. *ſacros alta, & in ipſo* הר הבית *celſo collocata; figuram* videas apud *Sourenhuyſium ad h. l.*

§. XXIII. Meretur quoque conſiderari candelabrum *Zachariæ* oſtenſum, *c.* 4. ejus prophetiæ deſcriptum; fuit hoc Moſaico ſimile, & lucernis ſeptem inſtructum, adfuit in ſummitate ejus & quidem, ut probabiliſſimum eſt, e medio duarum arborum ſuſpenſa (quæ a Moſaico aberat) lenticula, ſuperius deſcripta; infra prope baſin ſeu arcam illam, אשר נשענה עליה המנורה prodibant duæ oleæ, altera a ſiniſtra, altera a dextra, ſuper lenticulam adſcendentes, ab his שתי נמסקים מאיליהם שבלי הזיתים in textu ſacro ענפי הזיתים dicti, דפי שנקבצו הזיתים בהם כמין שבו לתושהיו מלאים גרגרי היתים כמו & שבלים שהם מלאים גרגרי החטה incidebant ביד, h. e. juxta *Kimchi*, בתוך שני צנתרות זהב, quiſque ſcilicet in ſuum proprium, erat autem צנהור vas rotundum, longum lagenæ inſtar, utraque extremitate pervium, veluti tubus ſeu fiſtula juxta *Targum*, in his vidit ramos iſtos מתחממי׳ שם מאליהם בבמעטן ונדרכים שם בבית הבד ומריקים שמן זך ונקי צליל h. e. מעליהם הזהב וטוב

וטוב להאיר ולהצהיב ושמן נופל מתוך הצנתרות אל הגלה, quam a finiſtra una, & altera a dextra contingebant; per eas fiſtulas tanquam canales oleum rurſus in מוצקות h. e. infundibula profluxit, & quidem באין שבערת צנתרות קטנים שהשמן זב מן הגולה דרך אותן מוצקות לכל נר ונר: Horum infundibulorum lucernarum habuit ſeptem, ut juxta *Raſchi* & *Kimchi* in univerſum ארבעים ותשע fuerint, ſecus ac contra omnem linguæ genium vid. *Glaſſii Philol. S. p.* 390. & *Danzii Interp.* §. 60. I. ſentit *Scacchus*, bina duntaxat iis tribuens: hæc, ut lucernis proxima, oleum in eas profuderunt ac effuderunt; ſententia vero autoris modo dicti, qua per צנתרות laminas aureas perforatas intelligit, non ſatis ab eo eſt comprobata. תושלבע



BLA-



BLASII UGOLINI
DISSERTATIO
DE CANDELABRO.

CAPUT PRIMUM.

I. De materia Candelabri . II. De ejus basi , & scapo . III. De גביעים : כפתורים : פרחים *; & eorum numero . IV. De lucernis , & de lucerna occidentali . V. De* מלקחים *&* מחתתים *. XI. De talento , & de pondere Candelabri .*

I. CAndelabrum ex auro purissimo fieri jubet Deus *Exod.* XXV. 32. ועשית מנרה זהב טהור *Et facies candelabrum de auro mundissimo . Targum .* ותעביד מנרתא דהב דכי. *Et facies candelabrum de auro puro .* Et *Exod.* XXXVII. 17. ויעש את המנרה זהב טהור . *Fecit & candelabrum de auro mundissimo . Targum .* ועבדית מנרתא דדהב דכי . *Et fecit candelabrum de auro puro . Aben Ezra* ad XXV. 32. *Exod.* *aurum* טהור scribit שהוא מזוקק שאין בו פסול , ut sit expurgatum , in quo nulla sit scoria . In candelabris Salomonis 1. *Reg.* VII. 49. memoratur aurum סגור; ubi scribitur . ואת המנרות חמש מימין וחמש משמאל לפני הדביר זהב סגור. *Et candelabra aurea quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram contra oraculum ex auro puro . Targum .* וית מנרתא חמש מימינא וחמש מסמלא לפני בית כפורי דהבא טבא. *Et candelabra, quinque ad dexteram , & quinque ad sinistram contra domum propitiatorii ex auro bono .* Ubi *Ralbag .* זהב סגור ר״ל נקי ומזוקק וידמ׳ שזקוקו היה בשיסגרוהו תוך הכור באש עם דברים יוציאו ממנו סיגיו בעשן

סנור ; *Ex auro* בעשן ולזה נקרא סנור.
puro , & expurgato ; & videtur expur-
gari , quando includitur in catino in
igne , & ab eo cum fumo egrediuntur
scoriæ , eaque de causa dicitur סנור .
Repetitur aurum סנור 2. *Paral.* IV. 20.
ואת המנרות ונרתיהם לבערם כמשפט׳ לפני
הדביר זהב סנור והפרח והנרות והמלקחים
זהב הוא מכלות זהב . *Candelabra quoque
cum lucernis suis , ut lucerent ante ora-
culum juxta ritum ex auro purissimo . Et
florentia quædam , & lucernas ; & forcipes
aureos ; omnia de auro mundissimo facta
sunt* . Ubi *Raschi* . מכלות זהב מזוקק וצריף
פין בלעז ובמנחות מפורש מכל זהב שהיה
לו לשלמה מרוב הזהב שנכנס במנורה
לזוקקה ולקיי׳ מנורת זהב טהור . Quod
dicitur מכלות זהב , sc. expurgatum , &
conflatum , vernacule פין ; & in tracta-
tu *Menachoth* exponitur , quod ex om-
ni auro , quod plurimum erat Salomo-
ni , quod pro candelabro coacervatum
fuit , ut expurgaretur , ut candelabrum
statueretur ex auro puro . Et *Radack* .
הוא מכלות זהב כמו כלי זהב כלומר כל
כלי המנורה הוא זהב וי״א מכלות זהב
כמו כליל כלומר זהב מזוקק הרבה וכן
בדברי ר״זל עשר מנורות עשה שלמה וכל
אחת ואחת הביאה אלף ככר זהב והכניסוה
אלף פעמים לכור והעמידוה על ככר
זהב . Dicitur הוא מכלות זהב , quasi
vasa aurea , i. e. omnia vasa candela-
bri erant aurea ; sunt qui מכלות זהב
exponunt , quasi perfectum , i. e. aurum
expurgatissimum ; atque ita habetur in
verbis sapientum nostrorum f. m. De-
cem candelabra fecit Salomon , & pro
singulis attulit mille talenta aurea , qui-
bus millies in catinum immissis reli-
quum fuit talentum aureum . Inter se-
ptem auri genera aurum סנור numera-
tur. *Hieros. Joma* 41. 4. שבעה זהבים
הן זהב זהב טהב טהור זהב סנור זהב
מופז זהב מזוקק זהב שחוט זהב פרויים
זהב טוב כמשמעו וזהב הארץ ההיא טוב
אמר ר׳ יצחק טובוי די בבייתיה טובוי דין
בלווייתיה זהב טהור שמכניסין אותו לאור
ואינו חסר כלום וגו׳ זהב סנור שהוא
מכסיף כעד כל הזהבים שהיו שם אמר
ר׳ שמואל בר ר׳ יצחק כתיב ושבעת אלפים
ככר כסף מזוקק לטוח קירות הבית ואת
כל הבית צפה זהב ואת אמר אכן אלא
שהיה מכסיף כעד כל הזהבים שהיו שם
זהב מופז ר׳ פטרוקי אחוה דר׳ דרוסא
בשם ר׳ בא בר בינה דומה לאש מצחת
בנפרית אמר ר׳ אבין לשם מקומו הוא
נקרא וזהב מאופז זהב מזוקק שהיו מחתכין
אותו כותים וטחים אותו בצק ומאכלין
אותו לנעמיות והן מסננון אותו ויש אומרים
שהיו טומנין אותו בזבל שבע שנים זהב
שחוט שהיה נמשך כשעוה אדריינוס היה
לו משקל כיצה דוקלטינוס היה לו
משקל דינ׳ גורדינון זהב פרויים ר׳ שמעון
בן לקיש אמר אדום דומה לדמו של
פר . Septem sunt auri genera ; aurum
bonum , aurum purum , aurum סנור ,
aurum מופז , aurum מזוקק , aurum שחוט ,
aurum פרויים . Aurum bonum juxta
sensum literalem ; *Gen.* II. 12. *Et au-
rum terræ illius optimum est* . Dicit R.
Isaach ; melius quod domi habebat ,
melius quod habebant ejus socii . Au-
rum טהור , quod si immittatur in for-
nacem nihil ex eo deficit &c. Aurum
סנור , quod pallescere facit , quasi te-
stis omnia aura , quæ ibi deprehendan-
tur . Dicit R. Samuel bar R. Isaach :
*Et septem millia talentorum argenti ad
inducendos parietes domus ; nihilque erat
in templo , quod non auro tegeretur* . Et
tu ita dicis ; sed pallescere faciebat quasi
testis omnia aura , quæ ibi deprehende-
rentur . Aurum מופז . R. Patrochi fra-
ter R. Derosa nomine R. Ba bar Bina
assimilat igni fulgenti in sulphure . Di-
cit R. Abi , e loci nomine appellatur ;
Et aurum מאופז ; aurum מזוקק , quod
concidunt quasi oleas , & pasta oblinunt ,
& voluptatis causa comedunt , illudque
purificant . Alii dicunt , quod recondant
in stercore septem annis . Aurum שחוט ,
quod quasi cera trahatur . Hadrianus
habebat pondus hujusmodi . Diocletia-
nus habebat pondus denarii Gordiani .
Aurum פרויים R. Simeon ben Lachisch
dicit ; erat ruffum simile sanguini ju-
venci . *Babyl. Joma* 44. 2. אמר רב חסדא
שבעה זהבים הן זהב וזהב טוב וזהב
אופיר וזהב מופז וזהב שחוט וזהב סנור
וזהב פרוים זהב וזהב טוב דכתיב וזהב
הארץ ההיא טוב זהב אופיר דאתי מאופיר
זהב מופז שדומה לפז זהב שחוט שנטוה
בחוט זהב סנור בשעת שנפתח החנויות
נסגרות זהב פרוים שדומה לדם הפרים .
Dicit R. Chasda ; septem sunt auri gene-
ra ; aurum , & aurum bonum , & aurum
אופיר ; & aurum מופז , & aurum שחוט , &
aurum סנור , & aurum פרוים . Aurum &
aurum bonum ; scriptum est Gen. II. 12.
Et aurum terræ illius optimum est . Au-
rum אופיר , quod ex Ophir adducitur .
Aurum מופז , quod auro purgatissimo
simile est ; aurum שחוט quod filo ne-
tur ; aurum סנור ; quando aperitur , of-
ficinæ clauduntur . Aurum פרוים , quod
sanguini juvencorum simile est . Cande-
labri aurum præ ceteris fuisse expurga-
tissimum testantur Judæi Interpretes *Ba-
byl. Menachoth* 29. דאמר ר׳ יהודה אמר
רב עשר מנורות עשה שלמה וכל אחת
ואחת הביא לה אלף ככר זהב והכניסוהו
אלף פעמים לכור והעמידהו איני והכתי׳
וכל כלי משקת עשה המלך שלמה זהב
וכו׳ כלי בית יער הלבנון זהב סגור אין כסף
נחשב

חשב בימי שלמה למאומה זהב סגור קא אמרינן ומי חסר כולו האי והתניא ר׳ יוסי בר׳ יהודה אומר מעשה והיתה נצורת מנורה בית המקדש יתיר׳ על של משה בדינר זהב קורדיקיני והכניסו׳ שמוני׳ לכור והעמידוה על ככר, Dicit R. Jehuda; dicit Rab; Decem candelabra fecit Salomon, & pro ſingulis attulit mille talenta aurea ; & millies in catinum immiſſis, ex his reliquum fuit talentum. Itane? Nonne ſcriptum eſt. I. *Reg.* x. 21. *Sed & omnia vaſa de quibus potabat rex Salomon, erant aurea, & univerſa ſuppellex domus ſaltus Libani de auro puriſſimo; non erat argentum, nec alicujus pretii putabatur in diebus Salomonis?* Et de auro סגור dicimus; tantumne defecit? At eſt traditio: R. Joſe bar R. Jehuda dicit: exſtat hiſtoria: Fuit efformatum candelabrum domus ſanctuarii, quod ſuperabat Moſaicum denario aureo Kardiano, quo octogies in fornacem immiſſo, ſuperfuit talentum. *Hieroſ. Schekalim* 50. 2. ר׳ יהודה בשם אסי היה שלמה נוטל אלף ככרי זהב ומכניסן לכור ומוציאן עד שהוא מעמידן על אחד לקים מה שנאמר ככר זהב טהור עשה אותה וגו׳ תני אמר ר׳ יוסי בי ר׳ יהודה מעשה במנורת זהב שעשה משה במדבר והיתה יתירה דינר זהב והכניסוה לכור שמונים פעם ולא חסרה כלום ויאות עד דלא יקום על ברריה הוה חסר סגין מן דו קיים על ברריה לא חסר כלום. R. Jehuda nomine Aſe. Salomon ſumta mille talenta aurea immiſit in fornacem, & eduxit, donec unum tantum ſuperfuit, ad obſervandum quod dictum eſt *Exod.* xxv. 39. *Omne pondus candelabri ---- habebit talentum auri puriſſimi*. Traditio. Dicit R. Joſe diſcipulus R. Jehuda. Hiſtoria de candelabro, quod fecit Moſe in deſerto; ex eo ſuperfuit denarius aureus, quo immiſſo octogies in fornacem, nihil defecit; & priuſquam venit ad ſuam puritatem, fæces defecerunt; & poſtquam venit ad ſuam puritatem, nihil defecit. *Hieroſ. Joma* 41. 4. לאתייא חד תני מעשה במנורת זהב שעשה משה במדבר והיתה יתירה דינר זהב והכניסוה שמונים פעם ולא חסרה כלום ויאות עד דלא יקום על ברריה הוא חסר סגין מן דו קיים ברוריה לא חסר כלום. Et hoc eruitur, ſicut traditur hiſtoria de candelabro aureo, quod fecit Moſe in deſerto, ex quo ſuperfuit denarius aureus, ex quo octogies in catinum immiſſo, nihil defecit; & hoc recte ſe habet, quod priuſquam deveniat ad puritatem, demittit fæces, poſtquam pervenit ad ſuam puritatem, nihil diminuitur. *Pſ.* XII. 17. argentum ſepties expurgatum legitur. אמרות יהוה אמרות טהרות כסף צרוף בעליל לארץ מזקק שבעתים. *Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* *Targum*. מילין דיי מלייא דכיין סימא סגיניא בכורא על ארעא זקיק שיבעתי זמנין. *Eloquia Domini eloquia pura, argentum depuratum in catino ſuper terra purgatum ſeptem vicibus.* *Targum Cantic.* I. 2. 11. מן כספא דמזוקק שבע זמנין; *quam argentum, quod purgatum eſt ſeptem vicibus*. Conflabatur aurum, & argentum, ut expurgaretur. *Targum Jeſ.* XLVIII. 10. הא צרפתך ולא בכסף. *Ecce conflabo te, ſed non cum argento*. Ibid. LIII. 10. אצרפנון כמא דצרפין ית כספא. *Et conflabo eos ſicut conflatur argentum*. *Zachar.* XIII. v. 9. כגבר די מצרף ומרכי ית כספא. *Sicut vir qui conflat & purgat argentum*. *Malach.* III. 3. וישב מצרף ומטהר כסף וטהר את בני לוי וזקק אתם כזהב וככסף. *Et ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quaſi aurum & quaſi argentum*. *Targum*. ויתגלי לצרפא ולדכאה כגבר די מצריף ומרכי׳ כספא וידכי ית בני לוי ויזקיק יתהון כדהבא וככספא. *Et ſedebit ad conflandum & purificandum, quaſi vir, qui conflat, & expurgat argentum, & purificabit filios Levi, quaſi aurum & argentum*. In כור expurgabatur, ſc. in catillo, aut fornace, de qua fit mentio I. *Reg.* VIII. ſc. *Proverb.* XVII. 3. XXVII. 21. *Deut.* IV. 10. *Eſa.* XLVIII. 10. *Jerem.* XI. 4. *Ezech.* XXII. 20. 21. 22. Vid. J. C. *Harenbergii* de modo eruendi aurum atque argentum in Arabia & Æthiopia deſcriptio *Jobi* XXVIII. I. II. ubi de eruendo, conflando, & expurgando auro & argento eruditiſſime diſſeritur in Faſciculo primo Claſſis octavæ *Bibliothecæ Bremenſis*.

Si defuiſſet aurum, licebat fieri candelabrum ex reliquis metallis. *Siphri* 9. 3. מקשה היא עוד למה נאמר והלא כבר נאמר מקשה זהב ומה ת״ל מקשה היא לפי שמצינו בכלי בית עולמים שאין להם מן קשה עושין מן גרוטי שומע אני אף במנורה כן ת״ל מקשה היא שינ׳ עליו הכתוב לפסול מיכן אמרו אין של זהב עושים של כסף ושל ברזל ושל עופרת דברי ר׳ ר׳ יוסי בר׳ יהודה אומר אף של עץ ושל חרס אבל אין להם מין קשה אל יעשו מין גרוטי מה שאין כן בחצוצרות אין של כסף לא יעשו של זהב אבל אין להם מין קשה עושי׳ מין גרוטי נמצא כשר במנורה פסול בחצוצרות כשר בחצוצרות פסול במנורה. *Solidum illud*; cur iterum dictum eſt? Cum jam dictum ſit; *ſolidum ex auro*; quid dicendum erat; *ſolidum illud?* Quia deprehen-

hendimus in vaſis domus ſeculorum, ſi defuiſſet ſpecies ſolida, perficiebantur ex ſcrutis; crederem vel in candelabro ita fieri licuiſſe? Idcirco dictum eſt; *ſolidum illud*; Repetit textus ad excludendum. Hinc dixerunt; ſi defuiſſet aurum, perficiebatur ex argento, ferro, & plumbo; verba Rabbi. R. Joſe filius R. Jehuda dicit; etiam ex ligno, & creta; at ſi defuiſſet ſpecies ſolida non licebat fieri ex ſcrutis; quod fieri non licebat in tubis; ſi defuiſſet argentum, non perficiebantur ex auro; ſi defuiſſet ſpecies ſolida, perficiebantur ex ſcrutis. Deprehenditur, quod erat legitimum in candelabro, fuiſſe illegitimum in tubis; & quod erat legitimum in tubis, fuiſſe illegitimum in candelabro. *Babyl. Menachoth* 28. מנורה היתה באה מן העשת הזהב עשאה של כסף כשירה של בעץ ושל אבר ושל גיסטרון רבי פסול ור' יוסי בר' יהודה מכשיר שלעץ ושל עצם ושל זכוכית דברי הכל פסולה אל מאי דעתיה בין מרובין מר כללי ופרטי דרשי מיהו מר סבר מה הפרט מפרש של מתכת אף כל של מתכ' ומר סבר מה הפרט מפורש דבר חשוב אף כל דבר חשוב אל סמי דידך מקמי דידי דתניא כלי שרת שעשאו של עץ רבי פסול ור' יוסי בר' יהודה מכשיר במאי קה מיפלגי רבי דריש כללי ופרטי ור' יוסי בר' יהודה דריש רבוי ומיעוטי רבי דריש כללי ופרטי ועשית מנורה כלל זהב טהור פרט מקשה תעשה המנורה חזר וכלל כלל ופרט וכלל אי אתה דן אלא כעין הפרט מה הפרט מפורש של מתכת אף כל של מתכת ר' יוסי בר' יהודה דריש ריבוי ומיעוטי ועשית מנורה ריבה זהב טהור מיעט מקשה תעשה המנורה חזר וריבה ריבה ומועט וריבה הכל ומאי רבי כל מילי ומאי מיעט מיעט של חרש אדרבה סמי דידך מקמי דידי לא סד דתניא אין לו זהב מביא אף של כסף של נחשת של פרזל ושל בדיל ושל עופרת ר' יוסי בר' ר' יהודה מכשיר אף בשל עץ ותניא אידך לא יעשה אדם בית תבנית היכל אכסדרא כנגד אולם חצר כנגד עזרה שלחן כנגד שלחן מנורה כנגד מנורה אבל עושה הוא של חמשה ושל ששה ושל שמנה ושל שבעה לא יעשה ואפילו משאר מיני מתכות ר' יוסי בר' יהודה אומר אף של עץ כדרך שעשו מלכי בית. השמונאי אמרו לו משראייה שפודים של ברזל היו וחיפום בבעץ העשירו עשאום של כסף והעשירו עשאום של זהב. Candelabrum afferebatur ex maſſa aurea; ſi fieret ex argento erat legitimum; ſi ex ſtamno, & ex plumbo, atque ex fragmentis, Rabi improbat, & R. Joſe bar R. Jehuda probat; ligneum, & oſſeum, & vitreum omnium conſenſu improbatur. Illi dicit; quid putat? Reſpondit; uterque ſapiens exponit a generali, & particulari; Alter ſapiens putat; ſicut particulare eſt expreſſum, ſc. metallum, ita pariter comprehenda ſunt omnia metalli genera. Et alter ſapiens putat; ſicut particulare eſt expreſſum, ſc. res pretioſa, ita pariter quævis res pretioſa comprehendetur. Reſpondit illi; deſere tuam opinionem pro mea. Baraitha. Vaſa miniſterii ſi fierent ex ligno, Rabi improbat, & R. Joſe bar R. Jehuda probat. Ubinam conſiſtit controverſia? Rabi exponit generale & particulare; Et R. Joſe bar R. Jehuda exponit, includendo, & excludendo. Rabi exponit generale & particulare; *Et facies candtlabrem*; generale; *ex auro puro*; particulare; *ſolidum fiat candelabrum*; iterum generale, generale & particulare, non potes explicare niſi juxta particulare; ſicut particulare eſt expreſſum, ſc. metallum, ita pariter omnia ex metallo comprehenduntur, R. Joſe bar R. Jehuda exponit, includendo & excludendo. *Et facies candelabrum*; includit; *ex auro puro*; excludit: *ſolidum fiat candelabrum*: iterum includit; includit, & excludit; quid includit? includit omnia; & quid excludit? excludit teſtam. Contra: Deſere tuam opinionem pro mea. Non putas? exſtat Baraitha. Si defuiſſet aurum, afferebatur ex argento, ex ære, ex ferro, ex ſtamno, & ex pulvere; R. Joſe bar R. Jehuda probat vel ligneum. Eſt alia traditio. Nequis exſtruat domum ad ſimilitudinem templi, neque exedram ad ſimilitudinem veſtibuli, neque atrium ad ſimilitudinem atrii, neque menſam ad ſimilitudinem menſæ; neque candelabrum ad ſimilitudinem candelabri; ſed faciet illud ex quinque, ex ſex, octo, & novem calamis, ex ſeptem non faciet vel ex reliquis metallorum ſpeciebus. R. Joſe bar R. Jehuda; etiam ex ligno, uti fecerunt reges domus Chaſmonæorum. Dixerunt illi. Ab initio ſepararunt ferrum, & obduxerunt ſtamno; poſtquam ditati eſſent, fecerunt argenteum, & cum amplius ditati eſſent, fecerunt aureum. *Toſaphtha Menachoth* IX. 20. מנורה אינה כשרה אלא מן העשת עשאם מן הסנרוטות פסולה ומשאר מיני מתכות כשרה חצוצרות אין כשרה אלא מן הכסף עשאם מן הנוס בשרה משאר מיני מתכות פסולה נמצאת אומר פסול במנורה כשרה בחצוצרות פסול בחצוצרות כשר במנורה של בעץ ושל אער ושל קסטרון ושל מתכת רבי פוסל ור' יוסי בר' יהודה מכשיר של עץ ושל עצם ושל זכוכי' הכל מודי' שפסולה. Candelabrum non erat legitimum, niſi fa-

factam fuisset ex lamina; si ex fragmentis factum esset, erat illegitimum; & ex aliis metallorum speciebus erat legitimum; Tubæ non erant legitimæ nisi ex argento; si ex fragmentis factæ essent, erant legitimæ; si ex reliquis metallorum speciebus factæ essent erant illegitimæ; Deprehenditur quod dicas, quod erat illegitimum pro candelabro, fuisse pro tubis legitimum, & quod erat pro tubis illegitimum, fuisse legitimum pro candelabro. Si fecisset ex stamno, plumbo ex lamina ferrea, & ex metallo, Rabi improbat; & R. Jose ben R. Jehuda probat; Ligneum, osseum, & vitreum, omnium consensu, erat illegitimum. *Tasaphtha Cholin* c. I. מנורה אין כשרה אלא מן העשת עשאם מן סגרוטות פסולה ומשאר מיני מתכות כשרה חצוצרות אינה כשרה אלא מן הכסף עשאם מן סגרוטות כשרה משאר מיני מתכות פסולה נמצאת אומר פסול במנורה כשר בחצוצרות פסול בחצוצרות כשר במנורה. Candelabrum non erat legitimum nisi ex lamina, si factum fuisset ex fragmentis erat illegitimum; & ex reliquis metallorum speciebus, erat legitimum; Tuba non erat legitima nisi ex argento; si facta esset ex fragmentis, erat legitima; ex reliquis metallorum speciebus, erat illegitima. Deprehenditur, quod dicas, quod erat illegitimum in candelabro, fuisse in tuba legitimum, & quod erat in tuba legitimum, fuisse illegitimum in candelabro. Candelabrum præterea fieri debebat ex auri massa solida. מקשה תיעשה המנורה. *Solidum fiat candelabrum. Exod.* ibid. *Targum.* נגיד התעביד ית מנרתא. *Ductile fiat candelabrum.* Iterum *Exod.* XXXVII. 17. מקשה עשה את המנרה. Et *solidum fecit candelabrum. Targum.* נגיד עבד ית מנרתא *Ductile fecit candelabrum. Raschi* ad *Exod.* XXV. 31. מקשה תעשה המנורה שלא יעשנה חליות ולא יעשה קניה ונרותיה איברים איברים ואחר כך ידבקי' כדרך הצופרי' שקורים סולד"ריץ אלא כולה באה מחתיכה אחת ומקיש בקורנס וחותך בכלי האומנות והמפריד הקנים אילך ואילך מקשה תרגומו נגיד לשון המשכה שמשיך את איברים מן העשה לכאן ולכאן בהקשת הקורנס ולשון מקשה מכת קורנס בטר"יץ בלע"ז כמו דא לדא נקשן תעשה המנורה מאליה לפי שהיה משה מתקשה בה אמר לו הב"ה השלך את הככר לאור והיא נעשית מאליו. *Solidum fiat candelabrum*; ne fiat ex membris, neque membratim fiant ejus calami, & lucernæ, & postea annectantur juxta morem aurificum, quem vocant barbare סולד"ריץ; sed totum adducitur ex una lamina, & malleo percussa, & concisa in vasis artificialibus; & abstrahuntur hinc inde calami. מקשה, ejus *Targum* נגיד, sc. *ductile*, quod attrahantur membra hinc inde ex lamina mallei percussione; & sensus מקשה designat mallei percussionem, barbare בטר"יץ, quasi se invicem percutiebant. תעשה המנורה & fiat candelabrum per se ipsum; Quia hoc erat difficile Mosi; Dixit illi Deus S. B. immitte talentum in ignem; & per se ipsum perficietur. *Abarbanel* ad l. c. *Exod.* ועשית מנורת הזהב טהור וגו' עד המשכן תעשה אחרי שכבר באר מעשה השולחן שהיה לצד ימין מהנכנס להיכל זכר מעשה המנורה שהיתה לצד שמאל הנכנס שמה וצוה שתהיה המנורה מקשה שפירשו לדעת רש"י שתהיה כלה גוף מלא ולא יעשנה חוליות ולא עשה קנים ונרותיה איברים איברים ואחכ' ידבקם ויחברם כדרך וצורפים אבל יעשה המנורה וקנים כפתוריה ופרחיה וגביעיה הכל מחתיכת זהב אחרת ומקיש בקורנס וחותך בכלי האומנות ומפריד האיברי' אילך ואילך והוא אמרו מקשה תעשה המנורה. *Et facies candelabrum ex auro purissimo &c.* usque ad vers. *Tabernaculum facies.* Postquam illustravit opus mensæ, quæ sita erat ad latus dexterum introeuntis in templum, commemorat opus candelabri, quod situm erat ad latus sinistrum illuc introeuntis; & jubet fieri candelabrum מקשה, quod juxta interpretationem *Raschi*, totum erat corpus plenum, neque factum erat ex membris, neque fiebant calami, & ejus lucernæ membratim, & postea annectebantur & conjungebantur juxta morem aurificum; sed faciendum fuit candelabrum, & calami, ejus mala, flores, & cynthi, omnia ex una lamina aurea; Et percussum malleo, & concisum in vasis artificialibus, & ejus membra hinc inde abstracta; atque ideo dictum est; *solidum fiat candelabrum. Siphri* loc. cit. מקשה אין מקשה אלא מין קשה מעשה אומן מעשה קורנס עד יריכה ועד פרחה אין לי אלא יריכה ופרחה גביעיה כפתוריה ופרחיה מניין ת"ל ועשית מנורת או יעשה איברים איברים ת"ל ממנה יהיו מקשה היא עוד למה נאמר והלא כבר נאמר מקשה זהב ומה ת"ל מקשה היא לפי שמצינו בכלי בית עולמים שאין להם מין קשה עושים מין גרוטי' שומע אני אף במנורה כן ת"ל מקשה היא שינ' עליו הכתוב לפסול. Vox מקשה non designat nisi speciem solidam; opus artificis, opus mallei. *Ab ejus pede, usque ad ejus florem.* Non probo nisi pro ejus pede, & flore; pro ejus crateribus, malis & floribus unde probatur? ex eo quod dictum est: *Et facies candelabrum.*

Aut crederem factum fuisse membratim? Idcirco dictum est; *Ex illo erunt*. מקשה היא, Cur repetitum? Nonne jam dictum est מקשה זהב? Et cur dictum est מקשה היא? Quia deprehendimus in vasis domus seculorum, si non fuisset species dura, facta fuisse ex scrutis; crederem hoc quoque fieri licuisse in candelabro? Idcirco dictum est מקשה היא. Repetit textus ad excludendum; vide *Babyl. Menachot* ad l. c.

II. Pergit textus, ירכה וקנה: *basim & calamum*. *Targum*. שירה וקנה. Ubi *Raschi*. ירכה הוא הרגל של מטה העשוי כמין תיבה ושלשת הרגלים יוצאין הימנה ולמטה וקנה הקנה האמצעי שלה העולה באמצע הירך זקוף כלפי מעלה ועליו נר האמצעי עשוי כמין בזך לצוק השמן לתוכו ולתת הפתילה. *Basim*: erat pes inferior factus ad formam arcæ, ex qua tres pedes egrediebantur ad partem inferiorem. *Calamum*: erat calamis medius, qui in medio basis adscendebat, elevatus ad partem superiorem; super quo erat lucerna media facta instar scutellæ, in qua infunderetur oleum, & ellychnium. *Abarbanel* ibid. ירכה שהוא הרגל שלה למטה העשוי כמין תיבה שעליה נשעית המנורה וקנה הקנה האמצעי שלה העולה באמצעי הירך זקוף כלפי מעלה ועליו נר האמצעי. *Basim*: erat pes inferior factus ad formam arcæ, super quo efformabatur candelabrum. *Et calamum*: erat calamus medius basis elevatus ad superiorem partem, super quo erat lucerna media. Basis lychnuchi *Arcus Titiani* diversa est ab ea, quam ex veteribus Hebræis descripsimus;

EFFIGIES LYCHNUCHI UTI, NUNC CONSPICITUR IN ARCU TITIANO



In ea, sculptoris lusu, insculpta conspiciuntur monstra marina, & aquilæ, quas ne imponi quidem portæ magnæ Templi ab Herode permiserunt Judæi, uti testatur *Josephus Antiquit.* lib. XVII. cap. 8. Ἦν γὰρ Ἡρώδῃ τινὰ πραγματευθέντα τὸν νόμον, ἃ δὴ ἐπεκάλουν οἱ περὶ τὸν Ἰούδαν καὶ Ματθίαν·

κατε-


κατεσκευάκει ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπὲρ τῆς πυλῶνος μεγάλης τοῦ ναοῦ ἀνάθημα καὶ λίαν πολυτελὲς ἀετὸν χρύσεον μέγαν· κωλύει δὲ ὁ νόμος εἰκόνων τε ἀναστάσεις ἐπινοεῖν καὶ τινῶν ζώων ἀναθέσεις ἐπιτηδεύεσθαι τοῖς βιοῦν κατ᾽ αὐτὸν προῃρημένοις ὡς τε ἐκέλευον οἱ σοφισταὶ τὸν ἀετὸν κατασπᾶν. Fecerat enim Herodes aliqua, quæ vitio ipsi vertebant, illi qui cum Juda, & Matthia erant. Dedicaverat enim Aquilam magnam auream & pretiosam supra portam magnam Templi. Quamque lex nostra eos, qui vitam suam secundum illam instituere student, vetet erigere imagines, aut animantium effigies, discipulos illos doctores instigarunt ut Aquilam detraherent. Idem libr. I. de *Bello* cap. ultim. ἀθέμιτον γὰρ εἶναι κατὰ τὸν ναὸν ἢ εἰκόνας ἢ προτομὰς ἢ ζώου τινὸς ἐπώνυμον ἔργον εἶναι. Nefas esse si in æde sacra imagines, vultus, aut simulacra animalis cujusdam existerent. Idem lib. XV. cap. 2. *Antiquit.* narrat; Judæos se trucidandos Petronio obtulisse, potius quam imagines Cæsaris Hierosolymas inferri paterentur. Idem *Antiq.* XVIII. cap. 2. refert Judæos coegisse Pilatum auferre Cæsaris imagines, quas noctu Hierosolymas intulerat. Præterea idem scribit, auratos clypeos ex Regia Herodis Pilatum jussu Tiberii Cæsaris abstulisse ob plebis commotionem. Rex *Agrippa* in epistola ad *Cajum*, quæ extat apud *Philonem* legatione ad *Cajum*, testatur in templo nullam esse effigiem aut in occulto aut in propatulo, οὐδὲν ἐστὶν ἀφίδρυμα οὔτε φανερὸν, οὔτε ἀφανές. Præterea crassior, & ponderosior videtur hæc basis, quam par erat.

III. Posthæc גביעים & כפתורים, & פרחים commemorantur. גביעיה כפתוריה ופרחיה ממנה יהיו. *Et ejus crateres, mala & flores ex ipso erunt*. *Targum*. כלידהא חזורהא ושושנהא ממנה יהון. *Et ejus scyphi, sphærulæ, & lilia ex ipso erunt*. Ubi *Raschi*. נבעיה הו כמין כוסות שעושי׳ כזכוכי׳ ארוכי׳ וקצרי׳ וקורי׳ להם מרי׳נס ואלו עשוי׳ של זהב ובולטין ויוצאין מכל קנה וקנה כמנין שנת בהם הכתו׳ ולא היו בה אלא לנוי כפתורי׳ כמין תפוח היו ענולין סביב בולטין סביבות הקנה האמצעי כדרך שעושין למנורות שלפני השרי׳ וקורין להם פומ׳לס ומנין שלהם כתו׳ בפרש׳ כמה כפתורי׳ בולטין ממנה וכמה חלק בין כפתור לכפתור ופרחיה יציורין עשוין בה כמין פרחים ממנה יהיו הכל יוצא מתוך חתיכת העשת ולא יעשה לבדם וידביקם. *Ejus crateres*: erant similes calicibus vitreis protensis, & brevibus, qui appellantur מרי׳נס; Et ex auro perficiuntur, & prominent & egrediuntur ex singulis calamis, juxta numerum, ut habetur in textu; neque inserviunt nisi ad ornatum. כפתורי׳ malo similes erant, & rotundi in circuitu, prominebant circa calamum medium; sicut fieri consuevit in candelabris, quæ apponuntur coram principibus, & appellantur פומ׳לס; & eorum numerus perspicue in textu explicatur; sc. quot mala ex illo prominerent, & quantum esset intervallum inter malum, & malum ופרחיה figurati; efformati ad similitudinem florum. *Ex ipso erunt*; omnia protrahebantur ex massa; neque separata efficiebantur, ut conjungerentur. *Abarbanel* ibid. גבעיה שהם כמין כוסות בולטין ויוצאין מכל קנה וקנה במנין שנתן בהם הכתי׳ וכפתוריה שהם כמין תפוחים ענולין ובולטין סביבות הקנה והפרחיה והם ציורים נעשים בה כמין פרחים כלם ממנה יהיו מאותה התיכה של זהב. *Ejus crateres*: similes calicibus, qui prominebant & protrahebantur ex singulis calamis juxta numerum, qui in textu describitur. *Et ejus mala*: quæ similia erant malis rotundis, quæ prominebant circa calamum; & *ejus flores*, qui erant figurati, efformati ad similitudinem florum. *Omnia ex ipso erunt*: sc. ex ipsa lamina aurea. *Babyl. Menachoth* 28. 2. וגבעין למה הן דומין כמין כוסות אלכסנדריים כפתורים למה הן דומין כמין תפוחים הכרתיים פרחים למה הן דומין כמין פרחי העמודים. Crateres cuinam similes erant? calicibus Alexandrinis. Mala cuinam similia erant? malis cereorum; Flores cuinam similes erant? floribus columnarum. *Maimonides* de *Templo* III. 9. הנביעים דומין לכוסות אלכסנדריה שפיהן רחב ושוליהן קצר והכפתורים כמין תפוחים שהן ארוכי׳ מעט כביצ׳ ששני ראשיה כדין ופרחין כמו פרחי העמודים שהם כמין קערה ושפתה כפולה לחוץ. Crateres similes erant calicibus Alexandrinis, quæ lato ore, fundo sunt angusto. Mala erant similia malis, Cerethæorum, parum oblonga ut ovum, cujus duo extrema lata sunt ambo. Flores erant similes floribus columnarum; ad similitudinem lancis, cujus ora extrinsecus convolvitur. *Schilthe Haggibborim* XXXI. גביעים למה הן דומין כמין כוסות אלכסנדריה שפיהן רוחב ושוליהן צר כפתורים למה הם דומין כמין תפוחי הכרתיים והוא דמות כדורש אינו ענול מכל וכל רק שיש בו אורך מעט קרוב לביצה העוף פרחים למה הם דומים כמין פרחי העמודים שהם כמין קערה ושפתה כפולה לחוץ. Crateres cuinam similes erant? calicibus Alexandrinis, quæ lato ore, fundo sunt angusto. Mala cuinam erant similia? Malis Cere-

thæorum, quæ pilæ ſimilitudinem referebant, quæ non ſit undiquaque rotunda, ſed parum erat oblonga ad ſimilitudinem ovi volucris. Flores cuinam ſimiles erant, floribus columnarum, quæ lancis formam referebant cujus ora extrinſecus duplicatur. *Moſe Caphethz Chanuchat Abith* cap. LI. הנביעים כמין כוסות אלכסנדרים ארוכים וקצורים וכפתורים כמין תפוחים והפרחים כפרחי העמודים מצויירים. Crateres ſimiles erant calicibus Alexandrinis longis, & contractis. Et mala erant ſimilia malis; & flores ſimiles erant floribus columnarum figuratarum. Quod ſpectat calices Alexandrinos, celebres fuerunt apud veteres. *Martialis* Cryſtalla Ægyptiaca commemorat.

> Quum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus.

Celebrantur Βαυκαλίαι τῆς Κλεοπάτρας. *Acron.* ad *Horat.* II. 7. Ciboria Alexandrina poma quæ habent ſimilia colocaſiis folia in quorum ſimilitudinem facta pocula eodem nomine appellantur. *Heſychius*: Κιβώριον Αἰγύπτιον ὄνομα. כפתורים quibuſdam ῥόιαι mala punica videntur. כרתים memorantur I. *Sam.* XXV. 14. אנחנו פשטנו נגב הכרתי. *Siquidem nos eripuimus ad auſtralem plagam Cerethi*. *Targum*. אנחנא יתנגידנא על דרום כרית. *Et nos deduximus ad auſtrum Cerethi*. Ubi *Raſchi*. נגב הכרתי לדרום לשפלשתים ומצינו במקום אחר פלשתים נקראים גוי כרתים יושבי חבל הים גוי כרתי. *Ad Auſtrum Cerethi*: a auſtrum Philiſtæorum; & invenimus in alio loco, quod Philiſtæi dicantur gens Cerethæorum; *Sophon.* II. 5. *Qui, habitatis funiculum maris gens Cerethæorum*. Vid. *Ezech.* XV. 16. Et *Bochart. Geograph.* lib. II. פרחים LXX. κρίνα, pariterque *Targum* שושנים i. e. *lilia* interpretatur. *Opus liliaceum* in capitellis columnarum ænearum templi memoratur I. *Reg.* VII. 19. וכתרת על ראש העמודים מעשה שושן. *Capitella autem, quæ erant ſuper capite columnarum, opere liliaceo*. *Targum*. וקרונתוון דעל ריש עמודיא עובד שושנתא. *Et capitella, quæ erant ſuper capite columnarum, opere liliaceo*. Et verſ. 22. ועל ראש העמודים מעשה שושן. *Et ſuper capita columnarum opus liliaceum*. *Targum*. ועל ריש עמודיא עובד שושנתא. *Et ſuper caput columnarum opus liliaceum*. Pariterque ibid. verſ. 26. in mari æneo ornatus liliaceus memoratur. ושפתו כמעשה שפת כוס פרח שושן. *Labiumque ejus quaſi labium calicis floris lilii*. *Targum*. וסיפתיה כעובד שפת כס סגלגל בשושנתא. *Ejuſque labium, quaſi opus labii calicis, qui convolvitur in lilio*. Vide 2. *Paral.* IV. 5. Præter crateres, mala & flores memorantur ab *Joſepho* lib. III. *Antiquit.* cap. 7. etiam orbes. Πεποίηται δὲ σφαίρια, καὶ κρίνα σὺν ῥοΐσκοις, καὶ κρατηριδίοις, ἑβδομήκοντα δὲ πάντα. Fecit autem & ſphærulas & lilia cum calamis, & ſcyphis, erantque hæc omnia ſeptuaginta. Apparent quoque hi orbes in *Arcu Titiano*. Ego vero adductus autoritate Codicis ſacri *Ex.* XXV. 33. & omnium veterum Hebræorum teſtimonio crateres, mala & flores tantum fuiſſe in candelabro contendo. Quatuor hæc ornamenta in hac tabella ænea conſpicientur,



Poſthæc in textu memorantur ſex calami, quorum tres ab altero, totidemque ab altero latere ex medio ſtipite ad altitudinem candelabri aſſurgebant. וששה קנים יצאים מצדיה שלשה קני מנרה מצדה אחד ושלשה קני מנרה מצדה השני. *Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, & tres ex altero*. *Targum* ושיתא קנין נפקין מסיטרהא תלתא קני מנרתא מסיטרה חד ותלתא קני מנרתא מסיטרה תיניגא. *Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, & tres ex latere ſecundo*. Ubi *Raſchi*. יוצאים מצדיה לכאן ולכאן באלכסון ועולין עד כנגד גובהה של מנורה שהוא קנה האמצעי ויוצאי׳ מתוך קנה האמצעי זה למעלה מזה התחתון ארוך ושל מעלה קצר הימנו והעליון קצר הימנו לפי שהיה גובה ראשיהן שוה לגובה של קנה האמצעי השביעי שממנו יוצאים השש׳ *Egredientur ex ejus lateribus*; Hinc inde, oblique protrahebantur & adſcendebant

debant contra altitudinem candelabri, quæ erat calamus medius, & egrediebantur ex calamo medio, hic altero superior, inferior erat longior, & superior illo brevior, & supremus illo brevior, quia altitudo eorum summitatum erat æqualis altitudini calami medii septimi, ex quo sex egrediebantur. *Philo de vita Mosis* lib. III. Ἐξ μὲν κλάδοι τρεῖς δ' ἑκατέρωθεν τῆς μέσης λυχνίας ἐκεφύκασιν εἰς ἀριθμὸν ἕβδομον· ἐπὶ δὲ πάντων λαμπάδιά τε καὶ λύχνοι ἑπτὰ σύμβολα τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς φυσικοῖς ἀνδράσι πλανήτων. Sex quidem rami, tres hinc & inde, ex medio lychnuchi prodeunt, ut numerum septenarium efficiant; & supra illos lucernæ, & lychni septem sunt symbola planetarum, de quibus physici agunt. Nonnulli ex Interpretibus lychnuchi calamos intus cavos fuisse contendunt. *Kimchi* appellat calamos הברים הדקים שהם כרמות הקנה tenues bacillos, arundini similes. *Aben Ezra* vocat, עגולים ארוכים חלולים rotundos, oblongos, & excavatos. A *Philone* lib. III. *Quis hæres rerum divinarum*. καλαμίσκοι appellantur: δεδημιούργηται (ἱερὰ λυχνία) ἐξ καλαμίσκους, ἔχουσα τρεῖς ἑκατέρωθεν, ἑβδόμη δὲ αὕτη μέση διακένουσα καὶ διαιροῦσα τὰς τριάδας. Ita factus est lychnuchus sacer, ut tres tenues calamos habeat utrimque; ipse autem medius stipes discernat, ac dividat triades ramorum. *Josephus* hos ramos λεπτοὺς vocat tenues subtiles non vero crassos, quales fortasse ex sculptoris ingenio, vel errore apparent in candelabro *Titiano*. Imo totum candelabrum διάκενον intus cavum aperte scribit. Alii vero solidos, non intus inanes calamos fuisse putavere; uti scribit *Abarbanel* ad loc. cit. כלם ממנה יהיו מאותה החתיכה של זהב אבל ארא״בע כתב שהיתה המנורה חלולה ולזה אמר ירכה וקנה וששה קנים יוצאים מצדיה שהיו הקנים כלם חלולים שאם לא היו כן לא היו קנים ונראה לי שאין לו טענה בענין הקנים כי אפשר היה לעשותם מלאים בחיצוניהם עגולים בצורת קנים כי כבר נמצאו ארכה קנים מלאים מבלי רקות ופנוי כלל ואלמלא כן לא יצדק אומרו מקשה תעשה המנורה כי לא יוכלו לעשות חלולים מחתיכת אחת ואמר תעשה המנורה לפי שנתקשה בעיני משה ענין המלאכה הזאת והודיעו יתברך שאפשר להעשות המנורה מקשה על ידי האומני׳ ואמנם דרך הדרש הוא ידוע שנעשית מאליה אבל אני לפרש הכתוב על פשותו באתי ואמר ושש קנים יוצאים מצדיה להעיד שיהיה קנה המנורה באמצע ושלשה קנים מצד זו וג׳ קנים מצד זה וכולן יהיו יוצאים מצדיה כי בלא מקשה היא.

Omnia ex ipso erunt; ex ipsa lamina aurea. Verum *Arab* scribit, vacuum fuisse candelabrum; ideoque dicit, *pedem*, *&* *calamum*, & sex calamos derivatos fuisse ex ejus lateribus, quod calami omnes fuerint vacui; si ita non fuissent, non fuissent calami. Et mihi videtur nullam illi esse rationem in subjecto calamorum; quia possibile erat, fieri plenos extrinsecus oblongos juxta formam calamorum, quia jam deprehendatur longitudo calamorum plenorum sine ulla inanitate; consequitur, si ita non esset, quod non recte dictum esset; *solidum fiet candelabrum*; quia fieri non poterant (calami) vacui ex una lamina: & dictum est; *Fiat candelabrum*; quia molestum fuit in oculis Mosis hujusmodi opus. Atque illi ostendit Deus, per manum artificum fieri potuisse solidum candelabrum. Et certe per explicationem mysticam ostendit, quod per se fieret. At ego veni ad explicandum hunc scripturæ locum. Dictum est; *& sex calami egredientur de lateribus*; ad demonstrandum, quod calamus candelabri esset in medio, & tres calami in hoc latere; totidemque in altero latere, & omnes ex ejus latere egrederentur; eo quod totum esset solidum. Illud מקשה non semper solidum designat. Dictum est enim *Num.* x. 2. tubas fieri debuisse ex argento מקשה, quæ tamen intus cavæ erant.

In singulis calamis erat cyathus, flos & malum, uti dictum est l. c. *Exod.* שלשה גביעים משקדים בקנה האחד כפתר ופרח ושלשה גביעים משקדים בקנה האחד כפתר ופרחין לששת הקנים היוצאים מן המנרה ובמנרה ארבעה גביעים משקדים כפתריה ופרחיה וכפתר תחת שני הקנים ממנה וכפתר תחת שני הקנים ממנה וכפתר תחת שני הקנים ממנה לששת הקנים היוצאים מן המנרה. *Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærulaque simul & lilium; Et tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulaque simul & lilium; hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, & lilia. Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt, procedentes de hastili uno. Targum*. תלתא כלידין מציירין בקניא חד חזור ושושן ותלתא כלידין מציירין בקניא חד חזור ושושן כן לשותא קנין דנפקין מן מנרתא ובמנרתא ארבע כלידין מציירין חזורתא ושושנתא וחזור תחות תרין קנין דמינה וחזור תחות תרין קנין דמינה לשיתא קנין דנפקין מנרתא. *Tres scyphi figurati in uno calamo*,

lamo, ſphærula, & lilium; & tres ſcyphi figurati in uno calamo ſphærula & lilium; ſic in ſex calamis, qui protrabuntur de candelabro. Et in candelabro quatuor ſcyphi figurati, ſphærulæ, & lilia; & ſphærula ſub duobus ejus calamis, & ſphærula ſub duobus ejus calamis, in ſex calamis, qui protrabuntur de candelabro. Ubi *Raſchi*. שלשה גביעים בולטין מכל קנה וקנה כפתור ופנ״ח היה לכל קנה וקנה ובמנורה ארבעה גביעים בנופה של מנורה היו ארבעה גביעים אחד בולט בה למטה מן הקנים ושלשה למעלה מן יציאת הקנים היוצאין מצדיהם. Tres ſcyphi prominebant ex ſingulis calamis, malum, & flos erant in ſingulis calamis. *Et in candelabro quatuor ſcyphi*; in corpore candelabri erant quatuor ſcyphi; unus prominebat infra calamos, & tres ad ſuperiorem partem in eo ſpatio, unde producebantur calami, qui ex eorum lateribus egrediebantur; *Abarbanel* l. c. ואמר שלשה גביעים משוקדים ושלשה גביעים וגו׳ להעיד שבקנה האמצעי שהוא גוף המנורה יהיו ארבעה גביעים לא שלשה כאשר הם בשאר הקני׳ כי בקנה ההוא היה גביע אחד בירכ׳ והשלשה למעלה סמוכים לכפתור ופרח ולנר כמו בשאר הקנים עוד צוה שיהיו בקנה האמצעי ההוא שלשה כפתורים ומכל אחד מהם יצאו שני קנים אחד לכאן ואחד לכאן כאלו מאותו הכפתור היו יוצאים הקנים ההם וזה שאמר וכפתור תחת שני הקנים וכפל לומר שלש פעמים להגיד שהם שלשה כפתורים שיוצאים מהם ששת הקנים כמו שזכרתי. Et dictum eſt: *tres ſcyphi amygdalati; & tres ſcyphi &c.* ad demonſtrandum, quod in calamo medio, quod erat corpus candelabri, eſſent quatuor ſcyphi, non vero tres, ut in ceteris calamis; quia in hoc calamo erat unus ſcyphus in pede, & tres ad ſuperiorem partem proximi malo, & flori, & lucernæ, ſicut in reliquis calamis. Præterea jubet, fieri in hoc medio calamo tria mala, ex quorum ſingulis hi calami protrahebantnr; ideoque dictum eſt; *& malum ſub duobus calamis*; iterumque ac tertio dictum eſt ad demonſtrandum, tria fuiſſe mala, ex quibus egrederentur ſex calami, uti memoravi. Quod dicitur משוקדים, dubitant Judæi Interpretes cuinam attribuendum ſit, utrum floribus, an malis. *Raſchi* loc. cit. משוקדים כפתוריה ופרחיה זה אחד מחמשה מקראות שאין הכרע אין ידוע אם גביעים משוקדים אם משוקדים כפתוריה ופרחיה. Amygdalata ejus mala & flores; hic eſt unius ex quinque textibus, qui כרע non habent; non patet, num ſcyphi ſint amygdalati, an ſint amygdalata ejus mala & flores. Vide *Babyl. Joma* 52. & *Hieroſ. Avoda Zara* 41. 4. Patet jungendum eſſe משוקדים cum גביעים, quia verſ. 33. non poteſt referri niſi ad גביעים; ergo & commate ſequenti ad גביעים neceſſario erit referendum.

At major oritur controverſia inter Interpretes quomodo collocata eſſent in calamis, mala, ſcyphi & flores, ſc. an omnia prope lucernas ſimul conjuncta eſſent, an ſpatium inter illa intercederet. Hæc omnia optima illuſtrantur a *Chaphetz* in *Chanuchath Abith*. cap. 51. אלא שנתקשיתי אם אלו הגביעים וכפתורים ופרחים שהיו בכל קנה וקנם היו זה אחר זה מחוברים ראש זה בצד עקרו של זה או אם היו הגביעים והכפתורים מפוזרים באורך הקנה גביע אחד בתחילת הקנה אצל גוף המנורה ונביע שני רחוק ממנו קצת וריוח בינו ובין הראשון וכן בשלישי וזהו הצייור שנו בספר בואורין של מה״ן לפרשת תרומה שם תמצאנו ור״שי ז״ל בפרשת תרומה פירש בספוק ועשירת מנורת זהב טהור וכו׳ ז״ל כפתורים כמין טפוחים היו ומניין שלהם כתוב בפרשה כמה כפתורים בולטים וכמה חלק בין כפתור לנפתור ע״כ ותמת עליו הרב מזרחי ז״ל למה לא כתב גם כן בנביעים כמה שם המקומות שבין גביע לגביע ולע״ד מכאן מודעא רבא שר״שי ז״ל סובר כרעת הראשון לפי שכדרך הזה לא נמצא חלק בין גביע לגביע בכל המנורה לא כן בכפתורים שהם ארבע בגוף המנורה ופירש לך הכתוב שירחקו זה מזה כאמרו וכפתור תחת שני הקנים וכו׳ ובהכרח יהיה חלק בין כפתור לכפתור כשיהיה ריוח בין קנה לקנה ויצא לנו שהרב מזרחי גמר לה איפכא וסובר כרעת מה״ן דלדידיה יש חלק בין גביע לגביע ולפיכך על ר״שי תלוכתו וראיתי שויזע לדעת הראשון מהא דאמרן שבגוף המנורה אחר נ׳ כפתורים היו שני טפחים חלק ואחר כן ג׳ טפחים לג׳ הניביעים כפתור ופרח שאם בשאר הקנים יש חלק בין גביע לחביע מאי שנא בקנה האמצעי ישכו כל חמשתן בשלשה טפחים וא״א שיהיו בו אלא דבוקים זה בזה בצמצום דהא אשכחן להו לתוספות ז״ל בפרק הקומץ רבה דמקשי על הגביע וכפתור ופרח דהוה בגוף המנורה למטה למה היה משוכה משאר הגביעים שהיה לכל אחד טפח ואם כן מאי שנא נמי לדידן בהנהו דלעיל לולי שכלם היו כן וא״ת שאני הכא דלא אפשר שהיה הקנה קצר וצריך ליתן ריוח בין הכפתור שתחת הקנים לגביעים מכל מקום למה שייר טפחיים חלק הזה נוח לחלק טפח אחד בין הגביעים להשווה הקנה האמצעי לכל הקנים והכי שפיר טפי מלומר דגביעים שבאמצעי ישתנו. At mihi difficile eſt definire, num ſcyphi, & mala & flores, qui erant ſingulis calamis, collocati eſſent alius poſt alium, ut al-

terius

terius principium alterius principio connecteretur, an ſcyphi, & mala ſeparata eſſent in longitudine calami. Unus ſcyphus collocatus fuit in principio calami prope corpus candelabri; & ſecundus ſcyphus paulo remotus ab illo, & ſpatium fuit inter hunc & primum; atque ita in tertio; atque ita efformatur in libro explanationum *Machran*; atque ibi deprehendes. At *Raſchi* in Paraſcha *Theruma* exponit textum; *& facies candelabrum de auro puro &c.* Hæc ſunt ejus verba כפתורים ad ſimilitudinem malorum; & eorum numerus deſcribitur in Paraſcha; quot mala promineant; quantumque ſpatii inter malum & malum intercedat. Hactenus ejus verba. De eo miratur R. *Mizrachi* f. m. quod pariter non ſcribat de ſcyphis, quantum inter ſcyphum, & ſcyphum ſpatii intereſſet. Et juxta meum mediocre ingenium, hinc eruitur maximum argumentum, quod *Raſchi* f. m. ſentiat juxta primam opinionem. Etenim hac ratione non deprehendetur ſpatium inter ſcyphum & ſcyphum in toto candelabro; At non idem eſt in malis, quæ ſunt quatuor in corpore candelabri; Tibique exponit textus, quod alterum ab altero remotum eſſet; ubi dicitur; *& malum infra duos calamos &c.* Et neceſſario erit ſpatium inter malum & malum; ſicut erat ſpatium inter calamum & calamum; & nobis conſtat, quod *R. Mizrachi* in contrarium doceat, ſentiatque juxta opinionem *Machran*, ex cujus ſententia erat ſpatium inter ſcyphum & ſcyphum; ideoque contra *Raſchi* eſt ejus murmuratio. Et vidi præſidium pro prima ſententia, ex eo quod dicitur, in corpore candelabri poſt tria mala fuiſſe ſpatium duorum palmorum; & poſthæc fuiſſe tres palmos pro tribus ſcyphis, malo, & flore; Si enim in reliquis calamis erat ſpatium inter ſcyphum, & ſcyphum; cur variat in calamo medio? Collocentur omnes quinque in tribus palmis. At impoſſibile eſt ita fuiſſe, niſi arctati ſimul conjungantur; etenim invenitur in *Toſaphoth* f. m. in cap. III. *Menachoth*, quod argumentatur de ſcypho, & malo, & flore, qui erant in corpore candelabri in parte inferiori, cur differat ab ceteris ſcyphis, quibus ſingulis erat palmus; ſi ita eſt, cur variat? nos quoque ſuperius ita ſentimus; Si non eſſet, omnes ita eſſent. Si vero dicas, quod hoc loco variet, eo quod ſit impoſſibile, quod calamus ſit brevis, ſit neceſſe, ut ſit ſpatium inter malum, quod erat infra calamos, & ſcyphos; tamen cur reliqui ſunt duo palmi ſpatii? Melius eſset dividere unum palmum inter ſcyphos, ut æqualis eſſet calamus medius omnibus calamis; Atque ita optimum eſset; dicendo, quod ſcyphi, qui erant in medio, eſsent differentes. Hæc omnia optime illuſtrabantur ex variis candelabris, quæ in hac tabula ænea conſpicienda damus.



Omnes Interpretes Judæi conveniunt ſcyphos fuiſse duos & viginti, flores novem, & undecim mala. *Babyl. Menachoth* 28. 2. ונמצאו גביעים כ׳ ושנים כפתורים אחד עשר פרחים תעשה וגו׳ בשלמה גביעים עשרים ושנים דכתיב ובמנורה ד׳ גביעים וגו׳ וכתיב ג׳ גביעים משקדים בקנה אחד כפתור ופרח וגו׳ ד׳ דתמני סר דקנים הא עשרין ותרתין נמי אחד עשר כפתורים תרי וששה דקני׳ וכפתור וכפתור וכפתור הא חדיסר אלא פרחים תשעה מגלן פרחים תרי וששה דקנים תמני הוו אמר ר׳ שלמן כתיב עד ירכה ועד פרחה מקשה היא.. Deprehenduntur ſcyphi eſse duo & viginti; mala undecim, flores novem &c. concedatur,

tur, scyphos fuisse duos & viginti; quia scriptum est *Exod.* XXV. 34. In *Candelabro quatuor scyphi &c.* pariterque scriptum est; *tres scyphi amygdalati in uno calamo, malum & flos &c.* quatuor, & octodecim in calamis faciunt 22. mala quoque erant undecim; כפתורים sunt duo, & sex in calamis, & malum, & malum, & malum, ecce undecim. Flores fuisse novem unde probantur? ex eo quod dictum est; פרחים *flores*, ecce duo; & sex in calamis; ecce octo. Dicit R. Schalman; scriptum est *Num.* VIII. 4. *usque ad scapum, usque ad florem, opus erit mikscha*. *Pesiktha* 43. נמצאו גביעים עשרים ושנים כפתורים י״א פרחים ט׳ בשלמא גביעים כ״ב דכתיב ובמנורה ארבעה גביעים תמניסר דקנים וארבעה דידה הרי כ״ב כפתורים נמי אחד עשר דכתיב כפתוריה שנים עשר אלא פרחים תשעה איכא הא כתיב פרחים תרי דידה וששה דקנים תמניא הוו אמר ר׳ שלמן עד ורכה עד פרחה היסיף פרח אחד הרי ט׳. Deprehenduntur scyphi esse duo & viginti mala undecim, & flores novem. Concedatur scyphos esse duos & viginti; scriptum est enim; *& in candelabro quatuor scyphi*; octodecim in calamis; & quatuor ipsius, ecce duo & viginti. Mala quoque sunt undecim; scriptum est enim; *ejus mala*, undecim. At flores novem ubinam? Scriptum est; *flores*; duo; & sex in calamis, sunt octo; Dicit R. Schalman; scriptum est; *usque ad scapum, usque ad florem*: Adjungitur alter flos; ecce novem *Raschi* ad loc. c. *Exod.* נמצאו גביעים כ״ב י״ח לששה קנים שלשה לכל אחד ואחד וארבעה בגופה של מנורה וי״א כפתורים ששה בששת הקנים ושלשה בגופה של מנורה שהקנים יוצאים מהם ושנים עוד נאמר׳ במנורה שנ׳ משוקדי׳ כפתוריה ומיעוט כפתורי׳ שני׳ אחד למטה אצל הירך ואמר בשלשה טפחים העליונים עם שלשה הגביעים ותשעי פרחים היו לה ששה לששת הקנים שנ׳ בקנה האחד כפתור ופרח ושלשה למנורה שנ׳ משוקדים כפתוריה ופרחיה ומיעוט פרחים שנים ואחד האמור בפרשת בהעלותך עד ירכה עד פרחה. Deprehenduntur scyphi esse duo & viginti, octodecim in sex calamis, tres in singulis calamis, & quatuor in stipite candelabri; & mala undecim, sex in sex calamis, & tria in stipite candelabri, unde calami prominebant; & duo praeterea commemorata in candelabro; dictum est enim; *amygdalta ejus mala*; ad minimum mala sunt duo; & alterum in parte inferiori prope scapum, & alterum in tribus palmis superioribus cum tribus scyphis. Novem sunt flores, sex in sex calamis, dictum est enim; *in calamo uno malum & flos*; & duo [pro שלשה legendum שנים] in candelabro; dictum est enim; *amygdalata ejus mala, & flores*; ad minimum flores sunt duo; & alter commemoratus in *Parascha* בהעלותך i. e. *Num.* VIII. 4. *Usquu ad scapum, usque ad florem*. Vide *Maimon. Beth Habechira* cap. III. Viginti duo scyphi, & undecim mala, & novem flores ita erant necessaria in candelabro, ut si unum ex istis defuisset candelabrum illegitimum haberetur. *Babyl. Menachoth* l. c. גביעים מעכבים זה את זה כפתורים מעכבין זה את זה פרחים מעיבין זה את זה גביעים כפתורים ופרחים מעכבין זה את זה. Scyphi inter se impediunt, mala inter se impediunt, flores inter se impediunt, scyphi mala, & flores inter impediunt. *Tosaphtha Menachoth* c. VI. שבעה קני מנורה מעכבין זה את זה וז׳ נרותים מעכבין זה את זה גביעים כפתורים ופרחים מעכבין זה את זה. Septem calami candelabri inter se impediunt; septem lucernae inter impediunt; scyphi, mala, & flores inter se impediunt. Si vero ex reliquis metallis fieret candelabrum, non erant necessarii scyphi, mala, & flores. *Babyl. Menachoth* ibid. ככר זהב טהור יעשה אותה ואת כל הכלים האלה באה זהב באה ככר אינה באה זהב אינה באה ככר גביעים כפתוריה ופרחיה באה זהב באה גביעים כפתוריה ופרחיה אינה באה זהב אינה באה גביעים כפתורים ופרחים ואימא נמי באה זהב באה קנים אינה בהה זהב אינה באה קנים ההוא פמוט מיקרי וזה מעשה המנורה מקשה זהב באה זהב באה מקשה אינה באה זהב אינה באה מקשה מקשה דסופ׳ למאי אתא למעוטי חצוצורות *De talento auri purissimi facies illud, & omnia vasa ista*. Si afferatur aurum, affertur talentum, si non afferatur aurum, non affertur talentum. *Scyphi, ejus mala, & flores*. Si afferatur aurum, afferuntur scyphi, ejus mala, & flores, si non afferatur aurum, non afferuntur scyphi, mala, & flores. Dicamne quoque; si afferatur aurum, afferuntur calami, si non afferatur aurum, non afferentur calami? Istud vocaretur פמוט (sc. teste *Aruch* candelabrum unius trunci.) *Et hoc est opus candelabri; solidum ex auro*; si afferatur aurum, affertur solidum, si non afferatur aurum, non affertur solidum. *Solidum* in fine cur venit? ad excludendas tubas. *Maimonides* loc. cit. נמצאו כל הגביעים שנים ועשרים והפרחים תשעה והכפתרים אחד עשר וכולן מעכבי׳ זה את זה ואפילו חסר אחד מן השני׳ וארבעי׳

מעכב

מעכב כולן בד״א כשעשו זהב אבל שאר מיני מתכו׳ אין עושין בה גביעי׳ כפתורי׳ ופרחים . Deprehenduntur ſcyphi eſſe duo & viginti , flores novem, & undecim mala ; & omnia inter ſe impediunt ; ſi unum ex his duobus & quadraginta defuerit , impedit omnia . De quo hæc dicta ſunt? Quando conficitur ex auro; at in ceteris metallorum ſpeciebus non efformantur ſcyphi , mala , & flores.

IV. Recenſentur poſthæc in textu lucernæ , quæ in ſummitate calamorum collocatæ erant. ועשית את נרתיה שבעה *Et facies lucernas ejus ſeptem. Targum.* ותעבידית בוצינהא שבעא . *Et facies ejus lucernas ſeptem*. Ubi *Raſchi* את נרותיה כמין בזיכין שנותנים בתוכ׳ השמן והפתילות *Lucernas ejus*; ſimiles ſcutellis , in quibus indatur oleum, & ellychnia. Nonnulli ex Judæis putaverunt lucernas , quo tempore mundarentur , atque accenderentur , fuiſſe remotas a candelabro, eaque de cauſa non fuiſſe cum illo conjunctas , ut removeri non poſſent . *Babyl. Menachoth* 88. 2. אמר ר׳ הונא בריה ר׳ יהודה א״ר ששת נר שבמקדש של פרקים הוה קסבר כי כתיב ככר ומקשה המנורה ונרותיה כתיב כיון דמיבעיא הטבה אי לאו דפרקים הוי לא הוה מטייבא ליה מיתיבי כיצד עושה מסלקן והמנוחן באהל ומיקתן בספוג ונותן בהן שמן ומדליקן הוא דאמר כי האייתנא דתניא חכמים אומרים לא היו מזיזין אותה ממקומה מכלל דאיבעי ליה לאזוזה מצי מזיז אלא לא היתה זזה ממקומה ומאם חכמים ר׳ אלעזר הוא דתניא ר׳ אלעזר בר׳ צדוק אומר כמין טס של זהב היה לה על גבה כשהוא מטיבה דוחקו כלפי פיה כשהוה נותן שמן דוחקו כלפי ראש. Dicit R. Huna filius R. Jehuda; dicit R. Seſat ; Lucerna ſanctuarii ex membris facta erat ; qui putat ex eo quod ſcriptum eſt ; *talentum ; & ſolidum candelabrum ; & lucernæ ejus* ; purificabat; cum præparanda eſſet, ſi non facta eſſet ex membris , non potuiſſet præparari. Argumentatur; quomodo faciebat ? efferebat , & deponebat in tabernaculo, emundabat ſpongia, indebat oleum , & accendebat . Hic ſentit juxta opinionem iſtius doctoris, quæ eſt in Baraitha. At Sapientes dicunt; illa non dimovebatur ab ſitu ſuo. Conſequitur , ſi dimovere voluiſſet , dimovere potuiſſe . At non poterat dimoveri ab loco ſuo. Fortaſſe inter ſapientes eſt R. Elieſer . Baraitha . R. Elieſer bar R. Sadok dicit . Erat veluti quædam lamina aurea in ejus ſummitate ; quando præparabatur repellebatur e regione ejus oris, quando indebatur oleum , repellebatur e regione ejus ſummitatis. *Abarbanel* ad *Num.* VIII. ויותר נכון לפרש כי שבעת הנרות היו מודלקים ממנה ובה יטיבו את הנרות היו מורידם ומשירם מן המנורה כדי לנקותם משמרי השמן והפחם ואחרי נקייתם היה נותן בהם שמן זית זך ופתילות חדשים ומדליקם ואז היה מעלה הנרות הדלוקים ומניח אותם על המנורה . Et magis convenit commentari , quod ſeptem lucernæ ex eo accenderentur ; & in præparandis lucernis , illæ demitterentur, & removerentur ex candelabro, ut emundarentur ex fæcibus olei , & fuliginis, & poſtquam emundatæ eſſent, in illis inderetur oleum olivæ purum , & ellychnia recentia, & accenderentur; & tunc elevarentur lucernæ ardentes , & ſuper candelabro collocarentur . *Raſchi* ad 2. *Paral.* IV. 2. ואת המנורות ונרותיהם להוציא מלבן של מפרשין נרות היו עושין מגופה של מנורה ואדוקין בה שהרי כתיב ואת המנרות ונרותיהם מה שהזכיר את הנרות בפני עצמן ולא שאר מעשה המנורה בפני עצמן גביעים כפתורים ופרחים מכלל שלא היו הנרות אדוקין והואיל ואין אדוקין נר׳ כמעשה אחר וצריך להזכיר נרותיהם אבל שאר מלאכו׳ שהיו אדוקין בה אינו מזכיר׳ שנקראי׳ על שם המנורה. *Et candelabra & ejus lucernas*; ad rejiciendam ſententiam interpretum, qui dicunt ; lucernas factas fuiſſe ex ipſo candelabro, & cum eo fuiſſe compactas ; etenim ſcriptum eſt; *& candelabra, & ejus lucernas*. Cur commemorat lucernas ſeorſim , & non reliquum opus candelabri ſeorſim , ſc. ſcyphos , mala , & flores? Conſequitur , lucernas non fuiſſe conjunctas ; quandoquidem non fuerunt cum eo conjunctæ lucernæ, tanquam aliud opus, oportuit commemorare lucernas ejus , neque cetera opera , quæ cum illo compaſta erant , commemorat , quæ nomine candelabri appellantur. Lucernæ dicuntur in textu reſpexiſſe contra candelabrum . והעלה נרתיה והאיר על עבר פניה . *Et extolles ejus lucernas , ut luceant e regione faciei ſuæ . Targum* . ותדלק ית בוצינהא ליהון מנהרין לקביל אפהא . *Et accendes ejus lucernas , & ardebunt e regione faciei ſuæ* . Et *Num.* VIII. 2. dictum eſt . בהעלתך את הנרות אל מול פני המנורה יאהרו שבעת הנרות . *Cum extolles lucernas, e regione faciei candelabri ardebunt ſeptem lucernæ . Targum* . באדלקותך ית בוציניא לקביל אפ׳ מנרתא יהון מנהרין שבעא בוציניא. *Quum accendes lucernas, e regione faciei candelabri ardebunt ſeptem lucernæ*. Mirum quantum inter ſe diſſentiunt Interpretes Judæi in his textibus illuſtrandis , & in ſtatuenda definiendaque lucerna occidentali . Lector ex

post augumentum dicit, sed de priori mina communi; & nihilominus exponit in quaternione pariter in commentario in *Ezechielem*. Ex locis adductis 1. docemur; minam legis comprehendisse tantum 25. siclos, i. e. 100. denarios. Hinc *Bava Kama* cap. IV. 1. המנה מאה דינרין; Mina centum sunt denarii 2. minam sanctuarii mina legis duplo fuisse, quæ 50. siclos, i. e. 200. denarios comprehenderit. Hinc talentum, quod constabat *60*. minis, quarum singulæ 50. siclos efficiebant, 3000. siclos comprehendit; uti demonstratum est ad *Exod*. XXXVIII. 25. sexta parte minam auctam esse, i. e. denariis 200. 3. additos esse 40. Hujusmodi mina, quæ aucta dicitur tempore *Ezechielis*, nullo modo convenire potest talento Mosaico. Postrema hæc mina *Josephi* ætate usitata fuit, a quo lib. XIV. cap. 12. *Antiquit.* scribitur: ἡ δὲ μνᾶ παρ' ἡμῖν ἴσχει λίτρας β' καὶ ἥμισυ. Mina apud nos valet libras duas semis, i. e. sexaginta siclos, si cuique siclo fere semuncia Romana tribuatur. Ex supra dictis demonstratum est siclum continuisse quatuor denarios, i. e. quatuor drachmas; Hinc siclus appellatum scimus τετράδραχμον, & dimidium siclum δίδραχμον *Matth*. XVII. 24. & *Luc*. XII. 35. δύο δυνάρια, quum integer siclus quatuor denarios comprehenderet. Ejus pondus fuit ante primi templi excidium 320. granorum hordei, uti testatur *Maimonides* in constitut. de *siclis* cap. 1. ומשקלו שלש מאות ועשרי' שעורה Et ejus pondus fuit 320. granorum hordei. Optime convenit hujusmodi pondus siclis, qui appensi fuerunt a *Montano*, *Mersenno*, & *Villalpando*; etenim *Montani* siclus æquiponderavit semunciæ Hispanicæ, quæ respondet granis Paris. 270. *Villalpandi* semunciæ Romanæ hodiernæ, quæ æquivalet granis Paris. 267. postremus *Mersenni* deprehensus est æquivalere granis Paris. 268. Hujusmodi pondus optime convenit 320. granis hordeaceis mediocribus; Ex his omnibus demonstrari potest siclum Hebraicum statuendum esse granorum Paris. 268. octo granis majorem semuncia Romana vetere, *64*. granis leviorem Tetradrachmo Attico. Hinc errat *Josephus*, qui scribat lib. III. cap. *9*. *Antiq*. Siclum Tetradrachmo Attico æquivalere; ὁ δὲ σίκλος νόμισμα ἑβραίων ὢν ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. Siclus autem nummus Hebræorum, Atticas capit drachmas quatuor. Vide cel. *Eisenschmidii* lib. de ponderibus & mensuris cap. III. Ex his quæ hactenus dicta sunt, æquivalebit talentum Hebraicum 8800. drachmis Atticis sc. libris veteribus Romanis 139. cum duabus unciis. Nunc inquirendum, an sicli aurei ab reliquis siclis ceterorum metallorum in pondere variaverint; etenim memorantur sicli argentei, ænei, & ferrei; de ferreis fit mentio 1. *Sam.* XVII. 7. ולהבת חניתו שש מאות שקלים ברזל. *Ipsum autem ferrum hastæ ejus sexcentos siclos habebat ferri*. *Targum*. דמורניתיה מתקל שית מאה תקלי ברזלא. *Ejus lanceæ pondus erat sexcentorum siclorum ferreorum*. Ubi *Radak*. שקלים ברזל כמו שקלים ברזל ומה שאמר למעלה שקלים נחשת והנה אמר שקלים ברזל לפי שכל המתכות יש שקלים מיוחדים וכאשר שוקלים הזהב שוקלים בשקלים המיוחדים לזהב וכן לכסף וכן לנחשת וכן לברזל ולהבת חניתו היתה ברזל זכר בה שקלים ברזל. *Sexcentos siclos ferri*: sicut sicli ferrei. Et sicut supra commemoravit siclos æneos; & nunc memorat siclos ferreos; quia omnia metalla habent siclos peculiares; & quando appendunt aurum, appendunt siclis auro peculiaribus, pariterque argento, & æri, ita pariter ferro, & quia ejus hasta erat ferrea, idcirco in ea memorantur sicli ferrei. *Ralbag* in l. c. והנה היה משקל ברזל חניתו קרוב משלישית ככר Et ecce pondus ferri ejus hastæ erat quasi tertia pars talenti. Videtur ex his varia talentorum pondera pro metallorum varietate fuisse. Talentum aureum ab ceteris non pondere, sed materia tantum variasse mihi persuadet textus 1. *Reg*. IX. 28. ubi dicuntur ex Ophir ad Salomonem delata fuisse 420. talenta, quæ si juxta proportionem, pretii habita ratione, ab ceterorum metallorum pondere diminuantur, quis credat pro pusillo lucro hanc difficilem navigationem tantis laboribus & periculis fuisse susceptam? Sed clarius nostra sententia probatur ex 2. *Reg*. V. 23. ubi narratur singulis famulis singula talenta argenti in saccis ligata fuisse imposita, quæ ab iis per aliquod spatium deferrentur. Si minus hoc talentum fuit in pondere præ ceteris vilioribus metallis cur non potius duo, quam unum talentum servis singulis deferenda imposita sunt a quibus facile transferri potuissent? Dubitant Judæi Interpretes an vasa candelabri ex talento ipso efformarentur. *Babyl. Menachoth* 88. 2. ופלונתא דהני תנאי דתניא מנורה ונרותיה באות מן הככר ואין מלקחיה ומחתותיה מן הככר ר' נחמיה אומר מנורה היתה באה מן הככר ולא נרותיה ומלקחיה ומחתותיה באות מן הככר במאי קא מיפלגי בהאי קרא דתני' ככר זהב טהור יעשה אות' למרנו

למדנו למנורה שבאה מן הככר מניין לרבות נרותיה ת״ל את כל הכלים האלה יכול שאני מרבה אף מלקחיה ומחתותיה ת״ל אותה דברי ר׳ נחמיה קשיא דר׳ נחמיה אדר׳ נחמיה תרי תנאי ואליבא דר׳ נחמיה ר׳ יהושע בן קרחא אומר מנורה באה מן הככר ואין מלקחית ומחתותיה באה מן הככר והלא אני מקיים את כל הכלים האלה שהיו כלם של זהב זהב בהדיא כתיב בו ועשית את נרותיה שבעה וחעלה את נרותיה להאיר על עבר פניה ומלקחיה ומחתותיה זהב טהור לא נצרכה אלא לפי נרות סלקא דעתך אמינא הואיל ופי נרות אשחורי משחר התורה חסה על ממונן של ישראל וליעביר כל דהו קמ״ל. Et est dissensio inter istos doctores Misnicos; exstat enim traditio. Candelabrum, & ejus lucernæ adducuntur ex talento, at ejus forcipes, & receptacula non adducuntur ex talento. R. Nehemia dicit; candelabrum adducitur ex talento; at ejus lucernæ, & forcipes, & receptacula non adducuntur ex talento. Ubinam est dissensio? in hoc textu; scriptum est enim: *De talento auri puri facies illud*; ex quo docemur, candelabrum adductum fuisse ex talento. Unde probatur ad includendas ejus lucernas? ex eo quod dictum est; *& omnia vasa ista*: Crederem includendas quoque forcipes, & ejus receptacula? Idcirco dictum est: *illud*. Verba R. Nehemiæ: Oppositio R. Nehemiæ contra R. Nehemiam: Duo doctores Misnici varie referunt opinionem R. Nehemiæ. R. Jehosua ben Charcha dicit: Candelabrum afferebatur ex talento; at ejus forcipes, & receptacula, & lucernæ non adducebantur ex talento. At quomodo explicabo: *omnia vasa ista*? ut omnia sint ex auro; ex auro? perspicue scriptum est; *& facies ejus lucernas septem, & extolles ejus lucernas, & illuminabunt ad latus ejus faciei, & ejus forcipes & receptacula ex auro puro*. At necesse est; quia putarem dicendum, cum ora lucernarum nigrescerent, cum lex parceret opibus Israelis, & pemitteret hæc omnia fieri ex quavis materia, idcirco dicit &c. *Abarbanel* ad l.c. עם כל חכלים אלה ככר זחב טחור לא שהיו המלקחים והמחתות מקשה עם המנורה כי אם שמנורה בעצמה תהיח ככר זהב אחד כדברי ר׳ יהודה אבל הכלים לא היו בכלל הככר אלא להודיע שיהיו עם כן זהב טהור; *& omnia ista vasa ex talento auri puri*; at forcipes & receptacula non sunt ex eadem massa cum candelabro; quia candelabrum seorsim erat ex uno talento aureo; juxta verba R. Jehuda; at vasa non comprehendebantur in talento; sed ostenditur, quod hæc quoque fierent ex auro puro. *Maimonides* l. c. המלקחים והמחתות וכלי השמן אינן מכלל הככר שהרי נאמר במנורה זהב טהור ולא נאמר נרותיה זהב טהור מפני שהנרות קבועין במנורה והם מכלל הככר. Forcipes & receptacula, & vasa olei non comprehenduntur in talento; quia dictum est in candelabro, *aurum purum*; at non dictum est; lucernas ejus ex auro puro; quia lucernæ statuuntur in candelabro, & illæ comprehenduntur in talento.

Hoc unum reliquum est, ut candelabri altitudo definiatur, de qua nulla est mentio in S. Scriptura; quod notat *Philo* lib. quis rerum divinarum hær. ἄξιον δὲ σκέψασθαι διὰ τί τῆς τραπέζης καὶ τοῦ θυμιατηρίου τὰ μέτρα δηλώσας, τῆς λυχνίας οὐδὲν ἀνέγραψε. Illud inquisitu dignum est, cur [Moses] mensæ, ac altaris suffitus dimensiones declaraverit, lychnuchi vero nihil. Judæi Interpretes communi consensu ejus altitudinem octodecim palmorum constituunt. *Babyl. Menachoth* 28. גובהה של מנורה י״ח טפחים הרגלים והפרח ג׳ טפחים וטפחים חלק וטפח שבו גביע וכפתור ופרח וטפחים חלק וטפח כפתור ושני קנים יוצאין ממנו אחד אילך ואחד אילך ונמשכין כנגד גובהה של מנורה וטפח חלק וטפח כפתור ושני קנים יוצאין ממנו אחד אילך ואחד אילך ונמשכין ועולין כנגד גובהה של מנורה וטפח חלק וטפח כפתור ושני קנים יוצאין ממנו אחד אילך ואחד אילך ונמשכין ועולין כנגד גובהה של מנורה וטפחיים חלק נשתיירו ג׳ טפחים שבהן ג׳ גביעין וכפתור ופרח. Altitudo candelabri erat octodecim palmorum; pedes & flos erant trium palmorum; & duo palmi læves & palmus, ubi erat cyathus, malum & flos, & duo palmi læves, & palmus, ubi erat malum, unde egrediebantur duo calami, alter hinc, & illinc alter, & protrahebantur contra altitudinem candelabri; & palmus lævis & palmus, ubi erat malum, unde egrediebantur duo calami, alter hinc, illinc alter, & protrahebantur, & adscendebant contra altitudinem candelabri, & palmus lævis, & palmus, ubi erat malum, unde egrediebantur duo calami, alter hinc, & illinc alter, & protrahebantur, & adscendebant contra altitudinem candelabri; & duo palmi læves reliqui erant, ubi erant tres cyathi, malum, & flos. *Raschi* ad l. c. *Exod.* גובהה של מנורה י״ח טפחים הרגלים והפרח שלשה טפחים הוא הפרח האמור בירך שנ׳ עד פרחה וטפחים חלק וטפח שבו גביע מהארבע׳ גביעי׳ וכפתור ופרח משני׳ כפתורים ושני

פרחים

פרחים האמורי׳ במנורה עצמה שנ׳ משוקדים כפמורים ופרחים למדנו שהיו בקנה שני כפתורים ושני פרחים לבד מן השלשה כפתורים שהקנים נמשכין מתוכן שנ׳ וכפתור תחת של יהקנים וגו׳ וטפחים חלק וטפח כפחור ושני קנים יוצאים ממנו אילך נמשכין ועולין כנגד גובהה של מנורה טפח חלק וטפח כפתור ושני קנים יוצאים ממנו ונמשכין ועולין כנגד גובהה של מנורה וטפח חלק וטפח כפתור ושני קנים יוצאים ממנו ונמשכין ועולין כנגד גוכהה של מנורה וטפחים חלק נשתיירו שם שלשה טפחים שבהם שלשה גביעים וכפתור ופרח. Altitudo candelabri erat octodecim palmorum; pedes & flos eminebant tres palmos; hic flos eſt ille, qui commemoratur in ſcapo; dictum eſt enim; *uſque ad florem*; & duo palmi leves; & palmus, ubi erat cyathus ex quatuor cyathis, malum, & flos, ex duobus malis, & ex duobus floribus, qui memorantur in ipſo candelabro; dictum eſt enim; *amygdalata mala*, *&* *flores*; ex quo docemur, fuiſſe in calamo duo mala, & duos flores, præter tria mala, ex quibus protrahebantur calami; dictum eſt enim; *&* *malum infra duos calamos &c.* & duo palmi læves; & palmus, ubi erat malum, unde hinc inde duo calami egrediebantur, & protrahebantur, & aſcendebant contra altitudinem candelabri; & palmus lævis, & palmus, ubi erat malum, unde egrediebantur duo calami, & protrahebantur & adſcendebant contra altitudinem candelabri; & palmus lævis, & palmus ubi erat malum, unde egrediebantur duo calami, & protrahebantur, & adſcendebant contra altitudinem candelabri; & duo palmi læves, reliqui ſunt tres palmi, in quibus erant tres cyathi, malum, & flos. *Maimonides* l. c. גובה המנורה היה שמונה עשר טפח הרגלים והפרח שלשה טפחים ושני טפחים חלק וטפח שבו גביע כפתור ופרח וטפחים חלק וטפח כפתור ושני קנים יוצאין ממנו אחד הילך ואחר הילך ונמשכין ועולין כנגד גובה המנורה טפח חלק וטפח כפתור ושני קנים יוצאין ממנו אחד הילך ואחר הילך ונמשכין ועולין כנגד גובה המנורה וטפח חלק וטפח כפתור ושני קנים יוצאים מסנו אחד הילך ואתד הילך ונמשכין ועולין כנגר נובה המנורה וטפחיים חלק נשתיירו שלשה טפחים שבהן שלשה גביעים כפתור ופרח. Altitudo candelabri erat octodecim palmorum; pedes & flos eminebant tres palmos; & duo palmi læves, & palmus, ubi erat cyathus, malum, & flos; & duo palmi læves, & palmus, ubi erat malum, unde duo calami hinc inde egrediebantur, & protrahebantur, & aſcendebant contra altitudinem candelabri; & palmus lævis, & palmus, ubi erat malum, unde duo calami hinc inde egrediebantur, & protrahebantur, & aſcendebant contra altitudinem candelabri; & palmus lævis, & palmus, ubi erat malum, unde duo calami hinc inde egrediebantur, & protrahebantur, & aſcendebant contra altitudinem candelabri; reliqui ſunt tres palmi, ubi erant tres cyathi, malum & flos.

CAPUT SECUNDUM.

I. De ſitu Candelabri in Sancto. II. De x. Candelabris Salomonis, & eorum ſitu in Sancto. III. De Candelabris in atrio accenſis in feſto Tabernaculorum. IV. De oleo Candelabri. V. De Lenticula olei puri in templo inventa, & de feſto Canuca. VI. De Lucernis ab Ethnicis & Chriſtianis accenſis.

I. CAndelabrum collocatum fuit in Sancto in plaga auſtrali e regione menſæ, uti ſcriptum eſt *Exod.* XL. 22. וישם את המנרה באהל מועד נכח השלחן על ירך המשכן נגבה. *Poſuit & candelabrum in tabernaculo teſtimonii e regione menſæ in parte auſtrali.* *Targum*. ושויית מנרתא במשכן זימנא לקביל פתורא על שידא דמשכנא דרומא. *Et poſuit candelabrum in tabernaculo conventus contra menſam ad latus tabernaculi auſtrale. Babyl. Joma* 33. 2. שולחן בצפון משוך מן הכותל שתי אמות ומחצה ומנורה בדרום משוכ׳ מן הכותל שתי אמות ומחצה מזבח ממוצע ועומד באמצע ומשוך כלפי חוץ קימעא ונוקמי׳ להדיהו כיון דכתי׳ ואת המנורה נכח השלחן בעינן רהוו אהרדי. Menſa ſita erat in aquilone, protracta ab muro duos cubitos cum dimidio; & candelabrum ſitum erat in auſtro, protractum ab muro duos cubitos cum dimidio; & altare erat intermedium, & in medio ſitum erat, paulo protractum verſus partem exteriorem, & inter ea collocatum erat; ſcriptum eſt enim; *& candelabrum e*

regio-

regione menſæ; neceſſe erat, ut ſe mutuo reſpicerent. *Toſaphtha Joma* cap. 2. נכנס ומהלך בהיכל עד שנמצא עומד בין מזבח הזהב ולמנורה והמזבח לפנים ממנו שלחן נתון בצפון משליש הבית ולפנים משוכה מן הכותל שתי אמות ומחצה מזבח הזהב ממוצע בנתיי׳ כנגד ב׳ ברי ארון ומשוך כלפי מזבח וכולם היו נותנין מחצי הבית ולפנים. Et ingrediens incedebat in templo, donec deprehenderetur conſiſtere inter altare aureum & candelabrum, & altare erat illo interius; menſa ſita erat in aquilone ab tertia parte domus & interius, protracta a pariete duos cubitos cum dimidio; altare aureum erat intermedium, & inter ea ſitum erat contra duos vectes arcæ, & protractum ad partem orientalem (legendum מזרח pro מזבח) omniaque collocata erant ab dimidia parte domus, & interius. *Hieroſ. Schekalim* 50. 2. השלחן היה נתון מחצי הבית ולפנים משוך מן הכותל בשתי אמות כלפי הצפון ומנורה כנגדו בדרום מזבח הזהב היה נותן באמצע הבית חולק את הבית מחציו ולפנים משוך קימעא כלפי הצפון וכולהם היו נתונין משליש הבית ולפנים. Menſa ſita erat ab dimidia parte domus, & interius, protracta ab muro duos cubitos cum dimidio verſus aquilonem, & candelabrum contra illam collocatum erat in auſtro; altare aureum ſitum erat in medio domus; dividens domum in duas dimidias partes & interius, paulo protractum ad plagam aquilonarem; omniaque ſita erant ab tertia parte domus & interius. Candelabrum altari aureo ab velo remotius, at menſa propinquius fuiſſe dicitur ab Judæis Interpretibus. *Toſaphtha Corbanoth* cap. 6. נכנס ועמד בין מזבח למנורה מזבח היה לפנים ממנו. Ingrediens conſiſtebat inter altare, & candelabrum; Altare erat illo interius. *Toſaphtha Joma* c. 11. ונכנס ומהלך בהיכל עד שנמצא עומד בין מזבח הזהב ולמנורה והמזבח לפנים ממנו. Et ingrediens ambulabat in templo, donec deprehenderetur conſiſtere inter altare aureum & candelabrum, & altare erat illo interius. *Siphra* 52. 4. מחוץ לפרכת העדות מה תל׳ לפי שנ׳ וישם את המנורה באהל מועד נוכח השולחן ואינו יודע אם סמוכה לפרוכת ואם סמוכה לפתח וכשהוא אומר מחוץ לפרוכת העדות באהל מועד מלמד שהיא סמוכה לפרוכת יותר מן הפתח העדות עדות לכל באי העולם שהשכינה בישראל וכי צריכים לנר והלא כל ארבעים שנה שעשו ישראל במדבר לא צרכו לנר שנ׳ כי ענן יי׳ על המשכן ואש תהיה לילה בו אם כן למה נאמר העדות עדות לכל באי העולם שהשכינה בישראל. *Extra velum teſtimonii*. Cur dictum eſt? quia dictum eſt; *& poſuit candelabrum in tabernaculo conventus e regione menſæ*. At ignoro utrum fuerit velo, an portæ propinquius? Quando vero dicitur; *Extra velum teſtimonii in tabernaculo conventus*. Hinc docetur, quod eſſet velo quam portæ propinquius. *Teſtimonii*; teſtimonium univerſo mundo, quod habitet Divinitas in Iſraele. Num lumine opus erat? Verumtamen quadraginta annis, quibus morati ſunt Iſraelitæ in deſerto, non opus habuerunt lumine; ſicuti dictum eſt *Exod.* XL. 36. *Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte*. Teſtimonium univerſis hominibus mundi, quod Divinitas habitet in Iſraele. *Peſiktha* 30. 4. מחוץ לפרכת העדות מה תל׳ לפי שנ׳ וישם את המנורת באהל מועד ואיני יודע אם סמוכה לפרוכת ואם סמוכה לפתח לפיכך הוצרך לומר מחוץ לפרכת העדות מלמד שהיא סמוכה לפרוכת יתר מן הפתח. *Extra velum teſtimonii*. Cur dictum eſt? Quia dictum eſt: *& poſuit candelabrum in tabernaculo conventus*. At ignoro, utrum fuerit propinquius velo, an portæ; Idcirco dicendum erat: *extra velum teſtimonii*; ad docendum, fuiſſe velo, quam portæ propinquius. *Ralbag* ad 1. *Reg.* VII. 49. לפני הדביר זהב סגור הנה מפני שהשולחנות הם גם כן לפני הדביר ולא זכר זה אלא במנורות ידענו שהמנורות יותר קרובות מקדש קדשים מהשלחנות והם היו כנגד הארון כי לפני י׳ היו כמו שהתבאר מדברי התורה. *Coram oraculo ex auro puriſſimo*; ecce quamvis menſæ quoque ſitæ eſſent coram oraculo, tamen non hoc memoratur niſi de candelabris; hinc cognoſcimus, candelabra fuiſſe propinquiora quam menſæ ſancto ſanctorum, & erant e regione arcæ, quia erant in conſpectu Domini, uti demonſtratur ex verbis legis. Non erat præciſe collocatum candelabrum, uti putat *Ralbag*, contra velum, & arcam, uti demonſtrat *Schilthe Haggibborim* cap. XXXI. והנה קודם כל דבר דעו כי לפני ה׳ ואל פני ה׳ אין להם משמעות אחד בשוה כי לפני ה׳ רוצה לומר שיביטו פני הדבר ההוא המונח שם והוא פני כבוד ה׳ על כן כשאמרה תורה יערך אותו אהרן ובניו היינו המנורה כי פעם נקראת בלשון יחיד כמו במקום הזה ופעם בלשון רבים כמו בהעלותך את הנרות מערב עד בקר לפני ה׳ לא רצתה שיאירו הנרות אל פני ה׳ היינו אל מול פני ה׳ אלא אמרה לפני ה׳ היינו שיהיו המנורה או הנרות לפני ה׳ מבלי דבר חוצץ בנתים ולכן כל עוד שהמנורה תהיה בהיכל לארכו גם כי לא תהיה לפני ה׳ אלא מן הצדדין ולא

תהיה

תהיה שם ברחב הבית עם פניה הפוכות אל פני הפרכת אם לא יהיה בינה ובין הפרכת דבר חוצץ יקרא בודאי לפני ה׳ וכדי שעל פתרון הדברים האלה שכן הוא בלי ספק משמעות בצד טבע הלשון כאשר אמרתי תדעו גם כן שי ללי בזה על מה להסמך תקראו כל המקומות שבאהבם בתורה מצות עריכת לחם הפנים ותראון שמשמעות לפני ה׳ האמור שם הוא הוא בעצמו כאשר פירשתי במנורה כי בפרשת תרו מה אמרה תורה ונתת על השלחן לחם פנים לפני תמיד ובפרש׳ פקודי כתוב ויערוך עליו ערך לחם לפני ה׳ וגו׳ ובפרשת אמור צוה ה׳ לכהן ואמר ושמת אותם שתים מערכות שש המערכת על השלחן הטהור לפני ה׳ וכתיב ביום השבת ביום השבת יערכנו לפני ה׳ תמיד יהיה אל פני ה׳ היינו לעומת הפרכת ממש לא יהיה סדור לחם הפנים עשוי כהלכתו מפני שאז היה צריך שפני לחם הפנים יביטו אל פני הפרכת וזה יהיה כשיסדרו ארך הלחם לארך השלחן אך מפני שסדורו של לחם הוא בארכו לרחב השלחן ונקרא אז לפני ה׳ ממילא משמע שלפני ה׳ יוצה בלי דבר חוצץ ולא אל פני ה׳ היינו נגד פני הפרכת ממש כאשר פירשו רבים. Ecce in primis ſcire debetis, quod *coram Domino*, & *ad facies Domini* non unum atque idem ſignificare; quia *coram Domino* ſignificat, nihil eſſe intermedium inter ipſam rem & gloriam Domini, quod ſeparet; & *ad facies Domini* ſignificat, quod reſpiciat facies rei eo loco collocatæ, & hic ſunt facies gloriæ Domini; ideoque, quando dicit lex *Exod*. XXVII. 21. *Et ordinabit illud Aaron, & filii ejus*, ſc. candelabrum, quod aliquando ſumitur ſingulari numero, ſicut in hoc loco, & aliquando plurali, uti *Numer*. XVIII. 2. *Cum ſuſtuleris lucernas a veſpera uſque ad mane coram Domino*. Lex non vult, ut illuminent lucernæ ad facies Domini, i. e. contra facies Domini; ſed dicit; collocandum eſſe candelabrum, & lucernas coram Domino, ſc. ut nihil eſſet intermedium, quod ſepararet. Idcirco quotieſcunque candelabrum erat in templo ad ejus longitudinem, quamvis non eſſet coram Domino, ſed ad latera, neque eſſet in latitudine domus faciebus ad velum converſis, ſi nihil eſſet inter ipſum & velum intermedium, certe dicebatur eſſe *coram Domino*. Quoniam ex interpretatione horum verborum, quorum ſenſus proculdubio hujuſmodi eſt propter ingenium linguæ, ſcitote pariter, quod mihi ſuppetunt alia argumenta; Legite ea omnia loca, in quibus in lege præcipitur ordinatio panis facierum, & videbitis, ſenſum *coram Domino*, de quo ibi dicitur, eſſe eundem, qui explicatur in candelabro; quia *Exod*. XXV. 30. dicit lex: *Et pones ſuper menſam panem facierum in conſpectu meo ſemper*. Ibique pariter cap. XL. 23. ſcriptum eſt: *Et ordinavit ſuper ipſam ordinationem panis coram Domino &c.* & *Lev*. XXIV. 6. Præcipit Dominus ſacerdoti, dicitque: *Et pones illos duos ordines, ſex pro ordine ſuper menſam puram coram Domino*. Pariterque ſcriptum eſt. *Per ſingula ſabbatha ordinabit illum coram Domino ſemper*: Si *coram Domino* explicandus eſſet *ad facies Domini*, i. e. præciſe contra velum; non ſtatueretur ordinatio panis juxta inſtitutum; quia tum neceſſe eſſet, ut facies panis facierum reſpicerent facies veli; & hoc tum fieret, ſi ſtatueretur longitudo panis ad menſæ longitudinem; Cum vero ordinandus eſſet panis in ſua longitudine ad menſæ longitudinem; & tum dicebatur *coram Domino*; per ſe intelligitur, quod ſenſus *coram Domino* ita ſit explicandus, ut nihil ſit intermedium; non vero *ad facies Domini*, i. e. præciſe contra facies veli, uti plures explicarunt.

II. 1. *Reg*. VII. 49. Salomon dicitur feciſſe decem candelabra, quorum quinque ad dexteram, totidemque ad ſiniſtram collocata ſunt. ואת המנרות חמש מימין וחמש משמאל לפני הרביר. *Et candelabra, quinque ad dexteram, & quinque ad ſiniſtram contra oraculum*. *Targum*. וית מנרתא חמש מימינא וחמש מסמלא קרם בית כפורי. *Et candelabra, quinque ad dexteram, & quinque ad ſiniſtram domus expiationis*. Judæi Interpretes in varias abeunt ſententias in explicanda dextera, & ſiniſtra, & in collocandis undecim candelabris in tam anguſto ſpatio plagæ auſtralis. *Hieroſ. Schekalim* 50. 1. עשרה שולחנות עשה שלמה ויעש שולחנות עשרה וינח בהיכל חמשה מימין וחמשה משמאל אין תימר חמשה בדרום וחמשה בצפון והלא אין השולחן כשר אלא בצפון שנ׳ ואת השולחן תתן על צלע צפון מה ת״ל חמשה מימין וחמשה משמאל אלא חמשה מימין שלחנו של משה וחמשה משמאלו אעפ לא היה מסדר אלא של משה בלבד שנ׳ את השולחן אשר עליו לחם הפנים ר׳ יהודה אומר על כולם היה מסדר שנ׳ את השולחנות ועליהם לחם הפנים תני מזרח ומערב היו נתונין דברי רבי ר׳ אלעזר בי ר׳ שמעון אומר צפון ודרום היו נתונין מאן דאמר מזרח ומערב ניחא כולהן ראויין לשירות מאן דאמר צפון ודרום נמצה שולחן בדרום ומנורה בצפון והא תני השולחן היה נתון מחצי הבית ולפנים משוך מן הכותל בשתי אמות כלפי הצפון ומנורה כנגדו בדרום מזבח הזהב היה

נתון

נתון באמצע הבית חולק את הבית מחציו ולפנים משוך קימעא כלפי הצפון וכולהם היו נתונין משליש הבית ולפנים עשר מנורות עשה שלמה שנ׳ ויעש את מנורות הזהב עשר כמשפטו אין תימר חמש בצפון וחמש בדרום והלא אין המנורה כשירה אלא בדרום שנ׳ ואת המנורה נכח השלחן על ירך המשכן תימנה מה ת״ל חמש מימין וחמש משמאל אלא חמש מימין מנורתו של משה וחמש משמאלה. Decem mensas fecit Salomon. *Et fecit mensas decem, & posuit in templo, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram* 2. *Paral.* IV. 8. Non potes dicere; quinque in austro, & quinque in aquilone; mensa enim non est legitima nisi in aquilone: dictum est enim *Exod.* xl. 20. *Posuit & mensam ad plagam septentrionalem*. Cur dictum est; *quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram?* sc. quinque ad dexteram mensæ Mosaicæ, & quinque ad ejus sinistram; quamvis non ordinaretur panis nisi super Mosaica duntaxat; dictum est enim; *& mensam & super ea panis facierum*. R. Jose discipulus R. Jehudæ dicit; super omnibus ordinabatur; dictum est enim 2. *Paralip.* IV. 8. *Et mensas, & super eas panes facierum*. Verba Rabi. R. Eleasar discipulus R. Simeonis dicit in aquilone, & in austro collocabantur. Baraitha; in oriente & occidente collocabantur; qui dicit in oriente, & occidente; optime; omnes enim dignæ erant, in quibus ministraretur. Qui dicit in aquilone & austro; deprehendetur mensa in austro, & candelabrum in aquilone; & ecce extat Baraitha. Mensa sita erat ab dimidia parte domus & interius, protracta a muro duos cubitos cum dimidio ad plagam aquilonarem, & candelabrum e regione illius in austro; altare aureum situm erat in medio domus, dividens domum in duas partes & interius, paulo protractum ad plagam aquilonarem; omniaque sita erant ab tertia parte domus & interius. Decem candelabra fecit Salomon dictum est enim 2. *Paral.* IV. 7. *Fecit autem & candelabra aurea decem secundum speciem*. Non potes dicere quinque in aquilone, & quinque in austro; candelabrum enim non erat legitimum nisi in austro duntaxat; dictum est enim *Exod.* xl. 22. *Et candelabrum e regione mensæ* in parte australi tabernaculi. Cur dictum est, *quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram?* Quinque ad dexteram candelabri Mosaici, & quinque ad ejus sinistram. *Babyl. Menachoth* 90. תנו רבנן עשרה שולחנות עשה שמלה המלך שנ׳ ויעש שולחנות עשרה וינח בהיכל חמשה מימין וחמשה משמאל ואו״ת חמש המימין הפתח וחמשה משמאל הפתח אם כן מצינו ששולחן בדרום והתורה אמרה והשולחן תתן על צלע צפון אלא של משה באמצע חמשה מימינו וחמשה משמאלו ת״ר עשר מנורות עשה שלמה שנ׳ ויעש את המנורות עשר כמשפט ויתן בהיכל חמשה מימין וחמשה משמאל ואו״ת חמשה מימין הפתח וחמשה משמאל הפתח אם כן מצינו מנורה בצפון אמורה תורה תרת המנורה נכח השולחן אלא של משה באמצע חמשה מימינה וחמשה מש מאלה תנ׳ חדא מחצי בירת ולפנים היו מונחין תני חדא משליש הבית ולפנים מונחין ולא קשיא מר קא חשיב בי׳ קרשי הקדשים בהדי היכל ומר לא קא חשיב בי׳ קדשי קדשים בהדי היכל תנו רבנן מזרח ומערב היו מונחין דברי רבי ר״א בר שמעון אומר צפון ודרום מ״ט דרבי גמר ממנורה מה מנורה מזרח ומערב אף הני נמי מזרח ומערב ומנורה גופה מנלן מדכתיב בנר מערבי יערוך אותו לפני ה׳ מכלל דכולהו לאו לפני ה׳ ואי סלקא דעתך צפון ודרום כולהו נמי לפני ה׳ ניניהו ולא ר״א בר שמעון מ״ט גמר מארון מה ארון צפון ודרום אף הני נמי צפון ודרום ור׳ נמי ליגמר מארון דניך חוץ מחוץ ואין דניך חוץ מבפנים ור״א בר שמעון ליגמר ממנורה אמר לך מנורה גופה צפון ודרום הוא מנוחה אלא הכתיב יערך אותו אהרן ובניו דמצדד להו אצדודי דתני׳ אל מול פני המנורה יאירו שבעה הנרות מלמד שיהיו מצדדין פניהם כלפי נר אמצעי אמר ר׳ נתן מכאן שאמצעי חשובה. Tradiderunt sapientes: Decem mensas fecit Salomon Rex dictum est enim 2. *Paral.* IV. 8. *Nec non & mensas decem, & fecit Salomon mensas decem, & posuit in templo, quinque a dextris, & quinque a sinistris*. Non est dicendum quinque ad dextram portæ, & quinque ad sinistram portæ; si ita esset; deprehenderemus mensam in austro; & lex dicit; *Exod.* xl. 20. *Posuit & mensam ad plagam septentrionalem*. At mensa Mosaica erat in medio, quinque ad ejus dexteram, & quinque ad ejus sinistram. Tradiderunt sapientes. Decem candelabra fecit Salomon. Dictum est enim 2. *Paral.* IV. 7. *Fecit autem & candelabra decem, secundum speciem, & posuit ea in templo, quinque a dextris, & quinque a sinistris*; non est dicendum quinque ad dexteram portæ, & quinque ad sinistram portæ, deprehenderemus candelabrum in aquilone, & lex dicit *Exod.* lx. *Posuit & candelabrum e regione mensæ*. At Mosaicum erat in medio, quinque ad ejus dexteram, & quinque ad ejus sinistram. Una Baraitha: ab dimidia parte domus & interius collocabantur; altera Barai-


Baraitha; ab tertia parte domus & interius collocabantur; & non eſt oppoſitio; Hic doctor computat domum ſancti ſanctorum cum ipſo templo; & ille doctor non computat domum ſancti ſanctorum cum ipſo templo. Tradiderunt ſapientes; in oriente & occidente collocabantur; verba Rabi; At R. Eleaſar bar Simeonis dicit; in aquilone & auſtro collocabantur; Quænam eſt ratio Rabi? Probat a candelabro; candelabrum ſitum erat in oriente, & occidente, hæc quoque in oriente & occidente; & candelabrum ipſum unde probatur? ex eo quod ſcriptum eſt de lucerna occidentali; *& ordinabit illud coram Domino*; Conſequitur non fuiſſe omnes coram Domino; & ſi putas in aquilone & auſtro; omnes erant coram Domino. At R. Elieſeris bar Simeonis quænam eſt ratio? Probat ab arca, ſicut arca erat in aquilone & auſtro, hæc quoque in aquilone & auſtro; & Rabi quoque probat ab arca; explicandum eſt exterius ab exteriori, at non eſt explicandum exterius ab interiori. At R. Elieſer bar Simeonis probat a candelabro; tibi dicit; candelabrum ipſum collocatum erat in aquilone & auſtro. At ſcriptum eſt; *& ordinabit illud Aaron & filii ejus*; ab latere collocabantur. Traditio: *Ad latus faciei candelabri illuminabunt ſeptem lucernæ*; hinc docetur, quod converterunt facies ſuas contra lucernam mediam; Dicit R. Nathan; hinc probatur mediam fuiſſe præſtantiorem. *Raſchi* ad I. *Reg.* VII. 49. חמש מימין וחמש משמאל אי אפשר לומר חמש מימין הפתח וחמש משמאל הפתח אם כן מצינו מנורה בצפון והתורה אמר' על ירך המשכן תימנה אלא של משה באמצע חמש מימינה וחמש משמאלה. *Quinque a dextris, & quinque a ſiniſtris*; Dici non poteſt quinque ad dextram portæ, & quinque ad ſiniſtram portæ; ſi ita eſſet; deprehenderemus candelabrum in aquilone; & lex dicit; *ad latus tabenaculi auſtrale*; At Moſaicum erat in medio; quinque ad ejus dexteram, & quinque ad ejus ſiniſtram. *Radak* ibid. חמש מימין וחמש משמאל פי' מימין מנהרת משה יחני חמש מנורות וחמש משמאל מנורת משה אבל כל מנורות גם כן בדרום וכן כל השלחנות בצפון ואומר בדברי הימים על השלחנו' שהניח חמש מימין וחמש משמאל דפירושו כמו במנורות חמש מימין שלחן משה וחמש משמאלו. *Quinque a dextris, & quinque a ſiniſtris*. Exponitur: ad dexteram candelabri Moſaici poſuit quinque candelabra, & quinque ad ejus ſiniſtram; verum omnia candelabra hoc modo erant in auſtro; atque ita omnes menſæ in aquilone; & dictum eſt 2. *Paral.* IV. de menſis quod poſuit quinque a dextris, & quinque a ſiniſtris; & expoſuerunt ſicut in candelabris, quinque ad dextram menſæ Moſaicæ, & quinque ad ejus ſiniſtram. *Ralbag* ibid. ואת השולחן אשר עליו לחם הפנים זהב כבר נתבאר בספר דברי הימים כי שלמה עשה עשר שולחנות והניחם בהיכל חמשה מימין וחמשה משמאל שיהיו קצת השולחנות לפאת צפון והקצתם לפצת דרום כי כבר התבאר מדברי התורה שמקום השולחן היה בצפון והמנורה היתה בדרום אבל הרצון בזה שלפאת צפון שם השלחנות בשתי שורות וגו'. *Et menſam ſuper quam ponerentur panes propoſitionis auream*. Jam demonſtratam eſt in lib. *Paralip.* quod Salomon fecerit decem menſas, & poſuerit in templo quinque a dexteris, & quinque a ſiniſtris, ita ut pars menſarum eſſet in latere aquilonari, & pars earum in auſtrali; at demonſtratum ex verbis legis ſitum menſæ fuiſſe in aquilone, & candelabri in auſtro; at ſenſus hujus loci eſt; quod in latere aquilonari collocarentur menſæ in duabus ſeriebus &c. *Moſe Capbetz* cap. 51. בבנין של שלמה קאמרי בגמרא פ' שתי הלחם עשר מנורות עשה שלמה ועשר שלחנות מהדרי התם לאוקימנהו לרבי ולראב"ש דלכולי עלמא בתרי דרי הוו מונחות דמאן דאמר מזרח ומערב דהינו רבי מנורה ושלחן של משה הוו מונחות בין השורות אלא דמדלי להו זמנח להו לצד מערב דהיינו שהיו מושכין המנורה והשלחן של משה לצד מערב וראשן כנגד אויר שתי שורות כזה ולמאן דאמר צפון ודרום דהיינו ראב"ש הוו מונחות בין השורות דוקא כזה לרבי היו מושכין מן הכותל שתי אמות ומחצה ולראב"ש לא מסתייעא מלתא חמשה שלחנות בעשר אמות מצומצמות יתבי ואם כן יהיו סמוכות לכותל וכבר הוקשה לתוספות ז"ל התם לראב"ש מתניתן דמשוך ב' אמות וחצי מן הכותל ותירצו דהאי משוך השלחן דמשה קאי ולא השלחנות דשלמה ותימה דבגמרא מקשינן למאן דאמר מזרח ומערב מכדי שלחן כמה משוך מן הכותל שתי אמות וחצי ואמה דידיה ושתי אמות ומחצה דביני ביני וכו' אשתכח דקאכיל פלגה דאמתא בדרום דמשמע דבשלחנות של שלמה נמי דינה הכי ובעינן משוך י"ל דלרבי מקשינן הכ' דאלכ' לא מצינו משלחן של משה נמי ולכותל שתי אמות ומחצה פנוי דבעינן לשני כהנים המסדרים באחד שהרי כשיהיו סמוכים לכותל חמשה שלחנות דשלמה אמה דדהו פשי אמה ופלגא לשלחן דמשה כדי שיהי רחוק מן הכותל שתי אמות וחצי וזהו דוחק ולא מצי שתי כהנים לסדר באחד באמה וחצי אבל למאן דאמר

צפון ודרום שלחן דמשה שבין השורות
מצי למהוי שפיר רחוק מן הכותל שתי
אמות ומחצה אבל אבתי קשיא למאן
דאמר מזרח ומערב למסקנא דשלחן דמשה
הוה משוך למערב בין אויר הסדרים
כבצורה הראשונה דאי דשלחנות דשלמה
למאי דמקשי בגמרה הוו משוכים מן
הכותל שתי אמות ומחצה שלחן דמשה
הוה רחוק טובא ואם כן האי משוך לא
אתא לשלחן דמשה כדאמרי התוספות
וי״ל דמ״ד צפון ודרום הכי סבירא ליה
כדברי התוספות אלא מאן דאמר מזרח
ומערב ס״ל דסגיא משוך או דשלמה או
דמשה והשת׳ דמשה לא אפשר נוקים
למשוך דשלמה מיהו עוד קשה למאן
דאמר צפון ודרום דלדידיה כדאמרי
התוספות לא איתמר משוך בשלחנות
דשלמה אלא בשלחן דמשה אם כן נימא
נמי הכי בהאי דאמרינן שלחן בצפון
ומנורה דרום דוקא בשלחן דמשה קאמר
ושני הכא בהנהו דשלמה דלא אפשר
ולא איכפת אי שלחן בדרום אי מנורה
בצפון כי היכי ולא תצטריך לאוקמו
כדקאמרי בגמרא התם ואפילו הכי אשכחן
בגמרא דקאמר ואת ה׳ מימין הפתח וה׳
משמאל הפתח אם כן מצינו שלחן בדרום
והתורה אמרה והשלחן תתן על צלע
צפון וכו׳ והכי נמי במנרות ואת ה׳ מימין
הפתח וה׳ משמאל הפתח אם כן מצינו
מנורה בצפון והתורה אמרה את המנורה
נכח השלחן אלא וכו׳ דשמעינן דבכלהו
מיירי בצפון או בדרום ולא מפלגינן למנורה
או שלחן דמשה למנרות או שלחנות
דשלמה וי״ל דשאני הכא דשלחן בצפון
ומנורה בדורם נפקא לן מקרא ולהכי
שנא דכל היכא דאיתיה שלחן אזיל
לצפון ומנורה בדרום אבל גבי משיכה
מן הכותל דהוי לצורך כהנים המסדרים
לסדר שניהם באחד לא עבדי בדשלמה
דאין המקום מספיק ועוד דהא איכא למ״ד
שלא היו מסדרים אלא על של משה אבל
אעיקרא דדינא פירכא לד׳ צפון ודרום דלא
נשאר מקום פנוי שיכיל מזבח הזהב שהרי
אמרינן דממוצע היה חציו בצפון וחציו
בדרום ואי קאי מידי מכנגד השלחנות לאו
מידי בצפון קאי וצריך לומר דלאו ממוצע
ממש היה אלא כלפי חוץ דהכי תנינן ביה
כלפי חוץ קמעא מיהו בבנין של שלמה
לא הוה קמעא אלא טובא שהרי צריך
למנשכו חוץ לכל הסדרים ולאו קמעא הוא
וכי תימא דהתם האי קמעא משוך
משלחנות דשלמה הא לא מצית אמרת
דלדידיה משוך מן הכותל נמי השלחן
דמשה לחוריה קאי לדברי דתוספות והכי
נמי משוך דמזבח ותירצו התוספות נמי
בהאי דמזבח נמי בין השורות לדברי ראב״ש
שיש שמה פנוי הרבה ועוד יש לתרץ
כתירוץ דאמרן דכלהו מתינתין דמשוך
בשלחן ודמשוך במזבח הזהב אתו או
לשלחן דמשה או לשלחנות דשלמה כאשר
תוכל שאת וכי היכי דבשלחנות דשלמה
למ״ד צפון ודרום לא משכחת להו משוכים

מן הכותל דאין המקום מספיק ולהכי
קאמר דקאי אשלחן דמשה ולמ״ד מזרח
ומערב דשלחן דמשה לא מצי למיהוי
משוך מן הכותל שתי אמות וחצי קאמר
דקאי אשלחנות דשלמה הכי נמי דלמ״ד
צפון ודרום מזבח הזהב לא משכחת ליה
משוך קמעא משלחן של משה תריץ
דקאי אשלחנות דשלמה בהא לא אופסיקא
הלכתא או מנורה צפון ודרום או מזרח
ומערב דהלכתא למשיחא היא מיהו מצאנו
בדברי הרמב״ם ז״ל בפרק ג׳ מה״ל בית
הבחירה וז״ל וכן נרות המנורה היו כנגד
רוחב הבית בין הצפון ובין הדרום ומשמע
מזה דפסק כראב״ש ויקשה אם כן משנה
הפרק ג׳ דתמיד דאיתיא כרבי אפילו נימא
דבמשנה דפרק ו׳ לא גריס מזרחיות
כדתריצנא לעיל ועוד האי דאמרינן כל
הכלים שבמקדש ארכן לארכו שש בית
דמנחות דאתיא נמי כרבי כדברי התוספות
ואע״ג דהגין עליו בעל כסף משנה דהיא
דתמיד כרבי ולא סבר הרמב״ם כוותיה
מ״מ אתיא סתמית כותייה ואשר אמר
דההיא כל הכלם וכו׳ לאו דוקא דהא
איכא ארון דארכו לרחבו של בית ותנא
ושייר זה אינו טעם מספיק שהרי אית לן
למימר כדשני בעל תוספת יום טוב ז״ל
דלפני לפנים לא מיירי ועוד דבגמרא
אמרינן ת״ר כל הכלים שבמקדש ארכן
לארכו של בית חוץ מארון שארכו לרחבו
של בית והכא לא שיירי מידי ועוד דבבית
שני לא הוה ארון ועוד קשה שהביא
השלחן שם ארכו באורך הבית והרי לראב״ש
דאמר צפון ודרום השלחן נמי צפון ודרום
לרחבו של בית דהכי ב״פ שתי הלחם ואם
כן פסק כרבי בשלחן וכראב״ש במנורה
ועוד דהתם בחדא מחתא מחתינהו ואידי
ואידי חדא סברא הוא ומאי דאיתמר בהאי
איתמר בהאי נמי כדאמרינן בגמרא ת״ר
מזרח ומערב היו מונחין דברי רבי ראב״ע
אמר צפון ודרום מ״ט דרבי גמר ממנורה
מה מנורה מזרח ומערב אף שלחן וכו׳
ומנורה גופה מנלן דכתיב בכר מערבי
לפני ה׳ מכלל דכלהו לאו לפני ה׳ נגהו
וראב״ש גמר לה מארון מה ארון צפון
ודרום אף הני נמי צפון ודרום ורבי לגמר
מארון דנין חוץ מחוץ וכו׳ וראב״ש לגמר
ממנורה אמר לך מנורה גופה צפון
ודרום הוה והכתיב וערוך אותו לפני ה׳
דמצרה להו אצרודי עד כאן לשון הגמרא
והשתא יש לדייק מ״ט ראב״ש לא גמר
ממנורה כי רבי לדידיה הוי מזרח ומערב
הכי נמי ראב״ש דלדידיה מנורה צפון ודרום
לינמר מינה שלחן ולא מארון דלא מרחוק
להיות דן חוץ מפנים אלא היינו טעמא
דרבי גמר ממנורה דנפקא מקרא דלפני
ה׳ דמשמע מזרח ומערב אלא ראב״ש
דאוקים לפני ה׳ למצרר אצרודי לא מצי
מנמר דמנורה מנחא צפון ודרום מקרא
כי היכי דלינמר בתר הכי מינה שלחן
ולכן גמיר שלחן מארון והוא הדין למנורה
דאידי ואידי חדא הוא ואם כן קשה
לפרוש הרמב״ם ז״ל דאי עיקר ילפותא

אתיא

אתיא לשלחן ומינה למנורה אמאי פסק בשלחן כרבי ובמנורה כראב״ש דאתת הגב גררא דהרי שמעינן דאי לא ילפינן שלחן מארון דהוי צפון ודרום לראב״ש לא ילפינן ממנורה. In ædificio Salomonis dicitur in Gemara. Decem candelabra fecit Salomon, & decem menſas; Eruitur ibi ſtatuere juxta ſententiam Rabi; & R. Elieſeris bar Simeonis; ex communi opinione in duabus ſeriebus collocabantur; qui dicit in oriente & occidente, eſt Rabi, candelabrum & menſa Moſis non collocabantur inter ſeries; ſed extrahebantur ad latus occidentale, i. e. protrahebantur candelabrum & menſa Moſis ad latus occidentale, & eorum capita contra ſpatium duarum ſerierum; juxta I. tabellam,



& juxta ſententiam illius ſc. R. Elieſeris bar Simeonis, qui dicit in aquilone, & auſtro, præciſe inter ſeries collocabantur; juxta opinionem Rabi protrahebantur a muro duos cubitos cum dimidio; at juxta opinionem R. Elieſeris bar Simeonis res non perficitur; quia quinque menſæ in decem cubitis anguſte collocabantur; ſi ita eſt, proximæ erunt parieti; & Jam autor *Toſaphot* opponit contra R. Elieſerem bar Simeonis Miſnam; ſc. quod menſa protracta eſſet a muro duos cubitos cum dimidio; & reſpondetur, quod hæc protractio eſſet in menſa Moſaica, non vero in menſis Salomonis. Et mirandum eſt, quod in *Gemara* opponatur contra illum, qui dicit in oriente & occidente; Quoniam menſa protracta erat a muro ducs cubitos cum dimidio; & cubitum ipſa patebat, & duo cubiti intererant inter illam & alteram &c. deprehenditur, quod abſumeret dimidium cubitum in auſtro. Eruitur, quod in menſis Salomonis quoque hæc protractio requireretur. Poteſt dici, quod juxta opinionem Rabi ita opponatur. Si ita non eſſet, non deprehenderemus a menſa Moſis pariter ad murum ſpatium inane duorum cubitorum cum dimidio; quod erat neceſſarium eodem tempore duobus ſacerdotibus; etenim quando proximæ ſint muro quinque menſæ Salomonis, quarum ſingulæ cubitum patebant; extendebatur cubitus cum dimidio pro menſa Moſaica; ut remota eſſet a muro duos cubitos cum dimidio. At hoc eſt anguſtum; quia non poterant duo ſacerdotes eodem tempore ordinare in ſpatio unius cubiti cum dimidio. Verum juxta ſententiam illius qui dicit in aquilone & auſtro, menſa Moſis, quæ ſita erat inter ſeries, poterat recte eſſe remota a muro duos cubitos cum dimidio. At adduxi argumentum contra illum qui dicit in oriente & occidente, juxta concluſionem; quod menſa Moſis protracta eſſet ad occidentem inter ſpatium ordinum juxta primam tabellam: ſi menſæ Salomonis juxta illud, quod opponitur in *Gemara*, protractæ erant a muro duos cubitos cum dimidio; menſa Moſis erat longe remotior; ſi ita eſt, hæc protractio non adducitur pro menſa Moſis, uti dicunt *Toſaphoth*; & poteſt dici, quod qui dicit in aquilone & auſtro, ſentiat juxta verba *Thoſaphoth*. Verum qui dicit in orien-

oriente & occidente putat, quod major esset protractio aut mensæ Salomonis aut Mosis; Nunc de Mosaica non est possibile; tribuemus protractionem mensis Salomonis. Nihilominus præterea est argumentum contra illum qui dicit in aquilone & austro, quod juxta ejus sententiam, sicuti dicunt *Thosaphoth*, non potest dici, fuisse protractionem in mensis Salomonis, sed in mensa Mosaica. Si ita est; dicam, ita pariter in illis; dictum est enim; mensa in aquilone, & candelabrum in austro, præcise de mensa Mosis loquitur. At differens est hic; de illis Salomonis non loquitur; neque ratio habetur, si sit aut mensa in austro, aut candelabrum in aquilone; quia hic non est necesse statuere, sicuti dictum est in *Gemara* eo loco. Et quamvis ita inveniatur in *Gemara*, uti dicitur. Et non potest dicere, quinque ad dextram portæ, & quinque ad sinistram portæ: Si ita esset, deprehenderemus, mensam in austro; at lex dicit *Exod.* l. c. *Posuit & mensam ad plagam septentrionalem &c.* Atque ita quoque in candelabro; & non potes dicere quinque ad dexteram portæ, & quinque ad sinistram portæ; si ita esset; deprehenderemus candelabrum in aquilone; at lex dicit: *& candelabrum e regione mensæ &c.* Hinc intelligitur, quod in omnibus doceatur aut in aquilone, aut in austro, neque controversia est de candelabro, aut de mensa Mosis; sed de candelabris aut mensis Salomonis; & potest dici, quod hic sit differens; mensam fuisse in aquilone, & candelabrum in austro nobis probatur ex textu; & hic non est differens; quotiescunque est mensa, adducitur ad aquilonem, & candelabrum ad austrum; Verum de protractione a muro, eo quod necessarii essent duo sacerdotes, ut ambo uno tempore ordinarent; non operabantur in mensis Salomonis, quia non erat spatium sufficiens; & præterea juxta opinionem illius qui dicit, non ordinabant nisi super Mosaica tantum. At est argumentum ad fundamentum judicii; juxta opinionem illius qui dicit; non erit reliquum tantum spatii inanis, quod possit capere altare aureum; etenim dictum est fuisse intermedium, dimidium in aquilone, & dimidium in austro; Si nulla ejus pars consistebat e regione mensæ, nullo modo situm erat in aquilone; & dicendum esset non fuisse absolute in medio, sed protractum ad spatium exterius; Ita enim legimus, paulo protractum ad spatium exterius. Tamen in ædificio Salomonis, non erat paulo protractum sed multum; quia protrahendum erat extra omnes ordines & hoc non erat parum. At si dicas quod ibi quoque intelligatur paulo protractum a mensis Salomonis; hoc non potes dicere; quod juxta illius sententiam protractio a muro fuerit tantum in mensa Mosaica juxta verba *Thosaphoth*; atque ita quoque protractio altaris. Atque explicant *Thosaphoth* pariter de ipso altari inter series juxta verba R. Elieseris bar Simeonis, quod ibi esset plurimum spatii inanis. Præterea potest explicari juxta explicationem, sicuti dictum est; quod omnia loca Misnæ de protractione mensæ, & de protractione altaris aurei agant; aut de mensa Mosis, aut de mensis Salomonis, quomodo potest explicari? Si de mensis Salomonis juxta sententiam illius, qui dicit in aquilone & austro, non deprehendentur protractæ fuisse a muro, quia non erat spatium sufficiens; Ideoque dicit, quod agat de mensa Mosis; at juxta sententia illius, qui dicit, in oriente & occidente, mensa Mosis non potest esse protracta a muro duos cubitos cum dimidio; ideo loquitur de mensis Salomonis. Hic quoque juxta sententiam ejus qui dicit in aquilone & austro, altare aureum non deprehendetur paulo fuisse protractum a mensa Mosis; Respondetur, quod agat de mensis Salomonis. In hoc non dicitur constitutio, atrum fuerit candelabrum in aquilone & austro, aut in oriente & occidente; constitutio erit ad tempora Messiæ. Attamen deprehendimus in verbis *Maimonidis* f. m. cap. III. *Beth Habechira*, cujus hæc sunt verba. Atque ita lucernæ candelabri respiciebant contra latitudinem domus inter aquilonem & austrum; & hinc intelligitur, quod sentiat juxta opinionem R. Elieseris bar Simeonis. Si ita est, opponitur Misna cap. III. *Thamid*, ubi concluditur juxta sententiam Rabi; Quamvis dictum sit quod in Misna c. VI. non leguntur orientales; uti supra explicatum est. Præterea dictum est; omnium vasorum sanctuarii longitudo erat ad longitudinem domus in tractatu *Menachoth*; ubi quoque concluditur juxta opinionem Rabi juxta verba *Thosaphoth*; quamvis agat de eo Autor *Keseph Misne*, quod in *Tamid* concludatur juxta opinionem Rabi neque Maimonides cum eo sentiat; quid intelligitur? sententia generalis juxta ejus opinionem; & quod dicit, quod omnia vasa &c. non absolute dicitur, quia erat arca, cujus longitudo erat ad lon-

longitudinem domus; & docuit, & reliquit [ſc. non totum docuit] Hæc non eſt ratio ſufficiens, quia poſſumus dicere, ſicut docet autor *Thoſaphot Jom Tov* f. m. quod non doceat interius ab interiori. Et præterea in *Gemara* dictum eſt; Tradiderunt ſapientes; omnium vaſorum ſanctuarii longitudo ad longitudinem domus, excepta arca; & hic nihil eſt reliquum. Præterea docet de domo ſecunda; at in domo ſecunda non erat arca; & præterea opponitur, quod ſtatuerit ibi menſæ longitudinem in longitudine domus; At juxta opinionem R. Elieſeris bar Simeonis dicitur in aquilone & auſtro; menſa quoque in aquilone & auſtro ad latitudinem domus. Ita enim dicitur in c. XI. *Menachot*. Si ita eſt; deciditur juxta ſententiam Rabi in menſa, & juxta opinionem R. Elieſeris bar Simeonis in candelabro. Et præterea ibi tunc receptaculo commixta ſunt; tam hæc quam illa una, eademque eſt opinio; & quod dictum eſt in hoc, dictum eſt in illo; ſicuti dictum eſt in *Gemara*; Tradiderunt ſapientes; in oriente & occidente collocabantur; verba Rabi; R. Elieſer bar Simeonis dicit, in aquilone & auſtro; Quænam eſt ratio Rabi? Docet a candelabro; ſicut candelabrum erat in oriente & occidente, ita pariter menſa &c. Et ipſum candelabrum unde probatur? ex eo quod ſcriptum eſt de lucerna occidentali; *coram Domino*; conſequitur non fuiſſe omnes coram Domino. At R. Elieſer bar Simeonis probat ab arca; Sicuti arca erat in aquilone & auſtro, ita quoque hæc erat in aquilone & auſtro. Et Rabi probat ab Arca; explicetur exterius ab exteriori &c. At R. Elieſer bar Simeonis probat a candelabro, tibique dicit; ipſum candelabrum erat in aquilone & auſtro; ſcriptum eſt enim; *& ordinabit coram Domino*; ut in latere ſtatuerentur. Hactenus verba Gemaræ. Et nunc conſiderandum eſt; qua de cauſa R. Elieſer bar Simeonis non doceat a candelabro; quia juxta ſententiam Rabi erant in oriente & occidente, ita pariter juxta ſententiam R. Elieſeris bar Simeonis candelabrum erat in aquilone & auſtro, ab eo probatur de menſa, non ab arca; ne cogaris explicare exterius ab interiori; ſed hæc eſt ratio. Rabi probat a candelabro, quod eruitur ab textu fuiſſe coram Domino, hinc intelligitur fuiſſe in oriente & occidente. At R. Elieſer bar Simeonis explicat illud; coram Domino, ſc. quod quod in latere collocarent. Non poteſt doceri, quia candelabrum ab textu collocatum eſt in aquilone & auſtro; ſicuti poſtea ex illo de menſa docetur; ideoque explicatur menſa ab arca; eademque erat ratio de candelabro, quia utrumque unum & idem erat. Si ita eſt; erit oppoſitio contra commentarium *Maimonidis* f. m. quia ſi fundamenta doctrinæ adducit pro menſa, atque ab ea pro candelabro; cur concludit in menſa juxta ſententiam Rabi, & in candelabro juxta mentem R. Elieſeris bar Simeonis adducit accidentaliter? ecce intelligimus, quod non explicetur menſa ab arca, quæ erat in occidente & auſtro juxta ſententiam R. Elieſeris bar Simeonis, neque explicetur a candelabro &c. Se hæc clarius & melius illuſtrantur ab autore *Schilthe Haggibborim* cap. XXXI. כתב הרמבם זל כל הנרות קבועים בקנים ופני כלם הם לנר האמצעי שבמנורה שפניו הם כנגד קדש קדשים והוא הנקרא נר מערבי וזה יורה כי הוא זל לא קיימא ליה כרבי ולפיכך בפרק הזה עצמו שהוא שלישי להלכות בית הבחירה כתב שאר כל הכלים שבמקדש ארכן לארכו של בית ורחבן לרחבו חוץ מן הארון שהי׳ ארכו לרחב הבית וכן נרות המנורה היו כנגד רחב הבית בין הצפון ובין הדרום ועם כי בפירו׳ המשנה ששית דמנחות פרק שתי הלחם לא הוציא מן כלל כל הכלים וכו׳ אלא הארון בלבד עם כל זה באורה ההיא שעשה שם מקדש הקדשים נראה שכן היא גם כן דעתו במקום ההוא אמנם קשה לי על הרב זל ממה שקרינו בפרק דמנחות האמור תר עשר מנרות עשה שלמה שנ׳ ויעש את המנרות עשר כמשפט ויתן בהיכל חמשה בימין וחמשה בשמאל ואם תאמר חמשה מימין הפתח וחמשה בשמאל הפתח א״ מצינו מנורה בצפון והתורה אמרה ואת המנורה נכח השלחן אלא של משה באמצע וחמש מימינה וחמש משמאלה כי הנה מכאן יש לנו לומר שהמנורה לא היתה ברחב הבית אלא לארכו של בית כי כמשפט הזה בלבד יאות מא שאמ׳ אלא של משה באמצע וחמש מימינה וחמש משמאלה דאם לאכן הרי חמשה מנורות יהיו על כל פנים לצד צפון ומקום המנורה הוא בצד דרום בלבד כדכתיב על ירך המשכן נגבה ואם באולי תאמרו לי מה לנו בכך הלא גם זה ידע רבינו באומנה ולעולם יאמר לך שהיו המנורות לרחב ההיכל בדרום גם אני אשיב אמרי לכם שתתרצו נא אם יקרה נפשי בעיניכם להיות מתונים בתשובתכם זאת ולהשמיע מקודם לאזנים היטב מה שאתם מוציאים עתה מפיכם בהתבלה כי אם הדבר ריק מכם אתם בני שמעו לי כיאי אפשר לשום הצדוד עשר מנורות לרחב הבית הקדש כדברי הרב זל בשום פנים אם יהיו בשורה אחד שוה זו אחר זו והמופת

האמיתי

האמיתי וההכרתי יהיה זה לכם הלא
אמרו רבותינו כאשר כתבתי למעלה בפ׳
זה כי ארכה של מנורה הוא י״ח טפחים
שהם שלש אמות של ששה טפחים לכל
אמה ואם ארכה היא שלש אמות
כאמור אין ספק שיהיה רחבה גם כן
מצד השש קנים הפרוסי׳ חוצה להאמה
וחצי משלה צאו וראו מהכפתור של טפח
אחר שבקנה המנורה שהוא בתשעה
טפחים לארכה יוצאים שני קנים הראשונים
שבה ואחרי הכפתור הזה יש במנורה
טפח חלק ואחריו כפתור טפח שיוצאים
ממנו הקנים השניים וטפח חלק אחר זה
כפתור טפח שיוצאים ממנו הקנים
השלשים וטפחיים חלק הרי שהמרחק
שהוא בין השלשת קנים הוא לכלן טפח
אחד ועוד שני אצבעות עליו כי הנה
הקנים כלם הם יוצאים מהחצי של כפתור
שהוא טפח ועובי הקנה אין ספק שלא
יאכל מהכתור עצמו פחות משני אצבעות
ממנו כי הנה לכל קני המנורה ככתוב
בתורה היו שלשה גביעים משוקדים
וכפתור ופרח באופן של כל כפטור ישאר
אצבע אחר מלמעלה ממקום שיוצא הקנה
מהכפתור ואצבע אחר מלמטה כמוהו
ושלכן בין הטפח חלק ושני אצבעות
האמורי׳ יהיה מרחק הקנה האח׳ מהקנה
אחר ששה אצבעות עד כי מהקנה האחר
אל השני ומהשני אל השלישי וכן מהשלישי
אל קנה האמצעי יהיו שמנה עשר׳ אצבעות
של מרחק מצד ימין המנורה כאמור שימו
מרחק אחד כמוהו לשלשה קנים אחרים
שהם מצד שמאל ואז יהיו ל״ו אצבעות
בין כל הששה קנים והנה גם כי אחרי
פריסת הקנה השלשי והחמשי שבמנורה
הזאת במקום טפח חלק כאמור יהיה בקנה
האמצעי ממנה טפח אחד מיותר ממנה
שהיה בין קנה לקנה משאר הקנים אין לך
אתה הקורא בעבור זה לומר כי מרחק
הקנים בין כלם יהיו יותר מהששה
ושלשים אצבעות הנזכרים כי באמת
ובתמים הטפח הנוסף הזה יעלה על כל
פנים יפה לתת כח ורשות לאומן המנורה
בשעת עשייתה לרחוף כל שלשה הקנים
מזה ומזה ולקרבם מעט מעט אל נוף קנה
האמצעי בהדרגה נאה עד כי יכנס עובי
הקנה הראשון והאמצעי והשביעי תוך
מרבה מרתק תשעה טפחים של כל רחב
המנורה באשר שמתי לפניך ולא יעבור
על כן חדל לך מלה אשים אותי ומלסתור
את אשר דברתי עתה כי לא עליך אתה
היום להתחפש ולהלחם בי כי אם תאמ׳
לב הלני הלא האלקים תשתירת עמי יותר
מן הראוי ותבתל דעת האיש משה הקדש
הזה אשר תמיד ממימין המתוקים מדבש
אנו שותין ומפני חכמתו הרבה אנו חיין
על כן תעלה נא תחנתי לפניך לעמוד
במרחב הזה בלבד של אמה וחצי במנורה
ולא הוסיף עצב בהרחבת גבולה אל רבינו
המובהק יותר ממה שהוא מן הראוי
לנו כי בדבר הזה לא תעש׳ הטוב
והישר בעיני ה׳ אלהינו ועתה זכרו בני

שרחבו של היכל הוא מאה ועשרים
טפחים בלבד שהם עשרים אמה של
ששה טפחים ואל תשכחו מה שאמרו
רז״ל ביומא פרק אמר להם הממונה
שהשלחן שבצפון היה משוך מהכותל שלו
שתי אמות ומחצה וכן המנורה שבדרום
היתה משוכה מהנו תל שלה כמו שהיה
השלחן משוך מהכותל שלו שתי אמות
ומחצה עד שצריך להסיר מרחב של היכל
כ״א טפחים היינו החמש עשרה כאמור
והשתה טפחים אחרי בעבור רחבו של
שלחן שהיה אמה הרי שנשאר בהיכל
מקום פנוי של ארבעה ושמנים טפחים
שהם ארבעה עשר אמות בין הכל והנה
בבית ראשון היו י״א מנורות כאמור עשרה
שעשה שלמה ואחד של משה כלן במדה
אחת או יותר גדולים ממנה כי אין ספק
שלא היו קטנות משל משה כי מעלין
בקדש ולא מורידין והכון הוא שיהיו
שוות כי כן כתב ברה״ בד׳ ויעש את
המנורת הזהב עשר כמשפטם שרצה לומר
שוות למנורה של משה בגביעי׳ בכפתורים
בפרחים בקומה וברחב ובמשקל הזהב
שימו אתם בשורה שוה הי״א מנורות
על פני רחב ההיכל ותניחו מרחק בין
מנורה למנורה טפח אחד בלבד כדי שלא
יראו כמנורה דולקת ותראו שיעלו הטפחים
מהמנרות כלם עם המרחקים האמורים
לסך מאה ותשעה טפחים שהם חמשה
ועשרים טפחים יותר ממה שהוא המקום
פנוי ברחב החיכל מצורף למה שתשימו
קצת מהמנרות האלו בצפון כאשר אמרתי
נגד משפטי התורה והמצוה ואני לא
אוכל להתאפק מלהגיד לכם כי אז נתמלא
lucerna respiciat occidentalem plagam, vindicentur ab falsa opinione hæreticorum, ipsum sc. Deum lumine indiguisse. Tertia hæc erat conditio, sc. ut omnes septem lucernæ candelabri necessario illuminarent contra lucernam mediam; non vero locum alium ab ea distinctum; idcirco sciatis velim, voces לנכח לקראת נגד לעבר לעומת מול אל unam eademque habere significationem; quibus significatur aliquid e regione rei, ut hæc sita sit e regione alterius, uti apparet in textibus. *Num.* XIX. 4. נכח *contra fores tabernaculi conventus*. *Esther* v. נכח *contra domum regis*. ונכח *contra ostium domus*. Et *Ezech.* XLVI. 10. *sed* נכחיו *e regione illius egredietur*; quod explicatur לנגד או לעומת או לקראת או לעבר, e regione esse, convertendo facies non vero latera; ideoque quando dictum est in Lege *Exod.* xl. 22. *Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonii e regione mensæ in parte australi; posuit & mensam in tabernaculo testimonii ad plagam septentrionalem*; hinc demonstratur candelabri situm fuisse in longitudine domus, atque hac ratione facies candelabri directas fuisse contra mensam; si vero collocatum fuisset ad latitudinem domus, facies candelabri facies veli respexissent; quod in Lege non scriptum est, ubi dicitur; *e regione mensæ*; ideoque quando præcipitur & dicitur *Num.* VIII. 2. *Contra facies candelabri illuminabunt septem lucernæ*; manifestum est, necesse fuisse, ut candelabrum luceret contra mensam, quæ e regione suarum facierum sita erat. Idcirco *Num.* l. c. S. *Jonathan ben Uzielis* interpretatur; *contra facies candelabri illuminabunt septem lucernæ, tres ad occidentem, & tres ad orientem, & septima in medio*: Verum de hoc quod in Lege dicitur; *contra facies candelabri illuminabunt septem lucernæ*, Illustriores Sapientes, & Mizrachi inter illos uberrime locuti sunt; neque ego hoc loco describam eorum verba, aut eorum sententiam improbabo; satis enim nunc erit, ut in hoc capite meam sententiam breviter vobis describam; vos vero meliorem eligetis. Non est dubium in candelabro fuisse septem lucernas, i. e. tres ab hac, totidemque ab altera corporis candelabri parte, & unam ab aliis distinctam constitisse super calamo, aut corpore ipsius candelabri; si voluisset Lex, ut singulæ ex his septem lucernis ex centro sui calami egrederentur, & eorum ellychnia recta sursum adspicerent; dixisset; Quum sustuleris lucernas super candelabrum, lucebunt septem lucernæ; aut si Deus præcipisset ut lucerent lucernæ ad facies ipsius candelabri; dixisset Lex; ad facies candelabri lucebunt sex lucernæ; at lucerna media non fuisset accensa; eo quod impossibile fuisset, ut lucernæ adspicerent, aut lucerent semper flamma, quæ ab iis egrediebatur, ad facies sui calami; Idcirco dictum est; *contra facies candelabri illuminabunt septem lucernæ*; eo quod os impositum calamo medio, quod erat facies ipsius candelabri, necesse esset, ut luceret contra suam faciem absolute, uti scriptum est *Exod.* XXV. 37. & reliqua calamorum ora, qui hinc inde e medio derivabantur, opus erat, ut pariter eorum adspectu contra facies candelabri adspicerent, uti scriptum est *Num.* VIII. 2. Scitote igitur faciem candelabri peculiariter fuisse totum calamum medium, qui erat candelabri corpus, præcipuam & primam. At facies secundæ erant reliqui calami, qui erant in recta linea ad os lucernæ medii calami, sine ulla declinatione ad ejus latus; idcirco lucerna, quæ imposita erat calamo medio, opus erat, ut luceret ex præcepto legis contra faciem candelabri, quæ erat mensa, i. e. contra punctum, quod erat præcipue directum contra faciem mensæ; & contra ejus facies necesse quoque erat, ut lucerent reliqua calamorum ora, i. e. contra facies secundas candelabri, quæ erant juxta generalem opinionem tota ipsa mensa, quæ recta e regione illius sita erat. At quamvis omnes lucernæ non omnino lucerent ad illum locum aut punctum, ad quod illuminabat os lucernæ, quæ ipsi candelabro imposita erat, quæ vere e regione faciei suæ esse dicebatur, nihil interest; eo quod ut affertur in Lege, illæ quoque cum lucerna media recta lucebant super ipsam mensam, quæ pariter esse dicebatur contra & e regione faciei secundæ, & conjuncta faciebus, uti dictum est. Juxta hanc nostram expositionem ex eo quod dixerunt cap. XI. *Menachoth* docetur, quod a lateribus eorum facies essent contra lucernam mediam, explicabitur juxta sententiam illius dicentis, inter aquilonem, & austrum collocatum fuisse; verum juxta sententiam ejus, qui dicit fuisse situm ad longitudinem domus, non esset necesse, ut ullo modo lucernæ converterentur; & fuisset lucerna occidentalis vel juxta meam sententiam eo modo quo scribit R. *Bartenora* in commentario ad *Tamid*, admovendo latus calami septimi, ad occidentem, non vero os conver-

vertendo. Nunc vero cum mihi libeat vobis in hoc capite describere ordinem mensarum, & candelabrorum ad longitudinem domus, uti conveniens erat; decrevi iterum vestris oculis subjicere duos textus integros; qui adducti sunt a nostris Sapientibus f. m. in *Gemara Menachoth* cap. XI. qui sunt. Tradunt Sapientes; decem mensas fecit Salomon, sicuti dictum est 2. *Paral.* IV. 8. *Necnon & mensas decem, & posuit eas in templo, quinque a dextris, & quinque a sinistris*. Fortasse dicas, quinque ad dextram portæ, & quinque ad sinistram portæ; si ita esset, deprehenderetur mensa in austro; at in Lege dictum est *Exod.* XXVI. 34. *Mensa enim stabit in parte aquilonis*. Verum mensa Mosis erat in medio, quinque ad ejus dextram & quinque ad ejus sinistram. Decem mensas fecit Salomon, at non ordinarunt panem nisi super Mosaica, sicuti dictum est, 1. *Reg.* VII. 48. *Et mensam, super quam ponerentur panes propositionis auream*. R. Eliefer bar Simeonis dicit: omnibus imponebatur panis, sicuti dictum est 2. *Paral.* IV. 19. *Et mensas, & super eas panes propositionis*. R. Jose dicit; non imponebatur panis, nisi Mosaicæ; quomodo igitur explicatur textus; *& mensas &c.* Hæ erant tres mensæ, quæ sitæ erant in Sanctuario, duæ erant in vestibulo intra portam domus, altera argentea, & aurea altera; argenteæ imponebatur panis facierum, quando inferebatur, & aureæ, quando efferebatur; eo quod adscendunt, non descendunt in Sanctuario; & aurea altera erat in parte interiori, cui pariter panis facierum imponebatur. Traditio: R. Jose dicit; etiamsi non sublatus esset vetus, & vespera novus ordinatus esset, nihil intererat. At quomodo observabatur id quod dictum est: *in conspectu meo semper*? Ne nocte mensa sine pane relinquatur. Præterea dicunt in cap. cit. *Menachoth*. Tradunt Sapientes: Decem candelabra fecit Salomon, sicuti dictum est 2. *Paral.* IV. 7. *Fecit autem & candelabra aurea decem, secundum speciem qua jussa erant fieri, & posuit ea in templo quinque a dextris & quinque a sinistris*. Fortasse dices quinque ad dextram portæ &c. Verum Mosaicum fuit in medio &c. Decem candelabra fecit Salomon, neque accendebatur nisi Mosaicum; dictum est 2. *Paral.* XIII. 11. *Estque apud nos candelabrum aureum, & lucernæ ejus, ut accendantur semper ad vesperam; nos quoque custodimus &c.* R. Eliefer bar Simeonis; dicit super omnibus accendebant; sicuti dictum est 2. *Paral.* IV. 20. *Candelabra quoque cum lucernis suis ante oraculum juxta ritum ex auro purissimo &c.* Ecce altare aureum, & candelabrum, & mensa sita erant hæc tria ab tertia parte domus & interius contra velum, & altare suffitus parum protractum erat versus plagam orientalem; eo quod scriptum sit *Exod. Et candelabrum e regione mensæ*; itaut mensa & candelabrum se mutuo intuerentur. Ceterum templi longitudo erat 40. cubitorum; uti constat: si ordinabantur in templo in latitudine aquilonari omnes undecim mensæ, una prope aliam ad templi longitudinem, uti jus postulat, in spatio duorum palmorum inter singulas mensas, videbitis nobis necessarios esse quinque & viginti cubitos ab longitudine templi, quibus addendi sunt tredecim cubiti, & duo palmi, quæ erat tertia pars longitudinis templi, deprehendetur ultima mensa collocata ab tertia parte templi & interius remota fuisse ab velo uno cubito & quatuor palmis. Collocate pariter undecim candelabra unum prope aliud, ordinata in plaga australi contra mensam, ita ut medius calamus cujusque candelabri adspiciat in medium cujusque mensæ, videbitis lapidem collocatum ante candelabrum remotum fuisse ab lapide posito ante aliud candelabrum tres palmos cum dimidio; etenim vobis notum erit & manifestum, singularum mensarum longitudinem fuisse duorum cubitorum, & longitudinem lapidis, qui situs erat ante candelabrum, fuisse unius cubiti cum dimidio, ideoque redundasse mensam ultra lapidem candelabri utrimque palmum cum dimidio; Si his addantur duo palmi propter distantiam unius mensæ ab alia, videbitis distantiam lapidum candelabri inter se fuisse trium palmorum cum dimidio, uti dixi; itaut extremus lapis extremi candelabri, quod situm erat ab tertia parte templi & interius, remotus fuerit ab velo undecim palmis cum dimidio, quod spatium sufficiens & conveniens erat summo sacerdoti, ne sibi candelabra impedimento essent ingredienti in domum sancti sanctorum, & ex eo egredienti per eam viam, uti traditur v. 1. *Joma*. Exterius, i. e. *velum* duplicatum erat ab austro, & interius ab aquilone, & ambulabat inter ea, donec perveniret ad aquilonem; postquam pervenerat ad aquilonem, convertebat facies suas ad austrum, & ambulabat ad sinistram prope velum, donec pervenisset ad arcam; postquam pervenerat ad arcam, deponebat

nebat acerram inter duos vectes, coacervabat suffitum super prunas, & fumo tota domus implebatur, & revertebatur ea via, qua ingressus erat &c.

Ex Judæis Interpretibus alii putant unius candelabri Mosaici lucernas, alii Salomonis candelabrorum fuisse accensas contendunt, ex textuum varietate adducti. *Babyl. Menachoth* 98. 2. עשר מנרות עשה שלמה ולא היו מדליקין אלא בשל משה שנ' את המנרות הזהב ונרותיה לבער בערב בערב ר"א בן שמעון אומר על כולם היו מדליקין שנ' את המנרות ונרותיהם לבער כמשפט לפני הדביר זהב סגור. Decem candelabra fecit Salomon, at non accendebatur nisi Mosaicum tantum: dictum est enim 2. *Paral.* XIII. 11. *Et candelabrum aureum, & lucernæ ejus, ut accendantur de vespera ad vesperam:* R. Eliesér ben Simeonis dicit, super omnibus incendebant; dictum est enim 2. *Paralip.* IV. 20. *Candelabra quoque cum lucernis suis, ut lucerent ante oraculum juxta ritum ex auro purissimo.* *Hierosol. Schekalim* 50. 2. אעפ' כן לא היה מבעיר אלא של משה בלבד שנ' והמנורת הזהב ונרותיה לבער בערב בערב ר' יוסה בי ר' יהודה אומר על כולם היו מבעיר שנ' את המנרות ונרותיהם לבערם במשפט לפני הדביר זהב סגור והפרח והנרות והמלקחים זהב הוא מכלות זהב. Quamvis non accenderetur nisi Mosaicum tantum; dictum est enim; *& candelabrum aureum, & lucernæ ejus ut accendantur de vespera ad vesperam.* R. Jose discipulus R. Jehuda dicit; super omnibus accendebat; dictum est enim l. c. *Paralip. Candelabra quoque cum lucernis suis, ut lucerent ante oraculum juxta ritum ex auro purissimo; & florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos: omnia de auro purissimo facta sunt.*

Thosaphtha Menachoth cap. XI. עשרה מנרות זהב עשה שלמה שנ' ויעש מנורות זהב עשר אעפ' כן לא היו מדליקין אלא בשל משה שנ' את המנורה ונרותיה לבער מבערב בערב מה מנורה שעשה משה לא היתה צריכה שמן המשכה מפני שקדושה ראשונה קדשה לשעתה וקדשה לעתיד לבוא ר' יוסי בר ר' יהודה אומר על כל השלחנות היו מסררין שנ' את השלחנות ועליהם לחם הפנים זהב ובכלי מנורות היו מדליקין שנ' את מנורת ונרותיהם לבערן כמשפת לפני הדביר זהב סגור. Decem candelabra aurea fecit Salomon; Dictum est enim *Paral.* loc. cit. *& fecit candelabra aurea decem.* Quamvis non accenderint nisi super Mosaico duntaxat; dictum est enim 2. *Paral.* XIII. 11. *Et candelabrum aureum, & lucernæ ejus, ut accendantur de vespera ad vesperam.* Qua de causa candelabrum Mosaicum non opus habuit oleo unctionis; quia ejus sanctitas prima fuit pro ejus tempore, pariterque in posterum sanctificatum fuit. R. Jose bar R. Jehuda dicit; super omnibus mensis ordinabant; dictum est enim l. c. *Paralip.* vers. 19. *Et mensas & super eas panes propositionis aureas.* Et in omnibus candelabris accendebant, sicuti dictum est ibid. *Candelabra quoque cum lucernis suis ut lucerent ante oraculum, juxta ritum ex auro purissimo.* *Radach* ad 1. *Reg.* VII. ועל כל המנורות היו מדליקין ועל כל השלחנות היו מסדרין ואעפ' שיש מחלוק בזה בדברי רז"ל הנראה מן הפסוקים כן הוא. Et super omnibus candelabris accendebant, & super omnibus mensis ordinabant; quamvis in hoc sit dissensio in verbis Sapientum nostrorum f. m. videtur ex textibus ita esse. *Radak* iterum ad l. c. 2. *Paral.* ונחלקו רז"ל מה אמרו כי לא היו מדליקין אלא על מנורת משה ולא היו מסדרין אלא על שלחן משה שנ' את מנורת הזהב ואת נרותיה לבער לערב ומהם אמרו שעל כלם היו מדליקין שנ' את המנורות ונרותיהם לבערם כמשפט ועל כלם היו מסררים שנ' ואת השלחנות ועליהם לחם הפנים וכן נראה כי על כלם היו מדליקין ומסדרין ואעפ' שכל אחד מהם תירץ הפסוקים לרעתו ומה שאמר על מנורת הזהב להודיע שאף על של משה היו מדליקין אעפ' שעשה עשר. Et dissentiunt inter se Sapientes nostri f. m. Alii dicunt, quod non accenderent nisi super candelabro Mosaico duntaxat, & non ordinarent nisi super mensa Mosaica duntaxat; dictum est enim 2. *Paral.* XIII. 11. *Et candelabrum aureum, & lucernæ ejus, ut accendantur a vespera ad vesperam.* Et alii dicunt, quod super omnibus accenderent; dictum est enim 2. *Paral.* IV. *Et candelabra cum lucernis suis, ut lucerent juxta ritum.* Et super omnibus ordinabant; dictum est enim ibid. *Et mensas & super eas panes propositionis.* Atque ita videtur, quod super omnibus accenderent, & ordinarent; quamvis quisque explicet textus juxta suam sententiam; Quod autem dicitur de *candelabro aureo*; ostendit, quod etiam super Mosaico accenderent, quamvis decem fecerit. *Schiltho Haggibborim* c. XXXI. וגם כי אני אינו כדאי להכניס עצמ' בעובי הקורה עד שאוכל לפסוק הלכה בדברי אחד מרובותינו אלה בענין סדור לחם הפנים והדלקת המנורה אשר שמעתם עם כל זה הואיל כי לא יקרה לי בצה עון אשר חטא להיות כי ואת אינה הוראה שנבא בעבורה לידי מעשה אבל איפכ' ישבה משום דרוש וקבל שכר לא אסוג אחור מלהודיע לכם דנאירן לי דברי ר' אלעזר בר' שמעון בשני

הדברים

הדברים מדרבי יוסי וראשונה בשלחן מפני שהכתובים עצמם מסיועין אותו דכתיב ועליהם לחם הפנים דמשמע תמיד ולא לפי טעה ומה שכתוב במלכי' אשר עליו לחם הפנים זהב הוא או מפני שעדיין לא עשה שלמה העשרה שלחנות ולכן בספר מלכים לא נזכרו כלל שלחנות רבות אלא שלחן אחד אף בדה"ה נזכרו או מפני שזאת השלחן אשר עליו לחם הפנים הוא שם כלל כמו ויהי לי שור חמור צאן עבד ושפחה כאשר כתב רד"ק ז"ל ושלמה סדר הלחם על כל השלחנות ואם אמתהיו דברי ר' יוסי שהשלחנות שנזכרו בדה"ה היו השלשת שלחנות שבאולם ושבהיכל ושלא היו מסדרים אלא על של משה למה עשה שלמה עשרה שלחנות אחרות על השלחן הזה שהיה בהיכל להעמודם שם בלי לחם הלא כתיב בשלחן ונתת על השלחן לחם הפנים לפני תמיד שמות כ"ה ויערך לחם לפני ה' שמות מ' ושמת אותם שתים מערכות כו' על השלחן הטהור לפני ה' ויקרא כ"ד ועוד שם ביום השבת יערכנו לפני ה' תמיד ואם היו השלחנות בלי לחם מימין שלחנו של משה ומשמאלו שהם בלי ספק מפסקים בין שלחן של משה ובין הפרכת איך יקרא שלחן של משה ערוך לפני ה' וגם בהדלקת המנורה יפה דבר ר"א בר שמעון לסבות דומות לנזכרות בשלחן ועוד כי הפסוק שבא בדה"ה בל זכר הדלקת המנורת כמותו ואם בדה"ה ב' י"ג כתיבאת מנורת הזהב ואת נרותיה אין בכך כלום כי זה אינו ספור הכתו' אבל היו דברי אביה בן רחבעם לירבעם בן נבט דפקר טפי שלא רצה אביה להזכיר עשרה מנרות שלא נצטוו בתורה כדי שלא ליתן פתחון פה לירבעם לומר כי גם יהודה היו עוברים את פי ה' להוסיף על הדבר אשר צוה וכבר כתוב בתורה את כל הדבר אשר אנכי מצוה התכ' אותו תשמרו לעשות לא תוסיף עליו ולא תגרע ממנו דברים י"ג על כן טוב הוא שנ' עם ר' אלעזר בר שמעון שהיו עורכין ערך לחם לפני ה' על האחד עשר שלחנות וכן שהיו מדלקין האחד עשר מנרות ככתוב בדה"ה ואם תרצה לדעת אתה הקורה כנים דברי ושיש לי בזה על מה להסמך דוק במדרש תרשה כי תשכח שם כתוב בדברים האלה אע"פ שעשה שלמה עשר שלחנות לא היה מסדר אלא על של משה שנ' ואת חשלחן אשר עליו לחם הפנים ואחר היה מסדר על כלן שנ' והשלחנות ועליהן לחם הפנים ואע"פ שעשה שלמה עשר מנרות לא מבעיר תחלא אלא על של משה שנ' ומנורת הזהב ונרותיה ואחר כך היה מבעיר כלם שנ' ואת המנרות ונרותיהם לבערם כמשפט כו'. Quamvis ego non ſatis idoneus ſim, qui ingrediar in hanc diſputationem, ut pro aliquo ex noſtris ſapientibus decernere poſſim, qui diſſentiunt de ordinatione panum facierum, & de accendendo candelabro, ut audiſtis; tamen cum in hoc mihi nullum peccatum obtingere poſſit, cum non agatur de doctrina, quæ adducatur ad opus; contra vero poſſim remiſſionem & mercedem accipere commentandi cauſa, non differam, quin vobis notum faciam, mihi videri evidentiore verba R. Elieſeris bar Simeonis in utraque re, quam verba R. Joſe. Primum quod ſpectat menſam; eo quod ipſi textus illi auxilientur; ſcriptum eſt enim; *Et ſuper eas panes propoſitionis*; quod intelligitur jugiter, non vero momentanee; Quod vero ſcriptum eſt 1. *Reg.* VII. 48. *Et menſam ſuper quam ponerentur panes propoſitionis auream*; intelligendum ſit, aut quod nondum Salomon fecerit decem menſas, ideoque in libro *Reg.* nullo modo multæ menſæ commemorantur, ſed una tantum; ut in lib. *Paral.* memorantur, aut quod hæc menſa, cui imponebatur panis facierum, ſit nomen genericum, uti ſcriptum eſt *Geneſ.* XXXII. 5. *Et fuit mihi bos & aſinus, ovis, & ſervus, & ancilla*; ſicut ſcripſit *Radak* f. m. Si vera ſunt verba R. Joſe, menſas, quæ memorantur in lib. *Paralip.* fuiſſe tres menſas, quæ ſitæ erant in veſtibulo & in templo, & uni menſæ Moſaicæ panem fuiſſe impoſitum, cur igitur fecit Salomon decem menſas, præter hanc menſam, quæ erat in templo, ut ibi ſtatuerentur ſine pane? Verum in menſa ſcriptum eſt *Exod.* XXV. 30. *Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper*; Et ibid. XL. 21. *Et ordinatis propoſitionis panibus coram Domino*. Et *Levit.* XXIV. 6. *Et pones illos, duas ordinationes &c. ſuper menſam puriſſimam coram Domino*. Pariterque ibid. ſcripta eſt verſ. 8. *Per ſingula ſabbatha ordinabuntur coram Domino*. Si menſæ deſtitutæ fuiſſent pane ab dextra & ab ſiniſtra Moſaicæ, quæ ſine dubio ſeparabant inter menſam Moſaicam & velum; quomodo dici potuiſſet menſa Moſaica ordinata fuiſſe coram Domino? Pariterque de accendendis candelabris recte ſcribit R. Elieſer bar Simeonis iiſdem de cauſis, quæ commemoratæ ſunt in menſa. Præterea in textu, qui adducitur 2. *Paral.* IV. fit mentio de candelabris juxta ejus ſententiam. Si vero 2. *Paralip.* XIII. 11. ſcriptum eſt; *Candelabrum aureum & lucernæ ejus*; nihil intereſt; eo quod hæc non ſit Scripturæ narratio, ſed verba ſunt Abiæ filii Rehoboam ad Jeroboamum filium Nebath, qui jam erat peccator; neque voluit Abia commemorare decem candelabra, quæ non fuerunt imperata in Le-

Lege, ne daretur facultas Jeroboamo dicendi, Judæos quoque tranſgreſſos fuiſſe præceptum Domini addentes ad ea, quæ ipſe præceperat; cum ſcriptum ſit in Lege *Deut.* XII. 32. *Quod præcipio tibi, hoc tantum facite Domino; nec addas quicquam nec minuas.* Idcirco præſtabit, ut dicatur cum R. Elieſere bar Simeonis ordinata fuiſſe ordinatio panis coram Domino ſuper undecim menſis, pariterque accenſa fuiſſe undecim candelabra, uti ſcriptum eſt in lib. *Paral.* Si ſcire volueris, Lector, mihi eſſe argumenta, quibus verba mea confirmentur, conſidera in *Medras Tadſce*, ubi juxta hæc verba ſcriptum deprehendes. Quamvis fecerit Salomon decem menſas, a principio non ordinabatur panis niſi ſuper una Moſaica duntaxat, ſicuti ſcriptum eſt I. *Reg.* VII. 48. *Et menſam ſuper quam ponerentur panes propoſitionis.* Verum deinde ſuper omnibus ordinabatur, ſicuti ſcriptum eſt 2. *Paral.* IV. 19. *Et menſas, & ſuper eas panes propoſitionis.* Et quamvis feciſſet Salomon decem candelabra, a principio non accendebatur niſi Moſaicum duntaxat; ſicuti ſcriptum eſt 2. *Paral.* XIII. 11. *Et candelabrum aureum, & lucernæ ejus.* At deinde accenſa ſunt omnia; ſicuti dictum eſt 2. *Paral.* IV. 20. *Candelabra quoque cum lucernis, ut lucerent ante oraculum juxta ritum.*

Non fuiſſe diſſimilia Moſaico candelabra Salomonis probari poteſt ex variis textibus, præcipue ex I. *Reg.* VII. 45. ubi dicitur ואת כל הכלים האהל אשר עשה חירם למלך שלמה ביתיהוה. *Omnia vaſa, quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini; Targum* ita interpretatur וית כל מניא האילין כעובד מני משכנא דעבד משה כן עבד חירם למלכ' שלמה בית מקדשא. *Et omnia vaſa hæc juxta opus vaſorum tabernaculi, quæ fecit Moſes, ſic fecit Hiram regi Salomoni in domo ſanctuarii.* Ubi *Ralbag* והני תרעום יונתן לפי הכתוב שאלו הכלים היו נעשים בצורה שעשאם משה באהל ומזה אומרו ואת כל הכלים האהל. Et ecce interpretatur *Jonathan*, quia ſcriptum eſt, quod hæc vaſa facta eſſent juxta formam, qua fecerat Moſes in tabernaculo; & hinc dictum eſt; *& omnia vaſa tabernaculi.* Similiter ibidem 49. memorantur in candelabris Salomonis flores, & lucernæ, & forcipes aurei. והפרח והנרת והמלקחים זהב, *& flores, & lucernas, & forcipes aureos.* Et *Targum*. ושושנת ובוצוניא וציבתיא דהבא; *& lilium, & lucernas, & forcipes aureos.* Ubi *Raſchi*. הפרח פרחי המנורה כמו שכתוב במנורת משה כפתור ופרח וכן הנרות שבעה בכל מנורה כמו במנורת משה וכן המלחים. *Florem.* Flores candelabri, ſicuti ſcriptum eſt in candelabro Moſis; *malum & flos*; pariterque ſeptem lucernæ in ſingulis candelabris ut in candelabro Moſis, itemque forcipes. Et 2. *Paral.* IV. ויעש את מנרות הזהב עשר כמשפטם. *Fecit & candelabra decem aurea, juxta eorum inſtitutum.*

III. Ab his diverſa fuerunt candelabra, quæ in atrio mulierum in feſto Tabernaculorum accendebantur, de quibus fit mentio Cod. *Miſn. Succab* V. 2. במוצאי יום טוב הראשון של חג ירדו לעזרת נשים ומתקנין שם תקון גדול מנורות של זהב היו שם וארבעה ספלים של זהב בראשיהם וארבע סולמות לכל אחד ואחד וארבעה ילדים מפרחי כהונה ובידיהם כדים של שמן של מאה ועשרים לוג שהם מטילין לכל ספל וספל. In exitu diei feſti primi, deſcendebant in atrium mulierum, ubi podium magnum condiderant. Etiam lychnuchi aurei ibi erant, quorum ſingulo quatuor ſimpula aurea impoſita erant, & quatuor ſcalæ adjunctæ unicuique, *quas ſcanderent* quatuor juvenes e pube ſacerdotum; qui in manibus habebant urceos olei, continentes centum & viginti logos, ex quibus in ſingula ſimpula *oleum* infunderent. *Hieroſ. Succab* 55. 2. ומנורות של זהב היו שם בר קפרא אמר וגובהן מאה אמה והא תני כל דתלי מאה אמין בעי בסיס תלתין ותלת סולמא מיכא תלתן ותלת וסולמה מיכא תלתין ותלת זה תני כל העזרה לא היתה אלא אורך מאה ושמונים ושבע על רוחב מאה ושלשים וחמש אשכח תני מקומן מעשה ניסים היו מה ביד כולהם מאה ועשרים לוג או ביד כל אחד ואחד מאה ועשרים לוג. Et candelabra aurea ibi ſita erant. Bar Kaphra dicit; & eorum altitudo erat centum cubitorum; at ecce traditio. Omnes elevationes centum cubitorum requirunt baſim trium & triginta, ſcalam ex una parte trium & triginta, & ſcalam ex altera parte trium & triginta: Totum atrium non patebat in longitudine niſi centum & octoginta quinque cubitos, & centum & triginta quinque in latitudine; Deprehenditur, quod ex traditione eorum locus eſſet opus miraculorum. Quid? in omnium manu erant centum & viginti logi, an in ſingulorum manu erant centum & viginti logi? Diverſa erant a Moſaico hæc candelabra, quia interdictum erat fieri ad ejus ſimilitudinem in alio loco, præterquam in ſancto. *Babyl. Menachotb* 28. 2. ותניא אידך לא יעשה אדם בית תבנית היכל אכסדרא אולם כנגד חצר כנגד עזרה שלחן כנגד שלחן מנורה כנגד מנורה

מנורה אבל עושה הוא של חמשה ושל ששה ושל שמנה ושל שבעה לא יעשה ואפילו משאר מיני מתכות ר׳ יוסי בר ר׳ יהודה אומר אף של עץ כדרך שעשו מלכי בית חשמנאי. Traditio altera; Nequis exſtruat domum ad ſimilitudinem templi, aut exedram inſtar pronai, aut atrium inſtar atrii, menſam inſtar menſæ, candelabrum inſtar candelabri. R. dicit; At licet facere candelabrum quinque, & ſex, & octo ramorum; at ſeptem fieri non licet, vel ex ceteris metallorum ſpeciebus. R. Joſe bar R. Jehuda dicit; vel ex ligno, ſicuti fecerunt Chaſmonæi. *Babyl. Avoda Zara* 43. 1. לא יעשה אדם בית תבנית היכל אכסדרא תבנית אולם חצר תבנית עזרה שולחן תבנית שולחן מנורה תבנית מנורה אבל הוא עושה של ה׳ ושל ו׳ ושל ח׳ ושל ז׳ לא יעשה אפילו משאר מיני מתכות ר׳ יוסי בר יהודה אומר אף של עץ לא יעשה כדרך שעשו בית חשמונאי. Ne quis exſtruat domum ad ſimilitudinem templi, neque exedram ad ſimilitudinem atrii, neque menſam ad ſimilitudinem menſæ, neque candelabrum ad ſimilitudinem candelebri, ſed fieri licebit quinque, ſex, vel octo ramorum, non vero ramorum ſeptem, vel ex ceteris metallorum ſpeciebus. R. Joſe bar Jehuda dicit; vel ex ligno lychnuchum facere non licet, qualem fecere Chaſmonæi. Vid. *Babyl. Roch. haſſchana* fol. 25. Ne Onias quidem, qui Templum in Ægypto exſtruxit adductus ex loco *Jeſ.* XIX. 18. lychnuchum facere ſibi licere putavit, ſed ἀναθήμασιν ædem ornaſſe dicitur, χωρὶς τῆς περὶ τὴν λυχνίαν κατασκευῆς, *excepta fabrica candelabri.* οὐ γὰρ ἐποίησε λυχνίαν; *nec enim fecit lychnuchum; ſed* ἐξεκρέμασεν λύχνον χρυσοῦν, *ſuſpendit lychnuchum aureum.*

Quum in domo ſecunda fuerit unum candelabrum, non poteſt intelligi, quomodo apud *Joſephum* lib. VII. de bell. cap. 15. Jeſus ſacerdos filius Thebuti. Duos lychnuchos Cæſari tradidiſſe dicatur. Ἐν δὲ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ τῶν ἱερέων τις Θεβουθεὶ παῖς Ἰησοῦς ὄνομα λαβὼν περὶ σωτηρίας ὅρκους παρὰ Καίσαρος, ἐφ᾽ ᾧ παραδώσει τινὰ τῶν ἱερῶν κειμηλίων, ἔξεισι καὶ παραδίδωσιν ἀπὸ τοῦ τοίχου τοῦ ναοῦ λυχνίας δύο ταῖς κατὰ τὸν ναὸν κειμέναις παραπλησίας, τραπέζας τε καὶ κρατῆρας καὶ φιάλας πάντ᾽ ὁλόχρυσα καὶ στιβαρώτατα. Illis diebus ſacerdos aliquis Jeſus filius Thebuti, accepta fide ſalutis a Cæſare, ut cimelia quædam ſacra traderet, exit, & ex muro ædis ſacræ duos lychnuchos, iis qui in templo erant ſimiles, menſaſque, crateras, & phialas, omnia ex auro ſolido & graviſſima tradidit. Quæ omnia a *Zonara* quoque in annalibus memorantur. Dici poteſt, hos lychnuchos ex uno ramo conſtitiſſe, & hunc ramum ſimilem fuiſſe ramo alicui lychnuchi ſacri; aut fuiſſe donaria & anathemata gentium in templi veſtibulo propoſita; præſertim quum ſciamus a Ptolemæo menſam auream in templo fuiſſe dedicatam, & lychnuchum ab Helena regina Adiabanorum. Fuerunt in templo, præter ſacrum, alii lychnuchi variis uſibus deſtinati. Aut dicendum eſt, plures fuiſſe lychnuchos ſacros in templo, ut ſi unus pollueretur, poſſet alius in ejus locum ſubſtitui, ut Dei præceptum obſervari poſſet, ſc. quod lychnuchus תמיד ſemper arderet coram facie Domini. Codex *Chagiga* Miſna ultima. מטבלים את הכלים שהיו במקדש ואומרין להן הזהרו שלא תגעו בשלחן ובמנורה ותטמתוהו כל הכלים שהיו במקדש יש להם שניים ושלישים שאם נטמאו הראשנים יביאו שניים תחתיהן. Immergere ſolebant vaſa, quæ erant in templo; dicebant autem illis; cavete ne tangatis menſam, aut lychnuchum, & polluatis illa. Omnibus vaſis, quæ erant in templo, ſecunda, & tertia erant (iis ſimilia) ut ſi polluerentur prima, pro iis ſecunda adducerentur. In *Hieroſ. Chagiga* dicitur aliquando fuiſſe immerſum candelabrum. תני שולחן שניטמא מטבילין אותו בזמני אפילו בשבת דברי ר׳ מאיר וחכמים אומרים מיד אשכחת אמר על דעתיה דר׳ מאיר נתמא שני לחמים על דעתון דרבנן אינו מטמא אלא לחם אחד בלבד אמר ר׳ יעקב בר סוסי קומי ר׳ יוסה ואפילו על דעתיה דר׳ מאיר אינו מטמא אלא לחם אחד בלבד תיפתר שניטמא בספק משקים פעם אחרת הטבילו את המנורה אמרו צדוקים ראו פרשים מטבילין גלגל חמה תמן תנינן נכנסו ללשכת הכלים והוציאו משם תשעים ושלשה כלי כסף וכלי זהב. Traditio. Si menſa polluatur, immergitur in tempore ſuo, vel in Sabbatho; verba R. Meir; at ſapientes dicunt; ſtatim; deprehenditur, quod dicas juxta opinionem R. Meir, quod duo panes polluantur; juxta ſententiam ſapientum, unus tantum panis polluitur; Dicit R. Jacob bar Suſi coram R. Joſe, vel ex ſententia R. Meir non polluitur niſi unus panis duntaxat; Poteſt explicari, quando polluitur in dubio liquidorum. Aliquando immerſerunt candelabrum; dixerunt Sadducæi; videte, quod Phariſæi immergant ad lumen ſolis. Ibi extat traditio. Ingreſſi ſunt in conclave vaſorum, & inde eduxerunt tria & nonaginta vaſa argentea, & aurea. *Thoſaphtha Chagiga* in fine שלחן שנטמא

מטבילין אותו בזמנו ואפילו בשבת
מעשה והטבילו את המנורה ביום טוב
היו צדוקין אומרים באו וראו פרושין
שמטבילין לאור הלבנה. Si mensa polluatur, immergitur in tempore suo, vel in Sabbatho; Historia. Immerserunt candelabrum in die festo. Sadducæi dixerunt. Venite, & videte; Pharisæi immergunt ad lumen lunæ.

IV. Oleum candelabri describitur *Ex.* XXVII. 20. ויקחו אליך שמן זך כתית
למאור להעלת נר תמיד. *Ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum purissimum, piloque contususum, ut ardeat lucerna semper. Targum.* ויסבון לך משח זית
דכיא כתישא לאנהרא לארלקא בוציניא
תדיר. *Ut afferant tibi oleum olivæ purum, contusum, ad illuminandum, ut ardeat lucerna semper.* Ubi *Raschi.* זך
בלי שמרים כמו ששנינו במנחות מגרגרו
בראש הזית בו׳ כתית הזתים כותש
במכתשת ואינו טוחנן בריחים כדי שלא
יהו בו שמרים ואחר שהוציא טפה
ראשונה מכניסין לריחים וטוחנן והשמן
השני פסול למנורה וכשר למנחות שנ׳
כתית למאור ולא כתית למנחות להעלות
נר תמיד מדליק עד שתהא שהלבת עולה
מאליה תמיד כל לילה ולילה קרוי תמיד
כמו שאתה אומר עולה תמיד ואינה אלא
מיום ליום וכן במנחת חבתים תמיד ואינה
אלא מחציתה בבקר ומחציתה בערב אבל
תמיד האמור בלחם הפנים משבת לשבת
הוא. *Purum*: sine fæcibus; uti legimus in tractatu *Menachoth*; ex ejus granis in cacumine oleæ &c. כתית *contusum*; olivæ contusione contusæ, neque molis commolitæ, ut in eo non sint fæces, & postquam egressa est gutta prima, introducunt in molas, & moliunt, & secundum oleum est illegitimum candelabro, & legitimum muneribus; Dictum est enim; כתית *contusum* ad illuminandum, non vero *contusum* pro muneribus; *& luceat lucerna semper*; accendat, donec per se super illam flamma adscendat. תמיד *semper*; omnes & singulæ noctes vocantur תמיד *semper*; sicut dictum est in holocausto תמיד *semper*, quamvis non offeratur nisi de die in diem; itemque in munere sartaginum dictum est תמיד semper, quamvis non offerretur nisi dimidium mane, & dimidium vesperi; itemque תמיד dictum in pane facierum erat de Sabbatho in Sabbathum. *Abarbanel* ibidem.
ואמר שמן זית לחגיד שלא יתנו בנרות
המנורה שמן אגוזים ולא שמן שושמין
ולא שמן דגים ושאר השמנים אלא שמן
זית וגם יהיה מובחר במלאכתו שיהיה
השמן זך בעצמו מבלי שמרים ויהיה כתית
שיכתתו הזית במכתש והשמן היוצא ממנו
הטפה הראשונה הזכה הוא הראוי למאור
המנורה כי השמן הזך מאיר בשלמו׳. Et dictum est; *oleum olivæ*; ad demonstrandum, quod non sit idoneum in lucernis candelabri oleum nucum, neque oleum raphanorum, neque oleum piscium, reliquaque olea; sed oleum olivæ, atque optimum in ejus opere, ut per se sit oleum purum, sine fæcibus; & sit contusum; ut oliva contusione contundatur, atque oleum, quod prima gutta pura inde egreditur, est decens ad illuminandum candelabrum, quia oleum purum perfecte illuminat. *Siphra* 52. 3. ויקחו אליך אתה ניזבר
שמן זית ולא שמן שומשמין ולא משן
אגוזים ולא שמן צנונות שמן זית מזיתו
מיכן אמרו שלשה זיתים ובו שלשה שמנים
הזית הראשון מגרגרו בראש הזית וכונסין
לתוך הבד וטחנו בריחים ונותנים בסלים
וטוענם בקורה והיוצא מהם ראשון פורקם
וטוחנם שנייה היוצא מהם שני וחזר וטוחן
זה שלישי הראשון למנורה והשאר למנחות
הזית השני מגרגרו בראש הגג וכונסו לתוך
הבד וטוחנו בריחיים ונותנו בסלים וטוענו
בקורה והיוצא מהם ראשון פורקן וטוחנן
שניה היוצא מהם שיני חזר וטחן וטען
זה שלישי הראשון למנורה והשאר למנחות
הזית השלישי טוענו בבית עד שילקה
ותעלהו ועושהו תמרה בראש הגג כונסן
לבית וטוחנן בריחיים ונותנן בסלים וטוענן
בקורה היצא מהם ראשון פורקן וטוחנן
שניה היוצא מהם שיני חזר וטחן וטען
זה שלישי הראשון למנורה והשאר למנחות
ר׳ יהודה אומר לא היה טוחנן בריחים
אלא כותשן במכתשת ולא היה טוענן
בקורה אלא באבנים ואינו נותן בתוך הסל
אלא סביבות הסל נותנין וקורה מתוך הסל
הראשון שבראשון אין למעלה הימנו
השיני שבראשון והראשון שבשיני שווין
השלישי שבראשון והשיני שבשני והראשון
שבשלישי שוים השלישי שבשיני והשיני
שבלישי שוים השלישי שבשלישי אין למטה
הימנו זך שיהא נקי כתית ר׳ יהודה אומר
אינו אומר כתית אלא כתיש יכול לא
יהיה כתית כשר למנחות וכשהוא אומר
עשרון סולת בלול בשמן כתית רבע ההין
לימד על הכתית שהוא כשר למנחות הא
מה אני מקיים כתית למאור לא בתית
למנחות. *Ut afferant tibi*; tu es in hac re thesaurarius. *Oleum de olivis. Levit.* XXIV. 2. Non vero oleum sesami, neque oleum nucis, neque oleum raphanorum. *Oleum de olivis* de sua oliva. Hinc dixerunt; tres sunt olivarum species, & in quavis tria oleorum genera. Horum prima species colligebatur in cacumine oleæ, contundebatur, & in torcular conjiciebatur, & molis molebatur, & in canistris conjiciebatur, & trabe onerabatur, & quod inde defluebat oleum, erat primum; iterum abstrahebatur, & molebatur, & quod inde defluebat, erat se-

ſecundum; atque iterum commolebatur, hoc erat tertium; primum pro candelabro, & reliqua pro muneribus. Secunda ſpeciei olivarum grana matureſcebant in cacumine tecti, deinde torculari colligebantur, molis commolebantur, in caniſtris reponebantur, & trabe onerabantur; quod inde defluebat erat primum oleum; extrahebantur, atque iterum commolebantur, quod inde emanabat erat ſecundum; Atque iterum commolebantur, atque onerabantur, quod inde defluebat, erat tertium. Primum pro candelabro, & reliqua pro muneribus. Tertiam olivam reponebant in torculari, donec inciperet marceſcere, atque in tumulum coacervabat in cacumine tecti; introducebat domum, & molis commolebat, & reponebat in caniſtris, & trabe onerabat; quod inde emanabat, erat primum; extrahebat, atque iterum commolebat, quod inde defluebat, erat ſecundum; atque iterum commolebat, & onerabat, unde tertium emanabat; primum pro candelabro, & reliqua pro muneribus. R. Jehuda dicit: non commolebat molis, ſed tundebat in mortario; neque onerabat trabe, ſed lapidibus; neque colligebat in caniſtra, ſed cirum caniſtra, & purum defluebat de medio caniſtri. Oleum primum, quod eſt in prima ſpecie olivarum, eſt optimum. Secundum, quod eſt in prima, & primum, quod eſt in ſecunda, ſunt æqualia. Tertium primæ, & ſecundum ſecundæ, & primum tertiæ ſunt æqualia. Tertium ſecundæ, & ſecundum tertiæ ſunt æqualia. Tertium tertiæ erat infimum. *Purum*; ut ſit mundum. כתית R. Jehuda dicit; non ſignificat כתית niſi contuſum. Crederem contuſum non fuiſſe legitimum pro muneribus? Quando dicitur *Exod.* XXIX. 40. *Decimam ſimilæ conſperſæ oleo tuſo, quod habeat menſuram quartam partem Hin.* Hinc docemur contuſum legitimum fuiſſe pro muneribus. Quomodo ego explicabo כתית *contuſum*? *contuſum* pro candelabro, non vero *contuſum* pro muneribus. *Babyl. Menachoth* 86. איבעיא להו מגרגרו או מגלגלו תנן תא שמע דתניא שמן זית מזיתו מכאן אמרו זית ראשון מגלגלו בראש הזית וכוסם לבית הבד וטוחנו ברחי' ונותנו בסלין שמן היוצא ממנו היה ראשון נתן בקורה שמן היוצא ממנו זה היה שני וחזר ופרק טחן וטען זה היה שלישי הראשון למנורה והשאר למנחות וכן זית שני וזית שלישי עוטנו בבית הבד עד שולקה ומעלה לראש הגג ועושה אותה כמין תמרה עד שיזו בו מימיו וכונסו לבית הבד וטוחנו בריחים ונותנו בסלין ושמן היוצא ממנו זה היה ראשון טען בקורה שמן היוצא ממנו זה היה שני פרק חזר וטען זה היה השלישו הראשון למנורח והשאר למנחות ר' יהודה אומר לא היה טוחנו בריחים אלא כותשו במכתשת ולא היה טעון בקורה אלא באבנים ולא היה נותנו בסלין אלא לתוך סביבות הסל הא גופא קשיא כותש מני ר' יהודה היא תוך הסל צתאן לרבנן האי תנא סבר לה כותיה בחדא ופליג עליה בחדא שוין והא אמרת ראשון למנורה ושאר למנחות אמר ר' נחמן בר יצחק שוין שוין למנחות אף המנחות היו בדין ת"ר זך אין זך אלא נקי ר' יהודה אומר כתוש אין כתית אלא כתוש יכול יהא זה כתית פסול למנחות ת"ל ועשרון סולת בלול בשמן כתית אם כן מה ת"ל למאור אלא מפני היסכון מאי חיסכון אמר ר' אלעזר התורה חסה על ממונן של ישראל צוא את בני ישראל ויקחו אליך שמן זית זית זך אמר ר' שמואל בר נחמני אליך ולא לי לא לאורה אני צריך שלחן בצפון ומנורה בדרום א"ר זריקא אמר ר' אלעזר לא לאיכלה אני צריך ולא לאורה אני צריך ויעש לבית חלוני' שקופים ואטומים מבחוץ ואטומים מבפנים לא לאורה אני צריך מחוץ לפרכת העדות באהל מועד עדו' היא לכל באי עולם שהשכינה שורה בישראל ואם תאמר לאורה הני צריך והלא כל ארבע' שנה שהלכו ישראל במדבר לא הלכו אלא לאורו אלא עדות היא לכל באי עולם שהשכינה שורה בישראל. Quæſiverunt ab eo; ex granis. Legimus; Veni & audi. *Baraitha.* *Oleum de olivis.* Hinc dixerunt; prima ſpecies oleæ ex ejus granis in cacumine olivæ; & adducunt in torcular, & commoliunt molis, & immittunt in caniſtris; oleum, quod inde defluit, eſt primum; Trabe onerant; oleum, quod inde emanat, eſt ſecundum. Atque iterum extrahit, & commolit, & onerat, quod inde defluit, eſt tertium; primum pro candelabro, & reliqua pro numeribus; atque ita in ſecunda olivarum ſpecie. Tertiam olivarum ſpeciem reponebant in torculari, donec inciperet marceſcere, & in cumulum coacervabat, donec ejus aquæ diſtillarent; & immittunt in torcular, & molis commoliunt, & reponunt in caniſtris, & oleum, quod inde emanat, eſt primum; trabe onerant, & oleum, quod inde defluit, eſt ſecundum. Extrahebat, & commolebat, & onerabat; hoc erat tertium; primum pro candelabro, & reliqua pro muneribus. R. Jehuda dicit; non commolebant molis, ſed in mortario contundebant, neque onerabant trabe, ſed lapidibus, neque reponebant in caniſtris, ſed in medio in circuitu caniſtri. Ecce fundamentum. Oppoſitio: Contuſum R. Jehuda putat intra caniſtrum

juxta sententiam sapientum; Hic doctor putat juxta suam sententiam in altero, & in altero dissentit; sunt æqualia; at tu dicis, primam pro candelabro, & reliqua pro muneribus. Dicit R. Nachman bar Isaach; æqualia? æqualia sunt pro muneribus. Est quoque argumentum in muneribus. Tradunt sapientes; זך *purum*, non est זך nisi purum; R. Jehuda dicit contusum; non est כתית nisi contusum; crederem hoc contusum fuisse illegitimum pro muneribus? At dictum est *Exod.* XIX. 40. *Decimam similæ conspersæ oleo tuso*. Si ita est, cur dictum est *pro candelabro?* verum propter *egestatem*; quid est חיסכון? Dicit R. Eliefer; lex pepercit facultatibus Israelis. Dictum est enim *Levit.* XXIV. 2. *Præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum de olivis purissimum*. Dicit R. Samuel bar Nachmani; *Tibi*, non mihi. Lumine ego non indigeo. Mensa in aquilone, & candelabrum in austro. Dicit R. Zericha, dicit R. Eliefer. Neque cibo neque lumine ego indigeo; Dictum est enim 1. *Reg.* VI. 4. *Fecitque in templo fenestras apertas, & clausas*. Docetur; foris apertas, & intus clausas. Ego lumine non indigeo. Dictum est enim *Levitic.* XXIV. 3. *Extra velim testimonii in tabernaculo conventus*. Testimonium omnibus hominibus mundi; quod Divinitas habitaret in Israele; Si dices; Lumine ego indigeo; Nonne cunctis quadraginta annis, quibus profecti sunt in deserto, non ambularunt, nisi ad lumen ejus? Testimonium omnibus in mundo, quod Divinitas habitaret in Israele. *Pesiktha* 4. שלשה זיתים ובהם שלשה שמנים הזית הראשון מנרגרו בראש הזית וכותש ונותן לתוך הסל ר׳ יהודה אומר סביבות הסל זה ראשון טען בקורה ר׳ יהודה אומר באבנים וזה שני חזר וטחן וטען זה שלישי הראשון למנורה והשאר למנחות הזית השני מנרגרו בראש הגג וכותש ונותן לתוך הסל ר׳ יהודה אומר סביבות הסל זה ראשון טען בקורה ר׳ יהודה אומר באבנים וזה שני חזר וטען וטחן זה שלישר הראשון למנורה והשאר למנחות הזית השלישי עונונו לבית עד שילקה ומעלהו ומנגבו בראש הגג וכותש ונותן לתוך הסל ר׳ יהודה אומר סביבות הסל זה ראשון טעז בקורה ר׳ יהודה אומר באבנים זה שני חזר וטחן וטען זה שלישי הראשון למנורה והשאר למנחות הראשון שבראשון אין למעלה הימנו השני שבראשון והראשון שבשני שוין השלישי שבראשון והשני שבשני והראשון שבשלישי שוין השלישי שבשני והשני שבשלישי שוין השלישי שבשלישי אין למטה ממנו אף המנחות היה בדין שיטענו שמן זית זך ומה אם מנורה שאינה לאכילה וכו׳ ת״ל שמן זית זך כתית למאור ולא כתית למנחות וגו׳ תקועה אלפא לשמן. Tres sunt olivarum species, & in quavis tria oleorum genera. Prima species in cacumine oleæ colligitur, & contunditur, & in canistrum conjicitur. R. Jehuda dicit; circa canistrum; hoc est oleum primum. Trabe premit R. Jehuda dicit; lapidibus; & hoc est secundum; Atque iterum commolit, & opprimit; hoc est tertium. Primum pro candelabro, & reliqua pro muneribus. Secunda olei species in cacumine tecti ex ejus granis colligitur, & contunditur, & in canistrum conjicitur; R. Jehuda dicit circum canistrum; hoc est primum; trabe onerat; R. Jehuda dicit, lapidibus; & hoc est secundum, atque iterum premit, & commolit, hoc est tertium. Primum pro candelabro, & reliqua pro muneribus. Tertia oleæ species intra domum reponitur, donec putrescat, & exsicattur in cacumine tecti, contunditur, & in canistrum reponitur; R. Jehuda dicit, circum canistrum; hoc est primum; onerat trabe; R. Jehuda dicit; lapidibus; hoc est secundum atque iterum commolit, & onerat; hoc est tertium; primum pro candelabro, & reliqua pro muneribus; primo quod est in primo, nullum præstantius secundum quod est in primo, & primum quod est in secundo, sunt æqualia; tertium quod est in primo, & secundum quod est in secundo, & primum quod est in tertio, sunt æqualia; tertium quod est in secundo, & secundum quod est in tertio sunt æqualia; tertio quod est in tertio, nullum est inferius; Etiam in muneribus, est argumentum, quod requirant oleum purum: Si candelabrum, quod non cedit in cibum &c. Idcirco dictum est; *Exod.* l. c. *Oleum de arboribus olivarum purum contusum pro candelabro*, non vero *contusum* pro muneribus &c. Tekoa prima est in oleo.

Thosaphtha Menachoth c. IX. תקיקה אלפא לשמן אבא שאול אומר שנייה לה רגב בעב׳ היורדן רבי אלעזר בן יעקב אומר שלישי היה גוש חלב בגליל אין מביאין אלא מן היתים המיוחדין לכן ר׳ יהודה אומר לא היה טוחנין ברחיים אלא כותשן במכתשת לא היה טוחנין בקורה אלא באבנים אין נותנין את הלחם לתוך הסל אלא סל לתוך הלחם קורת מתוך הסל הראשון למנורה השני והשלישיה למנחות שמן אנפוקנין פסול שאינו אלא שרף שמן השרוי והשלוק והמבושל של שמרים ושל ריח רע הרי זה בעל מום למזבח. Tecoa prima est in oleo, Aba Saul

Saul dicit; ſecunda eſt Regab cis Jordanem. R. Elieſer ben Jacob dicit; tertia eſt Guſc-Calab in Galilæa. Non poterat adduci oleum niſi ex oleis peculieribus. R- Jehuda dicit; non commolebat molis, ſed contundebat in mortario, non commolebant trabe, ſed lapidibus, non injiciebat הלחם [neſcio quid ſignificet; hic cubat mendum, dicendum ex ceteris locis adductis; *Olivas*] in caniſtrum, ſed caniſtrum in medio olivarum, trabem in medio caniſtri. Primum pro candelabro, ſecundum & tertium pro muneribus. Oleum Amphicanon eſt illegitimum, quia non eſt niſi gummi; oleum extractum per infuſionem, & decoctum, & quod extrahitur de fæcibus, quod male oleat erat vitioſum pro altari.

V. In feſto Canuca vel noſtris temporibus ſolent Judæi per octiduum die 25. menſis Casleu in portis ſuarum ædium accendere lucernas ob lenticulam olei in templo inventam ſigillo ſummi Pontificis obſignatam, quæ quamvis exigua per octiduum oleum candelabro ſuffeciſſet. *Megillab Taanitb*. בעשרים וחמשה בירה יום חנוכה תמניא יומין דלא למספר כשנכנסו גוים להיכל טמאו כל השמנים שבהיכל וכשנגברה יד ביד חשמונאי ונצחום בדקו ולא מצאו אלא פך אחד שהיה מונח בחותמו של כהן גדול שלא נטמא ולא היה אחד בו להדליק אלא יום ונעשה בו נס והדליקו שמנה ימים לשנה אחרת קבעום שמנה ימים טובים ומה ראו לעשות חנוכה שמנה ימים והלא חנוכה שעשה משה במדבר לא עשה אלא שבעת ימים שנ׳ ומפתח אהל מועד לא תצאו שבעת ימים וגו׳ ואו׳ ויהי המקריב ביום הראשון את קרבנו וגו׳ ובשביעי הקריב הפרים וכן מצינו בחנוכת שעשה שלמה שלא עשאה אלא שבעת ימים שנ׳ ביחנוכת המזבח עשו שבעת ימים והחג שבעת ימים ומה ראו לעשות חנוכה זו ח׳ ימים אלא בימי מלכות יון נכנסו בית חשמונאי להיכל ובנו את המזבח ושרותו בשיר ותקנו בו כלי שרת והיו מתעסקים בו שמנה ימים ומה ראו להדליק את הנרות אלא בימי מלכות יון שנכנסו בני חשמונאי להיכל שבעה שפודים של ברזל בידם וחפום בעץ והדליקו בהם את הנרות ומה ראו לגמור בהם את ההלל אלא שכל תשועה ותשועה שהקב״ה עושה להם לישראל היו מקדימין לפניו בהלל בשירה ובשבח ובהודאה בעניין שנ׳ ויענו בהלל ובהודות לה׳ כי טוב וגו׳ מצות חנוכה נר איש וביתו והמהדרין נר לכל נפש ונפש והמהדרין מן המהדרין בית שמאי אומר יום ראשון מדליק שמונה מכאן ואילך פוחת והולך ובית הלל אומר יום ראשון מדליק א׳ מכאן ואילך מוסיף והולך שני זקנים היו בצידן אחד עושה כרברי ב״ש ואחד כדברי בית הלל זה נותן טעם לדבריו וזה נותן טעם לדבריו זה אומר כפרי החג וזה אומר מעלי׳ בקדש ואין מורידין מצות הדלקתה משתשקע החמה עד שתכלה רגל מן השוק ומצוה להניח על פתח ביתו מבחוץ ואם היה דר בעליה מניחה בחלון הסמוכה לרשות הרבים ואם מתיראה מן הגוים מניחא על פתח ביתו מבפנים ובשעת הסכנה מניחה על שלחנו ודיו. In vigeſimum quintum hujus menſis [ſc. *Casleu*] incidit dies dedicationis per octiduum, quo tempore abſtinendum a luctu. Cum enim Græci templum intrabant, polluebant quicquid erat olei in templo repertum. Sed quum manus domus Chaſmonæorum invaleſceret, eoſque devinceret, oleum quæſiverunt, & non invenerunt niſi unicam lenticulam ſub ſigillo Pontificis maximi depoſitam, quæ manſit impolluta, in qua tamen non plus olei continebatur, quod accenſioni unius diei ſufficeret; ſed factum eſt in eo miraculum, ut inde lucernas accenderent per octiduum; in annum inſequentem illos octo dies feſtos conſtituerunt. Quid autem viderunt, ut facerent dedicationem per octo dies? Nonne Moſes dedicationi, quam fecit in deſerto, ſeptem tantum dies aſſignavit? ſicut dictum eſt *Levit.* VIII. 33. *De oſtio quoque tabernaculi non exibitis ſeptem diebus &c.* Atque item *Num.* VII. 12. *Primo die obtulit oblationem ſuam &c.* & verſ. 48. *Die ſeptimo obtulit Ephraim*. Idem deprehendimus in dedicatione Salomonis, quod eam non niſi ſeptem dies fecerit, uti dictum eſt 2. *Paral.* VII. *Nam initationem altaris fecerunt ſeptem diebus, & ſolennitatem ſeptem diebus*. Quid ergo illi viderunt, ut hanc dedicationem facerent per octiduum? Quia in diebus regni Græcorum domus Chaſmonæorum in templum ingreſſa eſt, atque ædificavit altare, quod calce obleverunt, & in eo conſtituerunt vaſa miniſterii; qua in re octo dies fuerunt occupati. Quid autem viderunt, ut accenderent lucernas? Quoniam temporibus regni Græcorum Chaſmonæi templum ingreſſi ſeptem haſtas ferreas ſumſerunt in manus ſuas, quas ligno obtexerunt, iiſque lucernas accenderunt. Et quid viderunt, ut iſtis diebus totum Hallel abſolverent? Quia quoties Deus ſanctus Benedictus Iſraelitis ſalutem præſtitit, venerunt ante faciem ejus cum hymno, cantico, laude & confeſſione, juxta id quod legimus *Eſdr.* III. 11. *Et concinebant in hymnis, & confeſſione Domino, quoniam bonus &c.* Præceptum, quo obligati ſunt ad dedicationem lucer-

cer-

cernæ, hujuſmodi eſt. Vir cum familia ſua habet unam lucernam, ſed honorantes (præcepta) pii homines lucernam accendunt unicuique in familia. Ex his autem honorantibus, unus præ alio ſuperans alium quid facere debet? Domus Schammai dicit: Die primo unuſquiſque accendat octo lucernas, hinc vero & ulterius quolibet die unam minuet lucernam. Domus Hillel dicit: Die primo quiſque tantum unam lucernam accendat, ſed a primo uſque ad octavum quotidie unam lucernam addat. Duo ſenes erant in urbe Zidon, quorum alter fecit juxta verba domus Schammai, alter vero juxta verba domus Hillel; hic confirmabat rationem ſuorum verborum, pariter ille confirmabat rationem ſuorum verborum. Alter dicebat juxta juvencos ſolennitatis; & alter dicebat; In ſancto adſcendunt, non deſcendunt. Mandata eſt accenſio ab eo tempore, quo occidit ſol, uſque dum homines in foro ambulare deſinant; & præceptum eſt lucernam apud januam forinſecus collocare. Siquis habitet in cœnaculo, is eam in feneſtra loco publico propinqua ponat. Si quis metuat Gentiles, juxta portam domus ſuæ intrinſecus ponat. Tempore periculi licet eam ponere in menſa ſua; quod ſatis eſt. *Babyl. Schabb.* 21. אמר ר׳ הונה פתולות ושמנים שאמרו חכמים אין מדליקין בהן בשבת אין מדליקין בהן בחנכה בין בשבת בין בחול אמר רבא מ״ט דר׳ הונה קסבר כבתה זקוק לה ומותר להשתמש לאורה א״ר זירא אמר רב מתנה ואמרי לה אמר ר׳ זירא אמר רב פתילות ושמנים שאמרו חכמים אין מדליקין בהן בשבת מדליקין בהן בחנוכה בין בחול בין בשבת אמר ר ירמיה מ״ט דרב קסבר כבתה אין זקוק לה ואסור לה שתמש לאורה אמריה רבנן קמי׳ דאביי משמיה דר׳ ירמיה ולא קיבלה כי אתא רבין אמרוה רבנן קמיה דאביי משמיה דר׳ יוחנן וקיבלה וגו׳ וכבתה הדר מדליק לה לא דאי לא אדליק מדלי׳ לשיעורה עד שתכלה רגל מן השוק עד כמה אמר רבה בר חנה אמר ר׳ יוחנן עד דכלייא ריגלא דתרמוי דאי ת״ר מצות חנוכה נר איש וביתו והמהדרין נר לכל א׳ וא׳ והמהדרין מן המהדרין ב״ש אומרי יום א׳ מדליק שמונה מכאן ואילך פוחת והולך וב״ה אומרים יום א׳ מדליק אחת מכאן ואילך מוסיף והולך אמר עולא פילגי בה תרי אמוראי במערבא ר׳ יוסי בר אבין ור׳ יוסי בר זביד חד אמר טעמא דב״ש כנגד ימים הנכנסין וטעמא דב״ה כנגד ימים היוצאים וחד אמר טעמא דב״ש כנגד פרי החג וטעמא דב״ה דמעלין בקדש ואין מורדין אמר רבה בר בר חנה אמר ר׳ יוחנן ב׳ זקנים היו בצידן אחד עשה כב״ש ואחר עשה כדברי ב״ה זה נותן טעה לדבריו כנגד פרי החג וזה נותן טעה לדבריו דמעלין בקדש ואין מורדין ת״ר נר חנוכה מצוה להניחה על פתח ביתו מבחוץ אם היה דר בעלייה מניחה בחלון הסמוכה לר״ה ובשעת הסכנה מניחו על שלחנו ודיו אמר רבא צריך נר אחרת להשתמש לאורה ואי איכא מדור׳ לא צריך ואי אדם חשוב הוא אע״ג דאיכא מדורה צריך נר אחר מאי חנוכה דתנו רבנן בכ״ה בכסליו יומי דחנוכה תמניא אונון דלא למספד בהון ודלא להתענות בהון שכשנכנסו יונים להיכל טמאו כל השמנים שבהיכל ונשגבר׳ מלכות בית חשמונאי ונצחום בדקו ולא מצאו אלא פך אחד של שמן שהיה מונח בחותמו של כ״ג ולא היה בו אלא להדליק יום אחד ונעשה בו נס והדליקו ממנו שמונ׳ ימים לשנה אחרת קבעו ועשאום ימים טובים בהלל והודאה תנן התם גץ היוצא מתחת הפטיש ויצא והזיק חייב גמל שטעון פשתן והוא עובר בר״ה ונכנסי׳ פשתנו לתוך החנות ודלקה בנרו של חונוני והדליק את הבירה בעל הגמל חייב הניח חנוני את נרו מבחוץ חנוני חייב ר׳ יודה אומר בנר חנוכה פטור אמר רבינא משום דרבה זאת אומרת נר תנוכה מצוה להניחה בתוך עשהם דאי ס״ד למעלה מעשרה לימא ליה היה לך להניחה למעלה מגמל ורוכבו ודילמא אי מיטרח׳ ליה טובא אתי לאמנועי ממצוה אמר ר׳ כונא דרש ר׳ נתן בר מניומי משמי׳ דרב תקום נר של חנוכה שהניח למעלה מעשרי׳ אמה פסולה כסוכה וכמבוי ואמר רב כהנא דרש רב נתן בר מניומי משמי׳ דרב תקום מאי דכתיב והבור ריק אין בו מים ממשמע שנאמר והבור ריק אינו יודע שאין בו מים אלא מה ת״ל אין בו מים מים אין בו אבל נחשים ועקרבים יש בו אמר רבה נר חנוכה מצוה להניחה בטפח הסמוכה לפתח והיכא מנח ליה ר׳ החא בריא דרבא אמר מימין ר׳ שמואל מדפתי אמר משמאל והילבת׳ משמאל כדי שתהא נר חנוכה משמאל ומזוזה מימין אמר ר׳ יהודה אמר ר׳ אסי אמר רב אסר להרצות מעות כנגד נר חנוכה כי אמריתה קמיה דשמואל אמר ליה וכי נר קדושה יש בה מתקיף לה ר׳ יוסף וכי דם קדושה יש בו דתניא ושפך וכסה במה ששפך יכסה שלא יכסנו ברגל שלא יהו מצו׳ בזיורת עליו ח״נ שלא יהו מצורת בזוי׳ עליו וגו׳ הרי אמר אסור להרצורת מעורת כנגד נר חנוכה וגו׳ רב אמר אין מדליקין מנר לנר ושמואל אמר מדליקין רב אמר אין מתירין ציצי׳ מבגד לבגד ושמואל אמר מתירין מבגד לבגד רב א׳ אין הלכה כר״ש בגרירה ושמואל אמר הלכה כר״ש בגרירה אמר אביי כל מילי עביד כרב לבר מהני תלת דעביד כשמואל מדליקין מנר לנר ומתירין מבגד לבגד והלכה כר׳ שמעון בגרירה דתניא ר״ש אומר גורר אדם מטה כסא וספסל ובלבד שלא נתוגין לעשורת חריץ יתיב ההוא מרבנן קמיה דר׳ אדא בר אהבה משום

דקא

דקא מכחוש מצוה מאי בנייהו דקא
מדליק משרגא לשרגא מ״ד משום ביזוי׳
מצוה משרגא לשרגא מדליק מ״ד משום
אבחוש מצוה משרגא לשרגא נמי אסור
מתיב רב אויא סלע של מעשר אין
שוקלין כנגדו דינרי זהב ואפילי לחלל
עליו מעשר שני אחר אי אמרת בשלמא
כי פליגי רב ושמואל מנר לנר אבל בקנסא
אסר שמואל רנו׳ מתיב רב ששת מחוץ
לפרכת העדות יערוך וכי לאורה הוא צריך
והלא כל מ׳ שנה שהלכו בני ישראל
במדבר לא הלכו אלא לאורו אלא עדות
הוא לבאי עולם שהשכינה שורה בישראל
מאי עדות אמר רב זו נר מערבי שנותן
בה שמן כמדת חברותיה וממנה היה
מדליק רבה היה מסיים והא הכ׳ כיון
דקביעי נרות לא סגי דלא משקיל ואדלוקי
קשיא בין למ״ד משום בזוי מצוה ובין
למ״ד משום אכחושי מצוה תרגמה ר׳ פפא
בפתילות ארוכות סוף סוף למ״ד משום
אכחושי מצוה קשיא מאי הוי עלה אמ׳ רב
הונא בריא דרב יהושע חזינא אי הדלקה
עושה מצוה מדליקין מנר לנר דהיבעיא
להו הדלקה עושה מצוה או הנח׳ עושה
מצוה ת״ש דאמר רבא היה תפוש נר
חנוכה ועומד לה עשה ולא כלום שמע
מינה הנחה עושה מצוה התם הרוא
אומר לצרכו הוא דנקיט לה ת״ש דאמר
רבא הדליקה בפנים והוציא לא עשה
כלום אא״כ הדלקה עושה מצוה הדלקה
במקומו בעינן משום הכי לא עשה כלום
אלא אי אמרת הנחה עושה מצוה אמאי
לא עשה ולא כלום התם נמי הרוא
הוא אומר לצריכו הוא דאדלק׳ ת״ש דא״ר
יהושע בן לוי עששית מכב׳ ומידליק׳ מכבה
ומגביה ומניהה ומדליקה מיבעי ליה
ועוד מדקא מברכינן אשר קדשנו בו׳ להדליק
נר של חנוכה ש״מ הדלקה עושה מצוה
ש״מ והשתא דאמרינן הדלקה עושה מצוה
הדליק׳ חרש שוטא וקטן לא עשה ולא
כלום אשא ודאי דאמר ר׳ יחושע בן לוי
נשים חייבות בנר חנוכה שאף הן היו
באותו הנס א״ר ששת אכסנאי חייב בנר
חנוכה א״ר זירא מריש כי הואי בי רב
משתתפנ׳ בפריטי בהדי אושפיז׳ בתר
דנסיבנא אמינא השתא ודאי לא צריכנא
מדליק עלי בנו בית׳ וגו׳ אמר ר׳ חייא
בר אשר אמר רב המדליק נר של חנוכה
צריך לברך א״ר יוהדה יום ראשון הרואה
מברך שתים ומדליק מברך ג׳ מכאן ואילך
מדליק מברך ב׳ ורואה מברך אחת מאי
מטעם מטעם זמן דנימעוט נס נס כל יומי
איתיה מאי מבר׳ מברך אקב״ו להדליק נר
של חנוכה והיכן צונו רב אויא אמר מלא
תסור רב נתמיה אמר שאל אביך ויגדך
זקניך ויאמרו לך מתי׳ רב עמרם הדמאי
מערבין בו ומתתפין בו ומברכין עליו
ומזמנין עליו ומפרשים אותו ערום ובין
השמשות אי אמרת כל מדרבנן בעי ברכה
ספק דדבריהם לא בעי ברכה והא בעינן
והיה מחנך קדוש ולימא אמר אביי ודאי
דדבריהם בעי ברכה הכ׳ כי קאי ערום היכי

והא מברך יום טוב שני דספק דבריהם הוא
דבעי ברכה התם כי היכי דלא ליזלזולי בה
ונו׳ א״ר הונא חצר שיש לה שני פתחים
צריכה שתי נרות ואמר רבא לא אמרן
אלא משתי רוחות אבל מרוח אחת לא
צריך מ״ט אילימא משום חשדא חשדא
דמאן אילימא חשדא דעלמא אפילו
ברוח אחרת נמי ליבעי אי חשדא דבני
מתא אפילו מב׳ רוחות נמי לא ליבעי
לעולם משום חשדא דבני מתא וזימנין
דמחלפי בהאי ולא חלפי בהאי ואמרי כי
היכי דבהאי פיתחא לא הדליק בהך פיתחא
נמי לא אדליק דתני׳ אמר ר׳ שמעון
בשביל ד׳ דברים אמרה תורה להניח פיאה
בסוף שדה מפני גזל עניים ומפני ביטול
עניים ומפני בחשד ומשום בל תכלה
ומפני גזל עניים שלא יראה בעל הבית
שעה פואה ויאמר לקרובו עני הרי זו
פיאה ומפני ביטול עניים שלא יהו
עניים יושבין ומשמרין עכשיו מניח פיא׳
ומפני חשד שלא יהיו עוברין ושבין
אומרי׳ תבא מארה לאדם שלא הניח פיאה
בשרהו ומשום בל תכלה אטו כולהו לאו
משום בל תכלה נינהו אמר רבא מפני
הרמאין אמר ר׳ יצחק בר רדיפה א״ר
הונא נר שיש לה שני פיות עולה לב׳
בני אדם אמר רבא מילא קער׳ שמן
והקיפה פתילות כפה עליה כלי עולה
לכמה בני אדם לא כפה עליה כלי
עשא׳ כמין מדורה ואפילו לאחד נמי אינה
עולה אמר רבא פשיטא לי נר ביתו ונר
חנוכה נר ביתו עדיף משום שלום ביתו
נר ביתו וקידוש היום נר ביתו עדיף
משום שלום ביתו בעי רבא נר חנוכה
וקידיש היום מהו קידוש היום עדיף
דתדיר או דלימא נר חנוכה עדיף משום
פרסומי ניסא בתר דבעיא הדר פשטה
נר חנוכה עדיף משום פרסומי ניסא.

Dicit R. Huna; oleis & ellychniis, quibus dixerunt ſapientes non accendere licuiſſe in Sabbatho, non accendunt in *Canuca* tam in Sabbatho, quam in die profano; Dicit Raba; quænam eſt ratio R. Huna? quia putat, quod ſi extinguatur, teneatur (accendere) ejuſque lumine poſſit uti. Dicit R. Zira, dicit Rab Mathana, & dixerunt illi; dicit R. Zira, dicit Rabi ellychniis, & oleis, quibus dixerunt Sapientes non licuiſſe accendere in Sabbatho, accendunt in *Canuca* tam in die profano, quam in Sabbatho; Dicit R. Jeremia; quænam eſt ratio Rab? quia putat, quod ſi eſtinguatur, non teneatur (accendere) & non liceat ejus lumine uti. Dixerunt ſapientes coram Abai nomine R. Jeremiæ, & non accepit; quia venit Rabin; dixerunt Sapientes coram Abai, nomine R. Jochanan, & accepit &c. Si extinguatur, non tenetur accendere. At ego hoc objicio; Præceptum eſt [ut accendatur] ab occaſu ſolis donec

nec cessaverit pes de foro. Quid est hoc? Si exstincta fuerit, postquam accensa est, non tenetur accendere, si minus accenderit, accendat ad mensuram, usque dum cesset pes de foro. Quamdiu? Dicit Raba bar bar Channa, dicit R. Jochanan, donec cesset pes a foro. Tradunt sapientes, præceptum *Canuca* est, ut quivis cum sua familia accendat unam lucernam; & qui honorant præcepta singulas lucernas pro singulis; & qui præ omnibus honorant præcepta, quid facere debent? Schola Schammai dicit; primo unusquisque accendat octo lucernas, hinc & ulterius quovis die unam minuet. Schola Hillel dicit; primo die unusquisque unam accendat, hinc & ulterius unam quovis die addat. Dicit Ela; dissentiunt in hoc duo Amoræi in occidente R. Jose bar Abin, & R. Jose bar Zebedæi; alter dicit ex ratione Scholæ Schammai respectu dierum ingredientium, & ex ratione Scholæ Hillel, respectu dierum egredientium; & alter dicit ex ratione Scholæ Schammai, respectu juvencorum solennitatis Tabernaculorum; & ex ratione Scholæ Hillel, quod in sanctitate adscendant, non descendant. Dicit Raba bar bar Channa, dicit R. Jochanan; duo senes erant in Zidon, alter fecit juxta opinionem Scholæ Schammai, & alter fecit juxta opinionem scholæ Hillel; alter probavit sententiam suam, respectu juvencorum solennitatis tabernaculorum; & alter probavit opinionem suam, quod in sanctitate adscendant, non descendant. Tradunt Sapientes; præceptum est, ut lucerna *Canuca* collocetur super porta domus extrinsecus; si habitaverit in cœnaculo, collocabit in fenestra proxima loco publico; & tempore periculi si collocaverit super mensa, satis erit. Dicit Raba; necessaria est alia lucerna, ut ejus lumine uti possit; si ibi fuerit pyra, non est necesse; si fuerit vir dignitate præstans, quamvis fuerit pyra, necessaria est alia lucerna. Quid est *Canuca*? Tradunt Sapientes; quinta & vigesima die Casleu, sunt dies octo *Canuca*, in quibus interdictus est luctus & jejunium; Etenim quo tempore ingressi sunt Græci in templum, polluerunt omnia olea, quæ erant in templo; quando prævaluit regnum Chasmonæorum, & vicit, inquisiverunt, & non invenerunt, nisi unam lenticulam olei, quæ reposita erat sub sigillo summi sacerdotis, in qua erat tantum olei, quantum sufficere potuisset accensioni unius diei; & factum est in ea miraculum, & de ea accenderunt per octiduum; in annum insequentem constituerunt, & fecerunt dies festos cum hymno, & confessione. Dicit Rabina nomine Raba, hoc dicis; Præceptum est ut lucerna *Canuca* collocetur intra decem cubitos; si putas supra decem cubitos; dicam tibi, collocandum esse supra camelum, & ejus currum, ut si forte plueret, præstaret illinc dimovere ex præcepto. Dicit R. Cauna; exponit R. Nathan bar Menomi nomine R. Tachum; si lucerna *Canuca* collocetur supra viginti cubitos, est illegitima, sicuti tabernaculum, & introitus; & dicit R. Cauna; exponit R. Nathan bar Menomi nomine R. Tachum; Quid est quod scriptum est *Genes.* XXXVIII. *Cisternam vacuam, ubi non erant aquæ*? Ex sensu literali intelligitur sicuti dictum est; *& cisternam vacuam*. Non notum erat ibi non fuisse aquas? At cur dictum est, *ubi non erant aquæ?* at ibi erant serpentes, & scorpiones. Dicit Raba; præceptum est ut collocetur lucerna *Canuca* in spatio palmari proxima portæ; & ubi collocabitur? R. Acha fil. Raba dicit; ad dextram; R. Samuel Midphat dicit, ad sinistram; & sit ad ejus sinistram, ut sit lucerna *Canuca* ad sinistram, & Mezuza ad dextram; Dicit R. Jehuda, dicit Rab Ase, dicit Rab; vetitum est, numerare pecunias e regione lucernæ *Canuca*; quia dixit coram Samuele; Dicit illi; Quid? Estne sanctitas in lucerna? Urget R. Joseph; quid? estne sanctitas in sanguine? Baraitha; dictum est *Levit.* XVII. 13. *Fundat sanguinem ejus & operiat*; quo fundet operiat; ne pede operiamus; ne vilescant præcepta; Absit; ut vilescant præcepta; ecce dicit; vetitum est numerare nummos e regione lucernæ *Canuca* &c. Rab dicit; Non licet accendere lucernam de lucerna; & Samuel dicit; licet; Rab dicit; non licet solvere fimbrias de veste in vestem; & Samuel dicit; licet solvere de veste in vestem; Rab dicit; non est decisio juxta mentem R. Simeonis in attractione; & Samuel dicit; deciditur juxta mentem R. Simeonis in attractione. Dicit Abai; omnia facienda sunt juxta mentem Rab, exceptis his tribus, quæ facienda sunt juxta mentem Samuelis; Licet accendere lucernam de lucerna, & solvere de veste in vestem; & deciditur juxta mentem R. Simeonis in attractione. Baraitha: Dicit R. Simeon; potest quis trahere lectum, solium, & sellam, dummodo non intendat facere tribulam. Respondit ille ex sapientibus coram R. Acha bar

bar Aba; propter causam abnegantis præcepta. Ubinam dissentiunt? in hoc dissentiunt; Quoniam accendit de lucerna in lucernam, qui dicit propter contemtum præcepti, de lucerna in lucernam accendit; qui dicit propter abnegantes præceptum; de lucerna in lucernam accendere pariter interdictum est. Respondit Rab; Non licet appendere contra siclum decimæ secundæ denarios aureos, vel ad profanandam aliam secundam decimam. Si dicas; concedatur; quod dissentiunt Rab & Samuel de lucerna in lucernam; sed in fragmento ligni prohibet Samuel &c. Respondit R. Sesat; *Extra velum testimonii ordinabit*. Quid? Num lumine ille opus habebat? Nonne cunctis quadraginta annis, quibus ambularunt Israelitæ in deserto, non ambularunt, nisi ad ejus lumen? Sed testimonium erat universis hominibus mundi, Divinitatem habitare in Israele. Quid designat testimonium? Dicit Rab; hæc erat lucerna occidentalis, in qua immittebatur oleum juxta mensuram ceterarum, & ab ea incipiebat accendere, & in ea cessabat; Ecce ita, postquam constitutæ sunt lucernæ, non possunt non ferri, & accendi. Quæstio inter illum qui dicit propter contemtum præcepti, & inter illum qui dicit propter abnegantes præceptum; Interpretatur R. Papa in ellychniis longis. Tandem, juxta sententiam illius qui dicit propter abnegantes præcepta, oppositio; Quid inservit? Dicit R. Huna fil. R. Jehosua; Vidimus; si accensio facit præceptum, potest accendi de lucerna in lucernam. Quæsierunt ab eo; accensione an collocatio facit præceptum? Veni & audi quod dicit Raba, si apprehendat lucernam *Canuca*, & consistat, nihil facit; hinc eruitur, quod collocatio faciat præceptum; Ibi qui videt dicit, ob suam necessitatem accipit. Veni & audi, quod dicit Raba; si quis intrinsecus accendat, & efferat, nihil facit; si ita non esset, accensio faceret præceptum; accensio in loco suo requiritur; quamobrem nihil facit. At si dicas; quod collocatio faciat præceptum; quare nihil facit? quia ibi quoque qui videt, dicet, propter suam necessitatem accendit. Veni & audi, quod dicit R. Jehosua ben Levi; si lucerna extincta sit, & accendatur: si dicas; concedatur, quod accensio faciat præceptum; recte; si dicas, quod collocatio faciat præceptum; si hæc exincta sit, & accendatur; exstinctio, & exaltatio, & collocatio, & accensio requiritur; Et præterea, quoniam benedicimus; *qui sanctificavit nos præceptis suis, & mandavit, ut accenderemus lucernam Canuca*; Hinc eruitur, quod accensio faciat præceptum; hinc intelligitur? Et nunc dicimus, quod accensio faciat præceptum? Si accendat surdus, stultus, & puer, nihil facit. Si accendat mulier certa; Dicit R. Jehosua ben Levi; Mulieres tenentur lucerna *Canuca*; Etenim illæ quoque fuerunt in eodem miraculo. Dicit R. Sesat; Hospes tenetur lucerna *Canuca*. Dicit R. Zira, a principio, si erat multitudo consociata speciatim in illa taberna, postquam dederit portionem suam, dicam nunc certe, quod non tenetur accendere in domo sua &c. Qui accendit lucernam *Canuca*, debet benedicere; Dicit R. Jehuda; die primo qui videt, bis benedicet, & qui accendit ter benedicet; hinc & ulterius, qui accendit, bis, & qui videt, semel benedicet; qua de causa? propter tempus, & diminutionem miraculi; miraculum cunctis diebus erat. Quid benedicens benedicet? *Benedictus sis Domine Deus noster, qui sanctificavit nos præceptis suis, & mandavit, ut accenderemus lucernam Canuca*. Et ubi nobis præcepit? Hua dicit; *Ne te cohibeas*. R. Nehemia dicit. *Interroga patrem tuum, & annuciabit tibi; majores tuos, & dicent tibi. Deut.* XXXIII. 7. Respondit R. Amram; Propter rem dubiam miscent, & societatem faciunt, & benedicunt, & præparant, & separant nudi, & inter soles; si dices; omnia, quæ constituta sunt ex verbis scribarum, requirunt benedictionem, qui ita est nudus, quomodo benedicit? Et ecce inquirimus; *Et sint castra tua sancta. Deut.* XXIII. 14. An dicendum est? Dicit Abai; Quod certum est ex verbis scribarum, requirit benedictionem; quod dubium est ex verbis scribarum, non requirit benedictionem; At ecce dies festus secundus, quamvis sit dubius ex verbis scribarum, tamen requirit benedictionem; Ibi ea de causa ne vilescat &c. Dicit R. Huna; Atrium, cui sint duo ostia, duas requirit lucernas; & dicit Raba non dicimus, nisi in duobus lateribus, at in uno latere, non est necesse; qua de causa? an dicendum est propter suspicionem? ob cujusnam suscipionem? si dices propter suscipionem communem, vel ab uno latere requirit, si propter suscipionem incolarum urbis, vel ab duobus lateribus non requirit; semper propter suspicionem incolarum urbis; & aliquando in hac transeunt, & illac non transeunt. Et dixerunt; quod

quod ea de caufa in hac porta non accendit, & in illa porta pariter non accendit. Exftat Baraitha. Dicit R. Simeon propter quatuor caufas dixit lex, ut relinquatur angulus in fine agri, propter rapinam pauperum, & propter vacationem pauperum, & propter fufpicionem, & propter præceptum, ne *perficiat*; & propter rapinam pauperum, ne pater familias videns tempus vacuum dicat pauperi confanguineo; ecce hic eft angulus; & propter vacationem pauperum, ne pauperes confiftant, & obfervent; nunc relinquit angulum; & propter fufpicionem ne confiftentes, & prætereuntes dicant; veniat maledictio homini, qui non relinquit angulum in agro fuo; & propter præceptum; *ne perficiat*; Propterea hæc omnia præcepta negativa funt propter illud; *ne perficiat*; Dicit Raba propter fraudolentos. Dicit R. Ifaach bar Radipha, dicit R. Huna; Lucerna, cui fuerint duo ora, infervit pro duobus hominibus; Dicit Raba; fi impleat phialam oleo, & circumdet ellychniis, fi fuper illam vafe operiat, infervit innumeris hominibus, fi non operiat, quafi pyra confideratur, vel uni non infervit. Dicit Raba; mihi certum eft; lucerna domus fuæ, & lucerna *Canuca*, lucerna domus fuæ præcellit propter pacem domus; lucerna domus fuæ, & fanctificatio diei, lucerna domus fuæ præcellit propter pacem domus; Quæfivit Raba; lucerna *Canuca*, & fanctificatio diei; quid? fanctificatio diei præcellit, quia eft perpetua; aut dicendum, quod lucerna *Canuca* præcellat propter celebritatem miraculi? Poft interrogationem refpondit; lucerna *Canuca* præcellit propter celebritatem miraculi. *Maimonides* de conftitutionibus *Canuca*. בבית שני כשמלכו יון גזרו גזרות על ישראל ובטלו דתם ולא הניחו אותם לעסוק בתורה ובמצות ופשטו ידם בממונם ובבנותיה' ונכנסו להיכל ופרצו בו פרצות וטמאו הטהרות וצר להם לישראל מצר מפניהם ולחצום לחץ גדול עד שריחם עליהם אלהי אבותינו והושיע' מידם והצלים וגברו בני חשמונאי הכהנים הגדולים והרגו' והושיעו ישראל מידם והעמידו מלך מן הכהנים וחזרה מלכות לישראל יתר על מאתי' שני' עד החורבן השני וכשנגברו ישראל על אויביהם ואבדום בכ"ה בחדש כסליו היה ונכנסו להיכל ולא מצאו שמן טהור במקדש אלא פך אחד ולא היה בו להדליק אלא יום אחד בלבד והדליקו ממנו נרות המערכ' שמנה ימים עד שכתשו זיתים והוציאו שמן טהור ומפני זה התקינו חכמים שבאותו הדור שיהיו שמנת ימים האלו שתחלתן חמשה ועשרים בכסליו ימי

שמחה והלל ומדליקין בהם הנרות בערב על פתחי הבתים בכל לילה ולילה שמנת הלילות להראות ולגלות הנס וימים אלו הם הנקראים חנוכה והן אסורין בהספד ותענית כימי הפורים והדלקת הנרות בהן מצוה מדברי סופרים כקריאת המגלה כל שחייב בקריאת המגלה חייב בהדלקת נר החנוכה והמדליק אותה בלילה הראשון מברך שלש ברכות ואלו הן באי' אמ"ה אקב"ו להדליק נר של חנוכה ושעשה נסים לאבותינו כו' ושהחיינו וקיימנו וכו' וכל הרואה אותה מברך שתים שעשה נסים לאבותינו ושהחיינו ובשאר הלילות המדליק מברך שתי' והרואה מברך אחת שאין מברכין שהחיינו אלא בלילה הראשון בכל יום ויום משמנת הימים אלו גומרין את הלל ומברך לפניו אקב"ו לגמור את הלל בין יחיד בין ציבור אע"פ שקריאת הלל מצוה מדברי סופרים מברך עליה אקב"ו כדרך על המגלה ועל העירוב שכל ודאי של דבריהם מברכין עליו אבל דבר שהוא מדבריהם ועיקר עשייתן לו מפני הספק כגון מעשר דמאי אין מברכין עליו ולמה מברכין על יום טוב שני והם לא תקנוהו אלא מפני הספק כדי שלא יזלזלו בו ולא הלל של חנוכה בלבד הוא שמדברי סופרים אלא קריאת ההלל לעולם מדברי סופרים בכל הימים שגומרין בהן את ההלל שמונה עשר יום בשנה מצוה לגמור בהן את ההלל ואלו הם שמנת ימי החג ושמנת ימי חנוכה וראשון של פסח ויום עצרת אבל ראש השנה ויום הכיפורים אין בהם הלל לפי שהן ימי תשובה ויראה ופחד לא ימי שמחה יתיר' ולא תקנו הלל בפורי' שקריאת המגילה היא הלל מקומות שעושין ימים טובים שני ימי' גומרין את הלל באחד ועשרים יום בתשעת ימי החג ושמנת ימי חנוכה ושני ימי של פסח ושני ימי של עצרת אבל בראשי חדשים קריאת ההלל מנהג ואינ' מצוה ומהג זה בציבור לפיכך קוריאין בדילוג ואין מברכין עליו שאין מברכין על המנהג ויחיד לא יקר' כלל ואם התחיל ישלים ויקר' בדילוג כדרך שקורין הציבור וכן בשאר ימי הפסח קוראין בדילוג כראשי חדשים כיצד מדלגין מתחלת ההלל עד חלמיש למעיינו מים ודולג ואומר ה' זכרנו יברך כו' עד הללויה ומדלג ואומר מה אשיב לה' עד הללויה ומדלג ואומר מן המצר קראתייה עד סוף הלל זה הוא המנהג הפשוט ויש מדלגין דילוג אחר כל היום כשר לקריאת הלל והקורא את ההלל למפרע לא יצא קר' ושהה וחזר וקר' אע"פ ששהה כדי לגמור את כולו יצא ימים שגומרי' בהן את הלל יש לו להפסיק בין פר' לפרק אבל באמצע הפרק לא יפסיק וימים שקוראין בהן בדילוג אפילו באמצע הפרק פוסק כל יום שגומרי' בו את ההלל מברך לפניו ומקום שנהגו לברך אחריו מברך כיצד מברך יהללוך ה' אלהינו כל מעשיך צדוקים וחסידים עושי רצונך וכל עמך בית ישראל

ישראל ברנה יודו לשמך כי אתה ה׳ לך
טוב להודות ונעים לשמך לזמ׳ ומעולם
ועד עולם אתה אל באי׳ המלך המהולל
המשובח המפואר חי וקיים תמיד ימלוך
לעולם ועד יש מקומות שנהנו לכפול
מאודך כי עניתני עד סוף ההלל כופלין
כל דבר ודבר שני פעמים ומקום
שנהנו לכופל יכפול ומקום שנהנו שלא
לכפול אין כופלין מנהג קריאת ההלל
בימי חכמי׳ הראשוני׳ כך היה אח׳ שמברך
הגדול שמקר׳ את ההלל מתחיל ואומר
הללויה וכל העם עונים חללויה וחוזר
ואומר הללו עבדי ה׳ וכל העם עוני׳ הללויה
וחוזר ואומר הללו את שם ה׳ וכל העם
עונין הללויה וחוזר ואומר יהי שם ה׳
מבורך מעתה ועד עולם וכל העם עונין
הללויה וכן על כל דבר עד שנמצאו עוני׳
בכל ההלל הללויה מאה וג׳ ועשרים
פעמים סימן להם שנותיו של אהרן וכן
כשהקורה מגיע לראש כל פרק ופרק הן
חוזרין ואומרין מה שאמר כיצד כשהוא
אומר בצאת ישראל ממצרים כל העם
חוזרין ואומרין בצאת ישראל ממצרים
והקורא אומר בית ישראל מעם לועז וכל
העם עונין הללויה עד שיאמר אהבתי כי
ישמע ה׳ את קולי תחנוני וכל העם חוזרין
ואומרין אהבתי כי ישמע ה׳ וכו׳ וכן כשיאמר
הקור׳ הללו את ה׳ כל גוי׳ כל העם חוזרין
ואומרין הללו את ה׳ כל גוים הקורא אומר
אנא ה׳ הושיעה נא והן עונין אחריו אנא
ה׳ הושיעה נא אעפ׳ שאינו ראש פרק
הוא אומר אנא ה׳ הצליחה נא והן עונין
אנא ה׳ הצליחה נא הוא אומר ברוך הבא
וכל העם אומרי׳ ברוך הבא ואם היה
המקר׳ את ההלל קטן או עבד או אשה
עונה אחריהם מה שהן אומרי׳ מלה
מלה בכל ההלל זה הוא המנהג הראשון
ובו ראוי לילך אבל בזמני׳ אלו ראיתי
בכל המקומות מנהגות משונות בקריאתו
ובעניית העם ואין אחד מהם דומה לאחר
כמה נרות הוא מדליק בחנוכה מצותה
שיהיה כל בית ובית מדליק נר בין שהיו
אנשי הבית מרובים בין שלא היה בו
אלא אדם אחד והמהדר את המצות
מדליק הנרות כמנין אנשי הבית נר לכל
אחד ואחד בין אנשים בין נשים והמהדר
יותר על זה ועושה מצוה מן המהדר
מדליק נר לכל אחד בלילה הראשון ומוסיף
והוליך בכל לילה ולילה נר אחד כיצד הרי
שהיו אנשי הבית עשרה בלילה הראשון
מדליק עשר׳ נרות ובלילה השני עשרי׳
ובלילה שלישי שלשים עד שנמצא מדליק
בליל שמיני שמונים נרות מנהג פשוט בכל
ערינו בספרד שיהיו כל אנשי הבית מדליקין
נר אחד בלילה הראשון ומוסיפין והולכין
נר בכל לילה עד שנמצא מדליק בליל
שמיני ח׳ נרות בין שהיו אנשי הבית מרובין
בין שיהיה אדם אחד נר שיש לה שתי
פיות עולה לשני בני אדם מלא קערה
שמן והקיפה פתילות את כפה עליה כלי
כל פתילה ופתילה נחשבת כנר אחד לא
כפה עליה כלי נעשית כמדורה ואפילו

כנר אחר אינו נחשבת אין מדליקין נרות
חנוכה קודם שתשקעה חמה אלא עם
שקנעתה לא מאחרין ולא מקדימין שכח
או הזיד ולא הדליק עם שקיעת החמה
מדליק והולך עד שתכלה רגל מן השוק
וכמה הוא זמן זה כמו חצי שעה או יותר
עבר זמן זה אינו מדליק וצריך שיתן שמן
בנר כדי שתהיה דולקת והולכת עד שתכלה
רגל מן השוק הדליק׳ וכבתה אינו זקוק
להדליקה פעם אחר׳ נשארה דולק׳ אח׳
שכלתה רגל מן השוק אם רצה לכבותה
או לסלקה עושה כל השמנים וכל הפתילות
כשרות לנר חנוכה ואעפ׳ שאין משמנים
נמשכין אחר הפתילה ואין האור יתליה
יפה באותן הפתילות ואפילו בלילי שבת
שבתוך ימי חנוכה מותר להדליק השמני
והפתילות שאסור להשתמש לנר חנוכה
בין בשבת בין בחול ואפילו לבדוק מעות או
למנותן לאורה אסור נר חנוכה מצוה
להניחה על פתח ביתו מבחוץ בטפח
הסמוך לפתח על שמאל הנכנס לבית
כדי שתי׳ מזוזה בימין ונר חנוכה משמאל
ואם היה דר בעלייה מניחה בחלון הסמוכה
לרשות הרבי׳ ונר חנוכה שהניח׳ למעלה
מעשרים אמה לא עשה כלום לפי שאינו
ניכר בימי הסכנה מניח אדם נר חנוכה
בתוך ביתו מבפנים ואפילו הניחה על
שלחנו דיו וצריך להיות בתוך הבית נר
אחר להשתמש לאורו ואם היתה שם
מדורה אינו צריך נר אחר ואם אדם
חשוב הוא שאין דרכו להשתמש למדורה
צריך נר אחר נר חנוכה שהדליקו חרש
שוטה וקטן או גוי לא עשה כלום עד
שידליקנו מי שהוא חיי׳ בהדלקה הדלייקו
מבפנים והוציאו דלוק והניחו על פתח
ביתו לא עשה כלום עד שידליקנו במקומו
אחז הנר בידו ועמד לא עשה כלום
שהרוא׳ אומר לצרכו הוא עומד עששית
שהיתה דולקת כל היום כולו למוצאי שבת
מכבה ומברך ומדליקה שהדלקה היא המצוה
ולא ההנחה ומותר להדליק נר חנוכה
מנר חנוכה חצר שיש לה שני פתחי׳ בשתי
רוחות צריכ׳ שתי נרות שמא יאמרו
העוברי׳ ברוח זו לא הניחו נר חנוכה אבל
אם היו ברוח אחת מדליק באחד מהן אורח
שמדליקין עליו בתוך ביתו אינו צריך להדליק
עליו במקום שנתארח בו אין לו בית
להדליק עליו בו צריך להדליק במקום
שנתארח בו ומשתתף עמהן בשמן ואם
יהיה לו בית בפני עצמו אעפ׳ שמדליקין
עליו בתוך ביתו צריך להדליק בבית שהוא
בו העוברין מצות נר חנוכה מצוה חביבה
היא עד מאד וצריך אדם להזהר בה כדי
להוריע הנס ולהוסיף בשבח האל והודיה
לו על הנסים שעשה לנו אפי׳ אין לו מה
יאכל אלא מן הצדקה שואל או מוכר כסותו
ולוקח שמן ונרות ומדליק הרי שאין לו
אלא פרוטה אחת ולפניו קידוש היום
והדלקת נר חנוכה מקדי׳ לקנות שמן
להדליק נר חנוכה מן היין לקדוש היום
הואיל ושניהם מדברי סופרים מוטב
להקדי׳ נר חנוכה שיש בו זכרון הנס היה

לפניו

לפניו נר ביתו ונר חנוכה או נר ביתו וקידוש היום נר ביתו קודם מום שלום ביתו שהרי השם נמחק לעשות שלום בין איש לאשתו גדול השלום שכל התורה ניתנה לעשות שלום בעולם שנ׳ דרכיה דרכי נועם וכל נתיבותיה שלום. In ſecunda domo, quando regnabant Græci, multa decreverunt contra Iſraelem, & antiquarunt ejus legem, neque permiſerunt, ut legi ſanctæ, & præceptis operam navarent; & extenderunt ſuam manum in eorum facultates, & introierunt in templum, multaſque fracturas ibi fecerunt, & polluerunt res puras, & eorum cauſa magna fuit afflictio in Iſraele, qui multis moleſtiis afflictus eſt, donec Deus miſertus eſt noſtrorum patrum, & ſervavit ab eorum manibus, & liberavit; & ſuperarunt filii Chaſmonæorum ſummi Sacerdotes, & interfecerunt, & ab eorum manu Iſraelem ſervarunt, & inſtituerunt regem ex Sacerdotibus, & reſtitutum eſt imperium Iſraeli plus ducentis annis uſque ad excidium ſecundæ domus. Quando vero Iſraelitæ hoſtes ſuos ſuperarunt; & diſperſerunt, erat dies quinta & vigeſima menſis *Casleu*, & ingreſſi ſunt in templum, & non invenerunt oleum purum in Sanctuario, præter lenticulam, in qua non erat oleum, niſi quod ſufficeret accenſioni unius diei, de quo accenderunt lucernas candelabri per octiduum, donec ſatis fuit temporis, quo contunderent oleas, ex quibus oleum purum exprimerent. Qua de cauſa ſtatuerunt ſapientes ejus temporis, ut octo iſti dies, qui incipiunt ab die quinta & vigeſima *Casleu*, ſint dies lætitiæ & laudis, & accendantur lucernæ in portis domorum ſingulis veſperis ex iſtis octo veſperis, ad demonſtrandum, & manifeſtandum miraculum; Iſti dies vocantur *Canuca*, in quibus interdictus eſt luctus, & jejunium, ſicut in diebus *Purim*; & accenſio lucernarum, ſicuti lectio *Megillah* conſtituta eſt ex verbis Scribarum. Qui obligatur ad lectionem *Megillah*, obligatur quoque ad accenſionem lucernarum *Canuca*, qui prima veſpera accendit, tres recitabit benedictiones, quæ ſunt ſequentes; *Benedictus ſis tu Domine, Deus noſter, rex mundi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis nobiſque mandavit, ut accendamus lucernas Canuca*; *& qui fecit miracula, & vivificavit nos &c.* Qui videt, duas recitabit benedictiones, ſc. *Qui fecit miracula patribus noſtris &c. Et qui vivificavit nos &c.* In reliquis veſperis, qui accendit, duas recitabit benedictiones, & qui videt, unam tantum, quia non recitatur benedictio, *qui vivificavit nos*, niſi prima veſpera duntaxat. In ſingulis diebus hujus octidui integer hymnus *Allel* recitandus eſt, antea dicenda eſt benedictio; *qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, nobiſque mandavit, ut recitaremus integrum Allel*. Tam particularis, quam cœtus, quamvis lectio *Allel* conſtituta ſit ex verbis Scribarum, recitabit benedictionem; *qui ſanctificavit nos præceptis ſuis;* quomodo facere ſolet benedictionem pro *Megillah*, & pro commixtionibus Sabbathicis; pro quavis res certa, quæ conſtituta ſit ex verbis Scribarum, benedicunt. Sed pro re quæ conſtituta ſit ex verbis ſcribarum, & fundamentum ejus executionis ſit tantum propter dubium, veluti pro decima incerta, non benedicunt. Qua de cauſa recitatur benedictio pro ſecundo die feſto, qui non eſt conſtitutus niſi propter dubium? Ea de cauſa fit, ne deſpiciatur. Non ſolum *Allel Canuca* conſtitutus eſt ex verbis Scribarum, ſed quotieſcunque recitatur, recitatur ex verbis Scribarum. Singulis annis octodecim diebus ex præcepto recitatur integer *Allel*, ſc. octiduo ſolennitatis Tabernaculorum, octiduo *Canuca*, primo die Paſchatis, & primo die Pentecoſtes; & in principio anni, & in die Expiationum non recitatur *Allel*, quia ſunt dies pœnitentiæ, & pavoris, & non ſunt dies magnæ lætitiæ. Non conſtituerunt *Allel* in *Purim*, quia lectio *Purim* inſervit pro *Allel*. Ubicunque conſuetudo obtinuit, ut duo dies feſti celebrentur, uno & viginti diebus recitatur integer *Allel*, ſc. novem diebus ſolennitatis Tabernaculorum, octiduo *Canuca*, duobus primis diebus Paſchatis, & duobus diebus Pentecoſtes; In noviluniis recitatio *Allel* eſt ex conſuetudine, non ex præcepto; & hæc conſuetudo ſervari ſolet in cœtu; neque integer legitur; neque fit benedictio, quia pro conſuetudine non benedicunt; Particularis nullo modo leget, ſi inceperit, abſolvet, & leget tranſiliendo, ſicuti legit cœtus; pariterque in ceteris diebus Paſchatis tranſiliendo legitur, ut in noviluniis. Quomodo tranſiliunt? Incipient a principio *Allel* uſque ad; *petram in ſtagna aquarum*. *Pſal.* CXIII. 8. Et tranſiliet, & dicet: *Dominus memor fuit noſtri, & benedixit nobis*. Ibid. verſ. 12. uſque ad; *Alleluja*: & tranſiliet, & dicet; *Quid retribuam Domino: Pſalm.* CVI. 12. uſque ad *Alleluja*: Et tranſiliet, & dicet: *De tribulatione invocavi Dominum*. *Pſal.* CXVII. 5. uſque ad finem *Allel*. Hæc eſt conſuetudo uni-

universalis; In quibusdam locis aliter transiliunt. Totus dies legitimus est ad legendum *Allel*; qui legerit ordine inverso, non satisfecit debito suo. Si legerit, & intermiserit, si iterum legerit, & intermiserit tandiu, ut absolvere potuisset, satisfacit debito suo. Quibus diebus absolvitur integer *Allel*, licet intermittere inter unum & alterum caput, at in medio capitis, intermittere non licet; Quibus diebus transiliendo legitur *Allel*, vol in medio capitis licet intermittere. Quibus diebus absolvitur integer *Allel*, antea benedicet; & ubi in usu est benedictio vel postea, benedicet. Quomodo benedicet? *Laudabunt te Domine Deus noster omnia opera tua, & justi, & pii, qui faciunt voluntatem tuam, & universus populus tuus domus Israel cum cantico laudabunt nomen tuum quia tu es Dominus, & te decet hymnus, & bonum est confiteri nomini tuo, & in æternum tu es Deus. Benedictus tu sis Domine, sis laudatus, celebratus, & gloriosus, & vivens, & permanens semper, regnabis semper & in æternum*. In quibusdam locis solent repetere a vers. *Confitebor tibi quoniam exaudisti me*. *Psal.* CXVIII. 21. usque ad finem *Allel*, repetuntur singuli versiculi, & ubi solent repetere, repetendi sunt, ubi vero repetere non solent, non repetent. Consuetudo legendi *Allel* temporibus priscorum sapientum, erat hujusmodi. Qui dignitate præstabat qui legebat *Allel*, postquam benedixerat incipiens; dicebat; *Alleluja*; & universus populus respondebat, *Alleluja*; Atque iterum dicebat; *Laudate pueri Dominum*; & universus populus respondebat, *Alleluja*. Et rursus dicebat: *Laudate nomen Domini*; & universus populus respondebat; *Alleluja*. Et deinde dicebat: *Sit nomen Domini benedictum*; Et universus populus respondebat; *Alleluja*; Atque ita fieri consuevit in singulis versibus, ita ut deprehenderetur in toto *Allel* centies ter & vicies respondisse *Alleluja*; quod erat illis signum anni Aaron. Similiter, quando qui legit, pervenit ad principium cujusque capitis, universus populus repetebat quod ille dixerat. Quomodo? Quando dicit: *In exitu Israel de Ægypto*. *Psalm.* CXIII. Universus populus repetebat: *In exitu Israel de Ægypto*. Et lector dicebat: *Domus Jacob de populo barbaro*. Et universus populus respondebat; *Alleluja*. Donec dicat. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ*. *Psal.* CXIV. Et universus populus repetebat: *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ*. Et similiter, quando lector dicebat: *Laudate Dominum omnes gentes*. *Psalm.* CXVI. Populus universus repetebat, *Laudate Dominum omnes gentes*. Lector dicebat: *O Domine salvum me fac*. *Psal.* CXVII. 25. Et illi respondebant post eum. *O Domine salvum me fac*. Quamvis non sit principium capitis, ille dicebat; *O Domine quæso bene prosperare*; ille dicebat: *Benedictus qui venit*. Et universus populus respondebat: *Benedictus qui venit*. Si puer, aut servus, aut mulier legisset *Allel*, repetenda erant omnia postea, quæ ab iis dicta erant de verbo ad verbum in toto *Allel*. Hæc est consuetudo vetus, quæ observando est; sed his temporibus varias vidi in locis consuetudines tam in ejus lectione, quam in responsionibus populi; nec altera alteri similis est. Quot lucernas accendet in *Canuca*? Præceptum est, ut in singulis domibus singuli tam viri quam fœminæ singulas lucernas accendant, sive multi, sive unus tantum sit; Qui vero honorat præcepta, lucernas accendit juxta numerum domesticorum, sc. singulas lucernas pro singulis, tam pro viris, quam pro fœminis; Qui vero magis magisque honorat præcepta, accendit lucernam in prima vespera, & singulis vesperis unam addit. Quomodo? Si domestici fuerint decem prima vespera decem lucernas accendit, secunda viginti, tertia triginta, donec deprehendatur in octava accendere octoginta. Consuetudo obtinuit in omnibus nostris civitatibus Hispaniæ, quod omnes homines accendant unam lucernam in prima vespera, adduntque lucernam singulis vesperis, donec deprehendatur octava vespera accendere octo lucernas, sive plures domestici fuerint, sive unus tantum. Lucerna, quæ duo habeat ora duobus inserviet: Si implesset phialam oleo, & ellychniis circumdedisset, si vase operuisset; singula ellychnia considerantur perinde ac singulæ lucernæ. Si vase non operuisset, veluti flamma reputatur, neque consideratur ne una lucerna quidem. Non accendendæ sunt lucernæ *Canuca* priusquam occiderit sol prope occasum, neque antecedendum est neque postponendum; siquis oblitus esset, aut de industria non accendisset prope occasum solis, est illi tempus accendendi usque dum cesset pes a foro. Quodnam est hoc tempus? Dimidia hora aut amplius; præterito hoc tempore, non est necesse, ut amplius accendat. Et in hac lucerna tantum est olei injiciendum, ut ardeat, donec cesset pes a foro;

ro; si accendisset, & exstincta esset, non tenentur iterum accendere; si accensa remaneret, & cessaverit pes a foro, si volit exstinguere, aut removere, licet. Omnia olea, & cuncta ellychnia sunt legitima pro lucerna *Canuca*, quamvis non fuerint olea, quæ attrahant ellychnium, & ignis his ellychniis. Vel in vespera Sabbathi, quæ inciderit in dies *Canuca*, licet accendere ea olea, & ellychnia, quibus accendere non licet lucernam Sabbathi; etenim interdictum est uti lucerna *Canuca* tam in Sabbatho quam in die profano; itemque vetitum est observare nummos, eosque numerare ad ejus lucernam. Præceptum est, ut lucerna *Canuca* collocetur super porta domus extrinsecus in spatio palmari prope portam ad sinistram introeuntis domum, ut Mezuza sit in dextra, & lucerna *Canuca* in sinistra; Si habitaret in cœnaculo, poterit collocare in fenestra proxima loco publico; Si lucerna *Canuca* collocata fuerit supra viginti cubitos, nihil inservit, quia non distinguitur. Periculi tempore unusquisque collocabit lucernam *Canuca* intra domum, & si collocaverit super mensa, satis est. Necesse est, ut illi domi sit altera lucerna, ut ea uti possit; si domi fuerit pyra, non est necesse; Si quis fuerit dignitate præstans, qui non solet uti lumine pyræ, necessaria est alia lucerna. Si surdus, stultus, puer, aut Cuthæus accenderit lucernam *Canuca*, non inservit; donec accendat, qui tenetur accendere; si intra domum accendisset & accensam extulisset, & prope portam domus collocasset, nihil inservit; donec accendat in loco suo; si in manibus accepisset lucernam, & constitisset, nihil inservit; quia videns putat pro sua necessitate ibi constitisse. Lucerna, quæ toto die arderet in exitu Sabbathi, extinguenda est, & benedicet, & accendet, quia accensio non collocatio in loco suo est præceptum. Licet tamen accendere lucernam *Canuca* de lucerna *Canuca*. Atrium, cui fuerint duo ostia, in duobus lateribus, duas requirit lucernas, ne viatores, qui transeunt ab altero latere, dicant; iste non accendit lucernam *Canuca*; at si duo ostia fuerint in uno tantum latere, satis est ut in alterutro accendat. Hospes, cui accenditur lucerna domi suæ, non tenetur accendere in loco, ubi divertit, at si non sit ei domus, ubi sibi accendatur, debet accendere in loco, ubi divertit; eique licet facere societatem cum aliis in oleo, si ipse solus in domo aliqua diverteret, quamvis sibi accendatur domi suæ, debet accendere in domo, ubi divertit, viatorum causa. Præceptum lucernæ *Canuca* est præceptum carissimum, in quo quisque monendus est, ut manifestet miraculum, & magnificet Dominum, & confiteatur illi in miraculis, quæ fecit nobis; quamvis ei non suppetat victus nisi ex eleemosyna, inquiret, & vendet vestimentum suum, quo emat oleum, & lucernas, & accendat. Si unus ei fuerit nummulus, & adesset sanctificatio diei, & accensio lucernæ *Canuca*, præcedit comparatio olei, quo accendat lucernam *Canuca*, vinum pro sanctificatione diei, quandoquidem ambo constituta sunt ex verbis scribarum, præcedet lucerna *Canuca*, in qua est memoria miraculi. Si adesset lucerna domus suæ, & lucerna *Canuca*, aut lucerna domus suæ, & sanctificatio diei, lucerna domus suæ præcedit propter pacem domus; quia nomen Dei delebatur, ut pax statueretur inter maritum & ejus uxorem; magna est pax, quia lex data est, ut statueretur pax in mundo; dictum est enim *Proverb.* III. 17. *Viæ ejus viæ pulcræ, & omnes semitæ illius pacificæ.*

חנוכה I. *Maccab.* IV. 59. καθαρισμός τῦ ἱερῦ, *Syro in Maccabaicis* ܚܘܕܬܗ & in *Evangelio* ܚܘܕܬܐ *Renovatio* seu *innovatio*, *Arabi in Maccabaicis* ايام الحنكه *dies dedicationis*, & *Johan.* X. 22. ἐγκαίνια appellatur, quæ celebrabatur tempore hyberno; ibi enim dicitur χειμὼν ἦν, *hiems erat*; nec pertinebat ad primi aut secundi templi conditum, sed Encænia, post profanatum secundum templum ab Antiocho, Hierosolymis in mense Casleu, quasi Decembri celebrata sunt. Salomonis dedicatio facta fuit mense *Ethanim*, uti legitur I. *Reg.* VIII. 2. i. e. Tisri, sc. Septembri. Nonnulli putarunt propter Zorobabelianam dedicationem hos dies festos fuisse institutos, quæ in mense Adar celebrata fuit; Ita sentit *S. Jo. Chrysostomus* Homil. 61. in *Johannem*: τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη, ἐπανελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς μακρᾶς αἰχμαλωσίας τῶν ἐν τῇ Περσίδι, ταύτην ἦγον μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς. Diem illum, quo ædificatum est templum, cum reduces fierent ex diutina in Perside servitute, summa cum diligentia celebrabant. Consentit cum eo *Theophylactus* ad loc. cit. *Johan.* ubi scribit, alios existimasse Encænia templi Salomonici ibi intelligenda esse; inter quos *Nonnus Panopolita Johannis* paraphrastes metricus ita scribit

Καὶ

Καὶ πάλιν ἦμαρ ἔην πανδήμιον, ᾧ ἔνι λαοὶ
Μνημοσύνην τελέεσκον ἐτήσιον ἐξ, ὅτε νηοῦ
Ἕδρανα δωμήσας Σολομῶν εὐκίονι τέχνῃ
Θεσπεσίης ἀρχαῖον ἐκαίνισε θεσμὸν ἑορτῆς.

Et reversus est dies publicus, in quo populi
Memoriam celebrant anniversariam, ex quo templi
Fulcimenta ædificans Solomon, pulchras columnas faciente arte
Divini veterem innovavit legem festi.

Verum ex 1. *Machab.* cap. IV. 52. Manifestum est a Machabæis hoc festum institutum fuisse. *Et ante matutinum surexerunt quinta & vigesima die mensis noni (hic est mensis Casleu) centesimi quadragesimi octavi anni; Et obtulerunt sacrificium secundum legem, super altare holocaustorum novum, quod fecerunt, secundum tempus & secundum diem, in qua contaminaverunt illud gentes, in ipsa renovatum est in canticis, & cytharis, & cinyris, & in cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciem, & adoraverunt & benedixerunt in cœlum eum, qui prosperavit eos. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lætitia, & sacrificium salutaris & laudis &c. Et statuit Judas & fratres ejus, & universa Ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis, ab anno in annum, per octo dies, a quinta & vigesima die Casleu cum lætitia & gaudio.* Et 2. I. 1. *Macchab. Fratribus, qui sunt per Ægyptum Judæis, salutem dicunt fratres qui sunt Hierosolymis Judæi, & qui in regione Judææ, & pacem bonam &c. Et nunc frequentate dies scenopegiæ mensis Casleu.* Et cap. II. *Acturi itaque purificationem scripsimus vobis; bene ergo facietis, si egeritis hos dies &c. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgavit. De Juda vera Machabæo, & fratribus ejus, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione.* Et cap. X. 5. *Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, vigesima quinta mensis, qui fuit Casleu. Et cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, recordantes, quod ante modicum temporis diem solennem tabernaculorum in montibus & in speluncis more bestiarum egerant. Propter quod thyrsos & ramos virides & palmas præferebant ei, qui prosperavit mundari locum suum. Et decreverunt communi præcepto & decreto universæ genti Judæorum omnibus annis agere dies festos.* Jam supra ex perpetua Hebræorum traditione probatum est, dies festos *Canuca* ab Hasmonæis institutos fuisse. Accedit in *Machzor* Jud. Germ. part. 1. fol. 100. 1. Sepher Tephilot Lasuchot fol. 100. 1. solennis hujus festi commemoratio sacra & vetus.

על הנסים ועל הפרקן ועל התשועות ועל המלחמות שעשית לאבותינו בימים ההם הזה בימי מתתיהו בן יוחנן כהן גורל חשמונאי ובניו כשעמדה מלכות יון על עמך ישראל להשכיחם מהורתך ולהעבירם מחקי רצונך ואתה ברחמיך הרבים עמדת להם בעת צרתם רבת את ריבם דנת את דינם נקמת את נקמתם מסרת גבורים ביד חלשים ורבים ביד מעטים וטמאים ביד טהורים ורשעים ביד צדיקים וזרים ביד עוסקי תורתיך ולך עשית שם גדול וקדוש בעלומך ולעמך ישראל עשית תשועה גדולה ופורקן בהיום הזה ואחר כך באו בניך לדביר ביתך ופינו את היכלך וטהרו את מקדשך והדליקו נרות בחצרות וקבעו שמונה ימי חנוכה אלו להודות להלל לשמך הגדול סלה.

Ob miracula & ob redemtionem, & ob potestates & ob salutes, & ob bella, quæ fecisti patribus nostris in diebus illis, sub hoc tempus: In diebus Mattathiæ filii Joannis, summi sacerdotis, Hasmonæi, & filiorum ejus; quando insistebat regnum Græcorum in populum tuum Israel, ut eos a lege tua diverteret, & faceret eos transgredi statuta voluntatis tuæ, & tu in misericordiis tuis multiplicibus stabas pro eis in tempore ærumnarum eorum, & causam eorum suscipiebas, & judicabas, & vindicabas vindictam eorum, & tradebas potentes in manum debilium, & multitudinem in manum paucorum, & immundos in manum mundorum, & impios in manum justorum, & superbos in manum eorum, qui incumbebant legi tuæ; & magnum Tibi faciebas nomen, & sanctum in æternitate tua; & populo tuo Israel faciebas salutem magnam, uti & redentionem, sicut hodieque. Et postmodum venerunt filii tui in adytum templi tui, purgarunt templum tuum, & mundarunt sacrarium tuum & accenderunt lucernas in atriis sanctuarii tui, & constituerunt octo dies Encæniorum illos, ut in eis celebraretur, & laudaretur nomen tuum magnum. Selah. Occurrit in eodem *Machzor* mensium part. 1. fol. 105. 2. hymnus qui canitur in Synagogis in festo *Canuca*, qui dicitur יואר לשבת שני דחנוכה

מצבא המלח מה באו בעשרים
וחמשה בכסלו
וילכו לאהליהם שמחים וטובי לב

בל

כל אבני מזבח אשר בפתום יונים
ונגזום במזרחית צפונית לשכת חונים
ולקחו אבנים אחרות והביאו אל
תחת האבנים
יחד לויים נאספו לשיר ולשבח
ישרים משרתים באו להקריב ולזבח
את קרבנם לחנכת המזבח וגו'.
הרצים יצאו לבשר בגבולים ישועה
צמחה
להביאם לירושלם לעשות חנוכת
בשמחה
ותנכו וכבדו את היכל להעלות נרות
באומן
בחפשו ומצאו בשתים פך שיש נטמן
להטמן
כי אם אסוך שמן
ויהרו מצאו לימים שמונה קבע
לשקדונו
קבעו לכן הימים האלה לדורות עניני
להזכיר גבורות ולהודות ולהלל ליי

E pugna reverſi ſunt die quinta & vigeſima Casleu
Et ivere in tentatoria ſua læti, & alacres.
Saxa omnia altaris, quæ illicita reddiderunt Græci
Repoſuere in plaga euro-aquilonari in conclavi rei illi deſignato.
Alia deinde pro eis attulere ſaxa pro illis lapidibus:
Accedentibus Levitis ſimul ad cantica, & laudes.
Quorum munus erat miniſtrandi, accedebant ut offerrent, & ſacrificarent
Oblationes in Encænia altaris &c.
Curſores exibant in regiones circumjacentes, qui nunciarent ſalutem,
Atque ut Hieroſolymam advenirent ad facienda Encænia in lætitia
Et dedicabant, & glorificabant templum, luminaria artificioſe erigendo.
Scrutabantur, & reperiebant, dum occulta recludebant, lenticulam data opera abſconditam.
Sed erat illa Lecythus olei.
Ex illo accendebant, reperiebantque ſuffeciſſe in octiduum.
Inde conſtituebant dies illos in generationes,
Ut commemorarentur magnalia, & & gratiæ laudeſque redderentur Domino.

Hinc videtur apud Christianos derivata conſuetudo dedicandi templa, uti legitur Meniæo Græcorum Sept. 3. ἐγκαίνια τιμᾶσθαι παλαιὸς νόμος, καὶ καλῶς ἔχων. μᾶλλον δὲ τὰ νέα τιμᾶσθαι δι' ἐγκαινίων· ἐγκαινίζονται γὰρ νῆσοι πρὸς Θεὸν ὡς φησὶν Ἡσαΐας, ἅς τινας βάσιμον τῷ Θεῷ. διὸ καὶ ἡμεῖς τὰ παρόντα ἐγκαίνια, πνευματικῶς πανηγυρίζωμεν. Encænia honoranda eſſe lex vetus expreſſim docet; Sed & potius nova per Encænia eſſe honoranda. Dedicantur enim inſulæ ad Deum uti dicit *Iſaias* cap. xli. 1. quæ quidem ſumendæ pro gentium Eccleſiis nuper conſtitutis, & fixionem firmam ſortientibus Deo. Ideo etiam nos præſentia Encænia ſpiritualiter celebremus. Hinc in aliquot *Anthologii* editionibus ad eundem diem hoc legitur

Νόμον παλαιὸν Ἰσραὴλ πληρῶν νέος
Ἐγκαινίοις σοι τοὶ τάφον τιμᾷ, λόγε.
Legem veterem Iſraelitarum implens nova
Encæniis tibi ſepulcrum honorat, o verbum.

Magnificentiſſima fuere Encænia in dedicatione Eccleſiarum ab Conſtantino Imperatore exſtructarum, quæ ſumma Epiſcoporum frequentia fuerunt celebrata, uti ſcribit *Theodoretus Hiſtor. Eccleſ.* lib. 1. cap. 29. multos undiquaque Epiſcopos, præter patres Synodi Tyriæ ad hanc dedicationem conveniſſe: συνελθεῖν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας πανταχόθεν ἐκέλευσε καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντας καθιερῶσαι νεώς: convenire etiam alios omnes (Epiſcopos) undiquaque, & templa ab eo conſtructa conſecrare. Et *Eutychius* Patriarcha Alexandrinus in Annal. Tom. I. pagin. 457. وجمع جماعه من الاساقفه حتى يحضروا تقديس المواضع. Et congregavit ſynodum Epiſcoporum, ut locorum dedicationi intereſſet. *Socrates* lib. 1. c. 33. ſcribit Feſtum univerſale fuiſſe inſtitutum cauſa hujus dedicationis celebrandæ. Encænia faciebant, & πάνδημον ἑορτὴν, ἐπὶ τῇ καθιερώσει τῶν τόπων. Feſtum publicum, ſeu univerſale ob locorum illorum dedicationem. *Sozomenus* Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 11. cap. 25. ſcribit anniverſarium Dedicationis feſtum Hieroſolymis celebrari ſolitum, idque per octiduum, quaſi ad imitationem Encæniorum Maccabaicorum: ἐξ ἐκείνου δὲ ἐπέτειον ταύτην ἑορτὴν λαμπρῶς μάλα ἄγει ἡ τῶν Ἱεροσολύμων ἐκκλησία, ὡς καὶ μυήσεις ἐν αὐτῇ τελεῖσθαι καὶ ὀκτὼ ἡμέραις ἐφεξῆς ἐκκλησιάζειν, συνιέναι τε πολλοὺς σχεδὸν ἐκ πάσης τῆς ὑφ' ἡλίου &c. Ab eo tempore, ſeu ex illa cauſa, Eccleſia Hieroſolymitana quotannis diem feſtum ſplendide celebrat, adeout eo initiationes ſacræ peragantur, & per dies octo conventus fiant, compluresque ex omnibus terræ, quæ ſub ſole eſt, regionibus &c.

Apud

Apud Gentiles πολυτελεστέροις ἱερείοις, sacrificiis sumtuosioribus, aræ, templa, statuæ Deorum dedicari solebant. Plerumque Matris Deum, & Attidis Taurobolio, & Criobolio aræ consecrabantur; uti videre est apud *Gruter.* pagin. 28. 2.

MATRI. DEVM. ET. ATTIDI. SE
XTILIVS. AGESILAVS &c.
- - - - TAVROBOLIO
CRIOBOLIOQ. IN. ÆTER
NUM RENATVS. ARAM. SACRA
VIT. - - - - - - - -

Et pag. 28. 1.

TAVROBOLIO. CRIOBOLIOQ.
PERCEPTO
VNA. CVM RVF. VOLVSIANA.
C. F. CON
IVGE - - - - - - - - - -
ARAM. DICAVIT.

Et pag. 5.

ITERATO. VIGINTI. ANNIS. EX.
PERCEP
TIS. TAVROBOLIIS. VI. ARAM.
CONSTITVIT.

Ridicula erat illa dedicatio, quæ leguminibus omnigenis elixis perficiebatur, de qua apud *Aristophanem*, & ejus Scholiasten, & *Suidam* luculenta habentur testimonia. *Aristophanes Plut.* Act. v. sc. 3.

- - - τὰς χύτρας αἷς τὸν θεὸν
Ἱδρυσόμεθα, λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε
Σεμνῶς. ἔχουσα δ' ἦλθες αὐτὴ ποικίλα.

- - - Ollas quibus Deum
Consecraverimus, accipias, & super caput deferas
Graviter. Advenisti vero ipsa versicolores habens *vestes*.

Ubi Scholiastes. Ἔθος γὰρ ἦν τοῖς ἱδρύσεσι τῶν ἀγαλμάτων, ὀσπρείων ἑψομένων χύτρας περιπομπεύεσθαι ὑπὸ γυναικῶν ποικίλως ἠμφιεσμένων, καὶ τούτων ἀπήρχοντο χαριστήρια τοῖς θεοῖς. Mos enim erat in dedicationibus statuarum leguminum elixorum ollas circumgestari a mulieribus versicoloribus vestitis. Atque ex hisce sacra in gratiarum actiones Diis libabant. Et deinde ibid. ὁπότε μέλλοιεν βωμοὺς ἀφιδρύειν ἢ ἄγαλμα θεῶν, ἕψοντες ὄσπρια ἀπήρχοντο τούτων τοῖς ἀφιδρυμένοις εὐχαριστήρια ἀπονέμοντες τῆς πρώτης διαίτης. Cum vellent aras dedicare, aut statuam Deorum, elixabant legumina, e quibus libabant Diis consecratis, Eucharistica dantes primi victus nomine. Citat in hanc rem *Aristophanis* distichon ex Danaidibus quæ periere.

Μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς Ἑρκίου χύτρας,
Παρ' αἷς ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύθη ποτέ.

Testor autem Jovis Hercii ollas,
Quibus ara hæc olim dedicata est.

Cario ibi jocatur in anum, quæ quasvis ollas dedicationi aptas existimasset.

Καὶ μὴν πολὺ τῶν ἄλλων χυτρῶν τἀναντία
Αὗται ποιοῦσι, ταῖς μὲν ἄλλαις γὰρ χύτραις
Ἡ γραῦς ἔπεστ' ἀνωτάτω. ταύτης δὲ νῦν
Τῆς γραὸς ἐπιπολῆς ἔνεισι αἱ χύτραι.

Certe longe diversum hæ ollæ ab aliis ollis
Faciunt; in aliis certe ollis
Spuma in summo esse solet; at hujus modo
Spumæ ollæ ipsæ summum tenent.

Idem in *Irene*. Scen. Chorus, Trygæus in dedicanda Pace Dea

Τρυγ. Τί δ' ἄλλο γ' ἢ ταύτην χύτραις ἱδρυτέον;
Χορ. Χύτραισιν, ὥσπερ μεμφόμενον Ἑρμίδιον;
Τρυγ. Τί δαὶ δοκεῖ, βούλεσθαι λαρινῷ βοΐ;
Χορ. Βοΐ; μηδαμῶς, ἵνα μὴ βοηθεῖν ποι δέοι.
Τρυγ. Ἀλλ' ὑῒ παχείᾳ καὶ μεγάλῃ. Χορ. μὴ μή. Τρυγ. τίη;
Χορ. Ἵνα μὴ γένηται Θεαγένους ὑηνία.
Τρυγ. Τῷ δὲ δοκεῖ σοι δῆτα τῶν λοιπῶν; Χορ. Οἴ.
Τρυγ. Οἴ. Χορ. Ναὶ μὰ Δία.

Tryg. Quid aliud quam eam ollis dedicare?
Chor. Ollis, ut mercuriolum conqueri solitum?
Tryg. Quid tum videtur? an juvenco Larino?
Chor. Juvenco? non omnino, ne forte hostes reperiamus.
Tryg. An vero sue pingui, & magna? Chor. Non, non. Tryg. qua de causa?
Chor. Ne committatur Theagenis suilitas
Tryg. Reliquorum igitur, quidnam tibi tandem adhibere placet? Chor. Ovem
Tryg. Ovem? Chor. Ita per Jovem.

sequitur deinde Trygæus

Ἴθι νῦν ἄγ' ὡς τάχιστα τὸ πρόβατον λαβών
Ἐγὼ δὲ ποριῶ βωμὸν ἐφ' ὅτου θύσομεν

I nunc ovemque duc prehensam.
Ego interim aram præparabo, super quam sacrificabimus

Præparato igne, & canistro, cum sespita & corona; aderat pariter Tibicen. Tum dicit Trigæus ministro suo

Ἄγε δὴ τὸ κανοῦν λαβὼν σὺ καὶ χέρνιβα
Περίιθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπὶ δεξιά
Age! cum caniſtro ſume aqualem trullam;
Et circuito aram dextorſum.

Fax deinde intincta aquæ, hordea ſparſa; preces tandem numini
Δέξαι θυσίαν τὴν ἡμετέραν
Accipe ſacrificium hoc noſtrum.

Theopompus derivavat hoc ſacrificium, ab eo, quod ſervati ab diluvio Deucalionæo primum obtulerunt: διασωθέντας ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ ἑψῆσαι χύτρας πανσπερμίας, ὅθεν οὕτω κληθῆναι τὴν ἑορτήν. Servatos a diluvio elixaſſe ollas omni ſeminum genere refertas, unde feſti nomen illud ſortitum eſt. Feſtum enim erat Χύτρα dictum apud Athenienſe, die 13. Antheſterionis menſis, quotannis celebratum id eſt tertio Antheſteriorum poſt Pithoegia, & Choas; de quo *Svidas*: πᾶν σπέρμα εἰς Χύτραν ἑψήσαντες, Διονύσῳ καὶ Ἑρμῇ, omnigena ſemina elixantes in olla Baccho & Mercurio ſacrificabant.

V. Sed longe, ritus dedicationum Ethnicorum illuſtrantes, a propoſito noſtro digreſſi ſumus. Nunc agendum eſt de ritu accendendi lucernas apud Gentiles, & Chriſtianos. Si *Manethoni* fides habeatur feſtum lucernarum apud Ægyptios fuit antiquiſſimum, quod celebratum ſit tempore Moſis. Referre hic lubeat verba *Kircheri* Ædip. Quænam vero ſacra ratio, ob quam tantum feſtum inſtitutum fuerit, *Manethon* apud Syncellum docet; *Typhonem* occiſo Oſiri univerſam Ægyptum tenebris & denſa caligine offudiſſe, quo portento exterriti ſacerdotes Ægypti oraculum conſuluere, quod reſpondit, caliginem terræ offuſam non deſtituram, niſi *Oſirin* a *Typhone* occiſum frequenti lucernarum fulgore placarent; quod ubi factum fuit, caligine mox diſcuſſa deſiderata lux rediit, atque adeo lucernarum accenſionis feſtum maximo impoſterum ardore celebratum eſt. Non deſunt tamen qui velint, accenſionis lucernarum feſtum originem ſuam traxiſſe a *decem plagis Ægypti quibus Ægyptum Moſes* divina virtute percuſſit, inter quas *tenebræ prope palpabiles* una fuit: quibus non diſſentio, præſertim quum paſſim toto hoc opere oſtenderimus *plæraque Ægyptios ab Hebræis mutuata ſui juris feciſſe*, tametſi aliis & aliis fabulis commentiſque depravata. *Caſulius* in lib. de profanis Ægyptiorum ritibus fere cum *Kirchero* conſentit. Si (*inquit*) divinare licet de hoc feſto lucernarum ab Ægyptiis culto, lacrymis atque ploratu, dicerem in memoriam illius necis actum, quam Deus ad abducendos filios Iſrael, primogenitis Ægyptiorum quorumcunque, tam hominum, quam jumentorum ipſe intulit: Tunc enim Pharao rex ſub media nocte, totaque Ægyptus, luctu ac lacrymis conſperſa, ſtratis ſurgentes, accenſiſque lucernis necatos filios lamentabantur, filioſque Iſrael exire compellebant de terra Ægypti; ut eſt *Exod.* XII. 29. 30. Etenim potuit fieri ut is primogenitus Pharaonis, qui mortuus eſt, *Oſiris* appellaretur, nam de *Oſiride Ægyptio* loquuntur, teſtis eſt *Apulejus*. Quemadmodum & exitum filiorum Iſrael ex Ægypto plenilunii tempore in Martio contigiſſe, Sacra tradidere Oracula. Hujus feſti lucernarum meminit *Herodotus* in *Euterpe* cap. 62. dicens. Ubi in Sain urbem ſacrificatum convenerunt noctu, λύχνα καίουσι πάντες πολλὰ ὑπαίθρια περὶ τὰ δώματα κύκλῳ, univerſi circum domos frequentes lucernas accendunt καὶ τῇ ἑορτῇ οὔνομα κέεται λυχνοκαΐη, cui feſto nomen impoſitum eſt accenſio lucernarum.

Hoc feſtum Idem ſcribit in honorem Minervæ fuiſſe inſtitutum. Lucernas Babylone Diis accenſas memorat *Baruch* VJ. 18. *Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre poſſunt, ſunt autem ſicut trabes in domo*. Ab Oriente derivata eſt hæc conſuetudo in Græciam; Etenim apud Athenienſes in voce Λαμπ. Teſtatur *Harpocration* τρεῖς ἑορτὰς λαμπάδος tria lucernæ feſta annua obſervata fuiſſe; apud Argivos πυρσῶν ἑορτή, facularum feſtum, & apud Græcos alios, uti teſtatur *Lucianus Pſeudomant.* feſtum, cui Δαδὶς nomen, agebatur. E Græcia facile lucernarum accenſio ad Romanos penetravit. *Juvenalis* Sat. XII. verſ. 91.

Cuncta nitent, longos erexit janua ramos,
Et matutinis operatur feſta lucernis.

Quæ ex verbis *Tertulliani Apolog.* XXXV. illuſtrantur. O nos merito damnandos! Cur enim vota & gaudia Cæſarum caſti & ſobrii & probi expungimus? cur die læto non laureis poſtes obumbramus? nec lucernis diem infringimus? *Juvenalis* iterum Sat. VI. de Judæis Romæ accendentibus lucernas in honorem Herodis.

Herodis venere dies, unctaque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ

Por-

> Portantes violas, rubrumque amplexa catinum
> Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino;
> Labra moves tacitus, recutitaque Sabbatha palles.

Hinc *Seneca* Epist. 95. prohibet accendi lucernas: Accendere aliquam lucernam Sabbathis prohibeamus, quoniam nec lumine dii egent, & ne homines quidem delectantur fuligine. Cereorum fanaliumque in sacris meminit *Arrianus* in Epict. lib. I. cap. XIX. ἤξίω τε δημαρχίας. παντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται, ἄλλος τοὺς οφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον, οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. Ἔρχεται εἰς οἶκον, εὑρίσκει λύχνους ἁπτομένους. ἀναβαίνει εἰς τὸ καπιτώλιον, ἐπιθύει Idem lib. VI. τέκνον ἂν σωθῇς ἅψω λύχνους, ταῦτ' ἐστὶ, τὰ τοῦ φιλοστόργου. μέγα σοι ἀγαθὸν ἔσθαι σωθέντι τοιούτῳ καὶ λύχνον ἅπτειν ἄξιον. Quid ego referam pro moenibus suis festum liberæ nobilitatis ocursum, conspicuos veste nivea senatores, reverendos municipali purpura flamines, insignes apicibus sacerdotes, quid portas virentibus sertis coronatas? quid aulæis undantes plateas, accensisque funalibus auctum diem? Paneg. *Theod.* cap. 37. De origine funalium differit *Servius* ad *Æneid.* V. vers. 731. Funalia a funibus, qui intra ceram sunt. Hos ante usum papyri cera circumdatos habebant; unde funera dicta, quia funes incensi illa præcedebant. Lucernæ etiam arboribus suspensæ fuerunt. *Prudentius* lib. II. contra *Symmachum* vers. 1009.

> Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
> Sustinuit.

Lucernarum accendendarum consuetudo, si *Josepho* contra *Apionem* lib. II. credamus, apud omnes gentes obtinuit. Non est civitas Græcorum, aut Barbarorum, nec ulla gens, ad quam septimanæ, in qua vacamus, consuetudo non pervenerit, καὶ αἱ νηστεῖαι, καὶ λύχνων ἀνακαύσεις, & jejunia, & solemnes facum accensiones.

Tertullianus lib. de *Idololatria* cap. 15. reprehendit sui seculi Christianos, qui ritum illum in Ecclesiam inveherent. *Sed* (inquit) *luceant opera vestra*. At nunc lucent tabernæ & januæ vestræ; plures jam invenies Ethnicorum fores sine lucernis, & laureis, quam Christianorum. *Et paucis interjectis*. Accendant quotidie lucernas quibus lex nulla est; adfigant postibus lauros postmodum arsuras, quibus ignes imminent; illis competunt testimonia tenebrarum, & auspicia pœnarum. Tu lumen es mundi, & arbor virens semper. Si templis renuntiasti, ne feceris templum januam tuam. Cui consentit *Gregorius Nazianzenus* orat. 2. in Julian. ἀδελφοὶ πανηγυρίσωμεν, μὴ φαιδρότητι σώματος &c. Festum celebremus, Fratres, non corporis nitore, non vestitus mutatione, ac magnificentia μὴ αἰσθητῷ φωτὶ καταλαμπέσθωσαν οἰκίαι. Nec visibili lumine splendescant domus; hoc enim more Gentiles novæ lunæ festum celebrant. S. Jo. Chrysostomus homil. 21. meminit dies festos a Christianis lucernarum accensione fuisse celebratos. ὅπερ οὖν τότε ἐποιήσατε στεφανώσαντες τὴν ἀγορὰν, καὶ λύχνους ἅψαντες καὶ στιβάδας πρὸ τῶν ἐργαστηρίων στηθέντες &c. Quod igitur fecistis, forum coronantes, & lucernas accendentes, & arborum ramos ante officinas collocantes, tanquam nuper nata civitate, festum agentes &c. Hinc *Canon. Apost.* 71. damnantur Christiani, qui detulerint oleum ad Judæos, aut lucernas accenderint. εἴ τις χριστιανὸς ἔλεον ἀπενέγκοι εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτει, ἀφοριζέσθω. Si quis Christianus oleum tulerit ad Synagogam Judæorum festis ipsorum diebus, aut lychnos accenderit, expellatur. Hinc Canon. 37. Concilii Eliberitani causa fuit damnandi Neophytas, qui lucernas publice accenderent. Christiani veteres hunc tamen cultum ab Ethnicorum ceremoniis ad Ecclesiæ mysteria significanda transtulerunt, teste *Baronio* ad an. Christi 58. n. 77. Ab Ægyptiis vetus agebatur anniversaria die solennitas, quæ nominabatur *accensio lucernarum*, cum illi noctu circa domos suas solebant accendere frequentes lucernas. Cum autem ab inolito tot sæculis usu, tam Ægyptii, quam ceteri eos imitati divelli vix possent; veneranda antiquitas Ecclesiastica non sine instinctu divini numinis superstitionem in religionem convertit, effecitque, ut quod impendebatur idolis, provide in Dei cultum converteretur; nimirum ut in ipsa Ascensionis Dominicæ nocte in honorem Domini eadem exhiberentur obsequia; sicque non tantum in Ægypto, sed in Palæstina, aliisque Christiani orbis Ecclesiis, ut ea nocte plures lucernæ accenderentur, fuit olim pia consuetudine introductum, quod alicubi hactenus perseverat. Testatur *Beda* cap. VI. de locis sanctis agens, nocte ascensionis Domini sic montem Oliveti lampadum lumine *illustrari*, *ut totus ardere* per cetera *loca supposita* videretur. Antiquissimum est festum quod Ὑπαντὴ & Ὑπαπαντὴ in Ecclesia Latina & Græca pro

Simeonis, & Domini nostri Jesu Christi occursu postridie Kal. Februar. ex institutione Pelagii primi Pontificis, ac Justiniani primi Imperatoris celebratum, Syris dictum ܡܥܠܬܗ ܕܡܪܢ ܠܗܝܟܠܐ *Introitus Domini nostri in Templum*; Sergius Papa circa annum 690. quotannis cereorum plurimorum usu celebrari jussit.

CAPUT TERTIUM.

I. De semilogo olei pro singulis lucernis. II. De tempore & ritu concinnandi, & accendendi lucernas. III. De Fatis Candelabri. IV. De Candelabro cœlesti.

I. SEmilogum olei singulis lucernis, ut tota nocte lucerent, inditum fuisse Judæi omnes interpretes testantur. Babyl. *Menachoth* 87. 2. א״ל ר״ש ברבי שבו היה מחליק חצי לוג שמן לכל נר ונר אמר לו נר ישראל כך היה א״ר יוחנן אמר רבי נר שכבתה נרשן השמן נרשנה הפתילה כיצד עושה מטיבה ונותן בה שמן ומדליקה יתיב ר׳ זריקא וקא מיבעיא ליה כשהו׳ נתן שמן במידה ראשונה כמו שחסרה א״ר ירמיה פשיט׳ דכמידה הראשונה דאי כמה שחסר׳ מנא ידעינן מאי חיסר וכי תימא נמשער ליה אם כן שבע מדות נפיש להו מדות טובא קרי עליה והדרך צלח רכב על דבר אמת וענוה צדק איתימר נמי א״ר אבהו א״ר יוחנן ואמרי לה א״ר אבא א״ר חנינא אמר רבי נר שכבתה נרשן השמן נרשנה הפתילה כיצד עושה מטיבה ונותן בה שמן כמידה ראשונה ומדליקה. Dixit illi R. Simeon bar Rabi, quia cum illo partiebatur semilogum singulis lucernis, quæ in illo erant; Respondit illi lucerna Israelis ita erat. Dicit R. Jochanan, dicit Rabi; si lucerna exstinguatur, purgabat & decinerabat ab oleo, & ab ellychnio. Quomodo faciebat? concinnabat, & indebat oleum, & accendebat. Respondit R. Zericha; quæsitum fuit; quando indebat oleum, indebatne juxta primam mensuram, aut illud quod deficiebat? Certum est, juxta primam mensuram; quia si debuisset indere quod deficiebat, quomodo sciri poterat, quod deficiebat? Et fortasse dices, fieri computum; ea de causa pro septem lucernis requirebatur magnus numerus mensurarum; De hoc legitur *Psalm.* xlv. *Intende prospere, procede, & regna, propter veritatem, & mansuetudinem & justitiam.* Dicit R. Abau; dicit R. Jochanan; & nonnulli dicunt; dicit R. Aba; dicit Rabi; Legitur; dicit Rabi; si lucerna exstinguatur, purgabat & decinerabat ab oleo, & ellychnio; & indebat oleum juxta primam mensuram, & accendebat. Ubi *Raschi* ביצד הו׳ עושה מטיב׳ שמשליח כל מה שבנר לחוץ ונתן בה השמן ופתילה אחרת ומדליקה כמדה ראשונה חצי לוג כמו שנתן מתחיל׳. Quomodo faciebat? Concinnabat, postquam emiserat omnia, quæ erant in lucerna; & indebat oleum, & alterum ellychnium, & accendebat; juxta primam mensuram, sc. semilogum, sicuti indiderat a principio. Iterum *Babyl. Menachoth* 89. שלשה ומחצה לוג למנורה חצי לוג לכל נר מנא הני מילי דתנו רבנן מערב עד בקר תן לה מדתה שתהא דולקת והולכת מערב עד בקר דבר אח׳ מערב עד בקר אין לך עבודה שכשיר׳ מערב עד בקר אלא זו בלבד ושיערו חכמים חצי לוג מאורתא ועד צפרא איכא דאמרי מלמעלה למטה שיערו ואיכא דאמרי ממטה למעלה שערו מאן דאמר ממטה למעלה שערו התורה חס על ממונן של ישראל ומאן דאמר ממעלה למטה שערו אין עניות במקום עשירות. Tres logi cum dimidio pro candelabro, semilogus pro singulis lucernis; unde probatur? Tradunt Sapientes; dictum est; *A vespera usque ad mane*; Indatur mensura, ut lucere possit a vespera usque ad mane. Altera explicatio; *A vespera usque ad mane*; Non est tibi ministerium legitimum a vespera usque ad mane, nisi hoc duntaxat. Et statuerunt sapientes mensuram logi a luce, sc. stellarum, i. e. a vespera usque ad auroram. Nonnulli dicunt, a supra ad infra metiebantur; & nonnulli dicunt, ab infra ad supra metiebantur; qui dicit, ab infra ab supra metiebantur; Lex pepercit facultatibus Israelis; qui dicit a supra ad infra; non erat paupertas in loco divitiarum. Ubi *Raschi*. חצי לוג מאורתא והיני שער ואיכא דאמרי מלמעלה למטה שעור שבתחילה נתנו שמן בנר ונשתיי׳ בבקר ובלילה השני פחתו עד ששערו הדבר שאין צריך יותר מחצי לוג אפילו בליל ארוך וכן נותן בליל קצר ומה שנשתייר בבקר זורק לקוץ ואיכא דאמרי בקיץ היה עושה פתילה עבה ובחורף הוה פתיל דקה כדי שיכלה בקיץ נמי בבקר ולמד ממטה למעלה שבתחילה נתנו רביעית ועמדו שם והאו שאין ספק והוסיפו עד חצי לוג

לוג מ״ד ממטה למעלה התורה חסה
ממנן נותנין בו לוג לבתחילה ומה
שמשייר למחר היו שופכין לחוץ . Semilogus ab luce ſtellarum ; & hæc menſura ; nonnulli dicunt a ſupra ad infra menſuram , quæ erat in principio ; ſi indiderint oleum in lucernam , & reliquum fuerit mane , nocte ſecunda diminuent , donec rem metiantur , quia non erat neceſſarium plus ſemilogo , vel nocte longa , pariterque ſi indiderit , vel nocte breviſſima, quod reliquum eſt mane, foras effunditur. Et nonnulli dicunt , quod æſtate faciat ellychnium craſſum , & hyeme tenue, ut vel æſtate mane abſumatur ; at juxta ſententiam illius , qui dicit ; ab infra ad ſupra ; quod in principio indiderint quartarium, & conſtiterunt , & viderunt , quod non eſſet ſatis , & auxerunt uſque ad ſemilogum . Qui dicit ab infra ad ſupra ; lex parcebat eorum facultatibus , indebant logum ſicut in principio, & quod reliquum erat mane, foris effundebant. *Raſchi ad Ex.* xxv. 1. מערב עד בקר תן
לה מדתה שתהא דולק׳ מערב ועד בקר
ושיערו חכמים חצי לוג ללילי טבת הארוכין
וכן לכל הלילות ואם יותר אין בכך כלום . *A veſpera uſque ad mane* . Indenda eſt menſura , qua poſſit lucere a veſpera uſque ad mane ; & ſtatuerunt menſuram ſapientes ſemilogi noctibus Thebet longioribus , pariterque pro omnibus noctibus, ſi ſupererit , nihil ita inſervit . *Raſchi* iterum ad *Levit.* xxiv. 3. *A veſpera uſque ad mane* . יערוך אותו עריכה
הראויה למד׳ כל הליל׳ ושערו חכמים
חצי לוג לכל נר ונר והן כראי׳ אף ללילי
תקופת טבת ומדה זו הוקבע׳ להם . *Ordinabit illud* ordinatione convenienti ad menſuram cunctarum noctium ; & ſtatuerunt menſuram ſapientes ſemilogi pro ſingulis lucernis ; quod ſatis eſt vel noctibus ſolſtitii Thebet ; & hæc menſura illis conſtituta eſt. *Hieroſ. Joma* 39. 4.
ר׳ שמואל בר ר׳ יצחק בעי מעתה באחד
בתקופת טבת מחצי לוג לכל נר באחד
בתקופת תמוז מחצי לוג לכל נר . R. Samuel bar R. Iſaach requirit nunc in primo die ſolſtitii Thebet ſemilogum pro ſingulis lucernis , & in primo die ſolſtiti Thamuz ſemilogum pro ſingulis lucernis . *Siphri* 9. 3. כאשר צוה יי׳ את
משה חצי לוג לכל נר ונר . *Sicut præceperat Dominus Moyſi* , ſemilogum pro ſingulis lucernis . *Toſaphtha Menachoth* cap. x. שבע מדות של לח היו במקדש
רביעית חצי לוג ולוג רביע הין ושליש הין
והין ר׳ יהודה אומר הין וחצי הין ושלשית
הין ורביעית הין לוג וחצי לוג ורביעית
רביעית מה היתה משמש׳ בה היה מודד
לחביתי כהן משיח חצי לוג מה היה משמש
בו היה מודד שלשת לוגין ומחצה למנורה
וחצי לוג לכל נר לוג בו היה מודד לכל
המנחות רביע הין מה היה משמש כל מין
צאן גדולים וקטנים זכרים ונקבות מפני
שכולן שוין בנסכים ונבללין זה מזה שליש
הין עני שבכולן לא היה משמש אלא
בנסכים אלים בן שתים ומהן למעלה
חצי הין מה היה משמש כל מין בקר
גדולים וקטנים זכרים ונקבות מפני שכולן
שוין בנסכים ונבללין זה מזה ר״ש אומר
לא היתה מדת׳ במקדש הין שאין נותנין
מדה אח׳ לב׳ פרים מדה אח׳ לשני אלים
מה היה מבי׳ תחתיה׳ לוג ומחצה א״ר
יהודה וכי היה שם חצי לוג ולוג אמר לו
ר״ש אם כן יכול׳ לפרנס כולן ברביעית
אלא שאין מדה במקדש משמשת תחת
חברתה ר׳ אלעזר בר ר׳ צדוק אומר ארבע
מדות של לח היו במקדש רביעי׳ וחצי לוג
ולוג והין היה שם ושנתות היו בהין עד
כאן לפר עד כאן לאיל עד כאן לכבש חצי
לוג לתודה ורביעית לנזיר . Septem menſuræ liquidorum erant in ſanctuario ; quartarium logi, dimidium logi , & logus ; quartarium Hin , triens Hin , & Hin . R. Jehuda dicit ; Hin, & dimidium Hin , & triens Hin , & quartarium Hin. Logus, & dimidium logi, & quartarium. Quartarium logi , ad quid inſerviebat ? cum illis metiebantur ſartagines ſacerdotis uncti ; dimidium logi ad quid inſerviebat? cum eo metiebantur tres logos cum dimidio pro candelabro, & dimidium logi pro ſingulis lucernis. Logus ad quid inſerviebat? cum eo metiebantur pro omnibus muneribus . Quartarium Hin ad quid inſerviebat ? pro quavis ſpecie ovium , ſive mares , ſive fœminæ eſſent, ſive magnæ eſſent ſive parvæ ; omnes enim erant pares in libaminibus, & inter ſe miſcebantur . Triens Hin ad quid inſerviebat ? Erat præ omnibus pauper , neque inſerviebat niſi pro libaminibus arietum biennium, aut amplius. Dimidium Hin ad quid inſerviebat ? pro quavis ſpecie bovis , ſive magni , ſive parvi, ſive mares, ſive fœminæ eſſent, quia omnes erant pares in libaminibus, & inter ſe miſcebantur. R. Simeon dicit; Non erat ſeptima menſura in Sanctuario Hin , quia non dabatur una menſura pro duobus bobus , aut una menſura pro duobus arietibus . Quid pro iis adducebatur ? menſura logi cum dimidio. R. Jehuda dicit; nonne erat logus , & dimidium logi ? Reſpondit R. Simeon, ſi ita eſt, poterat uti pro omnibus quartario ; verum in Sanctuario una menſura non poterat pro altera inſervire. R. Eleaſar fil. R. Zadok dicit; quatuor menſuræ liquidorum erant in Sanctuario; quartarium logi , & dimidium

dium logi, & logus, & Hin; Erant ſigna in Hin, huc uſque pro juvenco, huc uſque pro ariete, huc uſque pro agno. Dimidium logi pro ſacrificio Euchariſtico, & quartarium pro Nazaræo. Notum eſt logum fuiſſe menſuram minimam; erat pars duodecima Hin, ideoque æqualis ſextario.

II. Tempore matutino in ſanctuario concinnatas fuiſſe lucernas conſtat ex cap. XXX. 7. *Exod.* והקטיר עליו אהרן קטורת סמים בבקר בבקר בהיטיבו את הנרות יקטירנה. *Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron ſuave fragrans mane mane; quando componet lucernas, incendet illud. Targum.* ויקטר עלוהי אהרן קטורת בוסמין בצפר בצפר באתקנתיה ית בוציניא יקטרינה. *Et adolebit ſuper eo Aaron ſuffitum aromatum mane mane. In concinnandis lucernis, adolebit illud.* Ubi *Raſchi*. בהטיבו לשון נקוי הבזיכין שלי המנורה מדשן הפתילות שנשרפו בלילה והיה מטיבין בכל בקר ובקר. *Quando componet*; ex ſignificatu purificandi ſcyphos candelabri ab cinere ellychniorum, quæ incenſa fuerant noctu, & concinnabantur quovis mane. *Tamid* III. 9. מי שזכה בדישן המנורה נכנס ומצא שתי נרות מזרחיים דולקים מדשן את השאר ומניח את אלו דולקין במוקומם מצאן שכבו מדשנן ומדליקן מן הדליקין ואחר כך מדשן את השאר Qui deſignabatur ad decinerationem candelabri ingrediebatur quando inveniebat duas lucernas orientales ardentes, reliquas decinerabat, & deponebat has ardentes in loco ſuo, ſi inveniebat extinctas, decinerabat, & accendebat ex accenſis, & poſthæc decinerabat reliquas. Et ibid. cap. VI. מי שזכה בדישן המנורה נכנס ומצא שתי נרות מזרחיים דולקין מדשן את המזרחי ומניח את המערבי דולק שממנו היה מדליק את המנורה בין הערבים מצאו שכבה מדשנו ומדליקו ממזבח העולה. Cui obtigerat decineratio candelabri, ingrediebatur, quando inveniebat duas lucernas orientales accenſas, decinerabat orientalem, & relinquebat occidentalem ardentem, ex qua accendebat candelabrum inter veſperas, quando inveniebat extinctam, accendebat ex altari holocauſti. Et cap. III. *Joma* 4. קטורת של שחר היתה קריבה בין דם לאיברים של בין הערביים בין איברים לנסכים. Mane inter ſanguinem, & membra ſuffiebat, veſperi inter membra & libamina. In his Miſnæ locis illuſtrandis magnæ excitatæ ſunt controverſiæ, in quibus de tempore & ritu concinnandi lucernas acerrime diſputatur. *Babyl. Joma* 14. 2. ומקטיר את הקטרת ומטיב את הנרות אלמא קטרת ברישא והדר נרות ורמינהי מי שזכה בדשון מזבח הפנימי ומי שזכה במנורה ומי שזכה בקטרת אמר ר׳ הונ׳ מאן תנא תמיד ר׳ שמעון איש המצפה הוא והא איפכא שמעינן ליה דתנן בא לו לקרן מזרחית צפונית נותן מזרחה צפונה מערבית דרומית מערבה נותן דרומה ותני עלה ר׳ שמעון איש המצפה משנה בתמיד מזרחית צפונית נותן מזרחה צפונה מערבית דרומית נותן מערבה ואחר כן נותן דרומה אלא אמר ר׳ יוחנן מאן תנא סדר יומה ר׳ שמעון איש המצפה והוא ורמי סדר יומא אסדר יומא דתנן פייס השני מי שוחט מי זורק מי מדשן מזבח הפנימי ומי מדשן את המנורה מי מעלה אברים לכבש פייס השלישי חדשים לקטרת באו חפיסו אמר אביי לא קשיא כאן בהטבת שתי נרות כאן בהטבת חמש נרות למימרא דבקטור׳ מפסיק להו והא אביי מסדר מערכה משמירת דגמרא ובדם התמיד מפסיק להו אמרי לא קשיא ההיא לאבא שאול הא לרבנן דתניא לא ייטיב את הנרות ואחר כך יקטיר אלא יקטיר ואחר כך ייטיב אבא שאול אומר מטיב ואחר כך מקטיר מ״ט דאבא שאול דכתיב בבקר בבקר בהטיבו את הנרות והדר יקטירנה ורבנן מאי קאמר רחמנא בעידן הטבה תהא מקטר קטרת דאי לא תימא הכי בין הערבים דכתיב ובהעלות אהרן את הנרות בין הערבים יקטירנה הכי נמי דברישא מדליק נרות וחדר מקטיר קטרת של בין הערבים וכי תימא הכי נמי והתניא מערב עד בקר תן לה מדתה שתהא דולקת והולכת כל הלילה מערב ועד בקר דבר אחר מערב עד בקר אין לך עבודה שכשרה מערב עד בקר אלא זו בלבד אלא מאי קאמר רחמנא בעידן הדלקה תהא מקטר קטרת הכא נמי בעידן הטבה תהא מקטר קטורת ואבא שאול אמר לך שאני התם דכת׳ אותו רב פפא אמר לא קשיא הא רבנן הא אבא שאול במאי אוקימתה למתניתי׳ דהכא כרבנן פייס כאבא שאול אימ׳ סיפא הביאו לו את התמיד קרצו ומרק אחר שחיטה על ידו נכנס להקטיר את הקטרת ולהטיב את הנרות אתאן לרבנן רישא וסיפא רבנן ומציעתא אבא שאול אמר לך ר׳ פפא אין רישא וסיפא רבנן ומציעתא אבא שאול בשלמא אביי לא אמר כרב פפא רישא וסיפא רבנן ומציעתא אבא שאול לא מוקים לה אלא ר׳ פפא מא׳ טעמא לא אמר כאביי אמר לך תנא ברישא הטבת שתי נרות והדר הטבת חמש נרות ואביי אמר לך אורויי בעלמא הוא דקא מורי יסדרא הא הדר תני לה. Et adolebat ſuffitum, & diſponebat lucernas; Igitur ſuffitus in principio, & poſtea lucernæ. At opponitur; & qui deſignatur ad decinerandum altare interius, & qui deſignatur in candelabro, & qui deſignatur in ſuffitu. Dicit R. Huna, hic doctor *Tamid* eſt R. Simeon vir ex Miſpa; at ecce in contra-

trarium audivimus; traditum enim eſt; veniebat ad cornu orientale aquilonare, ſpargebat ad angulum orientalem aquilonarem; ad cornu occidentale auſtrale, ſpargebat ad angulum occidentalem auſtralem; & de eo tradit R. Simeon vir ex Miſpa in Miſna *Tamid;* veniebat ad cornu orientale aquilonare, ſpargebat ad angulum orientalem aquilonarem; ad cornu occidentale auſtrale, ſpargebat ad angulum occidentalem, & poſtea ſpargebat ad auſtralem. At dicit R. Jochanan; Hic doctor in ordine *Joma* eſt R. Simeon vir ex Miſpa, & opponit ordinem *Joma* ordini *Joma;* Traditur; ſortitio ſecunda; quis mactaret, quis ſpargeret, quis decineraret altare interius, quis decineraret candelabrum, quis afferret membra ad collem. Sortitio tertia. Novi ad ſuffitum veniant, & ſortiantur. Dicit R. Abai; Non eſt oppoſitio; Hic agitur de præparatione duarum lucernarum, & illic de præparatione quinque lucernarum; dicemus quod in ſuffitu interrumperet: & ecce Abai diſponit ordinem ex recepta traditione; & in ſanguine ſacrificii jugis interrumpit; dixerunt; non eſt oppoſitio; hoc juxta mentem Aba Saul, & illud juxta ſententiam ſapientum; extat enim traditio; adolebit, & poſthæc præparabit lucernas; Aba Saul dicit; præparabit, & poſthæc adolebit. Qua ratione movetur Aba Saul? ex eo quod ſcriptum eſt? *Mane mane, quando componet lucernas, & poſtea incendet illud.* Quænam ratio ſapientum? Dicit textus; *quando diſponet, adolebit ſuffitum;* niſi velis dicere; ſic inter veſperas, quia ſcriptum eſt *Exod.* xxx. 8. *Et quando collocabit Aaron lucernas ad veſperam, uret thymiama;* Sic etiam in principio accendet lucernas, & poſtea adolebit ſuffitum inter veſperas. Et ſi ita dicas eſſe. Nonne extat traditio; *a veſpera uſque mane?* Indenda eſt menſura, ut continuo ardeat tota nocte, a veſpera uſque mane. Altera explicatio; *a veſpera uſque mane*, ne tibi ſit aliud miniſterium, quod legitimum ſit a veſpera uſque mane, niſi hoc duntaxat. Sed quid dicit textus? quod tempore accenſionis lucernarum adoleat ſuffitum. Hic quoque tempore præparationis adolebit ſuffitum: Et Aba Saul tibi dicit; differens eſt; ſcriptum eſt enim אותו. R. Papa dicit; non eſt oppoſitio; Hoc docent ſapientes, & illud Aba Saul? Quem ſtatuiſti eſſe autorem hujus Miſnæ? Sapientes? Et ſortitionis? Aba Saul? Vide finem. Adduxerunt illi ſacrificium juge, & poſt mactationem manu ſua peractam ingrediebatur ad adolendum ſuffitum, & præparandas lucernas. Dicemus igitur, principium & finem docere ſapientes, & medium Aba Saul? Dicit tibi R. Papa; ſic eſt; principium & finem docent ſapientes, & medium Aba Saul. Conceditur, quod Abai non dicit juxta mentem R. Papa, principium & finem eſſe ſapientum, & medium Aba Saul. Non ſtatuit. Sed R. Papa qua ratione non dicit juxta mentem Abai? Dicit tibi doctor; in principio præparabat duas lucernas, & poſtea quinque; & Abai tibi dicit; nihil aliud intelligit, quam demonſtrare miniſteria, & eorum ordinem, poſtea exponit. Ubi *Raſchi*
חרשים כהנים שלא הקטירו קטורת מימיהם יתקבצו כולן לכאן לגורל הקטורת אבל לא ישנים דאמ׳ לקמן מעולם לא שנה בה אדם לפי שהיתה מעשרת שנ׳ ישימו קטורה באפיך וכתיב בתריה ברך ה׳ חילו מכל מקום שמעינן מינה הטבת הנרות קודמת לקטורת כאן בהטבת שתי נרות וכו׳ לקמן בפ׳ ג׳ אמרינן שמפסיק בהטבת הנרות משהטיב חמש פוסק ומתתין עד שנעשה עבודה אחרת בבתים וחוזר ומטיב שתים ופליגי אבא שאול ורבנן איכ׳ למאן דאמ׳ בקטורת מפסיק להו ואיכ׳ למאן דאמ׳ בשחיטת התמיד וזריקת דמו מפסיק להו ולקמן מפרש טעמא דהפסקה דתנא דידן סביר׳ ליה בקטור׳ מפסיק להו הילכך הא דקתני קטורת ברישא בהטב׳ שתי נרות קא׳ והא דתנן הטבה ברישא בהטבת חמש ראשונות קאמ׳ והא אביי לקמן בפ׳ ג׳ מסדר בגירסי דסדר מערכת עבודת כל יום ויום משמיה דגמרא דבר מקובל מכל בני הישיבה שיקבלו מרבותיה׳ לא ייטב שבעתן ואח׳ כך יקטיר אלא יקטיר באמצע ואח׳ כך יגמור הטבת שתים והא ליכא למי׳ יקטיר תחילא ואח׳ יתחיל להטיב קאמרי רבנן דהא קיימא לן דבעי הפסק׳ וכל עבודות סדורי׳ זו אחר זו על פי הכתובי׳ לקמן במילת׳ דאביי ואי אפש׳ להקטיר עד לאחר זריקת דם התמיד ואי אמורת קטור׳ קודמת להטבת הנרות אין לך עוד עבודה להפסיקו בה אבא שאול אומ׳ מטיב את כולם קודם להקטר׳ והפסקה בדם התמיד מערב עד בקר בנרות כתיב יערוך אותו אהרן ובניו מערב עד בקר תן לו למנור׳ שמן כדי שיהא דולק כל הלילה ושיערו חכמי׳ חצי לוג לכל נר ונר ויש בו כדי להדלי׳ כל הלילה של תקופ׳ טבת ואם יותיר בקצרה יוהי׳ אין לך עבודה כשירה בלובור אין לך עבודת יום כשירה אחר הדלקתן דדריש הכי אותו מערב לא אח׳ מערב עד בקר הכתיב אותו כדפרישית ועל׳ כרחך בעידן הדלקה תהא מקטרא קטורת קאמר אבל׳ שחרית בסדר משמעו של מקרא

מקרא סדר העבודה בהיתיבו והדר יקטירנה רב פפא אומר לא קשיא סדר יומא אסדר יומא וכו׳ בהטבת שתי נרות והא דתנן וקטורת ברישא אבא שאול למתניתין, דהכא דפירקי׳ קמא פייס דמתני׳ דפייסו השנויה בפ׳ שני דקתני קטורת לבסוף דאבא שאול אימא סיפא דסדר יומא קתני בפ׳ שלישי הביאו לו את התמיד לכהן גדול ביום הכיפורים קרצו חתכו חתך בו הבשר שחיטה ברוב שנים ולא כולן לפי שצריך הוא עצמו למהר וליטול מזרק לקבל הדם שכל עבודה יום הכפורים אינה כשירה אלא בו להטיב את הנרות ועל כרחך בשתי האחרונות קאמר דליבא למאן דאמר קטורת קודמות לחמש הנירות רישא וסיפא דסדר יומא רבנן וכו׳ בתמידה דאוקי אביי מתניתין דפ׳ קמא בטיבת שתי נירות ודפ׳ שני בהטבת ה׳ נרות ואביי אמר לך האי פרק קמא דקתני כל שבעת הימים הוא זורק כו׳ לאו ביום הכיפורים קאי ולא קפיד אסידרא אלא אורויי בעלמ׳ מיירי ומלמדינו שצריך כהן גדול להיות עסוק בעבודה כל שבעה כדי שיהא רגיל ומזומן בה ביום הכפורים סדרא דיומא הדר תני לה לכך שנה בפרק שני הטבת חמש ובפרק ג׳ שנה בהטבת שתים. Novi Sacerdotes, qui nunquam in diebus ſuis ſuffitum adoleverint, illuc congregabantur ad ſortiendum ſuffitum, non vero veteres; dicitur enim poſterius, nemo unquam in eo iterabit, quia diteſcit; dictum eſt enim *Deuter.* XXXIII. 11. *ponent thymiama in furore tuo*. Et poſtea. *Benedic Domine fortitudini ejus*. Omnino hinc intelligimus, quod præparatio lucernarum præcederet ſuffitum. Hic agitur de præparatione duarum lucernarum &c. Ulterius dicitur in cap. I. 11. quod interrumperent in præparatione lucernarum; poſtquam præparaverat quinque, interrumpebat, & exſpectabat, donec interea perficeretur aliud miniſterium, atque iterum duas præparabat. Controvertunt Aba Saul, & Sapientes; &c. Sunt qui putant juxta mentem illius, qui dicit, quod in ſuffitu interrumperet; & ſunt qui putant juxta opinionem illius, qui dicit, quod in mactatione ſacrificii jugis, & in adſperſione ejus ſanguinis interrumperet; & ulterius exponitur cauſa hujus interruptionis; & doctor noſter putat, quod in ſuffitu interrumperet; & ulterius quando docet ſuffitum in principio, de præparatione duarum lucernarum loquitur. Et ecce traditum eſt; præparabat in principio, de præparatione quinque primarum loquitur. Et ecce Abai ulterius in cap. III. diſponit in lectionibus diſpoſitionis ordinis miniſterii quotidiani. משכויה דגמרא; ſc. res accepta ab omnibus filiis Academiæ, qui a magiſtris ſuis acceperunt. Non præparabit omnes ſeptem, & poſtea adolebit, ſed in medio adolebit, & poſthæc perficiet duarum præparationem. Et ecce non eſt dicendum, quod a principio ſuffitum adoleat, & poſthæc incipiat præparare lucernas; dixerunt ſapientes; ecce nobis conſtat, quod eſſet interrumpendum, & quod omnia miniſteria, alterum poſt alterum ordinarentur ex eo, quod ulterius ſcribitur in ſententia Abai; & eſt impoſſibile, quod adoleret, niſi poſtquam adſperſus eſſet ſanguis ſacrificii jugis. Si dixeris; ſuffitus præcedebat præparationem lucernarum; non erit tibi aliud miniſterium, in quo poſſit interrumpi. Aba ſaul dicit; præparabit omnes ante adolitionem ſuffitus, & interrumpet in ſanguine ſacrificii jugis. *A veſpera uſque ad mane*: de lucernis ſcriptum dſt; *Et diſponet illud Aaron & filii ejus a veſpera uſque ad mane*. Danda eſt candelabro menſura, ut ardeat tota nocte; & metiti ſunt ſapientes dimidium logi pro ſingulis lucernis, quod ſatis erat, ut arderent tota nocte ſolſtitii Thebet; ſi ſupererit, cum brevitate ſupererit. Non eſt tibi miniſterium legitimum; ſc. non eſt tibi miniſterium legitimum poſt earum accenſionem. Sic exponitur אותו a veſpera uſque ad mane, non poſt veſperam ad mane; ſcriptum eſt enim אותו, ſicut expoſitum eſt. Et neceſſario tempore accenſionis, dicitur, quod adoleatur ſuffitus. At mane juxta diſpoſitionem ex ſenſu literali eruitur ordo miniſterii in diſponendis; & poſtea, adolebit. R. Papa dicit, non repugnat ordo *Joma* ordini *Joma* &c. in præparatione duarum lucernarum, & ecce traditum eſt, & ſuffitus in principio, juxta ſapientes; & ecce traditum eſt; lucernæ in principio, juxta Aba Saul. Hæc Miſna ſpectat ad caput primum; ſortitio; Miſna ſortitionis ſecundæ in capite ſecundo, quod doceat ſuffitum in fine, juxta Aba Saul. Dicam finem ordinis *Joma* doceri in capite tertio; adduxerunt ſacrificium juge ad ſummum ſacerdotem in die expiationum. mactabat, abſcindebat; mactatio enim legitima erat in maxima parte ſignorum quia neceſſe erat, ut ipſemet feſtinaret, & transferret craterem ad recipiendum ſanguinem, quia totum miniſterium diei expiationum non erat legitimum niſi per illum. Ad præparandas lucernas; neceſſario de duabus poſtremis loquitur, quod eſt juxta mentem ejus,

qui

qui dicit, quod suffitus præcederet quinque lucernas. Principium & finis ordinis *Joma* est Sapientum? &c. cum admiratione; quod statuit Abai Misnam primi capitis in præparatione duarum lucernarum; & Misnam secundi capitis in præparatione quinque lucernarum. Et Abai tibi dicit, quod in primo capite doceatur ministerium omnium septem dierum; Ille adspergebat &c. non vero ministerium diei expiationum, neque sollicite attendit ad ordinem, sed intelligit, quod vulgo non serio loquantur; sed tantum ut doceamur, ut necesse esset, ut summus sacerdos esset occupatus in ministerio totius septidui, & promtus, & præparatus in illo in die expiationum; ordinem *Joma* postea docet; idcirco variat in capite secundo præparationem quinque lucernarum, & in capite tertio variat duarum præparationem. *Babyl. Joma* iterum 33. אביי מסדר מערכה משמ׳ הגמרא ואליבא דאבא שאול מערכה גדולה קודמת למערכה שניה של קטרת מערכה שני׳ של קטרת קודמת לסידו׳ שני גזירי עצי׳ וסידור שני גזירי עצים קודמת לדישון מזבח הפנימי ודישון מזבח הפנימי קודם להטבת חמ׳ נרות והטבת חמש נרות קודם לדם התמיד ודם התמיד קודם להטבת שתי נרות והטבת שתי נרות קודם לקטורת וקטורת קודם לאיברים ואיברים למנח׳ ומנח׳ לחביתין וחביתין לנסכין ונסכין למוספין ומוספי׳ לבזיכין ובזיכין לתמי׳ של בין הערבי׳ שנ׳ והקטי׳ עלי׳ חלבי השלמי׳ עליה השלם כל הקרבנות כולן א׳מר מערכה גדולה קודמת למערכה שניה של קטרת מנאלן דתני׳ היא העולה על׳ מוקד׳ על׳ המזב׳ כל הלילה זו מערכה גדולה ואש מזבח תוקד בו זו מערבה שניה של קטרת ואיפוך אנא מסתברא מערכה גדולה עדיפה שכן כפרתה מרובה אדרבה מערכה שניה עדיפא שכן מכניסין ממנה לפני׳ אפי׳ הכי כפרתה מרובה עדיפא ואיב׳ אימ׳ לא משכחת עצים למערכה שניה מי לא מעייל ממערכה גדולה מערכ׳ שני׳ של׳ קטר׳ קודמת לסידור שני גזירי עצים מנלן דכת׳ ובער עלי׳ הכהן עצי׳ בבקר בבקר עלי׳ ולא על׳ חברתה מכלל׳ דאיתה לחברת והאי עליה מיבעי לי׳ לגופיה תרי עליה כתיב סידור שני גזירי עצים קודם לדישון מזבח הפנימי אע״ג דהכא כת׳ בבקר בבקר והכ׳ כתיב בבקר בבקר אפי׳ הכי מכשיר עדיף מכשיר מאי ניהו שני גזירי עצים והא אמר׳ שני גזירי עצים למערכה גדולה אזלי אמ׳ ר׳ ירמיה שום עצים תבינא אמר הואיל והתחי׳ במערכה גומר ר׳ אשי אמ׳ אי לא משכח עצים למערכה שני׳ מי לא מעייל ממערכה גדולה ודישון מזבח הפנימי קודם להטבת חמש נרות מ״ט אמר אביי גמרא גמירנא סברא לא ידענא ורבא אמר כרי׳ לקי׳ דאמר ריש לקיש אין מעבירין על המצות וכי עייל להיכל במזבח פגע ברישא דתניא שולחן בצפון משוך מן הכותל שתי אמות ומחצה ומנורה בדרום משוכ׳ מן הכותל שתי אמות ומחצה מזבח ממוצע ועומד באמצע ומשוך כלפי חוץ קימעא ונוקמי׳ להדיה כיון דכת׳ ואת המנורה נכח השלחן בעינן דחזו ההדדי אמר רבא שמע מינה מדרי׳ לקיש עבורי דרעא אטוטפתא אסור היכי עביד מדרעא לטוטפתא והטבת חמש נרות קודם לדם התמיד ודם התמיד קודם להטבת שתי נרות מ״ט אמר אביי ההוא דבבקר בבקר דשני גזירי דלא צריכי שרינהו להכ׳ חד שריי׳ להטב׳ חמש נרות דליקדמי׳ לדם התמיד וחד שריה לדם התמיד דנקדמי׳ להטבה שתי נרות חד שרייה להטבת חמש נרות דניקדמי׳ לדם התמיד דהכא תרי חד שרי׳ לדם התמיד דנקדמי׳ להטבת שתי נרות אע״ג דהכא תרי והכא תרי מכפר עדיף אמר ליה ר׳ פפא לאביי אימא חד שריי׳ לדישון מזבח הפנימי דנקדמי׳ לדם התמיד הכא תלתה והכא תרי וחד שרייה לדם התמיד דנקדום להטבת חמש נרות דאע״ג דהכא תרי והכא תרי מכפר עדיף אם כן אפסוקי במאי מפסק להו והניחא לריש לקיש דאמ׳ למה מטיבין וחוזרין ומטיבין כדי להרגיש כל העזרה כולה שפיר אלא לר׳ יוחנן דאמר בבקר בבקר חלקחו לשני בקרי׳ מאי איכא למימר אמר ליה רבינא לרב אשי האי בבקר בבקר דעצים מי מייתר הא מיבעי ליה לגופיה דקאמ׳ רחמנא נקדמו למערכה שנייה של קטרת אמר ליה ולאו מי אוקימנ׳ עליה ולא על חברתה מכלל דאיתה לחברת׳ מאי שנא דעביד הטבת חמש נרות ברישא נעביד הטבת שתי נרות ברישא כיון דאתחיל׳ בהו עביד רוב׳ ונעבי׳ שית אמור קרא בהיטיבו את הנרות יקטירנה ואין נרות פחותו׳ משנים והטבת שתי נרות קודמ׳ להקטורת דאמ׳ קרא בהטיבו את הנרות והדר יקטירנה וקטרת לאיברים דתניא יוקדם דבר שנ׳ בו בבקר בבקר לדבר שלא נאמר בו אלא בקר אח׳ בלבד ואיברי׳ למנחה דתני׳ מנין שלא יהא דבר קודם לתמיד של שקר ת״ל וערך עליה העולה ואמר רבא העולה היא עולה ראשונה ומנחה לחביתין עולה ומנחה וחביתין לנסכים שום מנחה ונסכים למוספין זבח ונסכים ומוספין לבזיכין והתניא בזיכין למוספין תנאי היא אמר אביי מסתברא כמאן דאמר מוספין קודמין לבזיכין לאו מי אמרת בבקר בבקר להקדי׳ הכא נמי ביום ביום לאחר מ״ט דמאן דאמר בזיכין קודמין למוספין גמר חוקה חוקה מחביתין אי מהתם גמר ליגמרה לכולה מילתא מהתם להכי אהני ביו׳ ביום לאחר קטרת של שחר היתה קרבה בין דם לאיברים וכו׳ מני אי רבנן בין דם לנרות מיבעו ליה אי אבא שאול בין נרות לאיברים מיבעי ליה לעולם רבנן היא ובסידרא לא קא מיירי. Abai disponebat ordinatim (ministeria) ex recepta

tra-

traditione ; & juxta opinionem Aba Saul, ſtrues magna præcedebat ſtruem ſecundam ſuffitus, ſtrues ſecunda ſuffitus præcedebat diſpoſitionem duorum ſegmentorum lignorum, & diſpoſitio duorum ſegmentorum lignorum præcedebat decinerationem altaris interioris, & decineratio altaris interioris præcedebat præparationem quinque lucernarum, & præparatio quinque lucernarum præcedebat ſanguinem ſacrificii jugis, & ſanguis ſacrificii jugis præcedebat præparationem duarum lucernarum, & præparatio duarum lucernarum præcedebat ſuffitum, & ſuffitus præcedebat membra, & membra munus, & munus cruſtula, & cruſtula libamina, & libamina ſacrificia addititia, & addititia acerras, & acerræ ſacrificium juge veſpertinum; dictum eſt enim; *Levit.* VI. 12. *& adolebit ſuper eo adipes pacificorum* ; ſuper eo perficiet omnia ſacrificia. Dicit Mor; ſtrues magna præcedebat ſtruem ſecundam ſuffitus ; unde probatur? Ex eo quod ſcriptum eſt ibid. העולה על מוקד' על המזבח כל הלילה, hæc eſt ſtrues magna; ואש המזבח תוקד בו; hæc eſt ſtrues ſecunda ſuffitus. At ego poſſum in contrarium ſentire ex ea ratione, quod ſtrues magna præcellat, eo quod ſit amplior ejus expiatio; At contra; ſtrues ſecunda præcellet, quia ex ea in adytum inferunt; Cum ita ſit ejus expiatio amplior, præcellet. Aut ego dicam, ſi non deprehendantur ligna pro ſtrue ſecunda, nonne poterit inferre ex ſtrue magna? Strues ſecunda ſuffitus præcedebat diſpoſitionem duorum ſegmentorum lignorum; unde probatur? ex eo quod ſcriptum eſt ibid. ובער עלי' הכהן עצי' בבקר בבקר; *& accendet ſuper illo ſacerdos ligna mane, mane*; ſuper illa ſc. ſtrue, non vero ſuper altera; ergo erat altera; & vox עליה pro ſe ipſa neceſſaria erat, & bis ſcriptum eſt עליה. Diſpoſitio duorum ſegmentorum lignorum præcedebat decinerationem altaris interioris, quamvis hic ſcriptum ſit *mane*, *mane*, pariterque illic ſcriptum ſit *mane*, *mane*, tamen diſponens præcellit; quidnam eſt diſponens? duo ſegmenta lignorum; & ecce dictum eſt; duo ligni ſegmenta ſtrui magnæ inſerviebant; Dicit R. Jeremia; Quodvis lignum. Rabina dixit; quoniam incepit in ſtrue, perficit. R. Aſe dicit, ſi non inveniantur ligna pro ſtrue ſecunda, nonne poterit inferre ex ſtrue magna? Et decineratio altaris interioris præcedebat præparationem quinque lucernarum; qua de cauſa? Dicit Abai; Mihi eſt traditio, at ignoro rationem. Et Raba dicit juxta ſententiam Riſch Lakiſch; dicit Riſch Lakiſch; non ſunt in faſciculum colligenda præcepta. Ingredientine in templum occurret primum altare? Traditio: Menſa ſita erat in aquilone, protracta a muro duos cubitos cum dimidio, & candelabrum ſitum erat in auſtro protractum a muro duos cubitos cum dimidio; altare erat intermedium, & collocatum erat in medio, & paulo protractum ad partem exteriorem. At cur inter ea non erat ſtatutum? Eo quod ſcriptum eſt *Exod.* XL. 22. *Et candelabrum e regione menſæ*; neceſſe erat, ut ſe mutuo reſpicerent. Dicit Raba; Hinc conſtat ex verbis Riſch Lakiſch; ſi quis deſerat Thephilin brachii, ut induat Thephilin capitis, vetitum eſt; quid eſt faciendum? primum induet Thephilin brachii, & poſtea induet Thephilin capitis. Et præparatio quinque lucernarum præcedebat ſanguinem ſacrificii jugis, & ſanguis ſacrificii jugis præcedebat præparationem duarum lucernarum; qua de cauſa? Dicit Abai; ex eo quod dictum eſt *mane mane* in duobus ſegmentis lignorum, quod non erat neceſſarium; ſic explicentur; unum mane explicetur pro præparatione quinque lucernarum, quæ præcedant ſanguinem ſacrificii jugis, & alterum explicetur pro ſanguine ſacrificii jugis, qui præcedat præparationem duarum lucenarum; Hic ter dicitur mane, & illic bis; unum explicetur pro ſanguine ſacrificii jugis, qui præcedat præparationem duarum lucernarum; quamvis hic bis, pariterque illic bis dicatur, tamen expians præcellit. Dicit R. Papa ad Abai; & dicam; unum explicetur pro decineratione altaris interioris, quæ præcedit ſanguinem ſacrificii jugis. Hic ter, & illic bis; unum explicetur pro ſanguine ſacrificii jugis, qui præcedit præparationem quinque lucernarum; quamvis hic bis, pariterque illic bis dicatur; tamen expians præcellit. Si ita eſt, ubinam erit interrumpendum? Recte procedet juxta ſententiam Riſch Lakiſch qui dicit; Cur præparant, atque iterum præparant lucernas? ut perſtreperet totum atrium. Recte; At juxta opinionem R. Jochanan, qui dicit, *mane mane*, in duo tempora matutina diſtribuuntur, quid eſt dicendum? Dicit Rabina ad R. Aſa; *Mane mane* dictum in lignis eſtne ſuperfluum? Ecce erat neceſſarium per ſe ipſum; eo quod dictum eſt in textu; quod præcederent ſtruem ſecundam ſuffitus. Reſpondit illi; non; Quid conſtituendum? ſuper il-

la, non super altera; Ergo erat altera. Quid diversi proponit? faciens præparationem quinque lucernarum in principio, faciet quoque præparationem duarum lucernarum in principio. Postquam incepit in his, præparet majorem partem; præparentur igitur sex. Dicit textus: *in præparandis lucernis*, *adolebit suffitum*; lucernæ non sunt pauciores duabus; & præparatio duarum lucernarum præcedit suffitum; dicit enim textus; *in præparandis lucernis*; & postea; *adolebit suffitum*. Et suffitus præcedit membra; Traditio; Præcedat res, de qua dictum est *mane*, *mane*, rem, de qua non dictum est nisi semel tantum *mane*. Et membra præcedunt munus. Traditio: Unde probatur, quod nihil præcederet sacrificium juge matutinum? Ex eo quod dictum est; *Levit.* ibid. *& ordinabit super eo holocaustum*. Et dicit Raba; Holocaustum primum offerebatur, & munus præcedit crustula; holocaustum, & munus, & crustula præcedunt libamina; quodvis munus, & libamina præcedunt sacrificia addititia, sacrificium, & libamina, & addititia præcedunt acerras. At est traditio: Acerræ præcedunt addititia; sunt duo doctores. Dicit Abai probabiliter juxta ejus sententiam, qui dicit; sacrificia addititia præcedunt acerras; minime! Quid dixisti? *mane*, *mane*; ad anticipandum; hic quoque dictum est in *die in die* ad retardandum. Quænam est ratio ejus, qui dicit; quod acerræ præcedant sacrificia addititia? Docet ex eo quod dictum est; *statutum statutum* in crustulis; Si inde docetur, doceatur pro tota re (sc. quod præcedant quoque libamina) hinc quoque probet id quod dicitur *in die*, *in die*, ad retardandum. Suffitus matutinus adolebatur inter sanguinem & membra &c. Cujusnam est hæc sententia? Si sapientum; dicendum erat; inter sanguinem & lucernas; si Aba Saul; dicendum erat inter lucernas; & membra; semper dicam hanc esse opinionem sapientum; neque agit de ordinatione. Ubi iterum *Rascbi*

אביי מסדר מערכה משמיה נמרא
מנח סדר עבודות של כל יום ויום
משמי' דגמרא דבוליה ישיבה דבי מדרשא
ואליבא דאבא שאול דאמר בפ' קמא
הטבת כל הנירות קודמת לכל הקטרת
מערכה גדולה שעלי' יקטירו כל הקטרת
קודמת לסדר לפני המערכה שנייה שעושין
בקרן מערבית דרומית משוך מן הקרן
ארבע אמות לצד צפון כדתנן במס' תמיד
של קטורת שממנה חותין גחלים להכניס
למזבח פנימי שחרית וערבית להקטיר עליה
קטורת תמיד פרס שחרית ופרס בין הערבים

לסידור שני גזיריהן שמסדרי' על המערכה
גדולה וכולהו טעמי' מפרש לקמיה לדם
התמיד לשחיטה ולזריחה קטרת של מזבח
הפנימי קידמות לאברי' להקטיר אברי' התמיד
על מזבח החיצון למנחה מנחת של תמיד
דכתיב ועשירית האיפה סולת למנחה
לנסכים לנסך יינו של תמיד ונסכין למוספין
אם שבת היא שנ' והקטיר עליה חלבי
השלמים ודרש ליה לשם השלמה עליה על
העולה תמיד של שקר האמורה בראש
המקרא שנ' וערך עליה העולה והקטיר
והוסיף והשלים אחרי' כל הקרבנות ולא
על שבין הערבים למד על תמיד של
בין הערבים שהיא אחרון לכל הקרבנות
מוקדה לשון מדורו' עצים וכן תוקד זו
מערכה שנייה שתהא על המזבח החיצון
ומשם יכניסו גחלי' על הפנימי ואיפוך להקרי'
המערכה של קטורת וקרא בסידורה דהא
בהקטר כל הלילה קאי כפרתה מרובה
שעליה מקטירין כל הקטורות חוץ מן
הקטרת לפנים להיכל מי לא מעייל כו'
נמצא אף הגדולה ראוייה לפנים ובער
עליה המערכה גדולה קאי דסמוך ליה
וערך עליה עצים שני עצים ולא על
חברתה של קטרת והכה כתיב בבקר
בבקר בהטיבו את הנרות יקטירנה קאי
למדרשי' אדישון פנימי ואטב' והקטורת
כדכתיב יקטירנה ואין קטור' אלא לאחר
דישון מכשיר עדיף המכשי' ומתקן את
הדבר הזה קודמו עצים מכשירי קטורה
הם שהרי עצי' הן המיכשירין את הקטירת
מכשיר מאי נינהו מכשיר דהכא במאי
עסקת בשני גיזירי עצים והה למערכה
גדולה אזלי ואינם מכשירי קטורה שום
עצים אע"ג דהני לאו לקטורת אזלי שמן
עצים מכשירין קטורת הן גמרא גמירנא
שכן סברא לא ידענא לתת טעם לדבר
מדעתי אין מעבירין הפונע במצוה לא
יעבור ממנה ונפק לן במכילתא מושמרתם
את המצו' קרי ביה ואת חמצו' לא תמתין
לה שתחמיץ ותיישן וכי עייל להיכל במזבח
פגע ברישא קודם שיגע למנורה שמזבח
משוך כלפי מזרח קימעא משוך מן הכותל
מרוחק מן הכותל צפוני שתי אמות ומחצה
שיעור דרך שני כהנים זה אצל זה המסדרין
שתי מערכות של לחם הפנים בשבת
ומצוותו לסדרן ולסלקן יחד ארבע נכנסין
מצד זה של שולחן לסלק את המערכ'
הישנה של לחם הפנים ושנים מצד זה
לסדר החדשה משוכ' מן הכותל שתי
אמות ומחצה כמדת השלחן דהא כתיב
נוכח השלחן זה בצד זה כלפי חוץ כלפי
מזרח לצד פתח ההיכל לוקמה בהדייהו
מכוון בינייהו ולמה נמשך לחוץ מדריש
לקיש דאמר אין מעבירין על המצות
עבורי דרעא אטוטפתא לאחר תפילין
מבזרוע בשביל תפילין של ראש אסור
דהא בזרוע פגע תחילה היכי עביר
מדרעא לטוטפתא מן הזרוע יבא על
הראש יניח שבזרוע תחילה ואחר כן יניח
של ראש בבקר בבקר דשני גזרין דלא
צריך דהא אמרן מכשיר עדיף שדינוהו
להכה

להכרה שזו מידה בתורה דבר שאינו עניין
לו תניהו עניין לחבירו דהכא תלתא והכא
תרי הכא תלתא בהטבה נרוה כתי' בבקר
בבקר והאי דשרינן עליה חד הא תלתא
ובתמיד כתיב את הכבש אחד מעשה
בבקר והא דשידינן עליה כדאמ' חד' שרי
לדם התמיד אע"ג דהכא תרו והכא תרי
הני מכפרי שהעולה מכפרת על עש' ועל
לא תעשה שניתק לעשה לקמן בפירקין
אם כן דמקדמ' ליה לדם התמיד אפסוקי
במאי פסקת להטבת הנירות לאבא שאול
כיון דאית ליה היטיב ואחר כך יקטיר דם
התמיד מקדים והקטרת תאחר ובאית עבודה
הפסיקו ואם תאמר מאי איכפת לך הניחא
לר' שמעון בן לקיש דאמר אין הפסקתן
אלא להרבות הרגש מהלך פסיעות וקול
תחילת עבודות בעזרה שפיר יש לך לו' לך
יפסוק ביניה' להמתין בין אילו לאילו לצאת
ולכנס ולא תהא עבודה בנתיים אלא לר'
יוחנן דדריש בבקר בבקר בהטיבו לשנ' נירו'
חלקיהו לשני בקרים אילו יקרימו לעבודה
אחת אלמא יש עבודה ביניהם והא ליכ'
למימר אפסקנה בדישן הפנימי דאם כך
דמקדי הטבת חמש נרות לדישן הוה לי'
מעביר על המצות ועבודה תו ליכא להקדים
מקומה לתתה ביניהם שכולם סדורות כאן
על פי המקראות לדבר שלא נאמר בו אלא
בקר אחד התמיד נאמר בו תעשה בבקר
ואם תאמר הא שדינן עלידה חד מהנך
דשני נזירין הדם התמיד הוא דשדינן
עלידה ולא על האיברים ואם תאמ' מכפר
עדיף אין כפרה אלא בדם מניין שלא יהא
דבר נותן על מערכה גדולה קודם לאיברים
התמיד ת"ל וערך עליה העולה וגו' העולה
משמע תהא ראשונה דאי לאוריי בעלמא
אתא שיקטירו עליה עולות ושלמי' וכתו'
וערך עליה עולה ומנחה להקריב אשה לה'
עולה ומנחה זבח ונסכי' דבר יו' ביומו
עולה ומנחה למדך שתה' מנחת העולה
אחר העולה מיד ולא יפסיקו חביתין בין
עולה למנחת התמיד שום מנחה הואיל
והחביתים אף הן מנחה והזקיק' הכתוב
התמיד וכתיב בה ועשירית האיפה סולת
למנחה תמיד אף היה תהא סמוכה לתמיד
אחר מנחת נסכים כדכתיב עולה ומנחה
זבח ונסכי' למדנו שלא יפסיק קרבן אחד
בין זבח לנסכים תנאי היא ר' ישמעאל
ור' עקיבא פליגי בה בפסחים בפ' תמיד
נשחט ביום ביום השבת יערכנו ולשן ביום
משמע באור עצום היום ולא בבקרו חוקה
חוקה בחביתין כתיב חוק' עולם לה' כליל
תקטר ובבזיכין כתי' קדשי קרשים היא לו
מאשי ה' חוק' עולם ואכולה מילתא קאי
ונגמר מיניה שתקרי' למוספין בחביתו וליגמר'
לכולה מילת' להקדימו אף לנסכים אי
רכנן דאמרי בפ' קמא הקטורת מפסיק
להטבת נירות בין דם לנירות מיבעי ליה
בין עבודת הדם לעבודת הנירות קודם
שינמרם לעולם רבנן היא ניחא ליה
לאוקומה כרבנן ובסידרת לא קא מיירי.

Abai exponit ordinem ex recepta traditione; ſtatuit ordinem miniſteriorum quotidianorum. Ex recepta traditione totius academiæ ſapientum domus doctrinæ. Et juxta mentem Aba Saul, qui dicit in cap. primo *Joma*; quod præparatio omnium lucernarum præcederet omnem adolitionem. Strues magna, ſuper qua omnia, quæ erant adolenda, adolebantur, præcedebat ordinationem ſtruis ſecundæ, quæ parabatur in angulo occidentali auſtrali, protracta ex angulo quator cubitos ad latus aquilonare, ſicut traditur in tractatu *Tamid*; ſuffitus; eo quod ex illa delumebantur prunæ inferendæ ad altare interius mane & veſperi ad adolendum ſuper illo ſuffitum quotidianom dimidium mane, & dimidium veſperi, præcedebat ordinationem duorum ſegmentorum lignorum, quæ diſponebantur ſuper ſtrue magna; & omnes rationes ulterius explicantur. Præcedebat ſanguinem, ſacrificii jugis, ſc. ejus mactationem, & adſperſionem; ſuffitus altaris interioris præcedebat membra; nam membra ſacrificii jugis adolebantur in altari exteriori. Præcedebant munus, & munus ſacrificii jugis; ſcriptum eſt enim *Num.* XXXVIII. 5. *Decimam partem Ephi ſimilæ in munus*. Præcedebat libamina, ſc. libamen vini ſacrificii jugis. Et libamina præcedebant ſacrificia addititia; ſi eſſet Sabbathum; dictum eſt enim; *& adolebit ſuper illo adipes pacificorum*. Et exponitur nomine perfectionis ſuper illo, ſuper holocauſto; ſacrificium juge matutinum memoratur in principio textus; dictum eſt enim; *& ordinabit ſuper illo holocauſtum*; & addit; *& adolebit*; & perficiet alia omnia ſacrificia; non vero ſuper ſacrificio jugi veſpertino, quod erat ultimum omnium ſacrificiorum: מוקדה deſignat flammas ligneas; & ſic תוקד. Hæc eſt ſtrues ſecunda; ad te docendum quod eſſet ſuper altari exteriori, unde inferebantur prunæ in interius. Et contra; præcedat ſtrues ſuffitus; textus in ejus ordinatione dicit de ſuffitu; *tota nocte*; amplior eſt expiatio, quia ſuper illa adolentur omnia quæ ſunt adolenda, excepto ſuffitu, qui intra templum adoletur. Nonne poterit inferre? &c. deprehenditur, quod etiam ſtrues magna conveniens eſſet altari interiori; *& incendet ſuper illa*, ſuper illa, quæ eſt illi proxima; *& ordinabit ſuper illa ligna*, duo ligna; non vero ſuper altera ſtrue ſuffitus. Et hic ſcriptum eſt *mane mane quando præparabit lucernas*, *adolebit*; ad explicandum decinerationem altaris interioris, & præparationem lucernarum, & adolitionem ſuffi-

gum, וית קוליא וית מחתיא וית מזרקיא וית בזיכיא וית מנרתא וית דודיא מכילתא דדהבא דהבא ודי כספא כספא נסיב רב קטוליא . *Et hydrias , & thuribula , & phialas , & lebetes ,* & candelabra , *& acerras , & cyathos , quæ aurea , aurea , & quæ argentea , argentea , tulit dux hostium .* Post reædificatum templum iterum ablatum est Candelabrum ab Antiocho Epiphane Syriæ rege , uti scriptum est 1. *Mach.* 1. 23. *Et intravit in sanctificationem cum superbia , & accepit altare aureum , & candelabrum luminis , & universa vasa ejus , & mensam propositionis & libatoria , & phialas & mortariola aurea , & velum , & cortinas , & ornamentum aureum , quod in facie templi erat , & comminuit omnia :* Iterum conflatum est novum candelabrum post victum ab Juda Macchabæo Lysiam Syrorum ducem ; uti scriptum est ibid. cap. IV. 49. *Et fecerant vasa sancta nova , & intelerunt candelabrum , & altare , & accenderunt lucernas , quæ super candelabrum erant , & lucebant in templo. Et* 2. *Macch.* 1. 8. *Et obtulimus sacrificium , & similaginem , & accendimus lucernas.* Ibid. x. 3. *Et purgato templo aliud altare fecerunt , & de ignitis lapidibus igne conceptis sacrificia obtulerunt post biennium , & incensum , & lucernas .* Post excidium Hierosolymæ & Sanctuarii certum est Vasa omnia Templi una cum Candelabro a Tito delata Romam in Sede Pacis deposita fuisse . Hoc templum quamvis Commodo imperante deflagravit , tamen ex testimonio multorum Autorum constat hæc spolia Hierosolymitana non periisse. *Procopius* lib. 1. de *Bello Gothico* testatur hæc spolia, capta urbe, ab Alarico exportata fuisse . Καρκασιωνὴν δὲ πολλῇ σπουδῇ ἐπολιόρκουν ἐπὶ τὸν βασιλικὸν πλοῦτον ἐνταῦθα ἐπύθοντο εἶναι , ὃν δὴ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ἀλάριχος ὁ πρεσβύτατος Ῥώμην ἑλὼν ἐληΐζατο. ἐν τοῖς ἦν καὶ τὰ Σαλομῶνος τοῦ Ἑβραίων βασιλέως κειμήλια ἀξιοθέατα ἐς ἄγαν ὄντα. Πρασία γὰρ λίθος αὐτῶν τὰ πολλὰ τὸ ἐκαλλώπιζεν , ἅπερ ἐξ Ἱεροσολύμων τὸ παλαιὸν εἷλον . Summa contentione Carcassionem obsident , ferente fama ; gazam ibi Impentoriam asservari, quam ætate superiori, Roma capta , Alaricus Senior abstulerat . In ea erant Salomonis Hebræorum regis cimelia visu dignissima. Erant enim prasiis ornata lapidibus vasa , quæ quondam Romani Hierosolymis exportaverant . *Anastasius* Bibliothecarius, Histor. Eccles. pag. 43. scribit anno æræ Christianæ 450. ab Urbe in Africam translata fuisse. Præterea (*inquit*) Gezerichus , nemine , sibi resistente, introivit Romam , tertia die Maximi fugæ , & sublatis omnibus pecuniis , & civitatis miraculis in naves receptis , in quibus erant Ecclesiastica cimelia , tota ex auro , lapidibus pretiosis ornata, & Vasa Hebraica , quæ Titus Vespasiani filius post captivitatem Hierosolymorum Romam detulerat una cum Eudoxia Imperatrice , ac filiabus ejus in Africam navigavit . *Anastasius* ibid. narrat a Belizario, victis VVandalis , ab Africa Byzantium hæc spolia translata fuisse circa annum 520. Cumque Belizarius (*inquit*) Byzantium una cum Gelimere , & Vvandalis pervenisset magna præmia percipere meruit &c. *Et mox.* Erant autem exuviæ quotquot administratorio principis ordini competebant , id est , throni aurei , & rhedæ, quibus regem uxores vehuntur, ornatusque de lapidibus pretiosis compositus, argenti quoque multa millia talentorum , & diversorum Imperialium vasorum, quæ Gezerichus , Romano spoliato palatio , in Africam tulit : inter quæ & Judæorum vasa , quæ Vespesiani filius Titus post captam Hierosolymam Romam detulerat. *Procopius* similiter lib. 11. cap. 9. de Bello Wandalico meminit horum spoliorum in triumpho Belisarii. Ἦν δὲ λάφυρα μὲν ὅσα δὴ ὑπουργίᾳ τῇ βασιλέως ἀνεῖσθαι εἰώθει, θρόνοι τε χρυσοῖ καὶ ὀχήματα οἷς δὴ τὴν βασιλέως γυναῖκα ὀχεῖσθαι νόμος . καὶ κόσμος πολὺς ἐκ λίθων ἐντίμων συγκείμενος. ἐκπώματα τε χρυσᾶ, καὶ θοίνην χρήσιμα. ἦν δὲ καὶ ἄργυρος ἕλκων μυριάδας ταλάντων πολλὰς , καὶ πάντων τῶν βασιλικῶν κειμηλίων πάμπολύ τι χρῆμα ἅτε Γιζερίχου τὸ ἐν Ῥώμῃ σεσυληκότος παλάτιον ὥσπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐῤῥέθη, ἐν τοῖς καὶ τὰ Ἰουδαίων κειμήλια ἦν ἅπερ Οὐεσπασιανοῦ Τίτος μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσωλύμων ἅλωσιν ἐς Ῥώμην σὺν ἑτέροις τισὶν ἤνεγκε . Καί αὐτὰ τῶν βασιλέως γνωρίμων τινὶ ταῦτα, ἔφη , τὰ χρήματα ἐς τὸ ἐν Βυζαντίῳ παλάτιον ἐσκομίζεσθαι ἀξύμφορον οἴομαι εἶναι . οὐ γὰρ οἷόν τε αὐτὰ ἑτέρωθι εἶναι ἢ ἐν τῷ χώρῳ οὗ δὴ Σολομὼν αὐτὰ πρότερον ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς ἔθετο . Διὰ ταῦτα γὰρ καὶ Γιζερίχος τὰ Ῥωμαίων βασίλειον εἷλε, καὶ νῦν , τὰ Βανδίλων ὁ Ῥωμαίων στρατός. ταῦτα ἐπεὶ ἀνενεχθέντα βασιλεὺς ἤκουσεν . ἔδεισέ τε , καὶ ξύμπαντα κατὰ τάχος ἐς τῶν Χριστιανῶν τὰ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερὰ ἔπεμψεν. Erant autem spolia ea , quæ regiis usibus inservire solent , sellæ aureæ vehicula uxoris principis , mundi gemmei ingens vis , pocula ex auro , epucaris omnis supellex regis, talentorum argenti multæ myriades, & magna regiorum vaso-

rum

rum copia, quæ Gezericus, uti ſupra memoravimus, ex Romano palatio rapuerat. In his vaſa Judæorum erant, quæ Titus Veſpaſiani filius poſt Hieroſolymorum excidium Romam cum aliis adſportaverat. Ea conſpicatus Judæus quidam adſtans uni ex Auguſti familiaribus eum monuit; *Non expedit, ut ego exiſtimo, hæc in palatium Byzantinum inferri. Nuſquam enim ſervari poſſunt, niſi ubi principio repoſita fuerunt a Salomone Judæorum rege. Quod quia factum non eſt [& alieno loco hæc vaſa templi in terris Gentium collocata ſunt] ideo Gezerichus Romanam regiam cepit, & VVandalicam Romani.* Hæc Imperatori renuntiata metum incuſſerunt, ita ut omnia illa Hieroſolymas miſerit ad templa Chriſtianorum, quæ ibi erant. Quid his ſpoliis poſthæc acciderit incertum eſt.

III. Reliquum eſt, ut de candelabro cœleſti diſſeratur. Viſa ſunt ab *Joanne Apocal.* I. 12. 13. in cœlis ſeptem candelabra. *Et converſus ſum, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum: & converſus vidi ſeptem candelabra aurea: Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis.* Vidit ante *Joannem Zacharia*, uti ſcriptum eſt cap. IV. וישב המלאך הדבר ויעירני כאיש יעור משנתו ויאמר והנה מנורת זהב כלה ונלה על ראשה ושבעה נרותיה עליה שבעה ושבעה מוצקות לנרות אשר על ראשה. *Et reverſus eſt Angelus, qui loquebatur in me, & ſuſcitavit me quaſi virum, qui ſuſcitatur de ſomno ſuo. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ejus ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernæ ejus ſuper illud, ſeptem & ſeptem infuſoria lucernis, quæ erant ſuper caput ejus.* Targum. ותב מלאכא דממליל לעמי ואערני כגבר דמתער משינתיה ואמר לי מה את חזי ואמרי חזיתי והא מנרתא דהב כלה ונרותה על רישא ושבעא בוצינהא דעלה שבעא ושבעא דמריקין מנהון מישחא לבוציניא דעל רישה. *Et reverſus eſt Angelus, qui loquebatur in me, & ſuſcitavit me quaſi virum, qui ſuſcitatur de ſomno ſuo. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ejus ſuper caput ipſius; & ſeptem lucernæ ejus ſuper illud, ſeptem & ſeptem infuſoria, vaſa olei, lucernis, quæ erant ſuper caput ejus.* Ab Judæis quoque viſum fuit hoc candelabrum cœleſte uti patet ex multis monumentis. *Babyl. Menachoth.* R. Joſe filius R. Jehudæ dixit: Arca ignea, menſa ignea, & candelabrum igneum deſcenderunt de cœlo: Moſes vero illa vidit, & ad modum illorum fecit, q. d. *Exod.* XXV. 40. *Vide & fac* כתבניתם *ſecundum modulum ipſorum, quem in monte vidiſti*: *Tikkune Sohar* cap. XX. 47. 2. *Exod.* XXV. Schechina inferior eſt ſuffimentum Dei S. B. & eſt ſacrificium ejus, altare ejus, in quo Iſraelitæ cibos, & ſacrificia & preces ordinant. Illæ enim preces apud Deum S. B. ſunt inſtar ſacrificii matutini, & veſpertini, juxta illam portionem, quæ per totam noctem conſumuntur. Ipſa eſt ſacrificium, quod inſtar epimetri additur; eſt ſacrificium ſabbathorum, & dierum feſtorum, neque enim vel Sabbatho vel diebus feſtis populus ſanctus ſacrificium offert, אלא בה niſi per eam. בזאת *Cum hac veniat Aaron in ſanctum*; *Lev.* XVI. 3. *Et quicunque gloriari vult, nulla re alia gloriatur*, כי אם בזאת *niſi hac*. *Jerem.* IX. 23. Hæc eſt משכונא tentorium illius, nam propter eam Deus habitat in medio eorum, q. d. *Exod.* XXV. 8. *Et faciant mihi ſanctuarium, ut habitem in medio eorum.* Illa eſt arca ipſa, & eſt liber legis in medio illius reconditus. Illa eſt candelabrum ejus, candelabrum luminaris, ex illo ſc. de quo Scriptura dicit *Prov.* VI. 23. *Et lex eſt lux.* Illa eſt lucerna, quæ accenditur coram eo, q. d. *Levit.* XXIV. 2. *Ad tollendum lumen ſemper.* Ipſa eſt בת שבע Bethſeba, nempe candelabrum conjunctum ex ſeptem lucernis. Ipſa eſt lux coram eo ex latere ſiniſtro, & illa eſt lux coram eo ex latere dextro. De utroque vero dicitur *Prov.* l. c. *Quia lucerna eſt præceptum, & lex eſt lux.*



DANIELIS FRID. JANI
DISPUTATIO HISTORICA
DE VITE AUREA
TEMPLI HIEROSOLYMITANI.

Templi Hierosolymitani tam admiranda utrobique structura fuit, ut nullius gentis vel elegantia templi & amplitudo, vel auri argentique vis cum illius majestate comparari queat. Sive enim ad summam ædificii partem, aut ejus latera, sive ad introitum animum advertas: ubique, quod aurum repræsentet, quod arte magnificum sit & natura communitum, summa cum admiratione deprehendes. Inter tot ac tanta hujus Templi ornamenta, quæ ex auro conflata erant, aspiciebatur vitis aurea, quam in præsentia examinare, operæ pretium esse censuimus. Antequam singula prosequamur, de occasione ejus, qua Romanis innotuit, hoc est, de controversia Hyrcani & Aristobuli aliquid prædicendum est, cum sine illa cognitio vitis aureæ apud gentes, nec explicari nec illustrari adcurate possit.

II. Discordia inter fratres, Hyrcanum & Aristobulum oriebatur, cum mater Alexandra Hyrcanum, majorem filium, rebus sacris præficeret: qua defuncta, minor filius Aristobulus, matris consilium iniquo animo ferebat, & Hyrcano, fratri suo majori, tam Regnum quam Sacerdotium eripere conabatur. Cneus Pompejus, qui, victo Mithridate, contra Tigranem in Armenia bellum gerebat, per legatos audiverat, fratres Hyrcanum & Aristobulum de regno Hierosolymis motus concitasse: hinc factum est, ut inclytus Romanorum dux ad tumultus comprimendos, ad refringendam deinde impotentem Aristobuli dominationem, & tandem ad pacem inter utrumque fratrem conciliandum, cum delecta manu Hierosolymas proficisceretur. Quo quum pervenisset, Aristobulum, re ita exigente, in carcerem conjecit, eundemque vinculis constrinxit: Hyrcanum vero ea conditione rebus præesse permisit, ut in fide & clientela Romanorum contineretur. Præter Josephum, antiquitatis Judaicæ scriptorem, Strabo geographus summatim hoc bellum memorat in Syriæ ac Judææ explicatione. Is enim dicit lib. XVI. pag. 762. ἤδη δ᾽ οὖν φανερῶς τυραννουμένης τῆς Ἰουδαίας, πρῶτον ἀνθ᾽ ἱερέως ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα Ἀλέξανδρος. τούτου δ᾽ ἤρετο υἱοὶ Ὑρκανός τε καὶ Ἀριστόβουλος. διαφερομένων δὲ περὶ τῆς ἀρχῆς, ἐπῆλθε Πομπήιος καὶ κατέλυσεν αὐτούς, καὶ τὰ ἐρύματα αὐτῶν κατέσπασε, καὶ αὐτὰ ἐν πρώτοις τὰ Ἱεροσόλυμα βίος καταλαβών, *cum vero palam jam Judæa tyran-*

rannide premeretur, primus pro Sacerdote se Regem fecit Alexander, cujus filios Hyrcanum & Ariſtobulum de Imperio diſceptantes, Pompejus ſuperveniens dejecit atque eorum munitiones evertit, & ipſa inprimis Hieroſolyma vi capta eſt. Quo loco id notandum eſt, quod Alexander non primus fuerit, qui Regis titulo in hac gente uſus ſit, ſed filius ejuſdem Ariſtobulus, uti ex Joſepho lib. XIII. Antiquit. Judaic. cap. XIX. clare & diſtincte perſpicimus.

III. Revertamur ad Pompejum, qui, quum ſabbato die, quo religio Judæis erat, reſiſtere, Hieroſolymarum potiretur, templum, quod Judæis erat ſanctum, ceteris autem gentibus admirabile videbatur, jure victoriæ, ut Cornelius Tacitus lib. V. Hiſtor. cap. IX. memorat, ingreſſus eſt. Quo tamen mirum omnino eſt, quod homo gentilis in Judæorum templo ſanctiſſimo ea inſpexerit, quæ videre ne Judæis quidem permiſſum erat, niſi ſolis Sacerdotibus. Id vero magis mirandum eſt, quod Joſepho auctore, tanta ejus fuerit fides ac continentia, ut ex ſacris theſauris, qui in ſua poteſtate tum erant omnes, populo Judaico nihil abſtulerit. Inique ex adverſo M. Licinius Craſſus egerat, qui, quum ad Parthicam expeditionem iret, contra datam fidem templum, omnibus divitiis plenum, ſpoliabat, de quo Joſephus lib. XIV. Antiquit. Judaic. cap. XII. ineunte videri poteſt. Nefas autem eſt, ſacramentum violare, quo quis ſe obſtrinxit, tantoque ſcelere famam inquinare. Tale facinus non commiſit Pompejus, qui tumultu ex ſententia ſedato, nihil aliud in templo Hieroſolymitano egit, quam vidit ac perluſtravit Judæorum ſacra, & divinum in eo cultum deinceps fieri juſſit, uti ex Joſepho, Strabone, aliiſque fide dignis ſcriptoribus obſervamus.

IV. Hiſtoria ſic breviter expoſita, itemqne occaſione, qua Pompejus ad Hieroſolymam venit, res ipſa & ordo nunc poſtulat, ut propius ad vitem perluſtrandam accedamus. Eam vero exactiſſime deſcribit codex Middoth Talmud. Babyl. cap. III. ſect. VIII. his verbis: גפן של זהב היתה עומדת על פתחו של היכל ומודלה על גבי כלונסות, quæ verba doctiſſimus vir, Conſtantius L'Empereur ita latine vertit: *vitis aurea expandebatur ſuper portam templi, erigebaturque ſuper canterios.* Inde colligitur, quod vitis neque ſuper altaria, nec in ſanctuario, nec alio in loco poſita fuerit, ſed in primo lumine templi Hieroſolymitani. Joſephus, qui eam quoque definit in deſcriptione templi, ſic inquit lib. VI. Bell. Jud. cap. VII. ἡ διὰ τοῦ οἴκου πύλη, κεχρύσωτο μὲν ὡς ἔφην πᾶσα, καὶ ὅλος περὶ αὐτὴν τοῖχος. εἶχε δὲ καὶ τὰς χρυσᾶς ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους, ἀφ' ὧν βότρυες ἀνδρομήκεις κατεκρέματο, *interior porta tota inaurata erat, ut dixi, & circa eam auratus paries. Deſuper autem habebat aureas vites, unde botri ſtatura hominis dependebant.* Joſephus, Ben Gorion, in deſcriptione vitis non ſine laude dimittendus, qui eadem, quæ ſcriptores modo laudati tradiderunt, refert: הגפן זהב טהר מעשה אמן היה שריגיה ועליה ופרחיה זהב נוצץ ואשכלותיה זהב ורקרק וענביה וחרצניה וזגיה אבני יקרת וכלם מעשה נקוד והיתה הגפן ההיא תמהה העיני כל רואיה ושמחת לבב לכל המביטי אליל ורבים מסופרי רומה העירו כי ראו אותה בחורבן הבירת *vitis ex auro puro erat facta opere ingenioſo, habens ramos perplexos, cujus folia & germina facta erant ex rutilanti auro, botri autem ex auro flavo & grana ejus acini atque follicoli facti erant ex lapidibus pretioſis, totumque opus erat fabre factum opere vario, ut eſſet mirandum ſpectaculum & gaudium cordis omnibus intunetibus illam &c.* Poſſemus plura de hac vite ex Jacopo Jehuda Leone lib. II. Templi Hieroſolymitani cap. XXI. arceſſere, niſi modus in allegationibus tenendus eſſet.

V. Unicus tamen locus ex Joſepho lib. XV. Antiquit. Judaic. cap. XIV. addendus eſt, antequam ad reliqua progrediamur. Is ait: Θύρας ἐπὶ τοῖς εἰσόδοις σὺν τοῖς ὑπερθυρίοις, ἴσον ἐχούσας τῷ ναῷ, ποικίλοις ἐμπετάσμασι κεκόσμητο, τὰ μὲν ἄνθη ἁλουργῆσι, κίονας δ' ἐνυφασμένοις. Καθύπερθεν δ' αὐτῶν ὑπὸ τοῖς τριχώμασι, ἄμπελος διετέτατο χρυσῆ, καὶ βότρυς ἀπεωρημένους ἔχουσα, θαῦμα καὶ τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς τέχνης τοῖς ἰδοῦσιν, οἷον ἐν πολυτελείᾳ τῆς ὕλης τὸ κατασκευασθὲν ἦν, *janua erat ipſi templo par, & ſuperliminare aulæis varietatis ornabatur, floribus purpureis diſtinctis & habentibus columnas intextas, ſub quarum capitibus vitis expandebatur aurea dependentibus botryonibus, mirandum ſane opus tam manus quam materiæ pretio.* Hinc quæret quiſpiam, cujuſnam opus ſit vitis aurea? difficilis ſane quæſtio. Si enim hanc vitem Herodi tantum tribuimus, Floro fidem derogamus, qui lib. III. cap. VI. fatetur clariſſime, ut mox audiemus, Pompejum vitem auream in templo vidiſſe: ſin illa in dubium vocamus, quæ Joſephus, fide quoque dignus ſcriptor, tradidit, in temeritatis notam incurrimus, etiam injurii ſumus in rei veritatem. Ne vero

ro ſilentium auctoris obiicias de vite aurea templi ſecundi, ejuſque auctore primario, ſciendum eſt, ſcriptorem hiſtoriæ Judaicæ in enarratione ejus parum aut nihil retuliſſe, quoniam non erat documentum religionis Judaicæ. Inde vero non ſequitur, ut res incerta ſit & dubia. De infantium cæde Bethlehemitica Joſephus, qui Nicolaum Damaſcenum, Herodis M. fautorem, hac in re preſſe ſecutus eſt, nihil manifeſto prodidit: exinde tamen non licet argumentari, cædem cruentam tempore Nativitatis Chriſti non factam eſſe. Sed non eſt noſtri propoſiti, novas dubitationes proferre, diſpiciendum potius, quomodo utraque ſententia, ſalva veritate, concilietur. Atque ita judicamus, quod, quia Cneus Pompejus in templo ſecundo vidit auream vitem, aut Zorobabel, conditor ejus templi, auctor ſit hujus vitis: aut, quod alius Princeps præclarum illud ornamentum templo huic conſecraverit. Mos enim eſt ſummorum hominum, donis ac muneribus exornare loca ſancta, id quod Ptolomæus Philadelphus, Rex Ægypti, qui menſam auream donabat, & Helena, Adiabenorum Regina, quæ candelabrum aureum templo dedicavit, exemplis luculentiſſime confirmant. Igitur, quis fidem non habeat Floro, res ſui temporis ſcribenti, qui ante Herodis adventum narrat, Pompejum tempore Hyrcani & Ariſtobuli vitem auream vidiſſe? Neque tamen Herodi aliquid detrahimus, qui vitem hanc auream in ſuo templo reſtauravit, illuſtravit, ac donis clariorem reddidit.

VI. Audiamus L. Annæum Florum, qui lib. III. rer. Roman. cap. VI. ait: *Hieroſolymam defendere tentavere Judæi; verum hanc quoque* (ſcilicet Pompejus) *intravit & vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens, ſub aureo vitem cœlo*. Vere hæc dicta ſint, an ſecus ſe habeant, noſtrum jam eſt examinare. Judæi multum omnino negotii Pompejo fecerant, templum Hieroſolymitanum expugnanti. Hinc rite ſe habet Flori narratio, quod Judæi Hieroſolymam defendere conati ſint, maxime quum animadverterent, templum quoque pulcherrimum ab hoſtium inſultibus non fore exemtum. Unde eſt, quod Dio Caſſius lib. XXXVII. Hiſtor. Roman. pag. 36. de Pompejo adfert, τὸ ἱερὸν ὐκ ἀπόνως εἷλεν, *templum non ſine labore cepit*. At vero Romanorum dux, Judæis licet renitentibus, vidit jure victoriæ opus illud vitis aureæ elegantiſſimum.

VII. Reliqua vero, quæ Florus, bonus cetera hiſtoriæ Romanæ epitomator, de populo Judaico adfert, ſibi conſtare non videntur. Dum Judaicam gentem vocat *impiam*, odium, quo Romani Judæos laceſſebant, ſignificat, qui, quoniam ritibus ab iis diſſentiebant, nec ſimulacra in ſacris adhibebant priſca Romanorum conſuetudine, inde factum eſt, ut Judæi Romanis extreme impii adparuerint. DEUS autem præceptum dederat Exod. XX. comm. IV., לא תעשה לך פסל וכל תמונה, Et Dio Caſſius, qui lib. XXXVII. pag. 37. de Judæorum religione loquitur, etiam ſumma fide commemorat, ὐδ᾽ ἄγαλμα ὐδὲν ἐν αὐτοῖς ποτὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔσχοι, *tum quoque temporis nullum Hieroſolymis ſimulacrum exſtabat*. Et Jo. Xiphilinus eadem recenſet, ut tantum loco ἐν αὐτοῖς, dicat ἐπ᾽ αὐτοῖς. Quid? quod Origenes lib. IV. contra Celſum de Judæis teſtatur, quod non adprobaverint τοὺς ποιῦντας εἰκόνας, ὔτε ζωογράφυς, ὐδ᾽ ἀγαλματοποιύς. Ex quibus locis probatiſſimorum auctorum egregie Joſepus loco dicto illuſtratur, qui docet, templi porticus ὔτε ζωογραφίας, ὔτε γλυφίδος ἔργῳ, fuiſſe exornatas. Florus tamen Judæos vocat impiam gentem. Et quid miror? Tantum enim odium intercedebat inter gentiles æque ac Judæos, ut Marcus Antoninus Imperator, quum Palæſtinam peragraret, Ægyptum petiturus, de Judæis exclamaverit: *o Marcomani! o Quadi! o Sarmatæ! tandem alios vobis deteriores inveni*, cujus rei teſtis eſt Ammianus Marcellinus lib. XXII. rer. geſtar. cap. V. Deinde pagani homines Judæos per opprobrium traducebant, ac ſi nubes & cœlum ſummo ac divino cultu venerarentur. Sic enim Poeta Juvenalis de Judæis ait,

Nil præter nubes & cœli numen adorant.

Et Petronius:

Judæus licet & porcinum numen adoret:
Et cilli ſummas advocet auricolas.

Quibuſcum Martialis epigrammatum auctor ingenioſiſſimus conſentit hoc verſu:

Ecce! negas juraſque mibi, per templa tonantis,
Non credo; jura, verpe, per Anchialum.

quo loco codex optimus Thuanæus legit Anchalium, hoc eſt aſinum, de qua interpretatione CL. Iſaacus Voſſius in obſervationibus ad Pomp. Melam pag. 48. videri poteſt, ut cetera taceam. Inde vero factum eſt, ut tempore Theodoſii ac Juſtiniani, Judæi cœlicolæ latinis verbis ita nominarentur, ut eſt in codice

Pecul.

pecul. tit. de Jud. cœlicolis, de quibus consulendus est, si placet, Theodoretus lib. IV. Hist. Eccles. cap. x. Hinc in quæstionem venit, an nubibus cœli divinos honores Judæi detulerint. Illud autem re vera ita esse, sæculares scriptores unanimi fere consensu tradunt. Sed iste cultus ex religione Judæorum evinci non potest, utpote qui כל ארון העולם ineunte Sepher Tephilloth, dominum universi mundi, professi sunt ac coluerunt. Clemens Alexandrinus lib. VI. Stromat. pag. 625. edit. Fr. Sylburgi, de Judæis eamdem habet enarrationem, quod Judæi adorent Deum, conditorem cœli ac terræ, cujus locus ibi videatur integer, qui Lectorem benevolum ejus rei certiorem reddet. Fit autem verosimile, quod pagani occasionem Judæos calumniandi, ex ratione proseucharum, quas sub dio faciebant, desumserint. Quemadmodum enim Xysta, locus Athletarum, habebant porticus, quarum suprema pars in medio erat nuda, ut lumen eo incideret; sic ad eumdem modum loca Judæorum, exstructa erant, in quibus Deo proseuchas offerebant. Si ergo Poetas, Petronium, Juvenalem, Martialem, respicimus, non est, quod cavillatrices eorum calumnias tantopere miremur. Scripserunt enim Domitii, Neronis, Trajani temporibus, aut paullo post, quod ad priores attinet, quibus Poetæ ad genium sæculi se suaque omnia componebant.

VIII. Porro autem Florus hanc vitem vocat *grande arcanum*. Pagani homines, quibus etiam auctor noster adnumeratur, ignorabant Judæorum cærimonias: & quum in eorum templo viderent opus illud arte ac structura incomparabile, præsumebant, illud esse mysterium, ex quo argumentum luculentissimum desumi posset, de cultu ac religione Judæorum. At vero, quum vitis ornamentum in templo fuerit, ut mox patebit, quivis intelligit, nihil arcani vitem auream continuisse. Si quis autem dixerit, Florum nominare sanctum sanctorum grande arcanum, nec vitem; sciendum est, quod auctor ea dictione non velit sanctum Judæorum sanctissimum exprimere, cum Pompejus etiam eo venerit, sed vitem, quia ignorabat, cur ea in limine templi erecta sit.

IX. Quia tamen Florus dicit, *sub aureo vitem cœlo*, ea vox præstantissimos Philologos vexavit. Summus vir Jo. Seldenus lib. II. Jur. Nat. & Gent. cap. VIII. legit, *sub aureo uti cœlo*; clarissimus Heinsius, *sub aureo utique tholo*. Doctissimus vero Jo. Georgius Grævius, qui in notis ad hunc locum pag. 618. conferendus est, mavult, *utique velo*. Hi auctores in ea sunt sententia, quasi grande illud arcanum repræsentaverit aureum cœlum. Videamus, quomodo clarissimorum hominum opiniones, vir summi ingenii ac doctrinæ, Fridericus Spanhemius, suis rationibus confirmet. Is ait epoch. IX. Hist. Eccles. v. T. sect. VIII.: *nos simplicissime reddimus, patuisse Pompejo illud gentis arcanum, sub aureo uti cœlo, veluti sub aureo cœlo, inauratis laquearibus, ceterisque, quæ Pompeii oculos subiere, auro obductis*. Stephanus Le Moinius, vir clarissimus, in observationibus ad varia sacra pag. 910. tuetur hanc lectionem, *sub aureo uti cillo*, hoc est, instar asini Pompejum vidisse arcanum illud: quem cillum luculenter exponit Julius Pollux lib. VII. cap. XXIII., cum quo conferatur laudatus Isaacus Vossius lib. I. observat. cap. IX., qui hunc locum emendat. Vir doctrina & ingenio illustris, Justus Lipsius, legit *sub aureo vitem cœlo*, cujus verba ex lib. II. Elector. cap. V. repetere non pigebit. *Quæ isthæc comparatio*, inquit, *patentis arcani cum aureo cœlo? inepta & nullius rei. Quod si attendis, fatebere, vere nos & cum historiæ momento emendasse sub aureo vitem cœlo*. Quum igitur mire varient eruditorum sententiæ, quærenti respondendum erit, quæ conjectura & lectio ceteris probabilior sit, quæque cum veritate rei ex æquo conveniat. Nihil simpliciter rejicio, quæ viri laudatissimi in definienda voce attulerunt. Cum conditione autem dico, si verum, uti omnino est, vitem auream in limine ac vestibulo templi fuisse, nec in sancto sanctorum: templumque auro abundasse: credibile omnino est, veram & antiquam nominis scripturam, vitem fuisse; eamque ob caussam Lipsii lectionem, non ex præsumta opinione, aliorum sententiis præferendam esse existimo. Me magis in ea sententia confirmat constructio ista, quæ convenit cum stilo poetico, quem L. Annæus Florus sæpe imitatur.

X. Nec inconveniens illud est, quod idem auctor dicat, *sub aureo cœlo*. Ex Athenæo lib. v. pag. 195. observavi, rationem tentoriorum ita fuisse comparatam, quocum si viri summi Isaaci Casauboni animadversiones, & loca Hesychii conferuntur, res erit distinctior. Ea enim propter populum erigebantur, qui ex peregrinis locis ad festum celebrandum, ad ludos spectandos, in celebriori

briori loco conveniebant, ubi commorabantur, donec solemnitates finitæ erant. Idem quoque tentorium eo loco exprimebatur, quo vitis videbatur, idque iccirco fiebat, ut excellentiam quivis ac majestatem animadverteret. Templum enim Hierosolymitanum, uti ex Dione lib. XXXVI. pag. 37., & ejus epitomatore Xiphilino, accepimus, erat ἀχανέστε καὶ ἀνώροφον, *apertum & nullo culmine tectum*: id quod alii scriptores græci ὕπαιθρα vocant, qua voce Procopius Gazæus maxime delectatur, in descriptione templi. Quum itaque tectum ejus planum fuerit, & ex auro, (quemadmodum multa vis auri ibidem adparebat,) nemo dubitabit, quin locus cœlum quasi aureum retulerit, sub quo videbatur.

XI. Quum vero alia vitis apud Josephum eodem nomine occurrat, non erit alienum, ejus sensum strictim hoc loco enarrare. Auctor lib. XIV. Antiquit. Judaic. c. v. inquit: Πομπήϊου εἰς Δαμασκὸν ἀφικομένου, ἧκον παρ᾽ αὐτὸν πρέσβεις ἐξ ὅλης Συρίας καὶ Αἰγύπτου, καὶ ἐκ τῆς Ἰουδαίας. ἔπεμψε γὰρ αὐτῷ μέγα δῶρον Ἀριστόβουλος, ἄμπελον χρυσῆν ἐκ πεντακοσίων ταλάντων. τοῦτο μεμένηκε τὸ δῶρον ἱστορήκαμεν καὶ ἡμεῖς ἀνακείμενον ἐν Ῥώμῃ, ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίνου, ἐπιγραφὴν ἔχον Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως. ἐτιμήθη δὲ εἶναι πεντακοσίων ταλάντων. *Pompejus quum Damascum venisset, venerunt ad eum legati ex universa Syria & Ægypto atque Judæa. Misit vero illi insigne donum Aristobulus, vitem auream quinquies centum talentorum. Hoc donum vidimus etiam nos Romæ dedicatum in Jovis Capitolini templo, cum inscriptione Alexandri Regis Judæorum: æstimabaturque quingentis talentis.* Pompejus Damascum veniebat anno ab urbe condita IↃCXCI M. Tullio Cicerone & C. Antonio COSS., quo tempore Hierosolyma a duce Pompejo capta est. Ab hac vero computatione, Eusebius lib. VIII. Demonstrat. Evangel. cap. II. videtur dissentire, qui obsidionem anno primo illius olympiadis A. V. C. IↃCXC sub initium factam esse ait. Verum, si computationem recte instituimus, videmus, initio dictæ olympiadis, Pompejum venisse in Damascum, & sequenti anno ad Hierosolymam. Hæc sententia optime convenit cum Josepho, eaque de re doctissimi viri Antonii Pagii Apparatus chronolog. ad Annales Baronii sect. LIV. itidemque Henrici Norisii Epochæ Syro-Maced. dissertatione III. pluribus videri possunt. Ut igitur Pompejus ad Hierosolymam veniret, dicit Josepus, auream vitem ei esse transmissam. Hoc donum accepisse Romanorum ducem, ex eo colligimus, quod Jovi Capitolino illud in templo dedicavit. Hæc autem vitis plane diversa fuit ab ea, quæ Hierosolymis in templo conspiciebatur. Qua quæso ratione Pompejus eam, Floro restante, Hierosolymis videre potuit, si dono ei data fuerit? Deinde Pompeii continentia fuit tanta, ut ne minam quidem auri templo abstulerit, multo minus vitem magni pretii. Quid ergo impedit, quo minus vitem, donum Aristobuli, dicamus esse cimelium domus Hassmonæorum. Hanc itidem esse illustrem & arte mirifica elaboratam, apparet ex Plinio, qui lib. XXXVII. Histor. Natural. cap. VI. seu in aliis editionibus cap. II. ait, *Pompejus transtulit montem aureum quadratum cum cervis & leonibus, & pomis omnis generis, circumdata vite aurea.* Hic locus Nicolaum Serrarium decepit, ut putaret, κειμήλιον domus Hassmonæorum esse vitem templi; quem tamen errorem vir magni ingenii Josephus Scaliger in Elench. Trihæres. cap. V. & VII. erudite castigavit. Equidem Cæsar Baronius, in Annalibus ad annum Christi XXXIV. sect. CLIII. censet, quod cimelium jam memoratum, prius in templo fuerit, quam Pompejus dono acceperat, eamque vitem Jovi Capitolino consecraret. Sed in hoc memoria fefellit Baronium, quum ex iis, quæ modo dicta sunt, manifestum sit, hanc vitem nihil commune habere cum vite Hierosolymitana. Miror autem, qui factum, ut, cum summus vir, Justus Lipsius, Florum loco ante dicto feliciter emendet, Josephum in partes suas vocaverit, quasi amicissima inter utrumque conspiratio sit. Tantum vero abest, ut Florus eamdem vitem putet, de qua Josephus dicto loco lib. XIV. cap. V. loquitur, ut potius magnopere a se invicem dissentiant.

XII. Quum itaque viri, quæ desiderabatur, forma sua constet ex adductis auctoribus, nunc despiciemus, an vitis etiam sit aurea, hoc est, constans ex auro puro ac probatissimo. Sunt equidem nonnulli, qui hanc vitem auro tantum obductam esse censent, in quorum numero est Jo. Baptista Villalpandus, qui in explicatione Ezech. Tom. II. part. II. lib. V. disp. IV. cap. LXXI. putat, ex filo aureo aulæis intextam, non ex auro solido confectam esse vitem. Sed doctissimum virum, diligentissimum antiquitatis scrutatorem, versio Geleniana fefellit; quæ Josephi verba ex lib. XV. Antiquit. cap. XIV. καθύπερθεν δ᾽ αὐτῶν

ὑπὸ

ὑπὸ τοῖς θριγκώμασι ἄμπελος διέτετατο χρυσῆ, *ſub quarum capitibus vitis expandebatur aurea*, ita latine tranſtulit, cum auctoris verba ego ſic accipi velim, ſuper hæc, quæ in porticu erant, ſub muri coronulis vitis aurea patebat. Quæ quum ita ſint, Ben Gorion, quem Hebræum Joſephum vulgo vocant, plus candoris præ ſe fert, cui tamen in multis rebus fidem vix habeo, qui lib. v. cap. xxv. tradit: גפן זהב טהר על ראש העמודים *vitem ex auro mundo in ſummitate columnarum eſſe poſitam*. Addit ejus pretium: אלף ככר זהב משקלה *mille talentorum aureorum*. Talentum autem eo tempore uſitatum ut intelligatur, videri poteſt Caſpar Waſerus lib. II. de antiq. nummis Hebr. cap. XVII. Quis ergo credet, vitem inauratam tantam fuiſſe, aut pictam, aut filis aureis intextam, quam expreſſe auctores in hiſtoria præſtantiſſimi גפן של זהב dicant auream vitem, & rationibus quoque confirmant. Conferatur R. Abraham Zacuthus in Sepher Juchaſin pag. 27. Quid? quod mos erat apud Judæos, aut folio vitis ex auro confecto, aut acino, aut botro vitem locupletare. Verba codicis Middoth hac de re audiantur ex cap. III. ſect. VIII. כל מי שהוא מתנדב עלה או גרגיר או אשכול מביא ותולה בה *quicunque vovebat folium, aut vuam, aut botrum, adducebat ſuſpendebatque ex ea*. Sic dona Judæorum fuiſſent aurea & multo pretioſiora: ornamentum vero auro tantum obductum; quod eſſe non poteſt, cum Judæa plena fuerit auro, eaque opinio fidei hiſtoricorum refragetur.

XIII. Dicat aliquis, Judæis ex Maimonide licuiſſe, imagines ex beſtiis formare ornatus cauſſa, præter hominem, inde dubium oritur, an non vitis formam ac ſpeciem cujuſdam animalis retulerit? Conſtat enim inter eruditos, quod Cherubini, quorum Geneſ. III. comm. XXIV. mentio fit, ex forma animalis, quamquam de ea nihil certi poſſim ac velim definire, compoſiti ac ſtructi fuerint. Ipſe Joſephus plura non vult, nec poteſt dicere, quam eſſe ζῶα πετεινὰ, μορφῇ οὐδενὶ τῶν ὑφ' ἀνθρώπων ἑωραμένων παραπλήσια, *animantia volucria, nulli eorum, quæ ab hominibus viſa ſunt ſimilia, quæ Moſes in ſolio Dei viderat figurata*. Et alio loco lib. VIII. cap. II. τὰς δὲ χερουβεὶς οὐδεὶς ὁποίας τινὲς εἰπεῖν, οὐδὲ εἰκάσαι δύναται, *Cherubinos quod attinet, quali figura eſſent, nemo dicere vel concipere poteſt*. Probabiliter doctiſſimus Hermannus Witſius lib. II. Ægypt. cap. XIII. refert, *fuiſſe animalia inſolita, bovini corporis ſpeciem quoad maximam ſui partem repræſentantia, inſtructa grandibus alis, incertum quot, & binis ad minimum faciebus leonina & humana*. Jo. Spencerus vir clariſſimus lib. III. de Legib. Hebr. cap. IV. diſſert. V. ſect. II. exiſtimat, ſe non ignorare formam Cherubinorum, quæ vitulina fuerit, Joſephum eam reticuiſſe, ne anſam præberet paganis hominibus Judæos calumniandi. Sed laudabilius eſt, ſilentio id præterire, quod nobis non clare conſtat, quam multa ſine fundamento effari. Tale quid Judæi in limine templi non habuerunt. Nihilominus tamen celeberrimus quidam vir exiſtimat, beſtiæ alicujus formam, caput ſcilicet aſini, ſe in vite aurea inveniſſe. Verba ejus ex eruditis ad Catullum obſervationibus pag. 199. hæc ſunt: *e vitium propaginibus prodibant non racemi, ſed poma, cervi & leones dimidiati, & forſan etiam aſinina capita, & porcorum* προτομαί. Certum eſt ex Apione, quod gentiles Judæis cultum capitis aſinini objecerint, ſed origo tam fœdæ criminationis non erat, quod caput aſini ex aurea vite penderit, aut in ſancto templi Hieroſolymitani fuerit, ſed ea aliunde petenda eſt.

XIV. Plutarchus, rigidus Judæorum cenſor, inde cultum aſininum derivat, quia olim aſinus viam Judæis & fontem aquæ, quum vehementer ſitirent, monſtravit, τὸν ὄνον ἀναφήναντα πηγὴν αὐτοῖς ὕδατος τιμῶσι, quod Tacitus latinis verbis ita effert: *Judæos effigiem animalis, quo monſtrante errorem ſitimque depulerant, penetrali ſacraviſſe*. Et apud Suidam Democritas quidam hiſtoricus: Judæis χρυσῆν ὄνου κεφαλὴν προσεκύνουν, *aureum aſini caput adorare*. Hujus vero rei nec vola nec veſtigium exſtat apud reliquos ſcriptores. Quapropter omnis, qui veritatis eſt ſtudioſus, cognoſcet ex re ipſa, criminationes eſſe atque calumnias, quibus Græci Romanique Judæos laceſſebant. Eos enim nulla ſimulacra in urbibus, nedum in templis, habuiſſe, ipſe Tacitus auctor eſt. Jo. Benedictus Carpzovius, ſummi nominis Theologus ac Philologus, dum pag. 277. Diſput. Academ. agit de aſino Meſſiæ, Chriſti in urbem Hieroſolymam vectore, putat, originem hujus calumniæ eſſe ex adventu Chriſti in Hieroſolymam, ejuſque templum, aſino adſidentis. Verba ejus hæc ſunt: *facile gentiles ipſum aſini ſeſſorem eſſe aſinum, calumniare potuerunt, & ſtatuam Dei nunc caput aſininum, nunc hominem auribus aſininis referentem, in templi adi-*

tu repositam fingere. Postemus hac occasione virorum eruditissimorum, Fulleri, Seldeni, Erasmi, Bocharti, Scaligeri, Heinsii, Vossii, Tanaquilli Fabri, conjecturas recensere, ut inde quisque, quod aptum suo ingenio videatur, sibi eligeret, sed in hoc argumento, quantum memini, modo laudatus Carpzovius industriam suam adprobavit.

XV. Missis sententiis, nostram, pace dissentientium, proponamus. Vidimus jam, quod viti aureæ nihil peregrinum fuerit immistum, unde gentiles calumniis robur adderent. Jam vero ex eorum scriptis apparet, quod fere omnes in falsa hac opinione fuerint, unde quæso caussa ejus arcessenda? Cum Cneus Pompejus jure victoriæ templum ingrederetur, accidit, ut milites quoque, inter quos dubio procul erant ingeniosi, acuti, & qui plurimum salis habebant, cum duce fortissimo templum intrarent. In eo non steterunt ante portas, tanquam re male gesta, sed in sanctum quoque sanctissimum progressi sunt, quo viderunt, quæ Judæis ipsis videre neutiquam fas erat. Inter reliqua auri vasa, quæ ad cultum spectabant, erat urna aurea, quam Ebræi חומר adpellabant. Hoc vero nomen, quia convenientiam quandam habet cum alio חמור, confuderunt denominationem ex ignorantia linguæ, & sic opinabantur, in sanctissimo templi loco esse caput asini repositum, quod a Judæis in honore summo haberetur. Deinde factum est, ut urnam videntes, audito prius, sed male *intellecto* nomine, effigiem asinini capitis sibi conceperint, etiamsi nihil earum rerum suspicionem asinini capitis dederit. Quin immo veteres Christiani ex odio dicebantur a gentilibus asinarii, ac si Judæos in cultu memorato sequerentur. Hanc vero calumniam cordatissimi viri, Christianus Kortholtus, in pagano obtrectatore, & William Cave, libro primitive Christianity pag. 119. Anglice conscripto, solidissimis argumentis excusserunt: ad quos auctores, Lectorem benevolum remittimus. Quæ vero cavillatio de porcis ac suibus attingenda foret, cujus auctor itidem Plutarchus est, sciens prætermitto, quam ex parte doctissimi viri, Gerh. Jo. Vossius in opere de orig. & progressu idolol. Lib. III. cap. LXXV., & Petrus Cunæus lib. II. de Republ. Hebræor. cap. XXIV. examinant.

XVI. Porro Isaacus Vossius, vir magno ingenio, dicto loco existimat, vitem auream non repræsentasse vitem vere auream, sed multarum rerum *monstrosam congeriem*. Verum ex fide auctorum probatissimorum constat, vitem templi omnino esse vere auream, nec tamen naturalem statuo, quæ per miraculum tam insigniter adaucta sit. Varia quidem ex palmis confecta ex vite dependebant, quod non negaverim, sed cum clarissimo viro non ausim adfirmare, eam monstrosam congeriem figurasse. Cur enim Judæi in ignominiam aliena ex vite pendere debuissent, præter fertilitatis signa, ex quibus calumnia Romanorum argumentum validissimum accepisset? Huic sententiæ repugnat, quod Josephus supra in recensione vitis attulit, cujus locus utique manifestus est: nihil autem refert de monstrosa congerie. Plinio tribuit opinionem suam sed ostensum fuit, ejus locum non agere de vite templi Hierosolymitani, sed de dono Aristobuli.

XVII. Dum hæc meditor, in mentem venit cogitare, quid caussæ fuerit Judæis, cur vitem, nec aliud quidpiam in limine templi habuerint. Uti enim Reges ac Principes animalia generosa sibi ad symbolum elegerunt: sic imitatione, Judæi fortissimum leonem, cujus virtus in sacris litteris prædicatur, sibi debuissent eligere. His enim brutis animalibus terra Canaan, immo Judæa, Syria & Arabia adimpleta erat. Illud sane fuisset magnificentius, nec inde Romani occasionem calumniandi potuissent desumere. At vero ipse mihi sic cogitanti respondeo, esse cuivis genti liberum, quocumque ornamento templa exornare, modo si ritus ac cærimoniæ cum majorum institutis rite conveniunt, & superstitione ac idololatria carent. Quod ad flores, plantas, arbores, vites, earumque fructus attinet, ea dona atque symbola in nostris quidem templis raro deprehendes, sed aliis muneribus exornata sunt, quæ auri argentique formam repræsentant. Jam vero in Oriente moris antiqui erat, ea summis viris ac templis ex auro exhibere, quorum formam regio ac loci natura suppeditaret. Sic ramus vuæ, Philadelphensium erat symbolum, olea, Atheniensium gloria. Quoniam ergo Judæa symbolum vitis facta sit, quæ aliorum donis ac muneribus eo loco egregie amplificabatur.

XVIII. Quod tamen si quis exstiterit, qui adhuc putet, male Judæos egisse, ac esse infra eorum dignitatem, vitem in aditu templi collocare, unde pagani homines originem calumniandi traxerint. Hujus dubitationi obviam ire nobis liceat. Ecquid Judæis faciendum, quod

quod pagani exiſtimaverint, Bacchum, cujus ſymbolum eſſet vitis, cultu ac veneratione ab iis celebrari. Cornelius Tacitus hujus rei auctor eſt, qui lib. v. Hiſtor. cap. v. ait: *Quia Sacerdotes Judæorum tibia tympaniſque concinebant, hedera vinciebantur, vitiſque aurea templo reperta: Liberum patrem coli, domitorem Orientis quidam arbitrati ſunt, nequaquam congruentibus inſtitutis. Quippe Liber feſtos lætoſque ritus poſuit: Judæorum mos abſurdus ſordiduſque.* Credit igitur ſcriptor alioqui cordatiſſimus, Judæos Bacchum ſancte colere, eumque cultum demonſtrare ſibi videtur ex ritibus ac cærimoniis, quæ in eorum ſacris obſervabantur. Verum eſt, quod Baccho vitis, ut ſymbolum, tribuatur, cui utrumque tam vitis, quam hedera, valde grata erat & accepta: quodque ſacra Liberi patris eo, quo tradit, modo peracta ſint. Sacerdotes enim hedera cingebantur, id fiebat propterea, quod Bacchus, licet modo ut ſenex, ſæpius tamen ut puer repræſentatur, cui hedera, tanquam flos in optimo flore conſtitutus, tribuitur. Hinc etiam factum, ut hedera gentibus non venderetur, cujus rei præceptum apud Talmudiſtas Avod. Sara I in Miſchna exſtat. Timebant enim, ne ejus profanatione graviſſimas poenas & calamitates in gentem ſuam inferrent. Deinde certi quoque loci ad ejus cultum conſecrati erant, in quibus nihil aliud debebat fieri, quam quod ad cultum ejus peragendum ac confirmandum pertineret. Sic Limnæ, locus Atheniesium ſacer erat, de quibus Thucydides lib. II de bello Peloponneſ. pag. 94. edit. Oxon. videri poteſt. De tympanis atque tibiis nemo dubitat, quin in ſacris Bacchi fuerint adhibitæ, de quibus quum clariſſimus Jacobus Sponius in Miſcellan. Erud. Antiquit. pag. 23. docte diſſeruit, nolo plura heic conmemorare.

XIX. Ita ſane res ſe habet. Quod autem Tacitus de Judæis perhibet, eos Baccho eſſe addictos, hoc eſt, quod cum veritatis adſertoribus nego. Dicit quidem, *Sacerdotes tibia tympaniſque conciniſſe*; at hoc non fiebat more Romanorum, ſed erant tubæ ac cymbala, quibus Levitæ benignitatem Dei celebrabant. Quia vero Sacerdotes, in ſecris peragendis, veſtitu a communi Judæorum plebe diſtincti erant, cidare & mitra linea, in fronte his litteris denotata קדשה ליהוה ſanctitas Jehovæ, quæ circa caput varie inflexa erat, utebantur, exiſtimabant gentiles, Sacerdotes hedera vinctos eſſe. Opinionem, quam Romani habebant de Judæis, id magis probabilem reddidit, quoniam in templo vitis aurea inveniebatur. Quod ad hoc attinet, Judæos *Liberum patrem, domitorem orientis*, colere, neſcio quo auctore Tacitus id referat. Quapropter cenſeo, quod primus auctor, qui cultus illius meminit, ſive Tacitus is eſt, ſive alius, Indos in animo habuerit, cum facile fieri poſſit, ut confundamus inter ſe ſcriptores ejuſdem argumenti, niſi Tacitus eos Judæos indicare velit, qui cultum Judaicum cum pagana ſuperſtitione commutarunt, unde de reliquis, ſed falſo, judicat. Probabile vero eſt, Romanum Indos putaſſe, de quibus conſtat, eſſe apud eos magnam Bacchi venerationem. Philoſtratus in vita Apollonii Tyanei lib. II. cap. IV. nobis deſcribit Bacchum Indicum, qui ex alto lapide fabricatus, εἴκασαι ἐφήβῳ Ἰνδῷ *adoleſcentis Indi effigiem præfert*. Inſcriptionem addit, ἔστι δὲ ἀργύρου Ἰνδικοῦ δίσκος, ᾧ ἐπιγέγραπται ΔΙΟΝΥΣΟΣ Ο ΣΕΜΕΛΗΣ, ΚΑΙ ΔΙΟΣ, ΑΠΟ ΙΝΔΩΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΔΕΛΦΩΙ, ut cetera taceamus, quæ doctiſſimus auctor hoc loco adfert. Ut autem Tacitus ſe aliqua ex parte excuſet, dicit ipſe, *Bacchi ſacra nequaquam congruere cum inſtitutis*, rationem ejus annectit, *quippe Liber feſtos lætoſque ritus poſuit*. Jam vero ejuſmodi lætitia de Judæis non præſumendum eſt, cum populus ſit tot calamitatibus attritus, leges divinas ſtrictim obſervans. Nihilominus Romanam indolem occultare nequit, dum ſignanter addit: *Judæorum mos abſurdus ſordiduſque*. Eſſet utique indignum populo Judaico, Bacchum adorare & amplecti, ſi præter documenta ſcriptorum ſæcularium, clariora exſtarent. Quum vero id ex ratione cultus non poſſit declarari, apparet, Tacitum, graviſſimum cetera ſcriptorem, in hiſtoriis Judaicis halucinatum eſſe. Criminationes autem, quæ ſe produnt, partim ex ignorantia cultus Judaici apud paganos homines, partim etiam ex odio & invidia originem trahebant. Unicum exemplum fidem rei per ſe clariſſimæ faciat. Octavius Cæſar Auguſtus Cajum nepotem, teſte Svetonio, Auguſti vita cap. XCIII. laudavit, quod Judæam prætervehens, apud Hieroſolymas non ſupplicaverit. Sed doctiſſimus Caſaubonus ad hunc locum ex Plutarcho refert, Auguſtum hæc con-

tra ſententiam animi protuliſſe, ne ſectæ Judæorum addictus videretur.

XX. Ne vero quis putet, nos dicis cauſſa heic aliquid proferre, volumus auctores ipſos, Plutarcho interprete, ea de re audire. Hic lib. IV. Sympoſ. quæſtione V. ſub finem de Baccho a Judæis culto varie diſputat. Primum ait, quod *μεγίστης καὶ τελειοτάτης ἑορτῆς* tempus & modus cum ſacris Bacchi conveniat. Celebratur enim *νηστεία* jejunium eo tempore, quo vindemia habetur, ac ſedent *ὑπὸ σκηναῖς* in tentoriis e palmitibus atque hedera conſtructis. Judæi tria habebant feſta ſolemniora. Primo die menſis תשרי, erat feſtum Buccinarum: decimo ejuſdem menſis die, agebatur feſtum Expiatorium, ſeu Jejunii: die decimo quinto menſis dicti, erat feſtum Tabernaculorum. Hoc a Judæis ſumma lætitia celebrabatur, in quo gratias Deo agebant pro fructibus terræ, nihil vero cultus fiebat Bacco. Alterum, quod gentiles non ſine exagitatione Judæis obiiciunt, eſt, quod poſt paucos dies, octavo ſcilicet die, aliud feſtum celebrent, quod appelletur Cradephoria, a palmitibus geſtandis, & Thyrſophoria. Eos, qui geſtabant thyrſos, dicit Plutarchus intrare templum, quid vero intus agant, ſe quidem ignorare. Addit vero: *εἰκὸς βακχείαν εἶναι τὰ ποιούμενα*, *credibile eſſe, Bacchi ab iis ſacra peragi*. Hoc feſtum incidebat in illud tempus, quo habebantur vindemiæ, quemadmodum apud nos eſt menſis September. Quod ut exſultatione & piis gaudiis celebrent, exſtruebantur tabernacula, ex quibus Plutarchus argumentum pro cultu Bacchi petit. Nihil vero minus favet auctoris ſententiæ, quippe qui in hoc feſto non Baccho ſacra offerebant, ſed Deo lætabundi gratias agebant, pro annis peregrinationum feliciter exactis. Quum vero in hoc feſto *σάλπιγξι μικραῖς* tubis uterentur *καὶ κιθαρίζοντες*, manifeſtum eſſe putat, eos Bacchum venerari, idque Levitas facere, quos Εὐοῖ Evios Bacchi cultores nominent. Eſt vero, quod huic criminationi reponatur. Verum, quod Bacchus ita nominatus ſit; quod Judæi hymnos in templo cecinerint, adhibitis Muſicorum inſtrumentis; ex eo tamen non argumentari ſtatim poſſum, quod Bacchum adorent. Reſpicit vero auctor noſter ſolemnem Judæorum cærimoniam, qui cum faſciculo ex ramis myrrharum, ſalicum, & cum palma לולב ab iis dicta, templum die octavo עצרת ingrediebantur. In eo canebant Hoſannam, aramque in atrio circumibant, qua de re conſuli poteſt doctiſſimus Anglorum Henricus Aainſworth in Levit. cap. XXII. ut tollatur, ſiqua ſupereſt dubitatio. Paucis interiectis, Plutarchus da cultu Sabbatorum dicit, *μὴ ἀπροσδιόνυσον εἶναι*, *a Baccho non eſſe alienum*, quia Pontifex hinnuli pellem geſtet ac tintinnabula. Non negamus, veſtes Sacerdotum habuiſſe *κώδωνες* tintinnabula, ſeu פעמנים & *ῥοΐσκους* corymbos aureos, qui malis punicis ſimiles erant רמונים malogranata, quorum uſus quia in nocturnis Bacchi ſacrificiis frequens erat, Nyctelia nominabantur. At vero Hebræi noctu nihil ſacri faciebant, cum apud Davidem Pſalm. CXXXIX. comm. XI. a Deo expreſſe prohibitum ſit; multo minus religionem patris Liberi eo veſtitu ſequebantur. Addit ibidem auctor noſter, eos ſonitibus uti in ſacrificiis, quos *χαλκοδρύτας τοῦ Θεοῦ τιθήνας*, *æratas Dei nutrices* adpellant. Scio quidem, Bacchi nutrices Nyſeides, Atlantides fuiſſe, ut eſt apud Poetam Ovidium lib. III. Metamorph. fab. VI. ſed cur hoc loco Plutarchus eas voces *χαλκοδρύτας*, & quid faciant ad cultum, velim, ut hunc mihi ſcrupulum eximant viri eruditi. Quod deinde Plutarchus de thyrſo adfert, de eo dubito, an argumentum inde peti poſſit. Quamvis enim thyrſus Bacchi haſta ſeu virga ſit, frondibus pampinis ac foliis hederæ ornata, in cujus extremitate mucro erat, formam coni pinei referens, ut præclare vir dignitate & eruditione ſummus Jo. F. Vaillantius in Hiſt. Regum Syriæ pag. 320. ex nummis & inſcriptionibus obſervat. Dubito tamen, immo nego, quod cultus Bacchi ex ſimilitudine cærimoniarum poſſit probari, cum Judæi nihil magis devoverint, quam ſacra & cultum Liberi patris. Nec alterum, quod Plutarchus ex tympanis petit, ad cultum Bacchi Judaicum referri poteſt. *ἐν τοῖς ἐναντίοις τοῦ μετεώρου θύρσος ἐντετυπωμένος καὶ τύμπανα*. Per *τὰ ἐναντία τοῦ μετεώρου* videtur intelligere vitem templi Herodiani, quæ in ejus fronte poſita erat, atque adeo *ἐν ἐναντίοις* conſpiciebatur. Sive igitur thyrſum, Bacchi ſymbolum, ſive tympana, quibus Plutarchus in errorem inductus eſt, reſpicias, nihil omnino de cultu Bacchi in ſacris invenies. Ultimo loco hæc adducit: *μέλι οὐ προσφέρουσι ταῖς ἱερουργίαις, ὅτι δοκεῖ φθείρειν τὸν οἶνον κεκραμένον*,

mel

mel in ſacrificiis non offerunt, quia vinum admixtum videtur corrumpere. Hoc Judæi in ſacrificiis prætermittebant, non ex amore Bacchi, ſed quia mel, ſi aduritur inter ſacrificandum, odorem inficit. Dein ſi res ita ſe haberet, potuiſſent mel & vinum Baccho diverſis vicibus offerre. Id vero non minus, quam ſuperiora Judæis falſo imputatur. Poſtremo hoc argumentum adducit: *μίαν* (ſc. Pœnarum) *εἶναι μάλιστα διαβεβλημένην τὴν οἴνου τοῖς κολαζομένοις ἀπείργεσθαι, ὅσον ἂν τάξῃ χρόνον ὁ κύριος τῆς κολάσεως, unam eſſe maxime odioſam, quod vino interdicitur damnatis ad certum tempus, quod a judice præſcribitur*. Videtur, quod hoc argumentum criminandi a legibus Naziræorum petierit, quos oportebat ab uſu vini abſtinere, qua de re antiquitatis ſcrutator Thomas Godwinus in compendio, Moſes & Aaron dicto, pag. 67. videatur, cum quo ſi confers doctiſſimum Jurieum, in Hiſtor. critica dogm. & cult. ante biennium Amſtelodami edita, eo clarius calumniam intelliges.

XXI. Clariſſimus vir, Jo. Harduinus in Chronologia V. T. pag. 234. A. V. C. IↃCXCII. nummum argenteum memorat, in cujus altera parte hæc inſcriptio erat: A. PLAVTIVS. AED. CVR. S. C. cum capite turrito, ſeu quod idem eſt, ſublimi; in altera vero: BACCHIVS. IVDAEVS. Inſcriptio prioris lateris eſt, Aulus Plautius, Ædilis curulis, Senatus conſulto. Ædiles Romæ conſtituebantur, ut loca ſancta & publica tuerentur, annonæ curam etiam gererent. Ædilis autem curulis munus erat, ludos procurare, ædes ſacras & privatas circumſpicere, curam habere ſacrificiorum, vias tueri, & quæ reliqua, de quibus Cicero orat. III. in Verrem & illuſtris vir, Ezechiel Spanhemius de præſt. & uſu numiſm. diſſertatione VI. ſi placet, videri poſſunt. Altera pars monetæ virum exhibet mira pulchritudine, ſumma virtute ac prudentia, qui camelum gubernat & flexo genu ramum balſami Judaici vel oleæ ei porrigit, cum epigraphe BACCHIVS. IVDAEVS. Quum igitur nummus ſit conſularis, genuinus & antiquus, certum eſt, quod non ad alia, quam ad Pompeii tempora referri debeat, qui in Judæa res ſuas expediebat. At vero ramus balſami Judaici ſignificat procul dubio fertilitatem terræ Judaicæ, quo locus Flori de expeditione Cn. Pompeii referri poteſt; *per nemora illa odorata, per thuris & balſami ſylvas Romana circumtulit ſigna*. Quibus non diſſimilia Tacitus refert lib. V. Hiſtor. cap. VI. *exuberant fruges, præterque eas balſamum & palmæ, palmetis proceritas & decor*. Quia itaque balſamum & palma fertilitatis Judaicæ ſymbola erant, hinc factum, ut in nummis Veſpaſiani ac Nervæ mentio fiat tantæ gloriæ. Deinde camelus in nummo ſignatur, quoniam orientales populi hoc animal adhibebant, ad onera deportanda. Vide de uſu camelorum, doctiſſimum Sam. Bochartum parte I. Oper. lib. II. cap. II. Vir in genua procumbens apponnitur, qui devictam gentem ſignificat. Quæ cum ita ſint, in moneta inſcriptus legitur BACCHIVS IVDAEVS. Laudatus vir hunc nummum interpretatur, quaſi Judæus aliquis, belli dux, ſub Pontifice ſummo & Judææ Ethnarcha hoc nomine appellatus ſit, qui pacem a Pompejo peteret, clariſſimo Romanorum duce. Cum vero Bacchus libidinis ac impuritatis auctor ſit, eaque vitia Judæi deteſtentur, a me impetrare vix poſſum, ut credam, Judæum aliquem Bacchii nomen habuiſſe. Salva Harduini auctoritate ſic ego exiſtimo, quod Judæus hic ſiſtatur, qui gentem devictam repræſentat, cui Bacchi nomen imponitur, quaſi dicas, Judæus Bacchius, hoc eſt, Bacchi cultor, quoniam Bacchi ſacris Judæos addictos eſſe, Romani exiſtimabant. Miror autem, qui factum, ut hujus rei nullum veſtigium adpareat in Demonſtratione Evangelica viri ſummi Petri Dan. Huetii, qui cap. IV. propoſ. IV. num. III. in Baccho Moſen, divinum virum, ſe deprehendiſſe arbitratur.

XXII. Intelligimus itaque auctorum ſententias de cultu Judaico; reſtat nunc, ut breviter dicamus, quid vitis ſignificaverit. Miratus ſum antea, quod Judæi vitem, ſymboli quaſi loco, in templo habuerint. Quum vero ex auctoribus cognoſcerem, terram Judaicam uberrimum proventum vitium tuliſſe, non amplius mirari ſubit, cur populus Judaicus vitem, quæ magnitudine & figura illuſtris erat, eo loco poſuerint. Cauſſam hujus vitis reddere ſatagunt Judæorum magiſtri, quia cœtus Iſraelitarum in ſacris literis cum vite comparatur. Sic enim, ut ſuffragium ex eorum libris proferam, middoth cap. III. לכי שכנסת ישראל נמשלה לגפן *quoniam Synagoga, ſeu eorum eccleſia viti aſſimilatur*. Sed exinde non ſequitur, ut grande aliquod myſterium indicetur. Potius cenſemus, quod illud Judæi litteris

teris consignassent, qui nihil facile rerum suarum silentio præterierunt. Neque hoc adfirmare ausim, vitem significasse illam, quam exploratores ac nuntii terræ Canaan, domum redeuntes, attulerunt, quamquam isthæc sententia, si cui inter legendum incideret, nihil absurdi contineret. Quia tamen ejus rei nullum vestigium exstat in scriptoribus, tam sacris, quam profanis, consultum erit, hanc opinionem deserere. Si vitis illa, quam Pompejus vidit, in sancto fuerit, momentum omnino traheret, cum illa, quæ ibi erant, verbi gratia, mensa aurea, candelabrum aureum: aut in sancto sanctorum ubi erat urna aurea cum manna, magni aliquid indicasset. Et sic adplicatio ad statum novi fœderis posset fieri. Quum vero ibidem non fuerit, volumus interpretationes nostras reprimere, & hanc caussam, cui fidem tuto habere possumus, adsignare, fuisse vitem auream templi Hierosolymitani ornamentum: aut ad majus divinæ bonitatis argumentum, ut recordarentur Judæi, quanta beneficia Deus optimus maximus in suam gentem contulerit.



INDEX CAPITUM OPUSCULORUM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

ri in

ERRATA	CORRIGE
Fol. 105. lin. 42. Si in illum indatur parum mellis, nihil erat.	Si in illum indatur parum mellis, totus mundus non poterat subsistere propter ejus odorem.
fol. 159. lin. 61. Æquinoctii Thebet sc. Septembris.	Solstitii Thebet, sc. Decembris.

